

ANALYSIS VARIARVM QVAESTIONVM MDcc. & amplius;

NVNC PRIMVM IN STVDIOSORVM Adulescentium gratiam edita,

VNDE NON PARVM FRVGIS ET OBLECTAMENTI etiam, ex ipsius lectione, consequi possint, & valeant.


ADDITIS SANE MVLTIS, QVAE tibi pagellae huius, auersa pars Elencho indicabit.

AVTORE MANTVA, BENAVIDIO, Patauino, Iurecon. omnium minimo.

CVM PRIVILEGIIS.

MANTVAE







VENETIIS, MDLXVIII.


ELENCHVS EORVM, QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Et primum.



ILLVSTRISSIMIS ET SAPIENTISS. ACADEMIAE PATAVINAE MODERATORIBVS, optime meritis,

ET PATRONIS AC MECAENATIBVS SVIS OBSERVANDISS. M. Mantua, Benauidius, Patauinus. I. Con. Com. & Eques vt. Aulæ. S.



IBELLVS iste, qui ANALYSIS variarum quęstionum inscribitur,& in quo non secus egimus quam apicula ex alueario egressa,quæ per omnia circumuolitans Mellificiū conficit, multarum sanè rerum sic flores seligentes,inq; fauos distinguentes, hoc est Centurias, vt inde resolutionum Mel dulcißimum exprimeret, nulli magis quàm vobis, Illustriss. Sapientißimisque Senatoribus, debitus est, quos patronos habui prius semper quàm rogarim, non quod posteritatis memoriam promereri videatur, inq; Apollinis templo (vt olim) collocari, sed vt à vobis rursum dignitate auctoritateque vestra,cum tanta tum graui primum tueatur, qui enim hoc tempore edit aliquid,fieri nequit,quin se linguis confodiendum exponat. Et si per ocium exinde licebit,quia multa porrò continet,quę à vobis,inq; rep. administranda negotiisq; publicis absoluendis, cū tractantur tum decernuntur in dies, perhumaniter legatur. Ex quo forte etiam num vobis & vsui & vtilitati esse poterit. Et si non ex alio,ob id saltem, quia sic tedium ex animo licebit expellere. Superest solum munusculum hoc, sic à me pusillum laxamenti nacto, concinnatum,qualecunq; est,libenti animo excipiatis,meæ erga vos eminentißimos & optimos Principes obseruantię testimonium.quod si feceritis rem,& vestra auctoritate & amplitudine,quæ maxima est,dignam facietis. Valete inter patronos præcipui, & inter graues ac sapientes, grauißimi & sapientißimi.

AD LECTOREM.

MIlleloquium Iuris cœperam aliàs, imitatione Augustini, Ambrosij, & Eucherij Episcopi Lugdunen. altero interrogante, respondente altero, Centuriaq; tantùm à me edita est, iam tertius agitur annus, eo animo tamen (cæteras quę conscribendæ erant de industria prætermittens) vt id tibi gratum ne foret, & perficiendum, absoluendumq; esset, an pes modo referendus, sciscitarer. Cæterum cum satis à multis plane intellexerim te longioribus quæstionibus offensum iri, receptui canere decreui, aliudq; breuitate laconica pressum conscribere, quod Analysis variarum

riarum quæstionum futurum est, atq; ita volumus opusculum inscribi. Id igitur iam confeci & absolui, aliis Centuriis septẽ auctum, quod tibi lector optime, do dico, & consacro pariter. Erit enim veluti promptuarium quoddam, quo ferè singulis quæ tibi proposita fuerint possis de lingua dicere, siue ex tempore respondere. Superest solum quemadmodum longior oratio offendit te Centuria iam edita, vt istis breuioribus recreeris quàm maximè. Vale.

Nauita Achemenides toties maria omnia circum
Vectus ad Eos, vectus ad Hesperios;
Expertus rauco, luctantes murmure ventos,
Nunc mari in Ionio, nunc mari in Oceano:
Iam senior, curuamque traben tortosque rudentes,
Dedicat, inscripto marmore Glauce tibi.

AD M. MANTVAM BENAVIDIVM PAT. I. V. Consultum Clariss.

MANTVA sacrarum interpres celeberrime Legum,
Atq; idem Aonij gloria summa chori.
Ecquid adhuc pelagi fluctus spectare furentis,
Et iuuat insano tradere uela Noto?
Quin potius fessumq; paras subducere robur,
Carbasaque æquoreis soluere vota Deis?
Nam tibi longinqui nondum quæ littoris ora
Visa manet, celeri mox adeunda rate?
Tu freta Cannibalùm nostris uix cognita nautis,
Et petis auriferæ littora longa Cubæ.
Te gelidi nouere Scithæ, Nilique tepentis
Incola, & Eous, nouit & Hesperius.
Fœlicem suspende ratem, seruataque Diuum
Munere, da placidis lintea numinibus,
Dira quibus uasti quondam nec murmura ponti:
Crebra nec Aeolys obfuit aura notis.
Hinc altis defixa tholis, & marmore puro
Pendeat inscriptis parua tabella notis.
HAEC maris vndisoni Patri pia munera, victor
MANTVA ab indomitis reddidit æquoribus.

ANT. QVAER.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

QVoniam legenti fastidium generat longitudo, nec effugit peccatum verbositas, imperitiæq; est indicium longa narratio, vt dicebat Xistus Pythagoricus. Et nos aliàs quod prolixitas nimia à iure respuitur. l. ampliorem. §. in refutatoriis. C. de appell. quodq; breuitatem libentius audit & amplectitur, & docet I. Con. in l. j. ff. si cer. pet. & in l. j. ff. de orig. iur. & in l j. ff. de pręscrip. ver. Ideo statui ego M. Man. I. O. Con. minimus, in studiosorum gratiam, maxime adolescentium: q. q. breues admodum edere ad numerum septingentorum, supra mille, quibus possint omnibus, qui aliqua de re disserere voluerint, præsto esse, & ni fallor, etiam ex tempore respondere. restat solum vt sic λακονικος conscriptas læto perlegant animo, siq; aliqua ex parte cognouero inde satisfecisse lętabor, sin minus posthac me totum conabor Atticum ostendere.

ANALYSIS MANTVAE,


CENTVRIA PRIMA.



PROOEMIVM.



VONIAM legenti faſtidium generat longitudo, nec effugit peccatum verboſitas, imperitiæq́; eſt indicium longa narratio, vt dicebat Xiſtus Pithagoricus & nos aliàs quòd prolixitas nimia à iure reſpuitur. l. ampliorẽ. §. in refutatoriis. C. de ap. quodq; breuitatem libentius audit & amplectitur. & docet Iuriſcon. in l. j. ff. ſi cer. pet. & in l. j. ff. de ori. iur. & in l. j ff. de præſcrip. ver. ideò ſtatui ego M. Mantua omnium Iuriſconſultorum minimus in ſtudioſorum iuris maximè adoleſcentum gratiam queſtiones breues admodum edere ad numerum ſexcentorum ſupra mille, quibus poſsint omnibus qui aliqua de re diſſerere voluerint, præſto eſſe, & (ni fallor) etiam ex tempore reſpondere. reſtat ſolum vt ſic λακονικῶς conſcriptas læto perlegant animo, ſiq́; aliqua ex parte cognouero inde ſatisfeciſſe lætabor, ſin minus poſthac me totum conabor atticum oſtendere.

Int.  ERTVM eſt ad egregias perſonas, iuſiurandum domũ mitti oportere. l. ad egregias. ff. de iureiu. quid in auditore ſacri palatij ſi teſtimonium ferre debeat?

Reſ. Egregia perſona eſt, ad eumq́; mitti debet idẽtidem Rota deciſ. vij. de teſtib. in nouis.

Int. Quomodo intelligitur quod habetur in c. nobiliſsimus. xcvij. diſtiu. quod creditur aſſertioni domini Cardinalis?

Reſ. Circa eius iuriſdictionem, non circa alia. Rota deciſio. xxxiiij. de proba. in antiq.

Int. Quo modo capitur uerbum collatio in libro auth. ſcio enim aliàs, quid ſit, ut not. in rub. ff. de colla. bono.?

Reſ. Capitur ibi pro diuiſione librorum & ſunt nouem collatiònes, decima autem eſt in libro feudorum ubi etiam ſunt conſtitutiones, & leges Federici Imperatoris, & vt latè declarat Odof. in auth. caſſa. C. de ſacroſanc. eccle.

Int. Imerius qui fuit gloſator antiquus ut dicit Odof. in loco quem nuper allegaſti, quiq; redegit authenticas, ex libro ſiue ex corpore authenticorum epitomate quodam in libro codicis, habebat ne poteſtatem legis condendæ?

Reſ. Non, ut dicit Alex. in l. ij. in §. quod ſi in patris. col. ii. ff. ſol. mat. ſunt tamen allegabiles, ſed non quo ad id quod de ſuo addidit ut not. in d. loco, nonnihil Cardi. Pariſi. in c. de quarta. ad fi. de præſcrip. quemadmodum etiam dixit Io. And. in c. ij. ad fi. de reſcrip. de Gratiano monacho. S. Felicis, qui redegit pariter dicta Sanctorum patrũ in libro decreti.

Int. Iuſtinianus profitetur in §. quibus. in prima cõſtitutio. Cod. nec contrarium nec ſuperfluum, quid nobis reliquiſſe, & tamen uidemus plerũq;, quod nouo iure, ſtatutum eſt, id quoq; in ueteribus legibus inueniri, exẽplumq́; eſt (cæteris prætermiſsis) in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. & in corpore unde ſumitur hoc eſt in §. & hoc inſuper in auth. ut ſpon. largi. nanque idem erat ẽt deciſum in l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. fam. her. in l. ij. ff. de fid. inſtrumento. & in l. procurator. C. de eden. ergo malè, quo modo igitur hoc ipſum reſoluendum eſt?

Reſ. Hoc modo, nouo iure aliquid ſtatui, quod etiam erat in antiquis legibus, aliquo tamen

aditio, & tolerabile est ut per Barto. in l. prima in princi. ff. pro suo. Vel ut id declaretur, seu deducatur clarius. l. fin. in fin. C. de pactis. uel diuersis respectibus attenta etiam diuersitate titulorum ut per Felin. in procem. rex pacificus. ad finem.

Int. Exemplo regulariter non creditur, instrumento autem sic. l. cum precibus. C. de proba. not. in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. sed est ne uerum istud indistinctè?

Res. Non si abrasum sit uel aliter uitiatum, uel à uili persona productum, uel notarius sit cui planè fides adhiberi minimè debeat. l. finali. C. de edict. diui Adriani tollen. l. si quis ex argentariis. §. cogentur. & ibi etiam Bartol. ff. de eden. Vel dicamus quod probet nisi obiiciatur exceptio falsi, uel simulationis, uel non numeratæ pecuniæ, uel erroris, uel sine causa ut per Bal. in l. cum de indebito. in lectura antiqua. col. ii. ff. de probatio.

Int. Est ne differentia inter exemplar exemplum, exemplatum, & exemplare?

Res. Maxima, quia exemplar est autenticum exemplum & exemplatum, quod inde sumitur, uel exemplatum, quod sumitur ex alia scriptura, exemplare uerò, quod fit ad exemplum alterius unde exemplaris etiam substitutio dicta est, quæ est ad exemplum pupillaris. l. prima. §. si quis. ff. de bono. possess. secundum tab. Barto. in l. ex facto. nume. quarto. ff. de uulga. & pupilla. substitu.

Int. Quare est quod laudum faciens mentionem instrumenti uenditionis probat pro eoq; præsumitur, licet de relato non appareat ut uult Paul. Cast. consi. cxxxix. col. i. uol. i.?

Res. Ratione multæ antiquitatis ut ibi declarat post Innocen. in c. ueniens. de uerbo. significa. & nimirum quia cum ualde difficilis sit probatio leuior & per coniecturas sufficit argumentū in l. non omnes. in §. à Barbaris. ff. de re mili. & ut ille fusius in loco præallega.

Int. Quæ est ratio ad idem quod Papa confirmans priuilegia exemptionis ecclesiæ, confirmatione efficit ut ualeant sic confirmata quanquam exhibita non sint ut per gloss. in capitulo si Romanorum. xix. distin.?

Res. Quia est lex animata in terris. §. fina. in auth. de consu. & factum principis factum legis. l. Cæsar. ff. de publica. sed si lex alterius legis mentionem faciat eidem statur, licet relata non appareat ut not. in l. admonendi. in princip. ff. de iureiuran. ergo.

Int. Collatio beneficij probatur ne per testes uel per instrumenta?

Res. Cum parem uim habeant in iudicio. l. in exercendis. C. de fid. instrumen. & instrumentis & testibus fieri poterit, ita Rota decisio. xxxix. de proba. in antiq.

Int. Sumptum ex aliqua scriptura non facit fidem in iudicio, ut dictum est supra, quid si in uim compulsoriæ habeatur?

Res. Tunc faciet ut dicit Rota (quod nota pro limitatione. auth. si quis in aliquo C. de eden.) decisio xxxvii. de proba. in antiq.

Int. Si in aliqua executoria fiat mētio literarum papalium dabitur ne ei fides nisi ostendantur?

Res. Non. d. auth. si quis in aliquo. proxime allega. tradit Rota decisio. xxxi. in antiq.

Int. Si commissio causæ esset facta duobus auditoribus in curia, cognoscent ne ambo, an uero unus etiam poterit solus. quod seruit nobis ad dicta in l. i. ff. de offi. consu.?

Res. Ille tantum cognoscet cui primo commissio fuerit præsentata, ita Rota. decisio. i. de constitu. in antiq.

Int. Clausula non obstante, quem effectum habeat & quid operetur not. in l. fi. C. si con. ius uel utili. publi. sed nunquid statutum, priuilegium, uel consuetudo tollantur per non obstantias generales litterarum Apostolicarum?

Res. Non, nisi expressa mentio fiat in literis ut inquit Rota decisione sexta. de constitutio. in antiq.

Int. Publicatis attestationibus non possunt testes produci, auth. at qui semel. C. de proba. sed nunquid si producantur per uiam restitutionis?

Res. Possunt hoc produci, inquit Rota decisio. iiii. de testi. in antiq.

Int. Si instrumentum in aliqua sui parte sit falsum, uitio notarii, an falsum ex toto & in totum præsumatur, de quo aliàs in l. si ex falsis. C. de transactio.

Res. Dicit Rota quod sic decisio. iii. de fid. instr. in antiq. post Inn. in c. fraternitatis. de testib.

Int. Si in libello fiat mentio alicuius scripturæ super qua fundetur intentio libellantis, an debeat exhiberi si petatur, deque materia aliàs in auth. si quis in aliquo. C. de eden.?

Res. Dicit Inno. in c. i. de proba. quod sic, cum declaratione tamen ut ibi & per Rotam decisio. vii. de fi. instru. in antiq.

Int. Dixit notarius quod Gallus siue Hispanus nomine Titius, promisit cētū Seio, uerba hæc probant ne quod Titius sit gallus uel Hispanus?

Res. Non, quia sunt narratiua, est uerum (ut inquit Cy. in l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipula.) quod præsumptionem faciunt maxime inter præsentes, ideq; Rota decisio. ix. de fi. inst. in antiq.

Int. Sumptum de registro Supplica tionum Papæ facit ne fidem?

Res. Non, sed si sumatur ex registro Bullarum sic & ita dicit Rota seruari solere decisi. x. de fi. inst. in antiq. nec sumptum de instrumento originali dicit sequenti decisione eo. ti. quod est ēt regulare ut not. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. & subiicit quod ita etiam Rota dominorum auditorum seruat.

Int. Relictum prout in cedula quæ sit apud Guardianum. S. Francisci an ualeat.?

Res.

Res. Valet, si cedula exhibeatur ut per Bart. in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demonstra. dixi ego in authen. si quis in aliquo. proxime allega. C. de edend.

Int. Procurator ad agendum constitutus, non trāsigit. l. transactionis placitum. C. de transac. sed quid si constituatur ad agendum, defendendum, & iurandum de calumnia cum potestate substituendi?

Res. Isto casu poterit, sicuti constitutus cum libera. l. mandato. ff. de procurato. c. qui ad agendum. eodem titulo. in vj. Rota decisio. quarta. de procu. in antiq.

Int. Quare est quòd admittit plerunque lex, ut per seruum mulier stipuletur. l. optimam. C. de de cont. & commit. stip.?

Res. Quia (ut ibi dicitur quod legere poteris) mulieris naturalis pudor, non omnibus perperam se se manifestare concedit. Et est simile in l. maritus. C. de procurato. ubi persequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris, non debent irreuerenter irruere, nec conuentibus uirorum, uel iudiciis cogi interesse, usque adeò ea de re, ut maritus citra mandatum etiam ad agendum admittatur, & ut ibi latius.

Int. Exceptio non numeratæ pecuniæ hodie intra biennium opponi potest, l. in contractibus C. de non nume. pecu. sed quid si episcopus statum faciat quod possit opponi usque ad annos quattuor, ualebit ne?

Res. Feli. non est ausus hoc ipsum determinare in c. quod super his. col. fin. de maio. & obed. Bal. autem decidit quod sic. in c. cum omnes. col. pen. de consti. bona ratione ut per eum.

Int. Quæ est ratio quod scriben. dicunt, confessionem in materia probatoria Solem esse, & luminare maius, in c. j. de regu. in vj.?

Res. Quia ea nulla probatio est efficacior. l. cum te. C. de transactio. l. fina. C. de fideicom. capitululo Pisanis. de restitu. spol. argumentum in l. proinde. ff. ad leg. Aquil. & in c. nos in quenquam. ij. q. j.

Int. Potest ne pacto consuetudini renunciari?

Res. Potest, nisi sit prohibitiua ut not. in rub. C. ne fideiusso. do. den. Bal. in l. Imperatores. per illū tex. ad fi. ff. de cont. emp.

Int. Quomodo cognoscitur actio directa & utilis de quibus in l. actio. ff. de neg gest.?

Res. Cognoscitur quia directa oritur ex propriis principiis, utilis uerò, quæ competit aliunde. l. ex legato nominis. C. de lega. Bald. in l. cum mota. col. penul. C. de transactio. & scitu dignum est: quia qui habet directam non habet utilem, neque sub suis nominibus concurrunt in eadem persona. l. si hæres. j. ff. ad Treb. Idem Bal. in l. pe. per illum tex. C. ad exhiben.

Int. Mater præsumitur ne tutrix filiorum suorum si de tutela non appareat?

Res. Non regulariter nisi ex temporis diuturnitate. l. si filius. C. de pet. hæ. in terminis Boer. decis. cxxiiij. nu. 13. par. j. post Soci. cons. j. col. j. uol. ij.

Int. Quo modo intelligitur regula. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. quod qualitas adiecta uerbo debet intelligi secundum tempus uerbi?

Res. Intelligitur ita demum procedere, si adiiciatur dispositiuè nō demonstratiuè secundū Bar. in l. ex facto. in prin. ff. da uulga. & pup. substi.

Int. Si addatur libello qualitas dicetur ne nouus?

Res. Non, sed tunc tantum quando mutatur forma substantialis ut per Bal. in l. pacta conuenta in §. Papinianus. col. ij. ff. de cont. emp.

Int. Si statutum dicat quod potestas teneatur pro delicto familiæ, debet ne intelligi de pœna pecuniaria uel de criminali?

Res. De pecuniaria ut sic lædatur ius commune minus quàm sit possibile. l. si serui uestri. C. de noxal. Bal. in l. obseruare. ff. de offi. procon.

Int. Statuta extra territorium nō extenduntur vulga. l. fi. & ibi omnes. ff. de iur. om. iud. sed quid in excommunicatione?

Res. Isto casu secus, cum declaratione tantum si feratur pro causa iam damnata, & habente hortum intra territorium ut per Feli. in c. fi. col. xiiii. de foro compe.

Int. Quæ est ratio ad idem quod regula prædicta non habet locum in Papa beneficium conferente ut not. in c. nouit. de offi. lega.?

Res. Quia collatio non desiderat causæ cognitionem ut ibi, & not. etiam in c. statutum. de præben. in vj.

Int. Si princeps nutu proprio priuilegium concedat uidebitur ne tertio præiudicare?

Res. Non. l. ii. §. merito. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pub. Feli. in c. causamq; col. ij. de testib.

Int. Nemo potest esse iudex in causa propria. l. i. C. ne quis in sua cau. quid si ad id accesserit partium consensus?

Res. Nec dicto casu etiam poterit ut tradit Abb. in c. in Genesi. in iii. not. de elect. & probatur in l. pe. ff. de arbi.

Int. Regula siue decisio l. ij. §. meritò. & §. si quis à principe. ff. ne quid in lo. pub. de qua uerbum dixi supra, habebit locum etiam si tertius foret infidelis & iudæus?

Res. Sentit Abb. in c. quæ in ecclesiarum. & ibi diximus etiam nos de constitutio. quod sic, & est quam maximè notandum.

Int. Quando reuocantur leges, uidentur ne in dubio reuocari priuilegia?

Res. Areti. in c. i. col. iii. de constitutio. dicit quod non & benè estque text. solemnis ad idem in l. i. in §. si qua uerò. & ibi Bald. C. de no. Codi. confirman.

Int. Nil nouandum est appellatione pendente, ut in rub. & in l. i. ff. nil no. ap. pen. quid pendente tempore ad appellandum?

Res. Idem, in ciuilibus tamen, non in criminalibus, si maximè delicti qualitas & grauitas

executionem requirit.l.si quis filio.ff. de iniusto rup.testa.l.non tantum.ff.de appel.Bal.in c.j.ad fi.de offi.del.& ibi ego etiam dixi.

Int. Quare est quod sententia lata contra mortuũ non ualet.l.in summa § fi.ff.de re iudi.?

Res. Quia mors omnia soluit. §. deinceps. in authen.de nup.

Int. Rei uendicatio datur domino regulariter. §. omnium. institu. de actio. l. in rem. ff. de rei uendi. sed an detur aliquando ei etiam qui non est dominus?

Res. Datur ex iure tamen sibi cesso, quia minus est habere actionem quàm rem. l.si sponsalibus.§.j. & ibi O los.ff.de iur.do.

Int. Libellus peto rem si extat,aliàs æstimationem, ualet ne?

Res. Quanquam id peti debeat quod est in obligatione.l.Stichum.§.j.ff.de sol.& libellus conditionalis sit seu alternatiuus & malè. l. non quemadmodum.ff de iudi.l.si in rem.ff.de rei uendi. tamen ualet proceditq; tum de iure tum de consuetudine ut firmat Specu.in §.fi.de lib.concep.pulchrè Bal.in l.quod indebitum.ff.de cond.indeb.

Int. Probationes præsumptiuæ ad pœnam concludunt ne?

Res. Non,etiam si iudicium sit ciuile.l.fi.C.de proba.Areti.in c.qualiter & quando.in §.debet. nu. 124.de proba.Bar.in l.pe.in §.docere.ff. ne quis eum qui.not.in l.si uerò.in §. qui pro rei. ff. qui satisda.cogan.

Int. Quid sibi uult Cice. cum dicit prouerbialiter lacunam esse in auro,in lib. ad Attic.

Res. Nil aliud nisi (quod maximè facit ad id quod habetur in l.eleganter.in §.qui reprobos.ff.de pigno.ac.)in pecunia uitium esse.

Int. In denunciatione quæ ab emptore lite sibi mota fit uenditori,sunt ne uerba necessaria,quod litem in se suscipiat iuxta notata in l. nõ solum. in §.morte.ff.de nou.ope.nun.?

Res. Sunt utiq; in l.j.C.de peri.& com.rei uen.not. in c.fi.de emp.& uend.& in d.§. morte.

Int. Vnde ortum habuit statutũ Patauinum quòd reuenditores non posiint emere ad uictum spectantia nisi post nonam?

Res. Ad eo quod in simili dicit glo. in l. ij. in uerbo tradere.ff.de nundi. nonnihil not. in c. quam sit.de elect.in vj.

Int. Dixi sæpè quòd actio realis datur domino, & non possessori,imò quòd præsupponit dominiũ ex parte agentis & possessionem ex parte rei cõuenti.§.omnium.insti.de actio. l. si in rem.ff.de rei uendi.c.examinata. de iudi. sed nunquid possessor posiit petere se declarari dominum?

Res. Potest,ut inquit Lap.alleg.lix.col.iiii.& Feli. post eum in c.pe.col.pe.de excep.

Int. L.ad egregias personas.ff.de iureiu.de qua mẽtio alibi facta est, ad aliud tamen,procedit ne de necessitate uel de honestate?

Res. Nonnihil difficultatis istud ipsum habere uidetur, sed tamen magis communiter tenetur de necessitate procedere,ut per Feli.in c. si qui. col. ij.de testi.

Int. Si pater bona filij alienet,possunt ne ab eo alienata reuocari?

Res. Possunt,nisi sit hęres patris.l.cum à matre.C. de rei uẽ.tradit Pau.Cast.i l.j.in fi.C.de bo.mat.

Int. si de confessione erronea corrigẽda agatur,debet ne quis audiri expensis non refectis?

Res. Non,ut inquit Bar. in l rura. C. de omni agro deser.lib.x.cuius dictum magnifacit Feli.in c.ad audientiam.ij.col.xiij.de rescr.

Int. Testes examinati ad perpetuam rei memoriã, non publicati,faciunt ne fidem?

Res. Specu.in titu.de teste.in §.nunc tractemus. & But. in c.significauit. col. ii.de testib.& Bartol. in authen. si quis in aliquo. post gloss. ibi. C. de eden.dicunt quod sic.idemq; Feli. in c.cum I. & A.col.iii.de re iudi.

Int. Exemplum non probat ut sæpè dictum est alibi,imò quòd nec Papa nec Imperator facere potest quòd ei plena adhibeatur fides. d. authen. si quis in aliquo. C.de eden.c.primo. de fide instr. Ro.singu.dccxix. sed quid si sit sumptum ex scriptura Archiui?

Res. Isto casu probabit ut per Ange. in dicta auth. si quis in aliquo. Feli.in c. ad audientiam. col. iii. de prescrip.

Int. Valet ne conuentio quod stetur scripturæ priuatæ,eidemq; credatur?

Res. Non,quia per hoc inuitaretur quis ad delinquendum & malè. l.conuenire.ff.de pact.dota.& ita dicit Cy.in l.si quis in cõscribendo.C.de pac. & Bar.in l.fi.nu.7.ff.de præto.stip.

Int. Potest ne filia grauari in dote?

Res. Non, quia dos succedit loco legitimæ. l. iii. § sed utrum.ff.de mino.deq; legitima omne grauamen deducitur. l. quoniam in prioribus.C.de inoffi.testa.nisi legitimam excedat,quia isto casu posset.l.fi.§.filiæ.& ibi not.ff.de lega.ij.Bertran. cons j.nu.lxix.uol.ij.

Int. Dictum notabilis uiri inducit ne iustam credulitatem?

Res. Gloss. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon.dicit quod sic. Idemq; Ange.in l.si à bonæ fidei.ff.de rei uen.Feli.in c.cum contingat. col. iij. de rescrip.

Int. Variato ualore monetę quod nanque tempus attenditur solutionis uel contractus?

Res. Solutionis, maximè post moram & est communis opinio ut not. in l. cum quid. & in l. quod te. ff. si cert. peta. Boer. decisio. cccxxvii. nume. 4. par. ii.

Int. Scirem libenter quare sic Alex.in l. cum quid. ff.si cert.petatur.materiam præcedentia scripserit, cum non sit solitus aliis in locis in quibus multum insistere.

Res. Fortè id fecit propter acerrimam contentionẽ quam habebat cũ Bartholomęo Cępola dum hic Patauij profiteretur, & pulcherrimè Feli. in rub.de maio.& obe.col.ii.

Int.

Int. Inter directum & utile dominium est ne differentia aliqua?

Res. Maxima ut not. in l. prima. in §. qui in perpetuum. ff. si ager uectigal. uel emphy. pet. quia directum constat ueritate utile fictione, utile est seruitus, & qualibet res aliàs libera præsumitur, estque directum adhuc iurisgentium utile uerò preter, imò quòd istud euellitur de corpore illius, extensiuè & descensiuè per emphyteosim & feudū & continuatiuè præscriptione, inquit Bal. in c. cum causam. nu. 4 de proba. & in c. fi. nu. 36. de consuetu. qui dicit etiam in l. minor. in §. si seruus tuus ff. de euic. quod directum est per prius utile uerò per posterius.

Int. Executio militaris munus de qua in l. qui resti tuere. ff. de rei uendi. competit ne ordinario uel etiam delegato?

Res. Soli ordinario competit non dalegato, etiam si foret delegatus principis ut ibi per Ange. egregie Feli. in c. decetero. col. ii. de re iudi.

Int. Valet ne consuetudo quòd testamentum non possit reuocari factum ad pias causas cum auctoritate episcopi?

Res. Non. l. fi. C. de pac. not. in l. omnium. C. de testamen. Feli. in c. ex literis. nu. 9. de consue.

Int. Habemus titulum de publicanis & uectiga. Olim apud quem erat cura locādorū uectigaliū?

Res. Ex uerbis Cice. ad Atticum, quando dicit, de censoribus conduxerunt, exponunturque à censoribus, liquet atque elicitur, apud eosdem fuisse.

Int. Quæ est ratio quod in cautionibus prætoriis, succurritur promissori, ne committatur stipulatio ad pœnam uel ad interesse?

Res. Quia promittit ex necessitate, & lex succurrit magis facienti actum ex necessitate, quàm ex uoluntate. l. si fideiussor. §. primo. ff. qui satisda. cogan. not. in l. quarta. in §. Cato. ff. de uerbo. obliga.

Int. Est ne differentia inter uerbum liberorum & filiorum?

Res. Est quidem & non parua, quia liberorum appellatione ueniunt nepotes. l. liberorum appellatione. ff. de uerbo. significa. sed non appellatione filiorum. l. si quis filiabus. & sequen. ff. de testamen. tuto. est uerum ut ibi dicit gloss. quod ista differentia non cadit in idiotas, & latè aliàs per Docto. in l. Gallus. in §. instituens. ff. de libe. & posthu. nouissimè Boer. decisio. clv. nu. 2. par. j.

Int. In criminalibus inq; delictis granibus senten tia in absentem ferri non potest. l. absentem. ff. de pœn. sed quid in Papa & in Imperatore?

Res. Dicit Ange. in l. reos. C. de accusa. quòd isto casu erit secus, quodque sic fecit fecit Papa BONIFACIUS, qui deposuit Cardineles Columnenses ut in c. j. de scismat. in vj. Feli. in c. cum olim. col. ij. de re iudi.

Int. Quæ similitudo in materia pactorū eē pōt ista, ꝙ plures homines se calefaciant ad eundē ignē?

Res. Pulcherrima ni fallor, quod sic pariter plura si fueriut pacta, cohærentia contractui uestiuntur ut not. in l. potens. C. de pac. & in l. iurisgentium. in §. quinimò. ff. eo.

Int. Quare Appius Claudius obcecatus est, & de quo aliàs in l. j. in §. casum. ff. de postu.?

Res. Quia suasit sacerdotium potitiorum, (Potitij enim sacerdotes Herculis erant) dari seruis, qua de re ipsius Herculis indignatione (ut diximus) obcecatus est, & postea appellatus Appius Claudius cecus.

Int. Quare est quod sic lex eiusq; ratio superfluitatem abhorret. §. quibus. in prima cōsti. Cod. Bal. in l. i. in pein. ff. de lib. & posthu.?

Res. Quia (ut inquit Albe. in prima consti. ff. id est in l. omnem. col. secunda.) qui inutilibus sermonibus utitur in iacturam temporis cadit, auditorum mentes conturbat, & non dicitur allegare, sed loqui.

Int. Quid de eo dicemus qui eredit canones non li gare tanquam factos à non habente potestatem?

Res. Is erit hæreticus, quippè quia teges diuinitus per ora principum promulgantur. l. fin. C. de præscrip. long. tempo. & ita dicit glo. in c. generali. de electio. in vj. Cardi. in clemen. j. de æta. & qualita. Felin. in c. canonum statuta. col. iij. de constitu io.

Int. Si offendatur iurisdictio iudicis, est ne uerum quòd quilibet ad agendum admittatur de populo, actioq; sit popularis?

Res. Bald. in l. si quis id quod. in princip. ff. de iurisdi. om. iudi. post Dyn. dicebat quod sic in fractis confinibus, & præcepto spreto exemplificās, & benè idque etiam Feli. in c. dilecti. col. iij. de maio. & obed.

Int. Si iuramenta sint mutua (exempli gratia) iuro ego, ut iures tu quis contractus erit quæq; actio ex eodem orietur?

Res. Innominatus facio ut facias, de quo in l. naturalis. in §. j. ff. de præscr. uer. ex eoq; orietur actio tituli prædicti, ut ibi & per Bal. in c. j. in §. item sacramenta. col. pe. de pace iur. fir. in usib.

Int. Quare est quod instrumētum iudicatur ab eo quod est actum inter partes, & non ab eo quod est scriptum?

Res. Quia plus ualet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur, ut in rub. & in l. j. C. eo. plus ua. quod agi. ita Abb. in c. ad nostram. col. ii. de emp. & uendi. & Spec. in §. sciendum. nu. 6. & 7. de cessio. ac. & nu. 8. & ita dicit etiam Ias. in §. itē si quis in fraudem. col. ij. insti. de actio.

Int. Quæ est ratio quod emens non uidetur fateri uendentem esse dominium ut dicit Ange. post glo. in l. j. ff. de publica. & uectiga.?

Res. Quia dominij effectus non est necessarius singulariter ad causam emptionis. l. j. l. emptorem. ff. de act. emp. Purpu. egregie in l. ii. nu. 103. C. de edend.

Int. Titulus de peti. bon. sub. lib. x. habet ne locum in feudis?

Res. Non, quia liberè possunt impetrari à principe, ita Bal. in c. ad audientiam. in fi. de prescrip.

Int. Si probatio decem testibus fiat (numerus enim denarius multum operatur, ut dicitur in l. si cum fideicommissaria libertas. in §. aristo. ff. qui & à quib.) quid hoc ipsum operabit pariter?

Res. Non aliud nisi quod ex dicta probatione inducetur notorium propter multitudinem, ut inquit Bal. in l. si uerò. in §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogan. Areti. in c. quotiens. nu. 14. de testib.

Int. De cessione bonorum diximus alibi satis, nũc uellem scire num falliti eo beneficio gaudeant.

Res. Non, quia sunt infames, idq; est miserorum subsidium non dolosorum ut inquit Seueri. in tracta. de debitore suspecto. q. j. ad fi. & Boer. decisio. ccxv. nu. 6. par. ij.

Int. Ad propositum potest ne monachus cedere bonis?

Res. Non quia bona ipsius acquiruntur monasterio auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. Feli. in c. cum dilecta. col. xxiiij. de rescrip. de licentia tamen abbatis potest ut ibi dicitur.

Int. Princeps si regalia concedat uel contrahendo uel paciscendo poterit ne id facere in præiudiciũ successorum suorum?

Res. Non ut inquit Bal. in c. j. quæ sint regalia, & in tit. de pa. constan. in uer. amplius. & Feli. post eum in c. j. col. iiij. de proba.

Int. Vniuersitas est ne facti uel iuris?

Res. Est & facti, & facti ac iuris, sed illa pecorum est, ista uerò hominum. l. sicut. §. fin. & ibi not. ff. quod cuiusque uniuer. no. Por. in §. si grex. institu. de lega.

Int. Tutor sine decreto non administrat, quid si testator iubeat?

Res. Isto casu secus secundum Bar. in l. legitimos. in prin. col. j. ff. de legi. tuto. & in l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tu. Ias. in l. nõ est dubium. C. de lega. Bertran. conf. clxij. ad fi. uol. ij.

Int. Tritum est id quod dicit tex. in l. apud Iulianum. in §. fi. ff. quib. ex cau. in pos. ea. quòd hæres quasi contrahere uidetur cum legatariis & creditoribus hæreditariis, & cum defuncto, inquit Bal. in rub. C. quib. res iudi. non no. sed quid à simili in acceptante beneficium sibi collatum?

Res. Et iste quoque ad illius administrationem uĩdebitur quasi obligatus. c. nisi cum pridem. uer. uerum. de renuntia. c. quoniam frequenter. §. porrò. & ibi Feli. in prin. ut lite non conte.

Int. Agricultorum appellatione ueniunt ne hortulani, seu hij qui colunt hortos?

Res. Abb. in c. ex parte. in prin. & per illum tex. de deci. sentit quòd sic, & benè, estq; not. extẽsio ad id quòd habetur in auth. agricultores. C. quę res pig. obli. pos.

Int. Inter mercatores (ut dicunt omnes) agitur de bono & æquo, & habetur communiter in l. si fideiussor. in §. quædam. & in l. Quintus. ff. manda. sed ea ratione nunquid possit ad Papã appellari?

Res. Sensit Bellen. in c. cum Ioannes. de fid. inst. q. sic, nec displicet. quanquam sub dubio relinquat Feli. in c. si duobus. col. ij. de appel.

Int. Minor xxv. ann. deceptus sui facilitate & dolo aduersarij, in integrum restitui debet. l. nam posteaquam. §. si minor. ff. de iureiu. & toto titu. ff. de rest. in integ. sed quid si foret acuti ingenij, & malitia (ut aiunt) suppleret ætatem?

Res. Isto casu non præsumeretur deceptus, & consequenter non ueniret restituendus, casus est in l. j. C. qui & aduer. quos. Bal. in l. j. in §. interdum. ff. de legi. tu. & in l. milites. in §. iam nunc. ff. de excu. tu. Feli. latius in rub. de magist. col. ij.

Int. Fœmina quæ per statutum sit exclusa à successionibus parentum, ut ferè omnia Italiæ uolunt. gratia conseruandæ agnationis, quæ fit per masculos tantum. l. maximum uitium. C. de libe. præte. retinebit ne saltim iura suitatis?

Res. Bar. in l. j. in §. sciendum. nu. 2. ff. de suis & legi. dicit quòd non, & æquè est rationabile ut ibi.

Int. Filius præsumetur ne emancipatus, si seorsum à patre habitauerit?

Res. Non, nisi probetur. l. in bello. §. factę. ff. de capti. & Postli. re. l. si emancipati. C. de colla. l. si filius. ff. de proba. Vel nisi decennio sic steterit, quia tunc alia probatio necessaria nõ erit, si hoc idem allegetur ut not. Bal. in l. post mortem. ad fin. ff. de adop. & in l. ij. C. si aduer. rem iud. Bertran. conf. cxcv. nu. 2. uol. j.

Int. Solet dici, dictatq; experiẽtia magistra rerum efficax. quòd memoria hoĩum labilis est, quòdq; obliuio præsumitur. l. peregre. ff. de acquir. pos. est ne præfixum ad istud nonnihil temporis, an uerò generaliter hoc idem dici debet?

Res. Ad decennium usque, obliuio non præsumitur, nec locum habet quod dicitur in d. l. peregre post uero sic ut per glo. & Docto. in l. j. C. de ser. fugi. Areti. in specie. in c. cum M. Ferrarien. nume. 22. de constitu.

Int. Pro Doctore se gessit quis, an talis præsumatur si non ostendat priuilegium Doctoratus?

Res. Non, nisi se pro tali gesserit decennio ut inquit Pau. Cast. in l. si solemnibus. ad fin. C. de fide instrumen.

Int. Clausula non obstante tollit ne priuilegia indulta miserationis gratia?

Res. Non, nisi fiat de illis expressa mentio ut per Cy. in l. j. C. quando Impe. int. pup. & uid. & Lauden. in tracta. de priuileg. §. xxxix. Feli. pulchrè in c. nonnulli. col. xxviij. de rescrip.

Int. Regula quod in factis succedit obligatio ad interesse de qua in l. si quis ab alio in §. fi. ff. de re iudi. & in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. obliga. habet ne locum etiam de iure canonico, quodq; non cogatur quis ad factum sed soluendo interesse liberetur?

Res. Dicit Abb. in c. accedens. de conces. præben. quod sic & benè, ne inducatur discordia inter unum & aliud ius. capitulo cum expediat. de electio. in vj.

Int.

Int. In materia extensionis quòd nanq; fundamentum ipsius est?

Res. Paritas rationis ut not. in l. si constante. ff. sol. matri. & in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. & in l. si uerò. in §. de uiro. ff. solu. mat. glo. in cle. auditor. de rescrip. & not. in l. lege Iulia. in §. hoc capite. ff. de ritu nup.

Int. Si mulier in dignitate succedat erit ne iurisdictionis capax?

Res. Erit, quia de hoc est text. in c. dilecta. & ibi not. Abb. in prin. de maio. & obe. tradit Ange. in in l. eam quam. C. de fideicom. & sic per obliquũ id consequetur, quod directo & principaliter cõsequi non potest. l. fœminæ, & ibi etiam not. latè ff. de reg. iur.

Int. Agendo non potest quis se fundare in duobus titulis, quid si se defendat & tueatur?

Res. Secus, ita Abb. in c. post electionem. col. ij. de concessio. præben. pro quo facit regu. l. fauorabiliores ff. de reg. iur. & c. cum inter. de excep.

Int. Quid uult sibi simbolum hominis, caput non habentis, uel per aquam ambulantis?

Res. Non aliud, nisi impossibilitatem ostendere, & de qua alias in regula impossibilium. ff. de reg. iur. unde hinc iam factum est tritum sermone prouerbium.

Vltra posse suum, nullũ nulla lex æqua coegit. Et ad idem dicimus quoque quod uerba generalia disponentis non adaptantur ad impossibilia. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. c. ecclesia ut lite pẽ. Bertran. cons. xviij. nu. 15. uol. ij.

Int. Quod dicitur in l. fi. ff. de rei uendi. de eo qui negat se possidere, & conuincatur de mendacio quod possessionem perdit & in aduersariũ trãsfunditur an habeat locum in illa generali negatione quæ fit in iudicio quando dicitur nego narrata prout narrantur?

Res. Bononien. in rub. de fideiusso. nu. 336. dicunt quod non, & est uerum, quoniam signanter text. in d. l. fin. loquitur (ut dictum est) in negante se possidere.

Int. Quæ causa olim repudij erat?

Res. Multiplex tũ uel maximè si theatralibus, uel circensibus, aut Arenarum interfuisset ludis & ut fusius habetur in l. consensu. C. de repu. ca de re sic Eleorum lex iubebat, (autor est Pausanias) fœminam de saxo deici (mons enim est præruptus quem Tipœum appellant) si ad Olympicos penetrasset ludos.

Int. Quæ enim sunt quæ à uetustate commendantur, quæque à nouitate?

Res. Vinum & poemata quidem (ut in hierogliph. ait Pierius Valerianus) & de materia alias in l. cũ quid. & in l. uinum. ff. si cer. pet.

Int. Si mulier dotem habeat in pecunia, uel aliis rebus mobilibus, erit ne alenda ab hæredibus uiri?

Res. Non, si maximè habet unde se alat, ut not. in l. diuortio. ff. solu. mat. & in l. unica. in §. exactio. C. de rei uxo. act. Ias. in §. fuerat. col. vj. insti. de actio. & est communis opinio, quod nouissimè testatur Bertran. cons. ccciiij. nu. 4. uol. j.

Int. L. j. C. de rapto. uir. habet ne locum in meretricibus?

Res. Non, coitusq; etiam uiolentus impunitus est ut ibi per glo. Boer. decisio. cccxvij. nu. 8. par. ij. Ferrarien. cons. xvij. nu. 22. uol. j.

Int. Statuta excludentia probationem excludunt ne confessionem?

Res. Non, ut inquit Bal. in auth. sed nouo iure. C. si cer. peta.

Int. Iocalia & uestes preciosæ, præsumuntur ne donatæ mortuo uiro, uxori?

Res. Non, ut dicit Bar. in l. in his rebus. in §. seruus uxoris. ff. sol. mat. maximè ubi potest esse uel abesse alia coniectura. l. si cum aurum. ff. de sol. not. in l. cum quid. ff. si cer. peta.

Int. Potest ne debitor ex diuersis & pluribus causis obligatus commemorare in quam causam uelit soluere?

Res. Potest utique, estq; de hoc casus in l. Paulus. in §. Paulus. ff. de sol. tradit Abb. cons. clxviij. col. ii. uol. j.

Int. Missus in possessionem ex primo decreto, & ex causa dotis restituendæ lucratur ne fructus?

Res. Fauore dotis uideretur dicendum quod sic. l. j. ff. solu. mat. l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. tamen contrarium uerius est, nisi aliud dictarit consuetudo tex. est singularis, in l. Titia. ff. de sol. meminit Bal. in c. contingit. nu. 4. de dolo & contu. & ideò computantur in sortem ut ibi.

Centuria Secunda.

Int. SVNT ne seruitutes in bonis nostris?

Res. Nec in bonis sunt nec extra bona, l. i. ff. de usuf. lega. Bal. in l. si à reo. in §. si reo. per illum text. ff. de fideiusso.

Int. Quid uult sibi uulgatum illud quod sæpè loquendo dicimus.

Fatuum se ostendit qui ut alium saluet, se ipsum offendit.

Res. Liquet ex uerbis ipsis non aliud sibi uelle, nisi hoc unum, quod ordinata charitas à se ipso incipere debet, omnesq; sibi melius malle, (ut inquit Comic.) quàm alteri, imò dicebat etiam Isoc. turpe esse aliis opitulari semetipsum autem negligere, & est casus in l. præses. C. de serui. & aqua.

Int. Quæ nanque potuit esse ratio regulæ, quod priuilegiatus non utitur priuilegio contra pariter priuilegiatum ut in §. sed & hoc præsenti. in auth. de sanctiss. epi. not. in c. in præsentia. de probatio.

Res. Quia nulla uictoria regulariter fit à pari. l. nõ solum. §. de uno. ff. de ritu nup. not. in c. cum personæ. de priuileg. in vj.

Int. Verbis consensum præstamus, hinc dicimus quod sunt signa earum quæ sunt in aĩa passionũ notæ. l. Labeo §. idẽ Tubero ff. de sup. leg. quodque

que propositum aliàs in mente retentum nihil operatur l.si repetendi C.de cond.ob cau.sed nũ quid præstari potest organo inanimato, puta sono uel cornu?

Res. Tex.in d.§.idem tubero, ibi sono quodam, innuere uidetur quod sic, & sentit etiam Feli.in c. ex parte decani col.ij de rescrip.& est argumẽtũ in l.reprehendenda C.de insti.& in l.paulus respondet.ff.rem rat.hab.

Int. Conuitij ueritas eximit ne eum qui dicit, ab actione iniuriarum?

Res. Non, quia omnino habebat animum iniuriãdi.l.iij. ibi etiam si uere sint uoces C. si rec. prouin. Feli in c. cum te. ad fi.de re iud.

Int. Si rusticus citetur personaliter & dicat se nolle uenire, erit ne uerus contumax ut appellari non possit?

Res. Non, ut dicit Bal.in l.ex quacunque.ff.si quis in ius uoc.non ie.& ratio est quia quilibet leuissima & friuola causa prætensa excusat ne quis uerè contumax dicatur, etiam si personaliter citatus, dixerit se nolle comparere ut per glo.in l.j.in §.j.auream. ff. si quis ius di. non obtempe. tradit idem Bal.in l.deberi C.de fideicom.lib.& Areti. in l.iuris ignorantiam.ad fi.C. qui admi.

Int. Habemus titulum de senato. ibiq; de senatoribus, deq; senatu multa, scioq; etiam quod senatus dicitur à senibus, remp. administrantibus ut not. in c.senatusconsultum.ij.d.sed unde seuatur?

Res. A senatore, & senator quasi sonator quia uulnera & curas reip. sanat pcęreris de quibus Luc. de pena in l.omnes.C.de decur.lib.x.

Int. An qui olim uiuebat uiuere adhuc præsumatᷣ?

Res. Bar.in l.qui duos.in §.cum in bello.ff.de reb. dub.& in l.si inter.in fi.ff. eo.& in l.ex facto.in §. si quis autem.& ibi etiam alij.ff.ad Treb.sensit ꝙ non tamen obstat plurimum tex.in l.fi. C. de sacrosanct. eccle. tradit Areti.in c. causamq́, . nu. 27. de testi.

Int. Quare sic in materia illa difficillima.l.unicę.C. de sen.quæ pro eo.exemplificat Imperator in emptione & uenditione, locatione & conductione, & non in cæteris contractibus?

Res. Fortè quia aliis sunt frequentiores.l.iusto . in prin.ff.de usucap.glo.in l.ii.ff.pro empto.

Int. Vultur centesimi numeri simbolum est, nescio quare.

Res. Quia usque ad annos centum uiuit, ut in hierogliph. inquit Pierius Valerianus, estq; etiam ut nos dicimus quoque, longissima hominis uita, & ætas.l. fi.C. de sacrosanct.eccle.

Int. Si aliquis leget domos suas, continebitur ne in legato, domus ruralis?

Res. Videretur dicendum quod sic, quia indefinita æquipollet uniuersali.l.si pluribus.ff. de lega. ii. tamen Bal.in l.j.ad fi.ff.de sta.ho.dicit contrariũ quem refert & sequitur Feli. in c. sedes Apostolica.col. iiii. de rescrip. estq; indefinita hominis & non legis, & sic non æquipollebit uniuersali.

Int. Quid uult dicere tex.in l.si ex falsis. ibi etiam ciuiliter falso reuelato.C.de transac.?

Res. Non aliud nisi hoc, quando detegitur falsitas, quod reuelatio quædam quasi diuina est, quodq; non contingit in aliis criminibus ut dicunt Ferrarien.cons.j.nu.19.uol.i.

Int. Quare est quòd Moyses amicus Dei sapiẽtissimus, sibi uicarios, secundæ, tertiæq; notæ, substituit?

Res. Quia impossibile est unum hominem (ut inquit Philo.Hæbre.) obire omnia munia & benè. auth.ad hæc.C.de iudi.

Int. Si ludentibus ad palletas & proicientibus lapides, qui proicitur frangatur, attendetur ne pars si fuerit ligno proximior ut proiciens uincat?

Res. Sine dubio dummodo maior fuerit aliàs non argumentum in l.quod maior.ff. ad municip. gl. in §.religiosum.institu.de rer.diui.Bar.in l. cum delanionis.in §.Sabinus.ff.de fun.inst.not.in c.si cui.de elec. in vj.

Int. Si quid fiat sub conditione quæ insit ex natura actus dicetur ne fieri id conditionaliter, an uero simpliciter ut in l.j.ff.de uulg.& pup. sub.

Res. Rube.olim collega in l.Gallus.in §.quidam rectè.col.iii.ff.de lib.& posthu ait, quod simpliciter id fieri dicetur considerando tamen effectum non uerborum formam.d.l.j.ff.de uulga. & pup. substi.l.j.§.si quis simplicciter.ff.de uerbo.obliga. ut ipse fusius in loco præallega.

Int. Spacio xxx.uel xl.annorum, omnis actio concluditur.l.sicut.l.omnes.C.de præscrip.xxx.ann. quid in casu.c.reintegranda.iij.q.j.

Res. Secus dicto casu, quoniam conditio ex illo canone est perpetua, & spacio xxx. annorum non præscribitur ut per gloss. & Docto. in c. sollicite.de resti, spol.Bertran.cõs.xliiij.nu.8.uol.iii.

Int. Si emptor renuntiauerit remedio.l.ij.C. de resein. uend. uidebitur ne ex eo eidem renuntiare uenditor?

Res. Ratione correlationis uideretur dicendum ꝙ sic.l fi.C.de indic.uid.tol.tamen contrarium uerius est.l.iubemus. C. ad Velleia. l. si unus. §. in summa.ff.de pac, Bal.in c.j.col.ij.qualit. do. priue.prop.feu.in usib.

Int. Procurator constitutus ad solutionem recipiẽdã poterit ne debitori terminũ prorogare?

Res. Non.l.qui Romæ.§.Calimachus.ff.de uerbo. obliga.§.illud.& ibi Bar.in fi.in auth.ut iud. sine quoquo suffra.

Int. Procurator petit ne salarium?

Res. Non, quia eius officium debet esse gratuitum l.j.ff.de procu.nisi consuetum sit uel expressè sibi constitutum, ut inquit Bal. in c. ut præterite. nu.5.de elec

Int. Quare Asylum Romuli (ut memoriæ proditũ est) sustulit Augustus?

Res. Fortè quia delinquendi occasionem præbebat & male.l.conuenire.ff.de pac. dota.l.si unus. §.illud.ff.de pac.

Int. Ad reprobandum instrumentum quot testes sufficiunt?

Res.

Ref. Duo, estq; opinio communis ut not. in l. in ex ercendis C. de fi. inst. late Boer. decision. cxviij. nu. xv. par. i.

Int. Quomodo inteligere quod habetur in l. Octa ui. ff. unde cogna. quod coniunctus præsumitur scire facta coniunctorum suorum?

Ref. Illa lex habet multas declarationes, de quibus in l. i. ff. si cer. pet. sed præcæteris ea tenenda est, quod procedat in coniunctis simul habitantibus ut per Ancha. consi. clxx. col. ii. pulchrè Sauilia. consi. ccxxxvii. nu. i. uol. ii.

Int. Appellatione doctoris uenit ne licentiatus?

Ref. Non, nec etiam gaudet priuilegijs Doctorū ut tradit Bal. in l. qui indignus ad fi. ff. de senato. et Are. post eum in c. super eo. ii. nu. 14. de testib.

Int. Quod dicitur in l. ii. C. de pac. inter empto. & vendito. procedit ne etiam de iure canonico?

Ref. Abb. in c. ad nostram col. ii. de emp. & uend. ait quod sic & benè quia nō debet induci disfor dia inter vnum & aliud, maxime quia d. l. ii. non est peccati nutritiua c. cum expediat de electio. in vj. not. in l. cūcto apopulos. C. de summa Tri. & fid. catho.

Int. Quibus præceptus ducitur homo?

Ref. Illis quibus etiam admoniti fuerant olim pri mi illi parentes nostri, quæ in faciēdo & in omit tendo consistunt & de quibus in l. si mota, ff. sol. mat. Bart. in extrauagan. ad reprimen. pulchrè col. secunda.

Int. Quare leges sacræ imò sacratissime appellātur l. leges sacratissimæ. C. de legi.

Ref. Forte quia in sacro monte late fuerunt (ut in quit Pau. Manu. alioquin doctissimus uir deq; bonis literis optime meritus in lib. de legib. vel adde tu) quia ora principum diuinitus promulga tur qui etiam sunt sacri. l. i. §. huius studij. ff. de iusti. & iure.

Int. Quando sunt duo mandata utile & inutile, su stinetur ne inutile ex utile?

Ref. Sentit Bar. in l. habebat. ff. de instito. ac. quod sic, & nouissime Ferrarien. cons. i. nu. 4. uol. i.

Int. Vbi duo disparis potestatis concurrunt ad idē quis eorum erit potior?

Ref. Minor à maiori confunditur vnde lex seu sta tutum quoque potentius operatur quàm iudex, potentior est prohibitio testatoris & legis quàm contrahentium & breuiter prouisio hominis tol lit prouisionem legis. l. si. C. de pac. conuen. l. ge neraliter. ff. de fideiusso.

Int. Exceptio peremptoria quæ uenit non ad impu gnandam sententiam, sed ad moderandam exccu tionem, potest ne opponi post ipsam sententiā?

Ref. Bar. in l. j. ubi etiam Ias. C. de iur. & fac. igno. inquit quod sic.

Int. Sufficit ne testis de uisu ut quis ponatur ad torturam?

Ref. Secundum glo. in l. si quis. C. ad legem Iuliam maiesta. sufficit, sed ex ordine Beati Ludouici in Gallia, non seruatur, ut testatur Boer. decisio. clxiij. nu. 3. par. j.

Int. Quod dicitur in l. nullum. C. de testi. quod iu dex ciuilium causarum, punit testem falsum co ram eo dicentem, & sic incidenter, quodque est permissum à lege, quanquam sit aliter iudex incō petens. l. quotiens. C. de iudi. an procedat & locū habeat in clerico coram seculari deponente?

Ref. Non, ut in d. l. nullum. not. Felin. post alios in c. nerum. col. iii. de for. compe.

Int. Quot sales habere debet iudex?

Ref. Duos, sapientiæ & conscientiæ, conscientiæ ne sit diabolus, sapientiæ ne sit insipidus, ut per Feli. in c. ex parte. in prin. de offi. deleg. & not. in l. rem non nouam. C. de iudi. Bal. in l. ui. col. ii. C. de sen. ex peri. reci.

Int. Princeps qui legibus solutus est iuxta illud. Quod principi placuit legis hābet uigorem. §. sed & quod principi placuit. instit. de iure natu. sufficit pro ratione uoluntas. §. qui poterat. ff. ad Treb. clamitantq; leges ipse,

Quid te met angis ò princeps?
Nos tibi scriptæ non sumus.
Tu nos dare soles non accipere,
Tibi seruimus.

Minamur aliis te progenitorē ueneramur, & est tex. in l. princeps uulgatus. ff. de legi. debet ne ta men uiuere legibus, & fræno rationis subiacere?

Ref. Debet ut ibi, & in l. digna uox. C. eo. & in l. ex imperfecto. C. de testamen. & habere am plius, atque à tergo presto sibi esse Homerica il la Pallas, quæ cohercitis affectibus admoneat ut primum principem agat, postea uerò in alios pa rentem potius quàm dominum, sicq; sibi execra bilis illa Neronis uox, neminem scisse quantum sibi liceret.

Int. Galli habent ne liberos in potestate ut nos?

Ref. Non, ut inquit glo. in sti. de pat. pote. in prin. sed tamen ex consuetudine ibi filiæ uxoratæ libe rantur à patria potestate (ut aiunt) ergo prius ha bebant, quia priuatio præsupponit habitum. l. de ccm. ff. de uerbo. obliga. Boer. decisio. cxcvij. nu me. 4. par. j.

Int. Quis est loquendi modus, quem Chilonium Aristogagoras Milesius uocabat?

Ref. Breuitas qua utebatur maximè Chilo Lacedæ monius, unde postea Milesius Chilonium loquē di modum (ut diximus) appellauit, quo nostri quoque sæpisimè utuntur, l. j. ibi paucis agam. ff. de præscrip. uer. l. ita uulneratus. in fi. ibi unū proposuisse contentus ero. ff. ad legem Aquil. l. si quis obrepserit ibi unum argumenti causa suffi ciat, ff. ad legem Cornel. de fal. & quia dixi etiam alibi satis transeo.

Int. Actio natiua quomodo à datiua dignoscitur?

Ref. Natiua habet materiam præexistentem à qua nascatur, aliàs datiua erit ita Bar. in l. iurisgentiū in §. j. ff. de pac. & in l. i. nu. 5. ff. de ac. & ob.

Int. Matrimonij causa potest ne per iudicem secu larem tractari?

Ref. Si quæstio sit facti, potest, non si iuris ut not. in l. Titia. ff. sol. mat.

Int. Quæ est ratio quod in duobus collegatariis, uno repudiante, legatum accrescit alteri ut not. in l.re coniuncti.ff.de leg.iii.?

Res. Quia corruptio unius est generatio alterius ut inquit Floria.in l.si Titio & Meuio.ad fi.ff.ad legem Aquil.in simili Bal.precibus col.iiij.C.de impub.& hoc est quòd Ioan.xj.dicitur si granum frumenti cadens mortuum fuerit, multum fructum affert.

Int. Cantantes in ecclesia ut placeant populo, peccant ne?

Res. Grauiter, unde Grego.in c.in sancta.xcij. distin.Deum moribus irritat, qui uocibus populum delectat.tradit Abb.in c.ut quisque.de uit.& hone.cleri.igitur corde prius quàm ore, monachi & moniales canere debent.

Int. Capilli ad ornatum mulierum sunt, quid si sine licentia uiri uxor sibi eos praeciderit, patietur ne poenam aliquam?

Res. Dicunt Docto. quod erit excommunicata, qua poena nulla est in ecclesia Dei maior & grauior.l.hi qui sanctam fidem.C.de apost.a.c.corripiantur. xxiiii.q.iii. & ad propositum probatur in c.quæcunque. xxx. distin. Afflict. post Ro.in singula.suis(numerum non citat)in c.i.in §. rursus quæ fue.prima eau.bene.amit.in usib.

Int. Quare Galero rubeo utuntur Cardinales?

Res. In Synodo enim olim Lugduni ea ratione institutum est id, ut pro catholica fide & populo Christiano intelligerent se paratos esse debere, si oporteret sanguinem effundere. Alij aliter dicũt Galero donatos à Nicola. iiij. Seu ab Innocentio, ut orbiculari figura sciant se cũ summo Pontifice totius orbis coram gerere, proq; fide ortodoxa ac ecclesiæ uniuersæ, debere (ut dixi) cum opus fuerit sanguinem effundere.

Int. Fui interrogatus heri quo anno occisus fuerit Cicero ætatis suę, inter Caietam & Neapolim, ab Herennio & Popilio, & nesciui respondere.

Res. Sexagesimo quarto (ut inquit Abbas (post lios) Vspergen.) respõderi poteras. seu (ut apud Liui.legitur) lxiij.fuitq; Popilius legionarius miles occisor.

Int. Campus martius quo in loco est?

Res. Romæ, Arena autem Veronę l.sed celsus in prin.ff.de cõt.emp.l.in tantum.§.vniuersitatis ff. de re.diui.

Int. Qui reducit fundum ad culturam, potest ne expelli, un uero perpetuo ibi relinquendus est?

Res. Etiam si alius meliorem afferat conditionem expelli non debet.l.quicumque C.de omni agro deser.lib.io.Regien.consi.clvij.nu.14.uol.i.

Int. Quo tempore floruit Dantes Aligerius poeta Florentinus?

Res. Anno M C C XCVIII. pontifice.Benedicto ii.& Imperatore Henrico.vii. uti Abbas vspergẽ.testatur, fuitq; propter monarchiã quã scripsit damnatus de heresi, ut inquit Feli.in c.ex parte col. penul. de rescrip. post alios in c. nouit. de iud.

Int. Decime quo iure debentur?

Res. Diuino ita ut consuetudo, quanquam longa quod non soluãtur minime ualeat, quoniam seruaretur non absq; peccato mortali c. quoniam omne de præscrip.Guid.Papæ.decisio.cclxxxiiij.

Int. Districtuales debent ne admitti ad officia ciuitatis?

Res. Sine dubio, quia præstantias (ut uulgo aiunt) soluunt ut ciues.l.qui ex uico ff.ad municipa. l.i. ff.de nundi. argumentum in l.secundum naturã, ff.de regu.iu.Pau.cast. consi.cclxxxiij.col. iiij. uol.primo.

Int. Quæ nanque erat Dictatura Romæ.

Res. Summus magistratus creari nõ solitus, nisi difficillimis reip.tẽporibus, nec durabat ex lege xii tab.nisi mẽses sex Cęsar tñ fuit dictator ppetuus

Int. Si obiiciatur scholari quod in examine fuerit reprobatus est ne hoc ipsum quasi exceptio rei iudicata?

Res. Est utique l.qui iurasse §.pater ff.de iureiu.l. cum qui §.in popularibus ff.eo.l. sed &. reprobari & utrobique not.ff.de excut.tu.Bal.in terminis consi.lij. col.i. uol.v.

Int. Si iniuria fiat Doctori, uerbo uel facto, poterit ne agi contra iniuriantem?

Res. Poterit sanè lege Iulia de ui publica.l.lege Iulia.ff.ad legem Iul. de ui pub.Guid.Papæ decisio. lxxxviij.ad fi.

Int. Si notarius efficiatur Doctor, ut multi faciũt, desinet ne esse notarius?

Res. Bal.& Imol.in l.falsa demonstratio.ff.de condi.& demon.dicunt quod non, idque etiam Feli. in c.inter dilectos.col.ij.de fid.instru.

Int. Si quis habeat exculpationem testatoris poterit ne torqueri?

Res. Non, quia habet pro se indicium innocentiæ. l.Paulus.§.j.ff.de bon.lib.Bal.in l.i.col.fi.C.com munia de lega.Alex.consi.i.col.v.uol.iiij.

Int. Mala præsumptio est contra famulum.l.Iulianus.§.j.ff.de act.emp.& alibi satis dictum est, sed quid in famula, quibus dotibus prædita esse dẽt?

Res. His, (ut inquit Erasm.Rotetoda.) Fidelis esse debet, deformis, & ferox, fi fidelis res non diminuit, si deformis eam non ambiunt proci, si ferox facile tuetur ius domini.

Int. Testator reliquit castrum Titio & posteris, cũ hoc ne alienaretur, quia nolebat in familia conseruari perpetuo, Titius de hæresi condemnatur bonaq; publicantur, an castrum publicatum intelligatur?

Res. Non, ut ex multis ostenditur in c.cum secundum.de hæreti.in vj & est simile in l.j. & ibi Bal. ac Saly.C.de bon.lib.& in l.corruptionem, ad fi. de usu & habita.

Int. Cardinales quorum dignitas nulla est maior ut inquit Feli.post alios in rub.de maio.& obed. col.v.sunt ne de clero?

Res. Sunt non secus ac nobiles de populo, ut dicit Bald.in capitulo quia propter.nu. 16. de electio.

Int. Interdum reintegrandæ uti possidetis, datur

ne

ne commendatario?

Ref. Non,& est casus in c.si constiterit.& ibi Feli. not.de accusa.& habetur etiam in c.ad decimas. de resti.spol.in vj.

Int. Consecratio in Episcopo requiritur in Abbatissa benedictio,potest ne iterari?

Ref. Consecratio non,benedictio autem sic.c. pro uida.de ele.in vj.Cardi.in cle.attendentes.de sta. regu.Feli.in c.meminimus.col.ii.de accusa.

Int. Depositum habet executionem paratam inq; eo summariè procedi debet,multaq; alia priuilegia ipsius scribuntur & not.in l.i.C.de eden.sed nunquid tamen actio depositi uia ordinaria cum libello proponi debeat & possit?

Ref. Bal.in l.pe.C.depo.inquit quod sic,& post eũ Feli.in c.olim.ad fi.de accu.

Int. Dignitas ecclesiastica quomodo cognoscitur?

Ref. Ex tribus, primo si habeat officium & prosit iurisdictioni cum administratione. Secũdo si nomen de iure communi sonet in dignitatem. Tertio quando de consuetudine pro tali habetur ita Boer.decisio.cclxxxvj.nu.1.& 2. par. ij.

Int. Si debitor capiatur quibus expensis ali debet?

Ref. Creditoris si est pauper, ut ex multis ostendit Boer. decisio. ccciij. numero secundo, par. secunda. & est rationabile & ita seruatur de facto, sed cogita si foret diues quod non caperetur.

Int. Gens quot modis dicitur?

Ref. Tribus,totius orbis,certe nationis, & pro familia etiam ponitur.l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.l.prima.§.ius gentium.& ibi not.ff.eodem. l. i.ff.de proba.

Int. Quare scripsit Dionysius Hieroni Regi (ut memoriæ proditum est) Culicem non curat Elephas indus?

Ref. Quia contionem contra ipsum habuerat ad leontinos.

Int. Quare est quod Constantinus donauit Vrbem Romam Papę Siluestro,cũ consensu populi?

Ref. Quia non potest absque eo regulariter ciuitas alteri concedi.c.j.§.si quis. in prin. quo tempo. mi.in usib.Feli.in c.dilecti.in §.j.col.i. & per illum tex.de maio.& obe.

Int. Si quis eripiat clericum de manu familiæ potestatis incurrit ne pœnam aliàs eripienti impositam?

Ref. Fauore religionis dicendum est quod non:argumentum in l.sunt personæ.ff.de relig.& sump. fun.tradit Feli.post Bal.in c.j.ad fi. de offi. dele.

Int. In Vrbe quæ nam sunt ecclesię Patriarchales?

Ref. S.Ioann.Laterani.
S.Petri.
S.Pauli.
S.Mariæ maioris.&
S.Laurentij extra muros, scituq; dignum est, & testatur etiam Albe.in rub.de sta.ho.col.ii.

Int. Cardinales qui nõ erant tempore Constantini, & quando fecit donationem ecclesiæ ut tradit Albe.in rub.de summa Trinita.& fid.catho.col. ii.ordinati postea, unde titulos uelut cognomento quodam cognoscuntur,habuerunt?

Ref. Ab ecclesiis quæ per ordinẽ ponũtur à Doct. in rub.de stà.ho.ubi in specie Albe.col.ij.

Int. Heremitæ sunt ne de foro ecclesiæ?

Ref. Sunt utique eorumq; caput CHRISTVS.c. indemnitatibus.ad fin.de elect.in vj.Feli.ubi alia in materia multa in c.nullus iudicum. colum. ii. de foro compe.

Int. Conclusio in libello requiritur,imò quod tota uis in conclusione consistit. l. si uoluntate. C. de rescinden.uendi.not.in l.edita.C.de eden. sed quid si coram Papa agatur?

Ref. Hoc casu non requireretur, quandoquidem præsentia eius soppleat,ut dicit Inno. & post eũ Feli.in c.i.col.ii.de for.compe.

Int. Quid si tibi Athenei prouerbium uult quod huiusmodi est.

Vinum clauum non habet?

Ref. In conuiuio homines liberius solito loqui debere.

Int. Falsa latinitas uitiat ne instrumentum?

Ref. Non, (ut dixi alibi satis) rescriptum autem sic,& nouissimè tradit Felin.in c.ex parte.col.ii. de fid.instru.post Gul.& Angel.in l.qui habebat in princi.& per illum tex.ff. de ma. testamen. & alios ut ibi per eum.

Int. Comites palatini qui habent potestatem legitimandi ab Imperatore, possunt ne de iure canonico subdelegare?

Ref. Non,ut ex multis probat Bal.in c.fin.ad fi. de offi.del.Fel.in c.quod sedes.col.ii.de offi. ordi.

Int. Dominium quo modo datur?

Ref. Plenè aliquando,plenius,& plenissimè, plenè testamento,plenius morte, plenissimè aditione hæreditatis,ita glo.in l.omnium.(certè singula. ex hoc) C.de testamen.

Int. Dominium ad idem quotuplex est?

Ref. Iam dixi tibi alias quod est duplex directum & utile,nunc dico aliter fore triplex intellectuale in filio.l.in suis.ff.de lib.& posthu. Sustentatiuum uxoris,in marito.l.doce ancillam. C. de rei uen.& connexum cum administratione hæredis ita Ange.in d.l.in suis.col.i.

Int. Punitur ne acrius quis per uiam accusationis quàm inquisitionis?

Ref. De iure canonico indubitatum est,non de iure ciuili,quia tunc pœna est æqualis.c.super his. de accu.c.tuæ.de pœn.l.iiii.C.de sep.uio. Felin. post Abb.in c.inquisitionis,& per illum tex.col. iii.de accusa.

Int. In criminalibus potest ne fieri prorogatio iurisdictionis?

Ref. Si accusando (in ciuilibus clarũ est quod sic) procedatur,idẽ dicẽdũ est ꝙ possit,nõ si inquirẽdo,quia esset defectus nõ modo,uerũ ẽt in procedendi modo & malè ut no.in l.j.C.ubi de cri.agi op.Feli.in c.ad petitionem.col.vii.de accu.

Int. Quid sibi uult uerbũ Turcicũ Alahici cũ ecclemusina petitur à monachis quos habent Turcæ?

Ref.

Res. Prout ego percepi ab aliis,non quod linguam Turcicam aliter intelligam, non aliud nisi propter Deum.

Int. Papa procedit ne parte non citata?

Res Procedit contra detinentes terras Ro. Ecclesiæ,ut fecit Vrbanus contra Spoletanos,quod tradit Hostien.& post eum Feli.in c.cum olim.col. xiiij.de re iud.unde quotannis tales etiam excõmunicantur in cœna domini,anathemate horrendo,ut in consti.Marti.v.incip.ad perpetuã, usq; adeò ut per eam interrumpantur omnes præscriptiones contra ecclesiam, & ut per Feli. latius in c.cum non liceat.col.ix.de præscrip.post Archiepisco.Flor.in summa sua inque ij.par.iij.par. titu.xxv.§.lxxvij.

Int. Fuit ne excommunicatio nota Iureconsultis?

Res. Non,nec inuenta à lege ciuili, sed bene nota Iustiniano.& licet lex ciuilis non inuenerit.c.cũ sit Romana.ad fi.de appella.ea tamen utitur.c. j. hic fi.lex corra.in usib.plenè Feli.in c.prudentiã. in §.sexta.col j.de offi.dele.

Int. Percutiens clericum est excommunicatus.c.si quis suadente diabolo.xvij.q.iiij. quid si clericus sit excommunicatus?

Res. Idem dicendum est ut in c.super eo.& ibi Feli.in prin.not.de sen. excom. etiam si percutiens sit clericus quod plus est,quia priuilegiatus,non utitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.l. milites.§.coæqualitas.ff.de execu.tuto.idem Feli. in c.cum causis.col.j.de sen.excom.

Int. Certum est,qui cum excommunicato communicat,quod est excõmunicatus,sed quid in Papa?

Res. Glo.in c.nulli.de sen.excom.tenuisse uidetur quod excommunicatus non sit hoc casu, & malè eamq; reprobant Docto. & in specie Feli. ad fin. & ita tenendum est.

Int. Quare montes uestri agri Patauini Euganei appellantur?

Res. Quia sunt nobiles, nec aliud sibi uult Euganeus quàm nobilis,inde vua quæ ex montanis horum uitibus Euganea, siue Eugenia, (nos uerò corrupto uocabulo Gaiganica)appellatur, quod Græcè nobilis sonat.

Int. Canonicus qui est absens ex causa studiorum, percipit ne fructus canonicatus?

Res. Dixi nonnihil alibi nunc uerò clarius quod sic mensæ grossæ,sed non distributionum quotidianarum,ex quo propter cultum non dantur nisi interessentibus.c.unico.de cle. non residen. in eccle.in vj.Abb.in c.licet.ad fin.de præb. & fructus isti sunt canonicales ultra præbendam, qui de mensa grossa appellantur & declarat Felin. in c.Iacobus.in prin.de simo.

Int. Fuit ne Imperium ante Papatum?

Res. Fuit absque dubio,sed tamen fraternizant, & ambo sunt à Deo ut tradit Io. And.in addi. Spec. de iurisdi.om.iudi.in prin.& glo.in §. sancimus. in auth.quomo.op.ep.latè Feli. in c. cum non liceat.col. pe.de præscrip.

Int. Quomodo id intelligitur quod habet familiarem ab accusando repelli? & de quo aliàs in c.si in §.si quis enim.iij.q.ulti.

Res. In familiaribus qui à teneris, & continuo fuerint nutriti in domo,ita Feli.& est not.& iuridica declaratio in c.nulli.col.ulti.de accusa.

Int. Clericus deponens habitum & sumens arma perdit ne statim priuilegium. c. si quis suadente diabolo.xvii.q.iiij.?

Res. Non,ex quo requiritur monitio.c.in audientia.de sen.excom.Feli.in c.cum non ab homine. in prin.eo.titu.

Int. Quę sunt Regis Gallorum insignia?

Res. Lilia(ut notum est)sed cœlitus demissa *Clodonæo* illorum Regi Christianis sacris initiato.

Int. Quilibet qui sit constitutus in peccato mortali est ne infamis?

Res. Est utique ut per glo.in c.celebritatem. de cõsecra.distinctio.iij. Feli. in c. inquisitionis. col. xvij.de accusa.

Int. Lege canonica non ligatur Iudęus in spiritualibus,quid in cathecumino?

Res. Ligatur.c.audite.xxiiij.distinct. & ibi Gemi. Io.And.in c.gaudemus.de diuor.Feli.in c. iudęi ij.col.iij.de iudæ.

Int. Quid nam de linguis dicemus,Hebræa, Latina,& Græca,est ne una melior seu ditior altera?

Res. Hebręa pauperrima est(ut experientia docet magistra rerum efficax.c.quam sit.de elec.in vj.) Latina diues, ditissima uerò omnium Gręca, in Latina grauitas, in Gręca uerò lenitas quędam, & dulcedo omnium suauissima.

Int. In l.ut uim.ad fin.ff.de iusti.& iur.ibi nefas esse, quæro num differentia sit inter nefandum & nefarium?

Res. Maxima,quia nefandum fari non debet,nefarium uerò sacra polluit,hinc (ut inquit Asco.Pedia.in Verrem)sacrilegus etiam nefarius est.

Int. Necessitate ineuitabili licet ne christianis inuocare opem ab infidelibus?

Res. Io And.in addi.spe.de iude.in rub.ait quod sic,idemq;Feli.etiam in c.ad liberandum col.ij. de iudę.ego late consi.ccxli.ubi.etiam Por.& Decian. Collega, in subscriptionibus plene uol.ij.

Int. Ordo seruandus est semper, quia (ut uulgo dici solet)ubi non est ordo ibi est confusio, hinc uidemus quod genitores imperant natis. ignobilibus generosi,iunioribus senes, domini seruis, Potentiores imbecillioribus,& prudentes denique(ut inquit Plato)ignorãtibus,sed quid in processionibus religiosorum?

Res. Hoc casu primum precedunt Monachi. S.Basilii.& Benedicti,secũdo Canonici.regulares Tertio. Mendicātes prædicatores, Minores, Heremitæ & Carmelitæ,& fusius ut in c. i.in §.sanè de relig.do.in.vj. Ancha.consi.cxx.Boer.in tracta. de aucto.magni cõsi.in uer.tertio.nu.87.

Int. Mulier impudice uiuens ex statuto Bononiensiũ debet conduci ad lupanar, quid si sit nupta?

Res. Isto casu in statuto non est comprehensa ita Bal.in l.cõsentaneum C.quomo.& quan.iud.Io. And.

And in addi. Spe. inq; rub. de iniur. in prin. Feli. in c. pastoralis col. iii. de iudi.

Int. Si mortuus quis inueniatur ante domum alicuius, erit ne præsumptio contra ipsum?

Res. Erit, nisi personę qualitas aliud suadeat ut per Bar. in l. ediles ff. de uia pub. Ro. in l. i. in §. hoc rescriptum ff. ad Sillani. Feli. in c. fi. ad fi. de homicid.

Int. Si in præcepto non dicatur sub pœna periurij, erit ne (puta scholaris non obediens Rectori) periurus?

Res. Felin. in c. fin. col. penul. de spon. concludit optima ratione, nisi dicta clausula in ea apponatur, quod non.

Int. Quot sunt sedes Patriarchales?

Res. Principales quatuor, & totidem inferiores, ille, Constantinopolitana, Alexandrina, Anthiochena, & Ierosolimitana. Iste, Aquilegien. Bituricen. Graden. & Pisana, ut in capitulo renouantes, & ibi Cardi. Alexan. uigesima secunda distinctio. Gemi. in capitulo cleros. uigesimaprima distinctio. Boer. plenius in tracta. de aucto. magni consi. in uer. tertio. nu. 50.

Int. Sententia ordinarij etiam iniusta transit in rē iudicatam, quid in sententia delegati?

Res. Secus, ex quo iudicat contra formam mandati de faciendo iustitiam, & ita dicebat Otto Cardinalis Portuen. ut in capitulo finali. & ibi Hostien. de præben. Latè Felin. in capitulo causamq; col. iiii. de re iudi.

Int. Potest ne mulier secundo nubere si fama sit in ciuitate maritum esse mortuum?

Res. Potest, quia iustam habet credulitatem, & iustè ignorans non delinquit: argumentum in l. iij. ff. ad Macedonia. & in l. licet. ff. de ac. & obli. Iser. & Afflict. in c. j. in §. sancimus. nu. 79. quo tempo. mi. inuestit.


Int. Notarius si recusarit facere testamentum erit ne periurus?

Res. Statim & officio priuari debebit, quia iurauit testamentum facere requisitus ut pulchrè inquit Cardi. in clemen. dudum. in xiij. not. de iureiu. & Bal. in rub. C. de fide instru. col. ij. & Feli. in c. quoniam contra. col. iij. de proba.

Int. Libris Massarij nullæ creditur ne simpliciter?

Res. Non, nisi subscripti fuerint manu notarij. l. ij. C. de conuen. fi. deb. lib. x. Bald. in l. Imperator. ad finem. ff. de sta. homi. Alex. cons. clxxxvj. col. ii. uol. ii.

Centuria Tertia.



Int. EXEMPLVM regulariter non probat nisi sumptum sit auctoritare iudiciaria ut not. in §. illud. in auth. ut frat. filij. & in l. cyrographis. ff. de administra. tuto. & in authen. si quis in aliquo. C. de eden. sed nunquid alia requirantur?

Res. Notab. text. in capitulo finali. de fid. instrumento. uidetur innuere quod non sufficiat, sed alia etiam requirantur, quod exemplandum iudex uiderit ordinarius uel delegatus, sibi præsentatum fuerit non abolitum atq; cancellatum, in quo nulla sui parte uitiatum, & publicæ personæ tradiderit, eidemque præceperit exemplari, qui postea hoc idem testificetur, quod uidit ipsum similiter, quodque id sibi iudex mandauerit, aliàs non probaret, nec eandem haberet auctoritatem ut originale, & not. in dicto capitulo finali. in præallega. authen. si quis in aliquo. & est argumentum in l. cum hi. in §. uult igitur. & in §. si prætor. ff. de transac.

Int. Valet ne argumentum de teste ad tabellionē?

Res. Quanquàm tabellio æquiparetur testi ut inquit Bald. in l. Imperator. lectu. secunda. ff. de sta. homi. l. Domitius Labeo. ff. de testamen. non tamen est bonum argumentum de tabellione ad testem; uel è contra, quoniam testes solemniter examinantur, in tabellione autem solus rogitus sufficit ut not. Paul. Castren. Ias. & alij in d. auth. si quis in aliquo.

Int. Valet ne argumentum de testibus ad instrumenta?

Res. Valet. l. in exercendis. C. de fide instrum. sed non semper ut inquit Bar. in l. ii. C. si mi. se maio. di. & patet quia exemplum non probat, & multo minus exemplum exempli. & tamen testis de auditu proprio probat, licet non de auditu auditus, ut not. in l. ii. in §. item Varus. ff. de aqua plu. arcen. & ideò non est bonum simile Bal. in l. tertia. C. de diuer. rescrip. & in l. in bonę fidei. col. iij. C. de reb. cred. dum dicit, sicut testis de auditu auditus non probat quod sic pariter non probat exemplum exempli, & ut dixi latius in d. authen. si quis in aliquo.

Int. Est ne bonum quod auctoritas iudicis interponatur in actu, quanquam minimè necessaria sit ut faciebat Hiero. Tergul. Iurecon. nostrorum temporum egregius?

Res. Est utique quia facit præsumi ipsum esse uerum metumque prorsus abfuisse argumentum in l. transactionem. C. de transactio. sed est text. in l. prima. C. præd. decu. libro decimo. tradit Bald. in l. prima. in §. nunciatio. ff. de nou. ope. nuncia.

Int. Quod dictum est proximè de iudicis auctoritate est ne uerum in quocunque iudice?

Res. Sentit Bal. in l. tutores ff. de confir. tut. quod non sed in maiori tantum ita declarando tex. in l. i. præalleg. proximè. C. de præd. decu. lib. x. & ex not. in §. nos autem. institu. de attil. tuto. Tamen dubito ego de illa theorica, cum habeam per tex. in c. fi. de fid. instr. de quo etiam supra dicitur, qui hoc ipsum uendicare sibi locum tam in iudice delegato quàm ordinario.

Int. Quid sibi uult hoc uerbum uerres, de quo Cice. in Verrem multa?

Res. Porcus est non castratus, sic idem Cice. uerris nomen suggillat ut ibi not.

Man. B Int.

Int. Si statutum uel consuetudo uelit instrumentum exemplari absque citatione, poterit ne citatio omitti?

Res. Bal.& Saly.in auth.si quis in aliquo.C. de edē. dicunt quod sic & Alex.post eos cons.xlj. col. fi. uol.ii. tamen puto ego contrarium fore uerius, quia citatio est de iure naturali.cle.pastoralis.de re iudi.nec debet posse tolli per statutum uel cōsuetudinem quæ sunt de iure ciuili. l. omnes populi.ff.de iusti.& iur. l. de quibus. ff. de legi. §. sed naturalia quidem.insti.de iur.natu.

Int. Quomodo exemplificari posset quod uulgo dici solet, quod inconueniens multiplicari non debet?

Res. Hoc modo ut etiam alibi dictum est, & maximè supra exemplum non probat ergo multominus exemplum exempli ut per Bald. in l. tertia. C. de diuer. rescrip. aliàs multiplicaretur inconueniens, & dato uno daretur maius, uel & sic statutum dicit quod soror non succedat fratri, an tollat ex hoc quod frater non succedat sorori? dicit Bald. quod non supradicta ratione in l. lege duodecim tabularum.ad fin. C.de legi.hære.

Int. Ius patronatus extinguitur ne defunctis hæredibus.

Res. Indubitanter ad similitudinem usufructus qui pariter finitur per mortem. §. finitur, institu. de usufruc. & libera manet ecclesia, ad eamque deuoluitur,& episcopus qui prius confirmare debebat, confert.c. omnes basilicæ. xvj.q.vij. not.in c.significauit de pœniten.& remis.Gemi. in specie.cons.xlv.col.fin.

Int. Fideiussor soluens, solutum recuperat à debitore principaliter obligato,sed quid si hæres à testatore iussus sit fideiubere?

Res. Isto casu secus, text. est singula. in l. tribus. ff. de usufruc. ea. re. quæ usu consu. quem celebrat Bald. in l. unica. in §. ne autem. C. de cad. tollen. & in l. si pro ea. C. manda. & idem si fideiussio facta sit donandi animo ut inquiunt Bononien. in rubrica ff. si certum petatur. numero 18.

Int. Reformatio statuti oportet ne quod sit moribus utentium approbata?

Int. Bald. in authen. omnes peregrini. col. finali. C. communia de succe. dicit quod sic, aliàs reformatio non ualebit uigebitque statutum antiquum quod refert & sequitur Alexan.consil. vj. col.ii.uol.j.

Int. Posset ne Papa Sanctam Sedem Apostolicam si uellet alibi transferre?

Res. Non, sine iustissima causa quia Romæ fuit diuinitus ordinata ut principatum obtineret, essetque nationum caput terrarum Dea atque gentium. cui par est nihil, & nihil secundum ut inquit Plin.Iuni.& Moder.Perusi.in c.fi.in prin. de regul.iur.in vj.

Int. Est ne represaliarum materia restringenda?

Res. Est utique ciuilitatis gratia,ne destruatur sed ut potius ciuium multitudine floreat respubl. Imò quod nec sunt permissæ.c.j.de iniur.lib. vj. & in auth.ut pi.non fi.nisi duobus concurrentibus ut per Bal.cons.ccccxlv.ad fi.uol.iiii.& Pau. Cast.cons.ccccxxiii.col.iiii.uol.i.quod requisitus fuerit superior debentis, quod faciat iustitiā & non fecerit.

Int. Potest ne filius reprehendere patrem, uel iunior antiquiorem?

Res. Potest & debet, sed tamen urbaniter ut Scęuola Gallum, inciuiliter uerò si errarit quis in eo quod maximè scire debuit. l. iii. §. si quis. ff. de condi.ob cau.l.potioris.C.de offic.recto. prouin.l.precibus.C.de impube.l. ut responsum. C. de transactio.l.Domitius Labeo.ff.de testamen. l.ii.§.Mutij auditores.ff.de ori.iur.not.in l.Gallus.in §.quidam rectè.& in §.institués.ubi Alex. ad fi.ff.de lib.& posthu.

Int. Si quis renuntiat liti,uidetur ne fateri ius aduersarium suum habere?

Res. Non, ut not. in l. si te. ubi Bald. in specie. C.de inge. ma. Roma. singul. DCCLXXXIIJ. quem citat & ita tenet etiam Feli. in c.olim.col.ulti.de rescrip. sed si renuntiet appellationi secus, quia tunc uidetur fateri sententiam iustam.l.iij. C.de fide instru.idem Feli.in c.pastoralis.in §.quia uerò.col.ii.de offi.deleg.

Int. Solemnitati iuris directo renuntiari non potest. l. nemo potest cum not.ibidem.ff.de leg. j. & in l.penul.C.de pact. & in l. ius publicum. ff. eodem,sed nunquid possit indirectè saltim per promissionem pœnæ?

Res. Non.l.Seius & Augerius.ff.ad legem Fal.multa Alex.cons.xxxij.col.ii.uol.ii.

Int. Rogitus requiritur in testamento, etiam si sit ad pias causas.c.relatum.de testamen. l. fin.§. in omni. C. de codicil. quid in aliis ultimis uoluntatibus?

Res. Secus,ut in d.§.in omni.Corn.cons.cccix.nu. 11.uolu.iiij.

Int. Memini me aliquando legisse nescio quid de pacto salis; quod nanque erat istud pactum & quare salis?

Res. Antiquitus Orientales populi paciscentes sal comedebant ut perpetuo duraret pactum, quia nec sal corrumpi potest, ex quo factum est inde ut pactum salis quoque diceretur.

Int. Quare admiratus est olim Socrates se in bibliotheca (ut memoriç proditum est) collocatum fuisse?

Res. Quia nihil scripserat, dicens semper hoc unum scio, quod nihil scio. Et ni fallor moderationi animi ascribendum erat, non quod non esset non modo consensu hominum uerum etiam Apollinis oraculo grauissimus sapientissimusq; Philosophus iudicatus.

Int. Quare Gratiæ nudæ pingi solent, connexæ, & una auersa duæ uerò quæ nos aspiciant?

Res. Quia sine fuco esse debent, insolubiles, & si una

una à nobis proueniat, duplex reuerti solet.

Int. Si quis clericum sacerdotem offendat, est ne iniuria publica, & superinde etiam accusatio?

Res. Est utique, quia honorari debet, etiam quod discolus sit ut Matth. xxiii. legitur, ibi quæcunque dixerint uobis seruate & facite, secundum opera uerò nolite facere, dicunt enim & non faciunt. & quòd sit iniuria publica not. in l. prima, ff. de iusti. & iure. & in l. si quis in hoc genus. iuncta authen. ibi posita. C. de episco. & cle. & idem in Doctore legente ut dicunt Scriben. in d. l. j. super illis uerbis. Cuius merito quis nos sacerdotes appellat.

Int. Quare Tribuno dici olim iussit Seuerus laboremus, pertinax uero ad Imperium ascitus, militemus?

Res. Vt simbolum illis esset siue documentum, alterum belli, pacis uerò alterum.

Int. Si dicatur secundum quod fecerunt anteriores & maiores mei, uerba hæc, sunt ne conditionalia?

Res. Non, ut dicit Barto. Bald. & alij, in l. eum qui. in §. Iulianus. per illum text. ff. de consti. pecu. c. abbate. de uerbo. significa. Corn. cons. cj. nu. 6. uol. iii.

Int. Quare est quod antiqui & maiores nostri sternutationem pro numine habebant, matutinam ominosam, meridianam non, & probandam?

Res. Quoniam à capite quæ pars hominis sacra est argumentum in l. cum in diuersis. ff. de religio. principium ducit.

Int. Quare scriptura inuenta est?

Res. Ad perpetuam rei memoriam. l. iubemus. C. de testa. Bar. in tracta. de ritu iudicio. in uer. memoriæ. & nimirum quia memoria labilis est. l. peregrè. ff. de acqui. pos.

Int. Est ne scriptura ad propositum de essentia legis?

Res. Scriben. in rub. de consti. ubi ego etiam multa tenuisse uidentur quòd non, tamen quod requiratur plurimum facit, quòd CHRISTVS proprio digito scripsit in lapideis tabulis leges, cuius actio nostra est instructio. c. significasti. de electio.

Int. Quare Siculi Trilingues dicuntur?

Res. Quia linguis Græca scilicet, Latina, & Sicula quæ sua est, loquuntur.

Int. Inter animalia quod nanque est hominibus nocuum?

Res. Adulator inter mansuetiora dicebat Bias (autor est Plutar.) inter fera tyrannus.

Int. Quid sibi uolunt illa uerba Psal. xvij. ibi, Exaudiuit de templo sancto suo?

Res. Nõ aliud nisi cœlum empyreum, sanctissimæque Trinitatis consistorium significare. ex quo templum in scriptura multifariam capitur. Et quandoque pro cœlo (ut dixi) empyreo. Exaudiuit igitur (dixit) de templo sancto suo, id est de cœlo empyreo.

Int. Si coram septem testibus dixero, nolo testamentũ meũ primũ ualere, dicetur ne reuocatum?

Res. Non, nisi cursu annorum decem, aliàs sic, si dixero, quia uolo intestatus decedere. l. sancimus. C. de testa. l. si quis hæres instituatur. ff. de hære. instituen. Alex. cons. ciiij. col. j. uol. iij.

Int. Testamentum est ne unum uel plura?

Res. Formaliter unum est, plura materialiter. l. is qui. ff. de testa. l. scire debemus. ff. de uer. obl. Regien. cons. v. nu. 3. uol. ii.

Int. Si testamentum fiat apud Turcas ualebit ne coram duobus testibus factum?

Res. Valebit utique quia apud eos seruatur ius gẽtium, æquum & generale, quod etiam probat ex hoc, Bal. in l. ii. C. quemadmo. testa. aper. & in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. Raue. in tracta. de consue. nume. 105.

Int. Potest ne reuocari testamentum coram septem testibus (paulò supra dixisti) absque eo quod fiat aliud?

Res. Potest, & ita Curia parlamenti iudicauit ut refert Guid. Papæ decisio. cc. & cons. cxlvij. nu. 3.

Int. quare est quod pupillus, furiosus, & similes non testantur?

Res. Quia testari est iura sapientissimorum hominum pertractare. l. fi. C. de mili. testa.

Int. Quare Galli ad Tyronis differentiam, uocant militem, quia iam semel prælio interfuerit collatis signis, quique manum cum hoste conseruerit, Battalarium?

Res. Quia prælium Batalla dicunt, ut nos lingua nostra quotidianoq; uerbo, bataglia.

Int. Quæ sunt nanque tutori necessaria antequam bona pupilli administret?

Res. Multa & præsertim hæc.

Quod inuentarium faciat.

Iuret bene administrare.

Satisdet rem pupilli saluam fore.

Specificè defensionem promittat. & cum decreto iudicis quidem omnia. l. fina. C. arbi. tute. l. de creationibus. C. de episco. audien. l. legitimos. C. de legi. tut. l. finali. §. defensionem C. de administra. tuto. Corne. pulchrè consil. clxiiij. nume. 4. uol. iiii. post Barto. in d. l. legitimos. in prin.

Int. Si de ualore beneficij agatur, quod nanque tẽpus inspici debet?

Res. Datæ & impetrationis, ut in contractibus tẽpus contractus. l. si uoluntate. C. de resc. in. uend. Feli. in c. eam te. col. pe. de rescrip. Cassiodo. in regu. cancel. decisio. xix. ad fi.

Int. Est ne Papa supra concilium?

Res. Est, nec concilio suppositus eiusq; potestas suprema & multiplex, utrunq; gladium habẽs & omnia iura in scrinio pectoris, & breuiter de nullo faciens aliquid. c. significasti. de ele. c. si Papa. iiii. dist. c. nunc autem. xxj. dist. c. cuncta per mundum. c. per principalem. ix. q. iii. c. quoniã. xviij. dist. Gemi. cons. xliiii. col. ii. & cons. liii. col. j. & cons. lxv. col. iiii. Host. in §. qualiter. & in §. ergo. qui fil. sint legi. & dixi alibi satis.

Int. Si uxor uerberet à marito, poterit ne fugere?
Res. Poterit audacter tenebiturq; eam alere etiam extra domum ita Bal. in l.j.col.iii.C.de leg.
Int. Si se obligauit pro excarceratione mariti tenebitur ne?
Res. Non regulariter nisi in obligatione interuenerit iuramentum, quia tunc tenebitur authen. si qua mulier. C. ad Velleio. c. cum contingat. de iureiuran.c.secundo.de pactis in sexto. Bald. cons.v.uol.iiij.
Int. Quæ nanque sunt ea quę sponsa siue uxor in mariti domo facere debet?
Res. Pulchrè Thob. hoc ipsum te docet. c.x. quod scilicet,
Soceros honoret.
Maritum diligat.
Familiam regat.
Domum gubernet, & seipsam denique irreprehensibilem exhibeat.
Int. Quare in auguriis ueteres ut plurimum uulture usi sunt, tum maximè Romulus & Remus fratres?
Res. Quia omnium animalium istud innocentissimum est, & innocentię simbolum, quandoquidē nō ex his quę uel seruntur uel plantantur, sed ex cadaueribus immundis tantū sibi uictū quęritet.
Int Quid est malum?
Res. Priuatio boni, ecce malum sunt tenebrę, quia luce priuamur, malum infirmitas quia priuat nos sanitate & amaritudo denique malum, quia est dulcedinis priuatio.
Int. Præscriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium, quę habet uim priuilegij & constituti. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quotidia. & ęsti. sufficiet ad inducendum unionem beneficiorum curam animarum habentium?
Res. Io. And. in regu. qui contra. de reg. iur. in vj. dicit quod sic, probatq; ex multis, eumq; refert & sequitur Alex. cons. lxx. col. ii. uol. iii.
Int. Pręscriptio emptoris prodest ne successori singulari?
Res. Sine dubio, ex quo exceptiones ceduntur, siue accessione transferuntur in eum. l. etiam. ff. de iureiuran. l. in uenditione. ff. de ac. emp. l. si partem. §. i. ff. quemadmodum ser. amit. Bald. consil. cccxv. col. ii. uol. iii.
Int. Quare est quod Abraam in ignem proiectus de igne exiuit illęsus, Aaron uerò combustus est?
Res. Quia ille non dubitauit in igne Deum esse, iste uerò sic, ut legitur Gene. vj. gloss. not. est in c. cum igitur. in uer. a Caldeis. xxxv. q. j.
Int. Quare est quod Martinus Papa à Constantio Heraclij nepote, qui tunc regnabat in exilium missus est?
Res. Quia conuocato concilio heresim Monacholitarum damnauit obsequiū enim amicos (ut est in prouerbio) ueritas uerò odium parit, uerbum què Comicum est.
Int. Quare est (ut aiunt) quod episcopus debet esse irreprehensibilis?
Res. Quia Dei quasi dispensator est, ut in c. legimus. xciij. distin.
Int. Propter quid est quod Caldei igni diuinos tribuerunt honores?
Res. Quia elementa corporea Deos esse crediderunt imò quod deus ignis est, igneum habet nomen, & Christus quoq; spiritum sanctū, in ignis specie misit, nomenq; suum, quadriliterum indicauit Deus Moysi per rubum ardentem omnisq; sermo dei ignitus est, quia procedit à Spiritu Sācto qui ignis dei est, ut legitur Exo. iii. & Deuto ro. xli. vel quia sicuti deus est ubique ita ignis in omni loco est, & in lapidibus quoque.
Int. Quid sibi uult simulachrum iouis leua sceptrū dextra modo aquilam. modo uictoriam tenens?
Res. Illud, quam ceterorum dominus est, ut auium aquila, uictoriam autem quoniā illi uniuersa subiecta sunt, uel quia nihil est à quo uinci possit.
Int. Leo hospes hominis, homo leonis medicus est quid sibi uult prouerbium istud?
Res. Tamet si leo ominum animaliū atrocissimus sit inter feras Androdo seruo tamen gratus pepcit, quia is stipe reuulsa ingenti pediq; leonis herente ipsum sanauerat.
Int. Quare Candelle accenduntur mortuis?
Res. Vt adsit CHRISTVS figuratiue, & immūdi repellatur spiritus, & hinc est quod dixit alibi Io. viii. ego sum lux mundi.
Int. Nebulones vnde dicti sunt, quibus orbis totus abundat quam maxime?
Res. A nebulis, quia non pluris sunt ipsi quam nebule, quæ citò disperguntur, uel forte quia mendaciis & astuciis nebulas quasdam semper obiiciunt.
Int. Quid est cadere causa, ut dicitur in l. in fraudē in §. neque. ff. de iu. fisci. & in §. si quis agens. insti. de actio.
Res. Non aliud nisi uinci in iudicio, & condemnari, licet aliter dicat tex. in dicto §. si quis agens. quod ad propositum ut prius elicitur ex Cicero. uerbis in ora. pro Lucio Mure. & in famil. libr. vij. epist. xiiii.
Int. Quomodo cognoscitur quod forma tradita sit?
Res. Ex uehementi & studiosa animi applicatione ad actum. l. si quando. C. de inofficio. testamen. ex appositione iuramenti. l. si pecuniam. ubi gloss. ff. de condic. ob cau. ex appositione pœnæ ut per Barto. in l. prætor. in § j. ff. de nou. ope. nuntiatio. ex clausula annullatiua ut per Bald. in l. i. ff. de libe. & posthu. & si dispositio concepta sit per dictionem si, conditionem significantem, quæ specificè debet impleri. l. qui hæredi. l. Meuius. ff. de condi. & demon.
Int. Pro nobilitate est ne præsumendum?
Res. Est, in spectantibus ad eam, aliàs non loci non generis nobilitate, sed uirtute quisque sibi gratiā comparat. c. illud. c. nos qui. xl. distinctio. nec principatus sanguini sed uitæ sunt deferendi. c. Moyses.

c.Moyses.c.apostilica.vii.q.i.

Int. Quis nummus olim ac primum signatus?

Res. Aaneus, postea argēteus, anno ab urbe cōdita (ut memoriæ proditū est) ccccclxxxv. Q. Fab. Cos. an. v. ante primum Bellum Punicum nota. Bigæ & quadrigæ, exquo hinc Bigatus quoque & quadrigatus uocitatus est, Aureus uero Bello punico xi. An. lxxii. post argentum, et intra hæc tempora etiam uictoriati, percussi sunt, paulo ante Bellū sociale. ære admisso.

Int. Peccatum enim pœnam meretur, nisi peccemus auctoritate legis. l. Gracchus C. ad leg. Iul. de ad. sed qua pœna punitus fuit ille primus parens noster, qui pomum comedit & peccauit, Euaq; simul cum eo, & serpens suasor malus?

Res. Adam, ut in sudore uultus sui uesceretur, Eua ut uiro foret semper subiecta, serpens autem ut in terra uiueret, inque locis desertis habitaret & homini semper insidias tenderet, & ut fusius Gene. legitur. c. iii.

Int. Quæ enim sunt triparia uerba, de quibus in c. ecclesiasticarum. xj. distinct. & cur sic appellata fueront?

Res. Quia sic quasi sub triplici silentio quodam dicuntur, ut ibidem, hæcq; sunt, *Hostia sancta, Hostia pura, & Hostia immaculata.*

Int. Grauiter peccans & in peccato perseuerans, præsumetur ne uerum dicere?

Res. Non, ratione peccati, etiā si iurarit ut inquit Abb. in c. j. col. j. de purga. cano. & hinc praxis sumpta est interrogādi testes, si confessi sunt quolibet anno siq; CHRISTI corpus susceperūt.

Int. Quare loquebatē CHRISTVS in parabolis?

Res. Quia solis discipulis datum erat nosse mysteria Dei & regni cœlorum. Cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uiderent, neque intelligentes intelligerēt ut dicitur Matth. xiii. & Luc. viij. Vel ut faceret auditores attentiores, qui manifesta spernere consueuerunt. in obscuris autem se plurimum exercere, seu etiam ne indigni quæ mysticè dicebantur, caperent. Vel & ultimò, quia Syris ita loqui erat familiare, & maximè palestinis, ad omnem sermonem scilicet inserere parabolam, ut, quòd simplex præceptum ab auditoribus memoriæ teneri non potest, per simili tudinem teneatur exempli.

Int. Quotuplex est libertas?

Res. Triplex, naturæ, gratiæ, & gloriæ: Istam gloriæ non habemus, quia est Beatorum, gratiæ minus quo ad materia, quia sine Deo nihil fit, solam igitur habemus naturæ, hoc est liberum arbitrium, nostrumq; est operari bonum & malum, ut ad Timoth. Pau. ij. c. j.

Int. Ad propositum liberi arbitrij, quid de fide dicemus?

Res. Quod sit donum Dei, & non liberi arbitrij tātum ut inquit Augusti. & habetur in c. gratia. de consec. dist. iiii. Vnde Hiero. ad Iouinia. non est enim uolentis aut currentis sed Dei miserentis, & adiuuantis ut peruenire ualeamus ad calcem, id est ad premium bonorum operum, ad uitam æternam & ad finem, nonnihil Archid. in c. j. in prin. de summa Trini. in vj.

Int. Perfectio rerum in quibus consistit?

Res. Pithagorici dicebāt consistere in tribus. principio, medio, & fine. Ad idem scias quod est duplex, quando accipit formam debitam, & quando operatur.

Int. Quare piscis non fuit in archa saluatus ut alia animalia?

Res. Quia peccatum fuerat in terra, ut Gen. vj. legitur, nec pisces peccarunt, ex quo fit non mirū fore si piscibus quoq; adimpletur ieiunium.

Int. Debemus ne potius mortem pati quàm peccatum mortale committere?

Res. Sine dubio, ut inquit tex. in c. sacris. de his quę ui metusúe cau. fi. Feli. in c. pastoralis. in §. quia uerò. col. pe. de offi. dele.

Int. Filius portat ne patris iniquitatem?

Res. Recordor me alibi dixisse, nouissimè tamen respondeo aliter, quod non, detrimento animæ, detrimento uerò rerum corporalium quandoque sic, ut in l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. Vnde Ioān. ix. cęco illuminato, eum interrogabant discipuli, an ipse peccasset uel parentes eius.

Int. Quid est primigenium?

Res. Coloniis deducendis, uel condendis urbibus, erecto uexillo, solebant ueteres (ut memoriæ proditum est) sulcum aratro proscindere in modum futuræ urbis istudque ipsum primigenium uocabant.

Int. Conciones Sacerdotū possunt ne fieri in foro?

Res. Possunt, sed tamen in templis communiter fiunt & fieri debent, nec locus ullus aptior est, exēplo Christi, cuius actio nostra est instructio. c. significasti de elec. vnde Io. vii. ascendit Iesus in templum & docebat. et vi j locutus est Iesus in gazophilacio docens in tēplo. et vii. rursum, stabat Iesus (supple in templo) & clamabat.

Int. Quare est quod in passione domini non dicit in illo tempore, ut in aliis euangelijs?

Res. Quia præsentia magis mouet quam præterita

Int. Baptismus sanat ne hæreticos?

Res. Non, sed polluit. eos populis, qui in diluuio aquarum (ut psal. in quit) ad dominum non approximabunt xxxi. et quia etiam Aposto. ait. peccatū esse quicquid ex fide non est idest cum fide operante per dilectionem c. qm̄ omne de perscrip. c. non sanat. i. q. i.

Int. Ex subditorum uiciis erit ne præsumptio contra prælatum?

Res. Erit absque dubio non secus ac contra præceptorem, ex uiciis & prauis moribus discipulorum c. peruenit & ibi glo. xviii. dist.

Int. Quot defectus habent pueri?

Res. Tres, vitę scientiæ, et eloquentiæ suntq; rursum inconstantes, elingues, & timidi, vnde Esai. j. A, A, A, dominus Deus meus, ecce nescio loqui quia puer sum.

Int. In aduersitatibus quid a nobis agendum est?
Res. Patienter ferenda omnia, oculisq; ad cœlum conuersis clamandum. Manus tua Domine fecerunt me, & plasmauerunt me, totum in circuitu, memento quæso, quod sicut lutum fecisti me, sic ut lac mulsisti, & ut caseum coagulasti, pelle & carnibus uestisti, & neruis compegisti, uitam & misericordiam mihi tribuisti, & uisitatio tua custodiuit mihi spiritum meum, quare sic repente præcipitas me? post tenebras spero lucem.
Int. Prælati, debent ne respondere ad omnes quæstiones sibi propositas?
Res. Sine dubio, & tantum differre à subditis, quãtum granum à paleis, ut inquit gloss. in c. qui ecclesiasticis. xxxvj. distin.
Int. Quare sic Petrus fuit pastor, cum tamen ipse negasset CHRISTVM ter, & cum iuramento quidem?
Res. Vt in sua culpa disceret aliis misereri.
Int. Quare Cicero Pompeium eiusq; partes secutus est & non Cæsarem?
Res. Ne ei foret ingratus, quem ab exilio reuocarat Vel forte ne uictor iste reip. libertatem opprimeret, seu quia ipsum mollem esse putabat, Pompeium autem uirum bonum.
Int. Quid erat ueteres Ostracismus Calculus?
Res. Non aliud nisi id, quo mittebantur ab Atheniensibus ciues in exilium.
Int. Quid cum dicebatur aliquem à testibus lędi?
Res. Est istud quoque quia testes contra reum testimonium ferunt & ut aliàs legitur in c. forus. de uerbo. signi.
Int. Quis est ille qui uicanus appellatus est?
Res. Qui nascitur in uico, quique eam patriam habet cuius reip. uicus ille respondet, uerbumq; est (ut superius) quo utitur Cice. & habetur etiã in l. qui ex uico. ff. ad municipa.
Int. Ad testis propositũ quid est denuntiare testi?
Res. Id quod dicimus nos, testem citare, ut inuitus cogatur ad iudicium uenire, & testimonium ferre, aliàs spontè ueniens seq; ultro offerens, non probatur. l. quæ omnia. §. j. ff. de procu.
Int. Quare est quod adulter olim, inq; lege ueteri, damnabatur ad mortem, mortis genere tamen aliter non expresso & nihilominus lapidabatur?
Res. Quia ea pœna legalis erat aliter tamen non expressa & sic plus dictum minusq; scriptum ut in l. cum auus. ff. de condi. & demon. & in l. cum acutissimi. C. de fideicom.
Int. Quare Poetis Chirothecæ ex lutre pelle compositæ non sine mysterio (ut uerisimile est) dari solent?
Res. Non alio ratione credo, nisi quia (ut lutra est rapacissimus animal) sic Poeta modo uni modo alteri uerba sententiasq; omnes & reliqua lutræ imitatione (iterato dixerim) aufert.
Int. Si non habebat Saul sacramenti sanctitatem quid in eo Dauid uenerabatur quem honorauit uiuum & uindicauit occisum. c. dominus. §. si nõ habebat. j. q. j. & reg. xxiiij.
Res. Nimirum quia immunditia malorum sacerdotum sacramenta non polluit, ut ibi legitur & in c. prophetauit. j. q. j. & dixi etiam alibi aliter tamen.
Int. Quare Isaac risus interpretatur, ut legitur in sacris literis?
Res. Iosaph. in lib. de antiquitatib. dicit hoc ideò esse quia ex nonagenaria Sara Abrae uxore ridente Dei permissione per Angelum natus est.
Int. Iudex iudicando debet ne sedere an uero stare?
Res. Sedere, quia CHRISTVS etiã saluator noster sedet à dextris Dei ut Mar. xvj. uiditq; Stephanus cum lapidaretur CHRISTVM adhuc sedentem à dextris Dei, cuius actio nostra est instructio. c. significasti. de electio. in omnibus autem locis ubi legitur stetisse punitio notatur ac executio, seu certamen si fugat ut Luc. iiij. ibi & stans imperauit febri. & Nume. xxij. ubi asina Balaam auertit se de uia & ibat per agrum quia uiderat Angelum stante euaginato gladio.
Int. Quare est quod olim simulacrum nullum erat in templis?
Res. Quia putabat antiquitas nulla specie aut forma Deum optimum maximum effingi posse.
Int. Simoniaci differunt ne ab hæreticis?
Res. Esto quod à fide alieni non sint, & ob hoc ab hæreticis differre uideantur, qui à fide exorbitãt, non differunt tamen, quia infidelitatis perditioni subiiciuntur ut inquit Ambrosi. & legitur in c. ucentum. ad fi. j. q. j.
Int. Quid sibi uult prouerbium. Formicæ formica grata est, Cicade cicada, nec fine graculo uolat etiam graculus?
Res. Non aliud, nisi hoc, quod simile appetit suum simile, quodque in habentibus simbolum facilis est transitus. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei uendi. & dixi alibi satis ni fallor in dialogis.
Int. Quare Gene. j. dicitur serpens decepit me, nõ anguis uel draco?
Res. Quia peruigil sic aliàs poma aura in hortis Hesperidum seruabat, ponticus uerò aurei nelleria custos erat in Colchis.
Int. Stellæ & sydera idem sunt, sed unde dictę seu dicta fuerunt?
Res. Stellæ à stando inquit Martian. cap. & benè, sydera uerò à considendo.
Int. Si in conuiuio obiiciatur stultitia tacẽti, quid sanè loquens respondebis?
Res. Quod os fatui ebulit stultitiam, quodque stultus nemo (ut Solon dicebat) tacere potest, unde Prouerb. j. audiens sapiens sapientior erit. Imò dicebat Pinda. quod homini sapientissimum est silere.
Int. Verba hæc quæ Matth. xx. legitur. Ecce ascendimus Hyerosolimam & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis qui cõdemnabunt eum ad mortem, & tertia die resurget, sunt ne cum aliquo mysterio dicta?
Res. Sine dubio, Oratores post seria & sales, debere lepores inserere ut sic auditor recreetur.

Int.

Int. Quid sibi uolebat uerbum licet,olim nouissimum, circunstantibus dictum, cadauere exulto de morte?

Res. Non aliud nisi ut omnibus ire liceret,quam nec aliud agendum erat ut sacerdotibus nostris, mos est,misse sacrificijs solemnibus peractis.dicere identidem,ite missa est,

Int. Quare est quod cantum in funere mortui ad tumulum deferuntur?

Res. Vt hęc persuasione anima in cęlum redire musice dulcedine uidetur.& sic ad originem musicę cœlesti.

Int. Quare est quod olim militibus pro more ignominiæ causa uene soluebātur dimisso sanguine?

Res. Non alia ratione nisi(utGel.inquit)quia minus sani uidentur qui delinquunt,nostri uero dicunt,quod exauctorari solebant.l.ii.§.ignominię cā. ff.de his qui not.infa.

Int. Quare de more olim romæ filii simul cum parentibus lauari non poterant?

Res. Ob uerecundia forte & ne paternæ reuerentiæ minueretur auctoritas.

Int. Quotidie in examinibus scholares insignibus exornantur,& præcæteris annulo,osculo, & benedictione,sunt ne hęc de substantia doctoratus?

Res. Non,quia desponsantur mulieres, osculantur & benedicuntur & tamen non examinantur, ita Bal.in procem.decretal.& post eum.Por.in §.filiusfa milius ad fi.inst.quib.mo.ius pat.pot.sol.

Int. Conclusio in causa est terminus terminorum peremptorius.qua rationum iudex non potest amplius dare dilationem parti ad probadum iuxta not.in l.admonendi.ff.de iureiu. sed nunquid possit supplere circa declarationem processus?

Res. Pōt,qa q declarat nihil noui facit. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff.de testa.l.adeò.§. cum quis.ff.de acqui.rer.domi. Et ita dicit etiam Bal. (licet hanc rationem non adducat)in rub. de offic.dele.& subiicit ad propositum in rub.de iudi. lectu.j.ad fi.quod radices libellorum sunt causæ, formæ uerò illorum conclusiones & conclusio ultimis finis.

Int. Literæ contra solitum stilum curiæ sunt ne suspectæ?

Res. Sunt utique exempli gratia Papæ non habentes imaginem Petri & Pauli,argumentum in l. si quis sub conditione.ubi glo.& Bar. ff. de condi. insti.& ita dicit Gemi.in c.quis nesciat.xj.dist.& Feli.in c.ex parte.in uer.stilus.col. ij. de rescrip. & in literis Illustrißimorum D. nostrorum Venetorum ēt exemplificat,si non essent plūbatæ.

Centuria Quarta.

Int. QVI enim domini naturales sunt ad aliorum differentiam?

Res. Qui sunt tales de iure gentium ut reges. l. de pupillo. §. sextus. & ibi Bal.ff.de nou.ope.nun.

Int. Vnde ortum est prouerbium, nemo propheta acceptus est in patria?

Res. Ab eo, quia quemadmodum uidemus quod uenti successiuis aeris motibus augentur,sic maior est fama à remotis quā à propinquis,ita Bal. in c.& si Christus nu. 3. de iureiu.

Int. Creditor ex delicto uenient ne appellationem creditoris si concessum sit alicui,ne soluat creditoribus suis usque ad quinquennium?

Res. Non.l.si rerum.ff.de re iudi.Bal.in l. sed si ex parte.ff.quod cum eo.dixi in l.j.ff.si cer.peta.

Int. Quare Idomenæus (ut memoriæ proditū est) Gallum Gallinaceum scuto ferebat?

Res. Quoniam forte à Phæbo ducebat originem, cui hęc auis est cōsecrata,Genesisq; hac de re simbolum erit.

Int. Quare prestatur iuramentum manu dextra?

Res. Quia dixit Esa.c.ii.iurauit Dominus in dextra sua Luc.de pe.in l.i.col.ii. C. de aqueduc.lib.10.

Int. Testamento iudei est ne plena adhibenda fides?

Res. Si scriptum fuerit manu periti in lege Moysis adhibebitur utiq; ut dicit Calde.consi.ii.d. consue.

Int. Quare Talmuth iudæorum græcorum iussu, sine(ut alii dicūt) Papæ tunc fuit combustus?

Res. Quia male interpetrabatur legem Moysis ut p Io.And.in.c.quod super de uoto & Feli.in c.i. col.ii de Consti.

Int. Ingenium hominis cui assimilari potest?

Res. Flamme ignis in altum surgentis splendide.

Int. Quare soli Petro date fuerunt Claues?

Res. Quia etiam sibi dictum fuit, duc.in altum.& ut ceteri laxarent rhetia quodq; pescharetur hamo.Tu es sacerdos magnus et pasce oues meas.& ut per Feli.latius in c.translato col.v. de consti.

Int. Instrumenta de nouo reperta non rescindunt transactionem.l.sub prætextu.C.de transac.quid in ecclesia?

Res. Isto casu fauore ipsius secus ut ibi per glo. & Docto.& est argumentum in auth.similiter.cum ibi not.C.ad legem Fal.& in l.sunt personæ. ff. de religio.

Int. Si pensio de fructibus beneficiorū alicui solui debeat,tenebitur ne is, si fructus non percipiat?

Res. Non.l.quidam testamento.ff.de lega.i. l. nomen debitoris.§.unum ex hæredibus. ff. de lega. ij.Abb.in c.nisi.propè fi.de præben.Feli. in c. ad audientiam.ij.col.vij.de rescrip.

Int. Dicit Comic. ego uno in saltu apros capiam duos,seruit ne nobis istud ipsum ad aliquid?

Res. Seruit,& huic simile, faba tantum una duas capi columbas,è columbario uolantes,ut dicit tex. in l.Pomponius.ff.famil.her.quia sic unica solu. dicimus etiam duo contraria aliquando solui posse,uel duabus quæstionibus posse responderi,ut etiam dicit Barba.in c.prudentiam.col.iiij. de offi.dele.But.in c.j.de pac.& Ange. in §. hinc nobis.in auth.de hære.& fal.

Int. Est ne differentia si quis nutriatur lacte lupino

no uel caprino ?

Res. Maxima,quia(ut ait Carda.medicus huius tẽporis præstantissimus in lib.de uarieta.re.)lupino nutritus ferinis erit moribus uir, ut Romulus olim,si uero caprinoûe sanus & salax.

Int. Si puteus in uicinia sit communis potest ne unus uendere utilitatem aquæ alicui, pro portione sua aliis inuitis ?

Res. Bal.ex multis probat quod sic,in c. cum omnes.nu.29.de consti.

Int. Leuato uexillo & pulsata campana homines coadunati fuerunt ad aliquid faciendum,an uniuersitas teneatur?

Res. Non,si deliberatio non præcesit, ita Bar. in l.aut facta.in §.si.ff.de poen.Feli.pulchrè post eũ in c.cum omnes.col.xvj.de constitutio.

Int. In libello toleratur obscuritas ut not.in l.edita.C.de eden.quid in sententia?

Res. Secus,quia debet esse actus declaratiuus.§.curare. institu. de actio.Bal. in l. cum quidam. in prin.C.de usu.

Int. Quare in inquisitionibus ponũtur uerba. Diabolico spiritu instigati?

Res. Notarij nesciunt, quia nec clausulas intelligunt quas apponunt in instrumentis ut not. in l. j.ff.de iur.codicil.ponuntur igitur, non quod in stigatio minuat peccatum, sed quia dolum significat ita Bald.in c.i.per illum tex.de cohabi. clerico.& mulie.

Int. De intruso sæpissimè fit mentio, quis nanque dicitur intrusus?

Res. Qui præter superioris authoritatẽ se in ecclesia ingerit,uel intrat cum titulo, habito ab excõmunicato uel interdicto, seu retineat beneficium quo sit canonice priuatus,& fusius ut in c.quia diuersitatem. & ibi Abb. in prin. de conces. præben.& in c.tãta.de excessib.præla. & in c. cum dilectis.de purga.cano. Feli.in c.in nostra. col. ix. & x.de rescrip.

Intrusus dicitur etiam qui non intrat per hostiũ, quique canonicum ingressum non habet. Eiciendus ut Fulcifer, & armis opprimendus si nõ uult carere iustitiæ ut inquit Bal.in c.nihil.nu.3.& 5. & 10.de elec.Et ad idem scire etiam debes,si fuerit is confirmatus à superiore, quod confirmatio nõ ualebit ut per eundem Bal.in c.in literis.nu. 6.de resti.spolia.Vel aliter quod per contractum ipsius in prælatura acquiritur ecclesię, ut adhuc Bal.tradit in c.item cum quis.nu.6.de resti.spol. nonnihil ubi etiam de intruso tacitè in c. nisi. col.ij.de renunciatio.

Int. Colonus si non soluat, & incidat arbores fructiferas potest ne expelli ?

Res. Indubitatum est,ut not.in l.ædem.C.loca. & in auth.qui res.C.de sacrosanct. eccle. & quo ad arbores,quia non sunt in fructu sed in proprietate.l.diuortio.§.si fundum.ff.solu. matri. & quod ex his causis expelli posit tradit Bal. cons.ccxc. uolumi.ij.

Int. In literis beneficialibus, ueniunt ne pensiones appellatione beneficij?

Res. Non, sed beneficium ecclesiasticum tantum, quod datur in titulum habens ius spirituale, ubi aliàs pensio in sola temporalitate, consistit, & probatur in c.quãuis.primo.& ibi Gemi.de præben.in vj.Feli.in c.postulasti. col. xj. de rescrip.

Int. Ad propositum literarum, si fuerint Apostolicæ easq; laceret quis,cui facit iniuriam?

Res. Sanctæ Sedi Apostolicæ.c.cum olim. de offi. dele.Bal.in l.sed & si quis.ff.de in ius uo. Feli. in c.ex literis.in prin.eo.titu.de offi.deleg.sicuti iudici si legi non permittantur,uel mittenti,si non permittatur pariter præsentari,ut ibi subiicit.

Int. Quæ sint literæ gratiosę, quæ contentiosę, & in forma pauperum,liquet ex ipsis uerbis, & declarant Feli.& Abb.in c. postulasti.col.iii. de rescrip.sed quæ sunt ille dignum arbitramur ?

Res. Quando Papa facit gratiam alicui de beneficio uacante uel uacaturo,committendo alicui, si repertus fuerit idoneus,ut sibi prouideatur, & fusius ut in cle.unica.de concessio.pręb.idem Feli. in c. postulasti.col.iiij.De illis quæ de iustitia appellantur nihil dico,quia contentiosarum naturam sequi uidentur,ut ibi ait in prin.& col. ix.

Int. Possunt ne pœnæ cognosci per propriam diffinitionem ?

Res. Non,quia cognoscuntur per æquipollentia.§. relegati.insti.quibus mod.ius pat.pot.sol.l.j. C. de lat.lib.tol.Bal.in c.j.nu.24.de his quæ ui metusúe cau.fi.scituq; dignum est.ad pœnæ propositum,quod ueteres (auctor est Pausan.) hominũ supplicia,pœnas appellabant.

Int. Sententia regulariter si non appelletur transit in rem iudicatam, lapso tempore ad appellandũ, de quo in auth. hodie. C. de appel. & in c. quod ad consultationem. de re iudica. quid seruatur Venetiis?

Res. Contrarium,& rationem assignat Ancha.cõs. cclix.ad fin.quem refert & sequitur Feli.in c.ecclesia Sanctæ Mariæ.col.xiiij.de consti.

Int. Quando dicitur Matth. xv. accesserunt discipuli ad Dominum,dicentes quis est maior ? nõne tumorem cordis ostenderunt ?

Res. Dubio procul,uidentes sibi Petrum anteferri, ut etiam ibi ait Chrisosto. nonnihil Feli. in c. j. col.ii. ubi & nos aliqua de consti. fortè excusandi quia nondum acceperant Spiritum Sanctum.

Int. Datur ne contrarium in iure ?

Res. Non,si quis rationes diligenter excutiat.l. ii. §.contrarium.C.de uete.iur.enuclean.Bal.in l.si mandassem.col.ii.ff. manda.

Int. Bannitus confinatus in loco, contrahit ne ibi domicilium?

Res. Non,quia dicitur esse in fuga, & habetur etiã pro fugitiuo.l.ex facto.C.de hære.insti. Spec. in §.j de comp.iud.adi.Bal.in l. si Titius. ad fin. ff. de ser.expor.

Int. Ad idem si dicat se cancellatum de banno & protestetur ne offendatur,est ne eidem credẽdũ ?

Res. Nequaquam, quia debet ostendi & probari, aliàs

aliàs non præsumitur.l.in bello.§. factę. ff. de ca pti.& postli.reuer.l.non omnes.§.fi.ff. de re mil. c.sicut.de senten.excom.Feli.in c.cum M.Ferrarien.col.xxiij.de consti.

Int. Quid est conscientia?

Res. Passio mentis, seu cordis, quæ semper est in actu, unde uermis conscientiæ, non extinguetur, inquit Esai.c.ultimo, Bal.pulchrè in c. constitutis. nu.1. de appel.

Int. Vnde dicta est uxor?

Res. Dicta est quasi unxor, quia limen quo noua nupta intrabat mariti domum, solebat contra maleficium lupino adipe inungi.

Int. Ad uxoris propositum, quid sibi uolunt uerba illa, satis non esse, quòd uitulus in Acherontis ripa depascatur, nisi antrum subintret, relata in c.fraternitatis.in prin. de eo qui co. consangui. uxo.suæ, à Docto.

Res. Non aliud, nisi quod senectus tantum est apta nuptiis, quantum bruma messibus, quodque ridiculum loci, est sponsus senex, ita Poe. lyricus ad amicum, relatus à Por.in §.j.col.ij. de nup.

Int. Miracula pręsumuntur ne?

Res. Non, quia sunt de impossibilibus natura, ut inquit Bal. ubi exemplum in c. cum causam .nu. 27.de testib.

Int. Canonicus electus si se ante confirmationem ingerat, priuatur ne ipso facto, iure suo?

Res. Priuatur, ut dicit tex.in c.auaritiæ.de electio. in vj. Niconi. olim acutissimus discipulus meus allega.xxxix.in prin.par.ii.

Int. Quid est id ꝙ penetrale appellabāt ueteres?

Res. Corinthi cella, ubi aditus est ad eam subteraneus, ibiq; Portunum latere aiunt, & si quis ciuis uel hospes eo in loco peierasset nulla ratione effugere poterat, quin daret periurii pœnas.

Int. Si notarius de suo falso rogitu plura sumat exēpla, est ne puniēdus unica pęna, uel pluribus?

Res. Vnica, quia unum malefactum est intellectualiter, & una causa, ita Bal. ubi idem dicit etiam in teste si super eodē facto pluries deponat falsum uniformiter, in l.unum. ff. de testa.

Int. Binæ testamenti tabulæ eodem tempore scriptæ sunt, in alterius centum, in alterius quinquaginta aurei Titio legati sunt, debentur ne ei centum quinquaginta an uerò centum tantum uel quinquaginta tantum?

Res. Quinquaginta tantum quia in dubio debet iudicari testatorem grauare uoluisse hæredem suū minus quam sit possibile.l.nummis.ff.de leg. iii. & hoc ad literam dicit tex.hanc rationem sentiēs in l. Sempronius Proculo, ibi Proculus respondit in hoc casu magis hæredi parcendum esse quā (suppletu) legatario.ff.eo.

Int. Quare est quod exemplum sumptum manu eiusdem notarii qui scripsit originale, probat & plenam facit fidem, ut dicit Bar. in auth. si quis in aliquo.in ii.oppo.C.de eden.& in l.in fraudē. in §. neque. ff. de iur. fisci. & tamen sumptum ab eodem testatore non efficit ut ex eo possit, si testamentum non extet, agnosci bon.pos.l.i.§. si quis.ff.de bon.pos.secundum tab.?

Res. Torquent se in sol. istius contrarii plurimū Docto.in d.auth.si quis in aliquo.sed mihi uidetur dici posse, id esse in testamento fortè, quia tunc de magno agi dicitur præiudicio, nanque uidemus quòd maior solemnitas etiam requiritur eo casu, quam in aliis.auth.hoc inter liberos. §.i.l.iubemus.C.de testa.l.fi.C.de edic.diui Adr. tol.igitur cautius quoque agendum est.c.ubi periculum.de ele.in vj.l.i.§.sed & si quis.ff.de carb. edic.& nimirum ac de re si exemplum non sufficit, & si alia rōne sufficiat sumptum manu tabellionis, qui (ut diximus) scripsisset originale.

Int. Vestes factæ uxori, possunt ne mortuo uiro ab hęredibus eius repeti?

Res. Quæ sunt factæ ad usum quotidianum non, quia donatæ præsumūtur, & morte uiri donatio confirmata, preciosę autem & iocalia, quia datæ dataúe ad usum tantum uidentur, repeti possunt, ut not.Bar.in l.in his rebus, in §. seruus dotalis. ff.sol.matri.& cons.50. Ancha. consil. clxxxj. & Ro.cons.cxlvj.col.j.Alex.in l.si is qui ducenta.in §.dos legata.ff.ad legem Falcidiam. & Flor. in l. Pomponius Philadelphus.col.ii. ff. famil.her.& ista est communis opinio, ut attestatur Ancha. in loco præallega.

Int. Quid uult dicere tex.in l.ij.ibi, Bustaúe mortuo facientem.ff.de in ius uo.?

Res. Restituendus est ut dixi (ni fallor) alibi, dictumq; uerbum, sic reponendum. Iustaúe mortuo facientem, ut etiam in l.pro hærede.in prin. ibi, uel iusta ei fecit.ff.de acqui. hære. id est exequias celebrauit, quas ueteres parentalia uocabant, & februa.

Int. Tacitum operatur ne idem quòd expressum?

Res. Si de ualiditate actus agatur, idem debet operari, aliàs aūt non, si fuerit nullus.l.si quis aliquid §.testamentum.ff.de pœn.ubi si testamentum sit nullum, impune supprimitur, quia nihil est (inquit Iurecon.) quod ex eo peti uel cōsistere possit, declarat Bal. in l. eleganter.in §. si quis post. col.iiij.ff.de condi.inde.

Int. Exemplum non facit fidem, auth. si quis in aliquo. C. de eden. nunquid faciat saltem qualem qualem præsumptionem?

Res. Facit ut inquit glo.in l.ij.ff.de fid.instru.& in l.in frau.in §.neque.ff. de iur. fisci. & in simili in l.ij.C.de eden.

Int. Ad propositū quid proderit præsumptio ista?

Res. Proderit quia si probationes fuerint hinc inde pares, pręualebit ea, pro qua est pręsumptio secū dum glo.in l.si duo patroni.in prin.in uer.authoritatis.ff.de iureiu.& ibi Ias. plenè. Et est simile si pondera sint in Aequilibrio, & aliquid minimum addatur quia pars cui additio facta est præ ponderabit ut per Ange.in l. sciendum. col. vij. in repe. ff. de uerbo. obli. uel quod transfundat probationem in aduersarium dicamus, & prosit etiam quantum ad istud ut in l.diuus. & in l. siue

possi-

posidetis.& ibi Bal.in prin.C.de proba. glo. in l.i.ff.de excep.de quo tamen dubito ut per Ang. in repe.l.sciendum. col. præallega. ff. de uerbo. obli.quia oportet quod causetur à nobilibus coniecturis ut ibi,& not.in l.admonendi. ff. de iureiur.& ideò adde si aliis coniecturis iungatur, qđ iuramentum in supplementum probationis poterit deferri ut idem Bal.sentit in d.l. si duo patroni.in prin.col.ii.ff. de iureiu. & Ange. in loco præallega.

Int. De ista quali quali præsumptione de qua in d. auth.si quis in aliquo.C.de eden.habetur ne in simili quidquam alibi?

Res. Habetur in l.i.C.res inter alios acta.& in.l.sæpè.ff.de re iudi.& in c.quãuis.extra eo.tit. & per glo.in c.cum I.& A.& ibi Feli.col.v.eo.ti. quod res seu sententia inter alios lata,tertio non præiudicat,nec probat,sed qualem qualem præsumptionem facit. Et ad idem quod socius criminis, qui non deberet admitti admissus tamen facit qualem qualem præsumptionem.

Int. Qui errore iuris ductus exemplum producit ut probet excusabitur ne à dolo?

Res. Quia qualem qualem præsumptionem facit (ut dicebam proximè) sine dubio excusabit, ex quo etiam causa quælibet quanquam iniusta excusare solet,ut inquit glo. in l. j. ff. si quis ius di. non obtempe.& in l.i.C. ad legem Fabi. de plagia.& quanquam dicunt aliqui in d. auth. si quis in aliquo.quod istud non subsistat,ex quo excusaret etiam, si qualem qualem præsumptionem non faceret, dando instantiam ut per eos, nihil est tamen,quia si excusat dicto casu,longe magis excusabit dictam præsumptionem faciendo.

Int. Quotuplex est præsumptio posteaquam tot & tanta dixisti hic & alibi?

Res. Multiplex est,iuris naturalis.l.meritò. ff. pro so.c.i.de seru.fac.& ista admittit probationem in contrarium ut ibi not.

Quædam est iuris simpliciter,sed læuis de qua in auth.si quis in aliquo.C. de eden. & in l. i. C. res inter alios acta. Et ista non transfundit onus probationis in aduersarium,neque est talis (quicquid dicant Docto.in d.auth. si quis in aliquo.) ut posit deferri iuramentum in suplementũ probationis ut not. in l.si duo patroni. in princip. ff.de iureiuran.

Quædam uerò quæ causatur à nobilibus & urgentibus coniecturis, ut puta quod filius sit natus in figura matrimonij uicinis scientibus, & hæc quoque admittit probationem in contrarium,ut not.in l.filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui uel alie.iur.

Quædam est iuris & de iure quia lex figit pedem statuendo ut not.in c.is qui fidem. in prin. de sponsa.Bal.in c.quoniam frequenter. nu. 10. ut lite non contesta. & ista non admittit probationem in contrarium. Et duo habes exempla in l.antiquæ.C.ad Velleia.& in l.fin.C.arbi.tut.

Quædam est facti uiolenta de qua in c. literis. de præsump. nec ista admittit probationem in contrarium,ut ibi not.

Quædam est hominis quod non præsumatur iactare suum.l.cum de indebito. de proba. & ista admittit ut ibi not.in §. fi.& in regu.semel malus. de reg.iur.in vj.& fusius reliqua ad materiã quæ non recito,ponit Ange.in d.l.sciendum. col. pe. & fin.in repe.ff.de uer.obli.

Int. Si quis moriens dixerit se uulneratum à Titio, erit ne contra eum præsumptio & quidem talis, ut posit ad torturam poni?

Res. Præsumptio hęc talis est,ut illæ de quibus supra et in authentica si quis in aliquo. C.de eden. & in l.i.C.res inter ali.ac.& in c.cum I.& A.de re iud.quam facit exemplum,& socius criminis, & sententia inter aliquos lata seu iuramentum in l. si duo patroni in prin.ff.de iureiu. & tradit glo. in l.ii.ubi etiam Ange.ad fi.C.de calum.et dicit Bal.in c.i.in § vasalli ad fi. de pa.constan.in usibus hoc ideo esse, quia non omnis moriẽs præsumitur S. Io.Euangelista. et sic non sufficiẽs ut imputatus posit ad torturam poni argumentũ not. in l.si in rixa ff.ad legem Corne.de sica.

Int. Quando est præsumptio iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium l.antiquę C.ad Vel.l.fi. C.arb tu.quid si pars pateretur probari?

Res. Isto casu secus, & cum de ueritate ipsa probatione appareat præfertur & præualebit præsumptioni,ut dicit Inno.in c.si aternitatis de frig.& malefi. & Pręp.Alex.in c.is qui fidem,ubi etiã et regu.aliàs ponit limitationes col.pe.de sponsa.

Int. Processus factus cum excommunicato,non ualet c.i.de rescri.in vj.c.cum inter de exce.si oppositum sit,sed quid si nihil dicatur, & aduersarius taceat.ualebit ne?

Res. Vtrobique not.& in specie Inno.in d.c.cum inter dicit qđ sic,& est simile in l. filius familias, in §.ueterani.ff.de procur.& in l.ita demũ C. eo. & in c.i.& in c.peruenit & in c.constitutum de fideiusso.

Int. Solet dici quod omnis seruitus est indiuidua ut not.in l.uie ff.de serui.& in l.si quis ædes ff.de de serui.urb.prędio.& in l.stipulationes non diuiduntur ff.de uer.obl.sed quid in usufructu?

Res. Diuiduus est ut inquit Flo.in l.pro parte nu. 2.ff.de seruitu.

Int. Titulo habemus si men.fal.mo. di.quis est is qui proprie mensor dicitur dicto in loco?

Res. Is qui ad pedis sinum hoc est ad dimensionem pedibus factam locum dimetitur,hincque est uerbum metor,quod proprie latum longumue, aut altitudinem rerum ad pedum dimensionem designat,verbaq; Romuli ad Iouẽ feretrium in dedicatione templi ad propositum huiusmodi. Tibi templum Iupp.his regionibus,quas modo animo metatus sum, dedico.

Int. Fuit dubitatum heri nunquid distributiones quotidianę augeant corpus præbendæ, & computentur in ualore beneficii, & multa hinc inde dicta fuere a multis quid sentis tu?

Res.

Ref. Quod non augeant neque computentur, ex quo dantur ratione personalis, casus est singula. in l.i.in §.i.ibi sed magis operam loco beneficij præberi ff.si men.fal.mo.di.& in l. cum duobus in §.si in cocũda.ff.pro soc. Rota decis. cxxxiiii. in nouis.post Old.pulchrè cons. cxviij. ad fin. & confert ad intellectum indulti Pij iiij.nunc concessi episcopis & prælatis ad concilium euntibus super quo scripsi etiam nonnihil requisitus cons. xxviij. uol. iij.

Int. De caduceatoribus & fecialibus sæpisimè fit mentio in Liuio, qui nam erant isti?

Ref. Legati Græcè, Oratores Latinę, qui etiam sancti dicuntur, quippè quod ab iniuria hominum defensi atque muniti esse debent.l.sanctum.ff. de rer. diui. in sacris literis Apostoli, caduceatores igitur erant pacis.belli uerò feciales.

Int. Quare est quod sententia ualet in l.Barbarius. ff.de offi.præto.cum tamen uere iurisdictionem non haberet?

Ref. Memini me de illius. l. intellectu alibi dixisse multa, nunc uerò dico illud ideò esse ibi, quia Barbarius Philippus erat in quasi possessione iurisdictionis præfecturæ quam acceperat ab Imperatore habente plenitudinem potestatis, ea de re non mirum est, si ualet ut inquit Flo.in l.seruitutes.iij.nu.11.aliàs col.v.ff.de serui.

Int. Si quis impenderit aliquid in recolligendis fructibus rei ab altero possesse, uidebitur ne dictas impensas donare?

Ref. Videretur prima facie dicendum quod non.l. si cum aurum.ff.de sol.l.cum de indebito.§.fi. ff. de proba.tamen contrarium est uerius. l. si seruus.§.oliuam.ibi nulla enim iniuria est, cum tibi etiam impensas donauerit quę in collectione huiusmodi fructuum impenduntur & ibi in specie Flor.not.ff.ad legem Aquil. & scitu dignum est.

Int. Si detur tutela matri, quod æquè fieri potest ex legis dispensatione.l.fi.ff.de tute. auth. matri & auiæ.C.quando mul.tut.offi.fun. ipsaq; Velleiano non renunciet ualebit ne datio?

Ref. Non, ut per Bar.in d.auth.matri & auiæ. col. iii.aliàs nu.11.& non ab re, quoniam in datione quocunque modo erratum fuerit, datio non ualebit.l.tutor si fuerit.ff.de tuto.& cura. da. ab his. & fusius ut per eum in dicto loco.

Int. In remissione fideicommissi seu transactione, oportet quod dicatur uisis & cognitis uerbis testamenti.l. de his. ff. de transac. quid si remissio fiat inter eos, qui notitiam habeant testamenti?

Ref. Isto casu necessarium non erit argumentum in l.j.ad fi.ff.de act.emp.not.in d.l.de his. & per Bar.in l.qui Romæ.in §.duo fratres.in iii.q. principa.ff.de uerbo. obli. Cur. iuni. olim Collega; cons.xxiii.nu.3.

Int. Sæpè loquimur de demonstratione uellem scire quid sit & quotuplex?

Ref. Demonstratio, est rei subiectę, uel quasi, oculis aut intellectu repræsentatio, quæ si semel facta fuerit frustra fiet amplius ut uulgo dici solet. l.j.ff.de dote pręlega.hęcq; triplex est, quia, quid & per æquiparantiam, quia, quando causam per effectum cognoscimus, quid uerò quando è contra cognoscimus effectum per causam. l. licet. §. ea obligatio.ff.de procu.per æquiparantiam, quã do ęquale minus notum demonstratur per æquale magis notum, si filius, ergo pater, si seruus ergo dominus, & idem in correlatiuis, de quibus in l.fi.ff.de acceptila.& in l.fi.C.de ind.uid.tol.

Int. Quæ est ratio quod filius detrahit duas quartas, legitimam & Trebellianicam ut in c.Raynutius.& in c.Raynaldus.de testa.not.in l. in quartam.ff.ad legem Fal.& in c.si pater de testa.in vi. & ita seruat totus orbis ut dicunt Docto.in locis predictis?

Ref. Quia legitima sibi debita est, nec in ea grauari potest l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.testa.l.cohæredi.§.cum filię.ff.de uulg.& pup.sub. quã ut filius detrahit, trebellianicã autem uti grauatus ut in §.sed quia insti.de fideicõ.hæ.& not. in locis præallega.aliàs nisi utranque detraheret non esset ipse melioris conditionis quam extraneus, qui nõ detrahit nisi treb. & male argumentum in.l.i. in §. largius ff.de suc.edic.et in auth. hoc inter liberos.C.de test.dixi in l.generaliter. C. de insti.

Int. Si uenditori legetur tessera frumentaria intelligetur ne legata mensura uel mensuratum?

Ref. Si legatarius sit frumenti uenditor, Tessera & sic mẽsura, (quid enim sit Tessera declaraui alibi fuse) sibi legata uidebitur, si uero pauper mẽsuratum, & sic in causam alimentorum seu pro Alimẽtis ita Bal.in l. Titia Seio in prin.ff.de leg.ii. ubi de tessera etiam fit mentio & in l.sed & si susceperit. in §.j.ff.de iudi.& ad propositum facit regu.l.plenum.§.equitii.ff.de usu & hab.

Int. Quo modo cognoscimus seu præsumimus an aliquis sit admissus de gratia uel de iure?

Ref. Ex qualitate personarum l.fi.ff.de ac.& ob.l. i.in fi.C.si quis Imp.male di.l.plenum §.equitii ff.de usu & hab.Flo.in l. seruitutes.iiii.col.viii. ff.de serui.

Int. Si filio relinquatur hæreditas facta mentione patris & patriæ potestatis, uidebitur ne sibi relicta ipsius contemplatione iuxta ea quę habentur in l.sed si plures, in §.filio arrogato.ff.de uulg.& pup.sub.& in simili in c. requisisti de testa.?

Ref. Sine dubio, quia si patris simpliciter fiat mentio, demonstrationis potius quam aliter facta uidebitur, ita Bar.in l.cum aliquis ad fi.C.de iu. delib.

Int. Quare est si agatur contra Nautam uel cauponem isque exhibeat famulum, non propterea liberatur, et tamen secus est in publicano: l.i.§.fi. ff.de publica.& uectigal.?

Ref. Vt istius officium ab officio illius priuato differat, & declarat Bart.ibi nume. 2.et Ro.consil. cccecxxxiiii.ad fi.

Int. Centum annorũ spacium de quo alàs in l.fi.C. de sacrosanc. ec.et memini dictum fuisse alibi satis,

tis,latini seculũ appellant, hebræi pro ætate hominis usurpant ut nosquoq; secularale uero Pau. Apost. pro mundano, ad differẽtiam monachorũ seu religiosorum, sed quid sibi uolunt hæc uerba in sacris literis secula seculorum?

Res. Perifastica locutio est, qua non aliud apud hebreos designatur quam æternitas.

Int. Si sint duo causarum patroni, in foro quorum unus dicat vnam tantum rationẽ assignari posse, alter uero plures, cui magis credendum erit?

Res. Dicit Saly. in l. si serui uestri. C. de noxa. & Alexã. in l. si constante ff. sol. mat. & post eos Seysel. in l. non possunt col. iii. ff. de legi. quod huic potius, quam illi credendum erit.

Int. Puer comisit delictum factus est maior, debet ne puniri ut puer uel ut maior?

Res. Vt puer, quia in pęnis attenditur tempus delicti non sententiæ. l. i. C. de pœn. c. fi. & ibi Feli. not. de sen. excom.

Int. Quæ est ratio licet prorogatio fiat, quod pars lędi non uidetur, ut not. in l. si finita in prin. ff. de dam. infe.?

Res. Quia mora modici temporis periculum non affert. l. si debitori. ff. de iudi. Bal. tamen uidẽdus est consi. cj. col. iii. uol. iii.

Int. Quare (ut aiunt) testis non tenetur reddere rationem sui dicti ut hr in l. solam C. de testi?

Res. Quia uerbosus esse non debet, ut inquit Ang. in d. l. solam. & est argumentum in l. i. ff. de ori. iu. & in l. ampliorẽ in §. in refutatoriis. C. de ap.

Int. Triennio instantia finitur de iure ciuili. l. properandum. C. de iudi. & tunc lis mortua dicitur. l. cum lite mortua. ff. iudi. sol. quid si causa sit in consistorio principis?

Res. Isto casu secus, auth. sed lis. C. de tempo. ap. Bal. conf. ccxvij. col. ult. uol. iij.

Int. Qui occidit uxorem peccat ne grauem quàm matricida?

Res. Minimè alibi dixisse satis, sed nunc respõdeo etiam longè grauius peccare & not. Albe. in l. j. ff. ad legem Pompe. de parri.

Int. Ille qui natus est ex uentre non custodito, sed ex illa quæ in domo retenta non erat indubitato affectu, quæque lassitudinem fornicandi habebat cum multis, dicetur ne spurius uel naturalis?

Res. Spurius, nec ali debebit. l. uulgo. ff. de sta. ho. Bal. conf. ccvj. col. fi. uol. iij.

Int. Spoliatus ante omnia restituẽdus est. l. si quis à se fundum. C. ad legem Iul. de ui. sed quid si notorie constaret, ipsum non habere ius in re?

Res. Isto casu restituendus non esset ut dicit Cuma. in l. j. quem ibi refert & sequitur Seysel. col. iii. de nou. ope. nuntia. & not. aliàs in l. naturaliter. in §. nihil commune. ff. de acqui. pos.

Int. Communis causarum cursus est quod qui accusare uolunt probationes habere debent. l. qui accusare. C. de eden. l. actor quod asseuerat. C. de proba. & ideò dicit tex. in l. j. C. noua uectiga. insti. non po. quod in libello contulisti proba. sed quid est dicere, e contra esse contra communem causarum cursum?

Res. Si reus assumpserit in se onus probandi argumentum in l. circa ibi mos ei gerendus est. ff. de proba. Bar. in l. fundum. nu. 2. ff. de excep. diximus in l. edita. C. de eden.

Int. Quare est quod causę liberales nõ possunt nisi per iudices maiore tractari. l. placet. & ibi not. C. de iudi.

Res. Fortè id fauore libertatis inductum est. l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbi.

Int. Insultus confunditur cum percussione regulariter ut not. in l. nunquam plura. ff. de priua. de. sed quid si percussio est facta in uno territorio, & in alio insultus?

Res. Isto casu accessorium separabitur à principali ad hoc ut pœna applicetur utrique territorio, ita Areti. cons. x. col. ij. & uerissimum est.

Int. Si quis cultro arrepto ex lanionis taberna filiã interficiat, ut ille aliàs uirgineam (historia nota est) quis erit homicida, lanio uel pater?

Res. Pater. l. ii. ff. de ori. iur. Bal. consil. ccl. col. iii. uol. primo.

Int. Pœna quæ statuitur in furto habebit ne locum in sacrilegio?

Res. Absque dubio quia quod plus est, utique tanti est. l. cum furti. ff. de in lit. iu. Bal. in statu. pœna, nume. 15.

Int. Quare est quod statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio, non ualet ut not. in c. fi. ubi Iuno. in specie de consue. & ibi omnes.

Res. Quia præberet occasionem delinquẽdi & malè. l. conuenire. ff. de pac. dota. l. si unus. §. illud. ff. de pac. Feli. in rub. de homi. col. j. & idem dicimus in consuetudine. c. ex parte. de consue.

Int. Iuuenis cognouit carnaliter puellam, ambo de stupro accusantur, fatentur matrimonium cõtraxisse, an absolui debeant?

Res. Absque dubio ut inquit glo. in l. pen. C. de fideiusso. & ibi Cyn. quam non alibi reperiri dicit Bal. esseq; memoriæ comẽdandam. in l. j. col. viij. C. de confess.

Int. Duo arbitri à partibus eliguntur, unus condemnat in decem alter in quinque, cuius sententia ualebit?

Res. Lata in quinque, quia maiori summæ minor inest, & realiter loquendo, ambo in quinque hac ratione concordarunt, & not. in l. cum quæstio. C. de lega. est uerum quod dubium facere uidebatur text. in l. diem proferre. in §. si plures. ff. de arbi. sed nihil est quia ibi omninò discrepant ex diuersitate rerum, & ex protestatione contraria, & sequebatur absurditas, quia cõpromissum erat de precio rei, & declaratio unius de decem, alterius de quinque, absurdumq; rem ualentem decẽ dari pro quinq; & ut per Bal. fusius conf. cccvij. col. j. uol. j.

Int. Cain fratrem interfecit Abel, cui promisit dominus non interfici ob id, Genes. quarto, ibi posuitq; dominus in Cain signum, ut non interficeret eum omnis qui inuenisset, cum igitur

iubente

iubente domino à Lamech postea occisus est, ut ibidem legitur, hoc enim modo nec à nobis fides cuiquam seruanda esset. sic à domino instructi: argumentum in c. significasti. de electio.& tamen dicit tex. seruari debere etiam Hosti.l.j.§. non fuit.ff.de dolo.

Res. Dixi alibi satis, nunc uerò illud ideò factum fuisse, quia noluit suscitare semen fratris, & sic nouum commisit crimen, fratricidium quasi confirmans, uel aliud hac ratione committens, quod impunitum & inultum remanere non debuit, unde forte praxis desumpta est, quando rei pro tunc absoluuntur, quia postea contra eos ex nouis indiciis procedi potest, & puniri si culpabiles reperti fuerint, & not. alias in l. licet. in §. si. ff.nau.caup.stab.

Int. Quare est quod non errat depositarius reddendo depositum ei, qui capite damnatus est, & cuius bona etiam fuissent publicata. l. bona fides.ff.depo.?

Res. Quia non minus fidei habenda est ratio.l. j.§. non fuit.ff.de dolo.quàm errarij & fisci.

Int. Quare Symandius Aegyptiorum rex olim (ut memoriæ proditum est) statuis iudicum ueritatis effigiem appendi mandabat?

Res. Quia ueritas rerum erroribus gestorum uitiari non debet, ut inquit Iureton. in l.illicitas.in §. ueritas.ff.de offi.præsid.

Int. Qui cum alio contrahit, uidetur ne approbare eum, uelut idoneus?

Res. Absque dubio.l.inter causas.§.abesse ff.manda.l.qui satisdare.ff.de fideiuss.Bal.cõs. cclxxxv. col.ij.uol.j.

Int. Exceptio intentionis & facti exempli gratia, tu actionem non habes.l.si pupilli. §. uideamus. ff. de nego. gest. l. nec intentio. & ibi not. C.de transac. habetur in l. ij. C. de rem. pi. & in l. in rebus.C.de iur.do.& in l.peremptorias. C. sen. re.non pos.potest ne quandocunque opponi?

Res. Potest & per quencunq; ut inquit Cy. in l. cũ seruum.C.de seruis fugi. quia eradicat & eneruat fundamentum agentis ut inquit etiam Bal. post Cy.in dicto loco, cons.cl.col.ii.uol.j.

Int. Quę est ratio quod statutum speciale respectu personę reputatur statutum speciale respectu causæ.l.j.C.quando Imp.int.pup.&uidu.?

Res. Quia est etiam persona dignior, & potentior causa. l. iustissime. ff. de edili. edict.Bal. cons. clxxxvij.uol.v.

Int. Quare est quod non possunt in condendis legibus omnes casus comprehendi, ut in l. nõ possunt dicit ff.de legi.deq; infinitis haberi notitia?

Res. Quia intellectus uidetur finitur est, & fragilis.l.hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. qui testamen. face. pos. & not. in d. l. non possunt.

Int. Est ne credendum seruo maximè quo ad id qđ in facto suo proprio consistit?

Res. Est utiq; etiam ad preiudicium domini.l.quęrò.§.fi.ff.de edil.edict. nisi ipse dominus probet contrarium, ut per gloss. in l.ij.ff.si ex noxa.cau. aga.Pau.Cast.cons.xxxiiij.nu.4.uol.j.

Int. Tractus futuri temporis non spectant ad iudicem. l. prima. ff. de usu.l. non quemadmodum. ff. de iudi. quid si dependentiam habeant à iure de præsenti?

Res. Isto casu spectabũt, & erit secus.l.j. & ibi Bar. C.de senten.ex peri.re.

Int. Si gabella soluta non sit est ne pręscriptum tẽpus quo non possit amplius peti?

Res. Est quinquennij ut in querela, lapso enim eo tempore nec intentari nec gabella peti poterit. l. secunda. C. de uectiga. l. Papinianus. §. fina. & l. sequen. l. si proponas. §. fina. ff. de inoffic. testa.l.scimus §.illud.C.eodem.test.in d. l. ij. de gabella dicit not. Roma. in l. commissa.col.j.de publica.& uectiga.

Int. Fœmina non potest esse argentaria. l. fœminæ ubi ratio. ff. de eden. l. secunda. ff. de regu. iur. sed quid si aliud dictaret consuetudo, ut in Gallia?

Res. Isto casu posset & admitteretur argumentum in l.fi.ff.de tute.& in auth.matri & auiæ.C.quãdo mul.tute.offi.funga.& in c.dilecti filij. de arbi.Barba.in c.j.col.xiii.de proba.

Int. Solet dici quod non minus facto quàm uerbis uoluntas declaratur. l. Paulus respondet. ff. rem rat. habe. l. reprehendenda. C. de insti. sed quid si de arrogantia facti agatur, erit ne maior quàm dicti?

Res. Bal.cons.cxliii.col.fi.uol.ii. sentit quod sic & benè ut in d.l reprehendenda.

Int. Si uinco uincentem te multo magis uinco te, quomodo intelligitur hæc regula, de qua aliàs in l.de accessionibus.ff.de diuer.& temp.præscri.?

Res. Quando uincens subrogatur & succedit in locum uicti formaliter ut not. in l. usucapio. C. de pigno. & in authen. licet. C. de natu. lib.& hoc modo regula infallibilis est ut inquit Areti.consil.xxvii.col.ii.

Int. Est ne uerum quod causatum procedat à causa ut dicitur in l.manumissiones quoq;.ff.de iust.& iur.& in l.licet.in§.ea obligatio.ff.de procu.?

Res. Non modo uerum est, sed etiam indubitatũ, quia nec est quidquam prius in causato quod nõ sit in causa.c.Marchion.i.q.i.Bal.cõs.cccclxxxix. col. ii. uol. iii. procedit igitur causatum à causa ut filius à patre, ut uerbum à corde, ut splendor à Sole, & (ut inquit D. Thom. cont.erro.Grę-corum in opuscu. i. c. i. in prin. quemadmodum fluuius à fonte.

Int. Operatur ne potentius ius in causa, quàm in causato, ad propositum uel è contra?

Res. In causa ut not. in l.digna uox. C. de legi. & per Bald. in l. illam. C. de colla. Paul. Castren. cons.cxxiv.col.ii.uol.i.

Int. Quare est quod prohibitio testatoris ne diuisio fiat intra certum tempus, ualet?

Res. Non minores sũt facilitatę labantur. l. l. ff. de mino. l. secunda. ff. de usucap. pro emp. l.in-

Man. C hoc

hoc iudicio.§.si coueniat.ff.communi diui.Bal. cons.lxxii.col.ii.uol.ii.

Int. Sicuti filius petit supplementum legitime. l. si quando.§.& generaliter.C.de inoffi. testa. petit ne ita pariter ecclesia parochialis?

Res. Absque dubio,bonaque est æquiparatio quoniam ecclesia loco filii habetur. capitulo in presentia, de probatio. Bald. consil. ccxxxvj. col. ii. uol. ii.

Int. Titulus putatiuus qui petitionem hæreditatis non excludit tribuit ne saltem iustam causam præscribendi?

Res. Glo.in l.Iuliano.& ibi Bar. ff. ex quibus cau. maio.dicit quod sic, & est singula. & not. Arc. cons.cix.col.ii.

Int. Vbi processus inchoatus est,debet ue ibi finiri,& si actor traxerit reum ad diuersa iudicia seu examina erit ne puniendus?

Res. Erit.l.ubi cœptum.ff. de iudi. l.i. C. de asser. tol.ad fi.utrunque dictum Bal.cons.cclxxxv.col. ii.uol.primo.

Int. Ad propositum tituli de litigiosis, quot nanq; sunt quæ litigiosa effici possunt?

Int. Tria, res, causa, & actio: res in reali, causa in personali, actio in mixto: & conferunt ad dicta, in authen. litigiosa. C. eodem.de litigio. l.in iudicio.ff.famil.hercis. Bal. consil. D v. col. ii.uol. quinto.

Int. Inimicitia orta ex leuibus causis præsumitur ne durare?

Res. Non, quia processit ex leuitate animi. l. prima. C. si quis imp. maledi. Bald. consil. clxxvj. col.ii.uol.i.

Centuria Quinta.

Int. N l.fin. C. de eden. dicuntur hæc uerba formalia ab Alexandro illius auctore. Et quæ ab Antonino patre meo, & à me rescripta sunt. & tamen, Alexander patrem habuit uarium,& Christiana Mammea genitus est, uarie nepos, Heliogabali consanguineus, ex Arcena urbe,quo modo si igitur Antoninus erat ipsius pater?

Res. Aetate & dignitate ac honoris gratia ipsum patrem uocauit, non quod ab eo genitus fuisset, ueteres enim senes maiores & patres appellabant, sic serui Naamam patrem uocant,sic, primo ad Timoth. Paul. quinto ait. Seniorem ne increpaueris sed ut patrem eum obsecra. Vel dic, & uerius est, quod erat ipsius Alexandri pater, adoptione, auctor Herodian. est, libro quinto.

Int. Quid sibi uult dicere alibi glo.in l. quæsitum in §. finali. ff. de pecu. & in l. si pactum. C. de excep. quod replicatio est eiusdem naturæ cuius est etiam actio?

Res. Non aliud nisi ut dicit Bart. in l.ii.C. eodem. longioris uitæ esse non debet, sique actio durauerit anno, quod ita quoque duret replicatio,eadem in actore ut est in reo exceptio. l. secunda. ff. de exceptio.

Int. Quid sibi uult uerbum positum in l. moris. in §. solet. ff. de pœn. ibi, Archiuus uel Grammatophilacium?

Res. Loca sunt in quibus acta publica reponi solent ut ibi not. & in §. primo. in authen. de defenso.ciui.& in §.sancimus.de his qui ingred.ad ap. eo. lib. custodita etiam à persona publica, ut dicit Inno.in c.j.de procu.

Int. Quare est quod titulus de eden. est fundatus, l.j.ff.eo.l. prætor ait. nec tamen æqualitatis seruandæ ratione,dictat edi rationes uel instrumenta actori à reo,sicuti è contra ab actore reo.l.j.l. qui accusare.l.fi.C.eo.?

Res. Quia actor à seipso instructus esse potest, qd non est in reo. l. si quando. C. de dila. l.si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de eden. cum igitur nec æquitas hæc, habeat rationem, nec sit ex hoc capite scripta, non attenditur nec præferri debet rigori, quod à reo actori edatur, iuxta not. in c. ex parte. de offic. dele. & in l. placuit. C. de iudi.

Int. Aequitas debet ne esse scripta?

Res. Si de ea loquamur quam debet semper præoculis habere iudex, & de qua in l.quod si Ephesi. ff.de eo quod cer.loc.omnino scripta esse debet, si uerò de ea qua utitur princeps,non oportet neque ullatenus necessarium erit.l.j.C.de legi.Bar. in l.ubicunque.col.vij.ff.de int.actio.

Int. Pater uendit rem filij, is sibi succedit, poterit ne rem uenditam uendicare?

Res. Non,casus est in l. si patri. C. de dona. & in l.si cum dotem.in §.si pater.& ibi not.ff.sol.mat. Boer.decisio.xxiij.nu.19.& 20.par.j.

Int. Quæ est ratio quòd infamis nullibi pro alio postulare potest.l.ex ca.ff.de postu.?

Res. Quia ut ibi dicit glo. infamia ipsum sequitur ut lepra leprosum.

Int. Notarius infamis ex libro alterius notarij probatæ uitæ exemplum sumit ille uerò exemplo sic sumpto subscribit, an sufficiat & faciat fidem?

Res. Facit sine dubio quia tota auctoritas stat in subscriptione & signo,ita Bal.in l.Imperator.ad fi.lectu.j.ff.de sta.ho.

Int. Ius Longobardum est ne seruandum?

Res. Non,ubi Romano iure utitur,quoniam iniustum est,asininũ & sine ratione ita And. de Iser. in c.j.in §.fi.ad fi.de not.feu.in usib.

Int. Si mulier antequam traducatur adulterium committat,perdit ne dotem?

Res. Sine dubio.l.nihil.ff.rer.amo.Bal. in c. accedens.ad fi.de procu.

Int. Pater dedit potestatem executoribus suis alienandi,poterunt ne alienare rem pupilli?

Res. Poterunt.l.magis puto.§.si pupillus.ff.de reb, eo. not. in l. prædium. C. quan. dec. opus non est.

est Bal.in l.j.in princip.ff.de reb.eo.

Int. Quare est quod spurius institui non potest?

Res. Propter multiplicem inhabilitatem suam, & patris ita Bal.cons.lvij.col.iij.uol.v.

Int. Quare in notorio sententia mittitur executioni non expectato lapsu decem dierum?

Res. Quia non appellatur, & regulariter fieri non debet, quod factum non releuat.l.hæc stipulatio. §.diuus.ff.ut lega.no.cauea.

Int. Quid sibi uult prouerbium domo domum?

Res. Non aliud nisi duabus anchoris inniti, id est quenque duo posse sibi domicilia constituere. l. incola.ff.ad municipa.

Int. Pater prohibet confectionem inuentarij. iudici tamen uidetur quod pupillo expediat coget ne tutorem id facere?

Res. Bar.in l.in confirmando.ff.de confirman.tut. inquit quod sic & benè.

Int. Quare dixit Dauit, Ego sum uermis & non homo, & Moyses animal, & Abraam stercus & cinis?

Res. Quoniam maxima inter uirtutes est humilitas & quia etiam qui se humiliat exultabitur, deposuitq; Deus potentes de sede, & exaltauit humiles, & hinc Poeta lyricus.

Humiltate esaltar sempre gli piacque.

Int. Qui nanque erant apud ueteres quæstores Parici?

Res. Qui creari solebant (ut inquit Fest.de uerbo. significa.) causa rerum capitalium quærendorum quasi (ut reor) parricidij.

Int. Quid est apud nos id, quando dicimus si color quæsitis sit, ut in l.sed Iulianus.in prin. ff. ad Macedonia.?

Res. Nil aliud nisi quod id quod uerè agimus, simulatione obtegimus.

Int. Notarius potest ne scribere instrumentum simulatum?

Res. Non, nec debet, & si scribit amputabitur sibi manus, & erit perpetuo infamis in casu singulari tamen.c.Imperialem.§.scriba uerò. de prohibi.feu.alie.per fed.in usib.Bal.in rub.C. res inter alios acta.col.ij.

Int. Filio naturali non potest dari tutor, datus tamen confirmatione indiget.l.fi.C.de confir. tut. sed quid in spurio?

Res. Nec datio ualet, nec confirmari debet datus, quia filij nomen non habet.§. finali. in authenti. quib.mod.natu.effi.legi.Bal.in l.j.ff.de testa. tu. & hisce quattuor scribebatur literis apud ueteres seu notis. I I N Q. hoc est iniustis nuptiis quæsitus.

Int. Statuta de sutoribus loquentia comprehendunt ne etiam cerdones?

Res. Gloss.in l.iij.in §.si magister.ff.ad leg.Aquil. sensisse uidetur quod sic & ibi in specie Flo.de S. Petro.in prin.

Int. Si seruitutis esse non potest.l.j. ubi etiam assignatur ratio. ff. de usufru.lega. sed quid in iurisdictione?

Res. Ias. in l. j. col. fina. ad fin. ff. de iurisdi. om. iudi.dicit quod eo casu secus est, quodque iurisdictio iurisdictionis esse potest.

Int. Deputatus ad exigendum, potest ne debitori prorogare terminum ad soluendum?

Res. Non, text.est singularis in l. qui Romæ. in §. Calimacus.ff.de uerbo.obliga.Bal.& alij in l.seruus.C.de pac.

Int. Quare est qnod emendans libellum expensas reficit parti, iuxta not.in l.edita.C. de eden.?

Res. Quia temere egisse uidetur. l. eum quem temere.ff.de iudi.si tamen liquidè fuerint, aliàs satisdabit de non liquidis.l.sancimus.C.eod. Bald. cons.iij ad fi.uol.ij.

Int. Quare est (ut memoriæ tradiderunt ueteres) quod Cereri sacrificabatur porca?

Res. Quia segetem quàm Dea mortalibus inuentā tribuerat depasta erat.

Int. Qui spernit rationabilem protestationxm tenebitur ne?

Res. Absque dubio, quia ius protestantis conseruat.l.si debitor.§.j. ff. quib. mod. pig. uel hypo. sol. Ideò tenebitur protestanti ad interesse ut inquit Flo.in l.his consequenter.in prin.ff.fa.her.

Int. Minor aduersus monasterij ingressum, habet ne restitutionem in integrum?

Res. Non, quia non est læsus, & quia mutauit statum.l.non uidetur.C.de resti.in integ.l.si ex causa.§.Papinianus.ff.de mino.Cyn.in auth.ingressi.nu.7.C.de sacrosanc.eccle.

Int. Mater tanetur ne dotate filiam?

Res. Non, quia paternum officium est. l. fina. C. de dot.promi.l.obligamur.§.lege.ff. de actio. & obliga.præterquam in casu quando pater esset inops ut per Barto.in authen.res quæ. nu. 4. C. communia de lega.

Int. In legato habitationis uenit ne hortus?

Res. Si domui non accedit, non uenit ut inquit Floria. in l. Olympico. in princi.de seruitu.urba.prædio. multa Barba .in cap. j. nume. 22. de probatio.

Int. Quare æquus (ut fabulantur Poetæ) à Neptuno inuentus est, eosque habent in tutela, Castor & Pollux?

Res. Quia eius numen est uelox & mobile ut mare, illi uerò stellæ uelocissime.

Int. Forma testanti quo iure inuenta est?

Res. Prætorio in scriptis, sine ciuili, testamentumque hoc casu nuncupatiuum appellatur a nuncupando, & licet scribatur istud quoque, scribitur ut facilius probetur, non quod sit scriptura de ipsius substantia, l.contrahitur.ff.de pigno. Ias.in l.testandi.C.de testa.

Int. Quæ est ratio quod singularis successor puta emptor, non tenetur stare colono. l. emptorem.C. loca.?

Res. Quia factus est dominus & moderator in re sua.l.in re mandata.C.manda.Cyn.in d. l. emptorem.in prin.

Int. Bos datus ad zoueaticum moritur an sit satis

quod rusticus probet mortem?

Res. Est utique, & si dominus dicat ipsius culpa periisse, id probare tenebitur, ita Imol. in l. cum ita. in §. species. ff. de lega. ii.

Int. Causa est commissa appellatione remota, quid si euidenter de iniquitate appareat?

Res. Isto casu commissione non obstante poterit appellari, c. inter. de re iudi. in vj. Por. in §. si quis debitori. ad si. insti. de lega.

Int. Quare Barbatulos iuuenes uocat Ci. in lib. ad atticum?

Res. Lasciuiæ nota est, ea de Romanis hominibus mos non erat Barbam alere, nec canonico iure clericis. capitulo clericus, de uita & honesta. elerico.

Int. Ebrietas inficit ne matrimonium?

Res. Non, neque potest ob id peti separatio thori ita Bal. in c. tuæ. de procn.

Int. In delatione iuramenti quid debet considerare iudex?

Res. Personæ qualitatem, & causæ quantitatem, & si qui petiit iuramentum nouit factum ita Bal. in l. prima. ff. de iureiuran. Aluaro. fusius in cap. primo. in §. sacramentum. col. pen. de cont. rec. feu. in usib.

Int. Quare est quod perfidiosi homines aliquando datam seruant fidem?

Res. Vt opportunius, & maiore quidem cum lucro postea decipiant.

Int. Differunt ne facere & formare?

Res. Magnopere, fecit enim Deus hominem internum, formauit externum unde in Psal. dicitur. Manus tuæ Domine fecerunt me, & formauerunt me.

Int. Quid sibi uult id, quod plerunq; obiicitur alicui quod ciuitatem furatur?

Res. Nil aliud nisi quod se pro ciue gerit cum tamen non sit ciuis, & seruit ad multa.

Int. Prohibitus stare in prouincia poterit ne stare in Italia?

Res. Non. l. fi. & ibi Cyn. not. C. si ser. expor. ue.

Int. De Mamertinis fit mentio sæpè, qui nam sunt populi isti?

Res. Siciliæ, quorum urbs Messana appellatur de q; his Cice. in ora. pro Balbo.

Int. Quę nam mors est illa quam Maro informe appellauit lethum?

Res. Quæ luitur suspendio, nanque sic mortuus (ut in libris Pontificalibus dicitur) insepultus abiici solebat.

Int. Notarij nomen, est ne nouū, an uerò olim erat etiam cognitum?

Res. Catonis temporis nondum hij reperti erant ut in uita eiusdem Plutar. ait & ex his quæ in ora. pro Sylla scribit Cice. elici potest.

Int. Quare diuites opulenti appellantur?

Res. Quia terrestribus rebus abundant copiosiq; sunt, unde Opis etiam à qua sic denominantur Saturni coniunx est, id est terra, quæ opes humano generi tribuit, & hostie opime id est pingues, & opima spolia id est magnifica & ampla.

Int. Ius aureorum anulorum habere quæ dignitas erat olim?

Res. Vt hodie æquestris ordinis apud nos, sumq; memor me alibi etiam dixisse ad illius tituli declarationis. C. de iur. aureo. anulorum. & habetur quoque in l. cum ex oratione. ff. de excusa. tuto. Cui ordini tamen (nouissimè declarandum est) ascribi non poterat, nisi qui sester tia. cccc. habuisset in bonis.

Int. Quare Mar. septimo cum sanasset CHRISTVS surdum & mutum præcepit eis, ne id cuiquam dicerent?

Res. Quia gloria à nobis non est quærenda, eiusque actio nostra instructio. capitulo significasti. de electio.

Int. Quare Marcus Euangelista, præcæteris leonis specie præfiguratur?

Res. Quia (ut dicit Eucher.) ingenti uoce intonuit. Vox clamantis in deserto parate uiam domino.

Int. Quare Matth. hominis figura etiā deliniatur?

Res. Quia identidem ab hominis natiuitate orditur dicens.

Liber generationis filij Dauid.

Int. Quare dixerunt Apostoli qui ibant in Emaus ut Luc. xxiiij. legitur nonne cor nostrum erat ardens, in nobis dum loqueretur in uia?

Res. Quia Deus ipse est ignis consumens ut alibi declaraui. & nouissimè non ab re dixit etiam. Ignem ueni mittere in terram quam uolo ut ardeat.

Int. Quid sibi uult Pual. ad Timoth. j. c. v. ibi manus nemini, cito imposueris?

Res. Non facilè sacerdotem esse promouendum sine examina, in quo ætatis maturitas, literarum scientia, & morum grauitas requiritur & reliqua de quibus in summa, xxiiij. dist. & in c. miramur. lxj. dist. & in c. quid est. lxxviij. dist.

Int. Quare dixit etiam ad Timoth. ij. c. iiij. liberatus sum de ore leonis?

Res. Neronem intelligit immanissimam illam bel luam, prius quam iret in Occidentem ad prædicādum, reuersus postea decolatus est & martyrio coronatus.

Int. Psal. xxx. dicitur. Nolite fieri sicut æquus & mulus, quibus non est intellectus, quis nam horum uerborum sensus?

Res. Nos amoribus mulierum non fœdari non fu rere ut æqui in frenes, sed fugere eos, & surdis auribus syrenarum cantus non secus ac Vlisses pertransire potius.

Int. Quare ioco dicebant ueteres, Marti ultori pecunias haud esse committendas?

Res. Fortè quia illius templum, cum erexisset Augustus Iulij Cæsaris ultus cedem, sacrilegi expilarant.

Int. Quibus conuenit prouerbium, Bouem portant in faucibus?

Res.

Res. Edacibus ac parasitis, quos à canina fame Plau. Malosficos (Molossorum enim canes, id est Epyrotarum generosissimi sunt) appellare solebat.

Int. Pulcherrimum sanè est etiam illud, de quo in l. qui testamentum. ff. de proba. Omnem fortunā in sinu meo habui, sine ulla cautione, sed quid sibi uelit nescio.

Res. Vult dicere si quis eo utatur, quod sibi soli res credita est, ea de re subiicit, sine ulla cautione ut supra.

Int. Cui conuenit illud. plus est mantissa quàm obsonium?

Res. Mihi sanè Milleloquio additis DCC. quæstionibus, & lingua nostra nil aliud sonat nisi id quod frequentissimè habemus in ore, egli è stata piu la giunta che la carne, ride si placet.

Int. Vidi signum hominis lapideum in Torquati Bembi Abbatis, maximè reuerendi Musæo, oculos non modo in uultu, sed etiam in occipitio habentis, quid hoc ipsum sibi uelit nescio.

Res. Patrisfamilias diligentiam (ni fallor) deliniat ipsiusq; simbolum est pulcherrimum.

Int. Doctor habens magnum stipendium præfertur ne habenti minus?

Res. Sine dobio, nisi alia concurrant ætas scilicet & dignitas, quia is qui minus habet sit senior, Comes & Aeques, ut ego, (uerbo arrogantia absit, nec ignoras) priuilegiis amplissimis duorum fratrum Imperatorum, cohonestatus, Karoli Quinto, & Ferdinandi, & ita debet limitari quod dicit Alex. in l. ii. in §. prius. col. iij. ff. de uulga. & pup. substi.

Int. Mulier debet ne dote priuati, si culpa mariti perdita sit?

Res. Non, l. penultima. ff. solu. matrimo. hinc quia Tib. Graechus in seditione legis Agrariæ cuius fuerat auctor, interfectus est, uxori Liciniæ, ex sententia Scæuolę, nec dotales perditæ, restitutæ fuerunt.

Int. Dos mulieri relicta est cum primum fuisset ætatis nubilis, an statim debeatur licet maritum non acceperit?

Res. Sentit Bald. quod sic in l. qui filium. per illum text. ff. de reb. eo. & not. aliàs in l. sancimus. C. de nup. Bartol. in l. Titio centum. in §. Titio genero. ff. de condi. & demon. Excepto tua non interest.

Int. Potest ne opponi post litem contestatam?

Res. Si opponatur iuri potest, non si personæ ut per Inno. in c. super his. de accu. & Bal. in l. tigni. in §. fi. per illum tex. ff. ad exhib.

Int. Pater disposuit ire peregre, puta in Galliciā ad D. Iacobum, moritur, debebit ne ire filius, uel mittere?

Res. Non, nisi fuerit ab eo in testamento grauatus cap. secundo. de uoto. Bald. in l. i. in §. j. per illum tex. ff. de reb. eo.

Int. Quid est Agonotheta in iure nostro, & de quo in l. Septitia. ff. de pollicita.?

Res. Est ille, qui certamini præsidet, latine munerarius appellatur, seu qui propositis præmiis inuitat ad certamina, ut apud Homerum Achilles, apud Virgilium Aeneas.

Int. Quid rursum est hoc dicere, quod Mineruа è Iouis cerebro nascatur?

Res. Nil aliud nisi quòd à Deo est, quodque aperitur securi Vulcani, id est labore quæritur, & magistro, ac præceptore. Vel & breuius dicas, ex eo argui, artes omnes, à Deo prouenire, laboribusque maximè comparari.

Int. Quæ sunt arbores Diis fabulosis dicatæ?

Res. Populus.
Hesculus.
Laurus.
Olea, Mirtus, Herculi, Ioui, Apollini, Mineruæ, Veneri.

Int. Quare est quod mulier prægnans, antequam pariat non debet ultimo affici supplicio. l. Imperator. ff. de sta. ho.?

Res. Quia (ut ibi dicit Bart. ad finem.) mora modici temporis non est periculum allatura. l. si debitori. ff. de iudi. & dixi alibi satis, addoque nouissimè rationem, non ab re, quia sic puniretur fœtus qui non peccauit, quique non est in culpa & male. l. sancimus. C. de pœn.

Int. Si pater filiam prægnantem inueniret in actu Veneris, poterit ne impunè eam occidere?

Res. Poterit licet durum uideatur ex prędictis quia solum factum attenditur & non iuris ordo, siue effectus, & erit not. ampliatio ad dicta l. Imperator. ff. de sta. homi. & ibi istud idem decidit Bar. post Guil. de Cun. nu. 2.

Int. Aliquis ad duellum est prouocatus, quia fratrem forte prouocantis, aut patrem uel matrem ipsius interfecit, accusatur & condemnandus est, debebit ne executio differri?

Res. Nescio (memoria enim labilis est) si in dialogo de duello, à me tractata est quæstio hæc, quem lingua nostra Italica ac materna, & quotidianis (ut aiunt) uerbis sub nomine auctoris incerti, unà cum aliis, & præter Latinos aliàs edidi, interim dico quod non, quia utilitas publica priuatæ semper est præferenda. l. unica. ad fin. C. de cad. tollen. & ita tenet Gulicl. de Cun. & Barto. in d. l. Imperator. nu. 3. licet rationem non adducant. Et ideò Calde. & bene dicebat, quod dicta l. si debitori. paulò ante citata. ff. de iudi. in ciuilibus procedit, non in criminalibus, ex quo pœna non est differenda sed inferēda ne propter inopinatos casus qui possint euenire, executio deludatur, & delicta remaneant impunita, cons. j. ad fi. de re iudi.

Int. Quæ est ratio ubi ex forma statuti proceditur secundum æquitatem, quòd non habet locum excussionis exceptio, de qua in auth. præsente. C. de fideiusso.?

Res. Quia est de apicibus iuris, de quibus non est disputandum ubi dicto modo proceditur. l. si fideiussor. §. quædam. ff. manda. gloss. in l. si mancipium.

cipium in §.j.ff.de euicti.not. in l. si cum dotem. ff.solu.matri.

Int. Coram quocunque iudice agnosci potest bo. pos.& restitutio in integrum peti, an possit coram notario?

Res. Non,quanquam sit iudex chartularius,& potentia iurisdictionem habeat non actu.l.j.ff.de iu dit.& not.Ferrarien.in l.fi. ubi locus communis. C. qui admi.

Int. De lege Vicenaria meminit Plau. in pseudo. quæ nam erat hæc quidque disponebat?

Res. Mutuo pecuniam minoribus xxv.ann.dari nō debere,exsoleuit postea, ipsiusq; loco Vespasianus Imp. S. C. Macedonianū introduxit,de quo in l.j.ff.eo. ad Macedo. Fusius Baldui. Interpres egregius,insti.quod cum eo,col.vj.nonnihil ego in l.singularia.lectu.iij.ff.si cer.peta.

Int. Dicimus uulgo statutorum uerba, strictè esse & propriè intelligenda,siue interpretanda. l. iii. §.hæc uerba. ff. de neg. gest. quid in regu. Cancellariæ Apostolicæ?

Res. Idem dicendum est,quia sunt constitutiones extra corpus iuris,& ita decidit Cassiodor.decisio.xvj.nu.5.de præben.& xxiij.nu.6. & in regu. cancel. viii. nume. 2.& xx. nu. 4. & xxix. nu. 1. & xxxv. nume. 1.

Int. In legitima filii omne grauamen reicitur. l. quoniam in prioribus.C.de inoffi.testa.l.cohære di.§.cum filiæ.ff.de uulga.& pupil.substi.quid si transeat ad alium?

Res. Isto casu transiret cum suo onere. l. cum patronus.& ibi Pau.Cast.ff.de leg.ii. Seysel. in l. i. in §.substituere.ff.de uulga.& pup. sub.

Int. Duo testes de infamia deponunt mille (ut ita dicam) de fama quorū probatio erit præferēda?

Res. Duorum,ita Inno.in c. inquisitionis. & in c. cum oportet.de accu.Ro.cons.clxvii.ad fi.

Int. Citatio in quocunque actu & maximè in sententia necessaria est,aliàs ualeret quoque. ff. de re iudi.l nam ita diuus.ff de adop.clem. pastoralis.de re iudi.quid in sententia Imperatoris?

Res. Quæstio est antiquitus disputata, & conclusum quod sic, quia lata etiam causa non cognita, ut priuilegium pariter ualet.& not.in l.is qui.ff. ex quibus cau.maio.bonus tex. & ibi Bal. & in l. ne causas.C.de appel.ubi etiam respondet ad clemen.pastoralis.præalleg.dic ut per eum.

Int. Quando testis dicit quod uidit uel audiuit, sufficit ne an uerò est ab eo alia requirēda ratio?

Res. Sufficit nec aliud quæritur, cum non possit hoc casu alia reddi.& ita dicit pulchrè Pau. Cast. cons.cl.col.ii.uol.i.

Int. Quæ est ratio quod super lege habente plures intellectus fundamentum fieri non potest iuxta doctrina Bar.in l.in ambiguo. ff.de reb. dub.?

Res. Quia communiter ignoratur quod multipliciter exponitur ut inquit Boetius,dixiq; alibi satis,& multis in locis,nouissime addo Bal.in l. scire leges.ff.de legi.

Int. Frumenta sunt ne in herbis æstimāda,uel aliter cum primum recollecta sunt & in horreis reposita?

Res. In herbis, quia multa accidere possunt ne maturescant.l.fistulas.§.frumenta. ff. de contrahen. emp.Bal.cons.clxxxii.col.ii. uol. i.qui tamen & postea dicit,cons.cxxxiii.col.fi.uol.iii.post Bar. in l.cotem ferro.in §.qui maximos.ff. de public. uectiga.quod non ualent tantum fructus in herba quantum in frumento.

Int. Quare est quod in legitimatione sufficit nomen matris exprimi?

Res. Quia semper est certa, neue ob incertitudinē legitimatio uitietur.l.uulgo. ff. de sta. ho. Bald. cons.cxlvi.in fi.uol.i.

Int. Spoliatus ante omnia restituendus est.l.si quis à se fundum. C. ad legem Iul. de ui. sed quid si passus sit super petitorio procedi,nec appellauit?

Res. Isto casu non restituetur ut inquit Areti. in l.naturaliter.in §. nihil commune. col. iiii. & v. ff.de acqui.po.Feli.in c.inter monasterium.col. xv.de re iudi.ego nonnihil cons.xiiii. num. 13. uol.secundo.

Int. Si agat clericus super turbatione & molestia beneficii,debebit ne molestiam probare?

Res. Non, quanquam prima fronte dubium nobis faciat tex.in l.qui accusare.C.de eden.uerum satis erit quod probet de iure suo, quia aduersarius etiam satis turbat quando se in iudicio opponit, ita Mil.in aureo alphab.suo,actor.nu.8.& est argumentum in l.Pomponius.ad fi.ff.de acquiren. rer.domi.

Int. Quando quis promittit factum alienum,quo modo intelligi debet promissio hęc?

Res. Quod promiserit se facturum & curaturum.l. Titia.ubi etiam glo. in prin.ff.de uerb.obl.plenè Feli.in c.ex rescripto.in pen.col.de iureiu.

Int. Si procurator confiteatur,nocet confessio domino,nisi probet rem se aliter habere.l. certum. §.sed an ipsos.ff.de confess.est ne uerum istud generaliter?

Res. Est de iure, sed non de stilo curiæ & in rota, ubi seruatur contrarium, quod imò possit si procurator non habeat speciale mandatum ad confitendum,reuocari etiam non docto errore ita Felin. in c.i.col.xi.ut lite non conte.

Int. Quod fit in iudicio absente parte, non prodest facienti,nec aliis nocet.l. certum. §. si quis absenti.c.ff.de confess.quid si iudex absentis nomi ne faciat actum?

Res. Isto casu secus,quia ipsius personam assumit. l.bonorum.C.qui admi.glo.in l.de pupillo.in §. meminisse.ff.de nou.ope.nuntia.ita Bar.in auth. matri & auiæ. C.quando muli.tut.offi.fun.col.j. dicens quod recipit renuntiationem Velleiani nomine et editorum absentium.

Int. Assassinus erit ne condemnandus,si de corpore non constet, quod in mari proiecisse affirmat & confitetur?

Res. Sine dubio quanquam aliàs non possit præsumi factum homicidium ab aliquo, si factū ipsum

est incertum,& de corpore non liqueat, ita Ang. in l.i.& in l.certum.ff.de confess.& Ias.in l.error col.iii.C.de iur.& fac.igno.

Int. Veneti possunt ne facere & exercere ea quæ Imperatori sunt reseruata in signum speciali priuilegii?

Res. Possunt ex quo habent Imperium proprium, ut olim Romani,Macedones,Athenié ses, & Lacedæmonii,nec recognoscunt aliquem in superiorem,& tradit Abb.aliàs,in c.per uenerabilem nu.10.qui.fil.sint legi. & Bar. in l. hostes.ff.de cap.& postli.re.& ideo possunt dicere illud Pau. Apost.qui non sunt sub lege sibi ipsi sunt lex, ut etiam inquit Bal,in l.ea lege col.pe.C.de cond. ob cau.imò quod ipsi soli à se ipsis Imperium habët alii iure belli.Nãq; Aethiopes inuaserũt Assyrii, Assyrios Babylonii, Babylonios Persæ, Persas Macedones,& Macedones deniq; Romani.

Int. Statutum inducit modum contestandi litem an ob id propterea intelligatur tollere modos inductos à iure communi?

Res. Non.l.quotiens,ff.de act.& obli.Cuma.cons. xvij.col.iij.

Int. Quare est quod flumina,montes, & ualles dicuntur confines æterni?

Res. Quia semel uerũ semper est uerum.l. qui bona.§.si quis stipulaturus.ff.de dam.infec. Feli.in in c.cum causam.col.iii.de proba.

Int. Si plures sint delinquentes,horumq; unus tantum clericus, an omnium remisio fieri debeat ad iudicem ecclesiasticum?

Res. Sine dubio ut inquit Anto.de Prato.in l. i. ff. quæ sen.si.ap.re.quod dictum stupendum exclamat Feli.in c.j.col.iiij.de præscrip.

Int. Statutum dicit quod inter affines fiat compromissum,an relicta fratris ad idem teneatur?

Res. Non,quia non est affinis quanquam reliquiæ affinitatis remanserint,ita Bal.in l.cui eorum. in §.affinitatis.ff.de postu.& in statu.affines.nu.2.

Int. Aliquis tanquam reus fuit tortus non præcedentibus indiciis,confitetur,an ex ipsa confessione posit condemnari,iuxta tex.in l.proinde. ff. ad legem Aquil.& in c.nos in quemquam.ij.q.j.

Res. Sentit gl.quod non in l.quæstionis.ff.de quæstio.Alex.plenè cons.v.col.j.uol.j.

Int. Testis debet esse iuratus aliàs non probaret. l. iurisiurandi. C. de testi. sed quid si repetantur ut in l.repeti.ff.de quæstio. debent ne iterato iurare?

Res. Non.l.hæredes palam.§.si quis post.ubi Bart. ad fi.ff.de testa.Bal.in auth. sed hodie.C.de iura. cal.& in l.fi.ad fin.C.de testi.Feli. in c. per tuas col.iiij.eo.titu.

Int. In eodem uolumine sunt duo statuta, unum punit homicidam pœna mortis, alterum pecuniaria, cuius nanque erit executio?

Res. Illius potius quam illius,in mitiorem scilicet partem.l.si præses.l.interpretatione. ff. de pœn. Bar.in l.ii.C.de can.lar.ti.lib.x.

Int. Per actus inualidos nihil inualidum sequitur, uoluntas tamen declaratur & datur intelligi.l.fi. ff.de reb.eo.sed qnid in pœnis?

Res. Secus quia sequuntur etiam ex actibus inualidis ut inquit Bal.in c.quia propter.nu.14.de ele.

Int. In usuris debitis iure actionis, sublato principali non tollitur accessorium, quid si debeantur officio iudicis?

Res. Tollitur l.ii.& ibi Cyn.C.depo.

Int. Bona subiecta fideicõmisso pro dote, possunt alienari,auth.resq; C.communia de lega. quid si expresse prohibitio facta sit?

Res. Isto casu non poterit ut ibi per Ias.col.fi.not. in l.filiusfamilias.in §.diui.ff.de lega. i. declarat Grat.Bononien.cons.xvii,col.ii.uol.i.

Int. Ociosi sunt ne ex urbibus pellendi?

Res. Sunt utique, quia semper bonorum industriæ inuident,aliena appetunt, rebusq; nouandis semper student,& conferunt hæc ad dicta in l. in rebus ff.de consti.prin.

Int. Aliquis promisit scholari resarcire omne damnum sibi datum à famulo,an in hac promissione etiam comprehendatur furtum?

Res. Bar.in l.quod nerua.col. iiij. ff. depo. dicit quod sic, & ex multis cum declaratione comprobat et Grat.cons.cliij.uol.ii.dic ut per eum.

Int. Quæ est ratio quod dispositio præsumitur potius modalis quàm conditionalis ut not.in l.cum mota.C.de transac.?

Res. Quia per modum minus grauatur hæres,& in dubio præsumitur testator uoluisse heredem suũ grauare minus quam possibile sit. l.apud Iulianum.§.scio.ff.de leg.i.l.nummis.ff.de leg.iij.

Centuria Sexta.

Int.  VARE est quod mare pontus appellatur iuxta illud Maron.

Postquam altum tenuere rates nec iam amplius ullæ,
Apparent terræ, cælum undiq; & undiq; pontus?

Res. Quia laboribus plenum est quasi πονος id est labor, uel quod pontem aliàs non admittat qua de re fortè idem Maro alibi dixit.

Et pontem indignatus Araxes.

Et Poe.lyricus.

Pon mente al temerario ardir di Xerse;
Che fece per calcar i nostri liti
Di noui ponti oltraggio a la marina.

Int. Lugdunum celeberrimam Galliæ urbem à quo condita est?

Res. Ni fellor(ut Plutarch. inquit in uita Hannibalis)à Planco Numatio.

Int. De parasitis dixisti(si bene sum memor nescio quid supra,deq; edacibus) scirem libenter quod nanque sit,seu esse posit parasiti simbolum?

Res. Coclea nullum pulchrius, quia suo succo uiuit ut illa donec lautior cœna,& illa rursum donec pluat.

Int. Qui nam sunt mali medici?

Res.

Ref. Qui (ut inquit in fam. Cice.) in alienis morbis se medicinæ scientiam tenere profitentur, ipsi uero se curare nequeunt.

Int. Nauis qua transueuntur equi quomodo appellatur?

Ref. Hippagium, ubi uerò componitur naupagiū, uocata quoque prius Argo ab artifice, quippè q homines prius etiam connexis trabibus nauigabant. & palus ad idem ad quem funis nauticus religatur, Primnesius uel (ut alij dicūt) Tonsula.

Int. Pulli quando ne excludi dicuntur?

Ref. Quando maturitate appetēte ex ouis erūpūt.

Int. Quæ enim sunt uincula domestica, quibus homines astringuntur?

Ref. Similitudo studiorum, consuetudinis dulcedo, delectatio uitæ, & sermonis deniq; suauitas.

Int. Quare Lunę lumen nothum appellamus?

Ref. Quia illud aliunde habet, à Sole scilicet ut nothi, qui obliquo nascuntur genere pariter.

Int. Qui sunt Statores?

Ref. Magistratuum ministri quod non percepit Accur. in titu. de Stato. & minus in l. in eadem. ff. ex quib. cau. maio. & Statores non Stratores legi debet, deque his fusius in fami. Cice.

Int. Quare Tiberij Numisma inscriptas has habet literas. Ciuitatibus Asiæ restitutis?

Ref. Quia dum Traianus Anthiochię hyemaret Tiberio tamen imperante xij. eiusdem regionis ciuitates, terræ motu collapsas, ipse met restituit, & ad pristinam sui faciem breuissimo temporis interuallo redegit.

Int. Taurinum unde nomen desumpsit & quare sic appellatum est?

Ref. Fortè à loco, qui (ut inquit Plau. in uita Hannibalis) Taurorum copia abundant.

Int. Quid sibi uolunt hæc uerba?

Q. Man. C. F. Cordo leg. xxj. rapac. Equit. Exac. Tribut. Ciuit. Gall. fac. Cur. certus lib.?

Ref. Epitaphium est sic breuiter explanandum.

Quinto Manilio Caij filio, Cordo, legionis uigesimæ primæ, rapacium præfecto equitum, exactori tributorum, ciuitatum Galliarum, faciundum curauit certus libertus.

Int. Quare Elephas anguimanus uocatur?

Ref. Quia proboscidem loco manus habet, se se in anguis similitudinem uoluentem.

Int. Quare Venerem armatam colentes eam cluacinam uocabant?

Ref. Quia cluere nil aliud apud ueteres sonabat quàm pugnare.

Int. Voluntas præsumitur durare. l. cum qui. ff. de proba. capitulo maiores. de baptis. quid in timore & metu?

Ref. Idem fortè quia uoluntas quanquam coacta uoluntas est. l. si mulier. §. si metu. ff. quod met. cau. Casiodo. (licet hanc rationem nō adducat) decisio. iij nu. 2. de dolo & contu.

Int. Regula non probatum probabo, de qua in l. per hanc. C. de temp. app. habet ne locum in interlocutoria?

Ref. Non, ut dicit Bar. in l. ij. ff. de mino. & hinc est quod non potest confirmari uel reuocari ex illis primę instantiæ tantum, clem. appellanti. ad fin. de appel. & ibi hoc ipsum not. & tradit Gui. Papæ cons. cxix. ad fi. cons. cxxiiij. nu. 4.

Int. Clericus in habitu non incedens gaudet ne priuilegio clericali?

Ref. Non. c. j. de cle. coniuga. in vj. c. quoniam. de ui. & honesta. cleri. argumentum in l. item apud Labeonem. in §. si quis uirginem. ff. de iniur. & in l. si ignorans. ff. loca. Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episco. & cleri. & ideò hinc dici ēt solet, quod habitus distinguit hominem ab homine, ut signum. c. si iudex laicus. de sent. excom. c. in nonnullis. & ibi Feli. not. de iudæ.

Int. Quid sibi uult prouerbium, cythara cum psalterio male concordant?

Ref. Quod clericus beneficiatus matrimonium cōtrahens per uerba de præsenti beneficia amittit. c. diuersis. & ibi not. de cle. coniuga. uita actiua & contemplatiua non possunt simul stare, nec bene conueniunt (ut ille ait) nec in una sede morātur, maiestas & amor. & sic (ut dixi) cythara cum psalterio male concordat.

Int. Dum filius est in lacte ad triennium usque potest ipsum pœnes se mater, educare, etiam quod auus contradicat, sed quid si transiret ad secunda uota?

Ref. Isto casu sibi auferetur. c. fi. de conuer. infide. tradit Bal. cons. cxxvj. col. ij. uol. j.

Int. Ad quid id nobis seruiet quod Agricola aliud hyeme aliud æstate in agro exercendo agat, nec propterea agriculturæ ratio mutetur? ad quid quod annus temporibus distinguatur seu uarietur ætatibus?

Ref. Ad id quod identidem uariantur leges, nec (ut dicitur in c. non debet. de consangui. & affinita.) debet reprensibile indicari si secundum uarietatem temporum statuta quoque uarientur humana.

Int. Si in contractu specificetur aliquis casus fortuitus, ne quis teneatur, erit ne satis quo ad alios non specificatos?

Ref. Erit utique quia uerba generalia quo ad eos operantur, ne teneatur pariter ut not. in l. j. ff. cōmo. & in c. j. eo. titu. extra. & in l. sed & si quis. in §. quæsitum. ff. si quis cau. Alex. cons. iii. col. ii. uol. primo.

Int. Negatiua improbabilis est. c. bonæ. de elect. not. in l. actor quod asseuerat. C. de proba. sed quid si testis nitatur uelle eam probare erit ne admittendus?

Ref. Non, quia est suspectus de falso ut per Inno. & alios in c. cum ecclesia Sutrina. de cau. pos. & proprie. Ange. in l. plagij. C. ad leg. Faui. de plagia. Corn. cons. cxxv. col. ii. uol. iiij.

Int. Malitia supplet ętatem. c. de illis, de spon. impub. alibi prudentia appellatur, in c. fi. eo. tit. sed quid in testimonio ferendo?

Ref. Isto casu secus, glo. est singu. in c. ex literis. de sponsa.

ſponſa.quam ad idem commendant Bal.in Marga.ſua malitia.nu.1.

Int. Mulier adulterio dotem perdit & bona paraferna lia.c.plerunque.de dona.inter uir.& uxo. Bal. in c.tuæ.de procu.not.in rub.C.de eden.& de iudi.extra.ſed quid ſi uir conſenſiſſet,uel eſſet adulter,& ipſe uel mulier eſſet ſecum reconciliata,uel ipſa habiret patrem uel filios ex primo marito?

Reſ. His caſibus dotem non amitteret, ut plenè oſtendit Boer. deciſio. cccxxxviij. par. ij. dic ut per eum.

Int. Puberes pubertatis annos egreſsi, tenentur ne ad obſeruãtiã concilij generalis.c. omnis utriuſque ſexus de pœn.& remiſ.

Reſ. Sine dubio,hoc ipſumq; præcæteris inſtituit Zepherinus Romanus Papa xv. qui ſedit ann. viij.& hoc idem fecit anno CHRISTI ccvij.

Int. Regulare eſt partes ad concordiam cogi non poſſe.l.quotiens.ff.de uſuf.not.in l.ij.in §.ex his. ff.de uer.obli.Quid in Papa?

Reſ. Nec ipſe poteſt.c.cum inter. de elect. niſi in his in quibus diſponere poteſt.c.cum pridem,& ibi Abb.in ulti.not.de pact.

Int. Si iuramentum in fauorem alicuius prȩſtitum ſit,poterit ne ab eo remitti ſine nota periurij?

Reſ. Poterit.c.j.de iureiu.l.fi. ff. q. & à quib.Abb. & alij in c.ii.de ſponſa.

Int. Quare eſt quod dicimus in uſibus quando aliquid in feudis allegamus?

Reſ. Quia etiam ea in uſu ſunt,& facilius hac de re quoq; reuocantur,ut inquit Inno.in c.ij. de feu. Bal.in Marga.ſua feudum.nu.8.

Int. A communi opinione non eſt recedendum niſi eſſet euidenter falſa. l. j. ff.de offi.quæſto.c. capellanus.de fer. ſed quid ſi in ambiguis ſequatur Romanam curiam,excuſabitur ne?

Reſ. Caſsiodo.deciſio.v.nu.12.de conſti. dicit qđ ſic rationem aſsignat dic ut per eum.

Int. Certum eſt qui dicit fornicationem non eſſe peccatũ, quod hæreticus eſt ut inquit Collectar. in c.i.de hære. Quid in uſura ſi dicat permiſſam eſſe,uel quod donatio Conſtãtini facta eccleſiæ non ualuerit?

Reſ. Idem,clemen.i.ad finem.de uſu. Abb. conſil. lxxxiiii.col.i. ad fin. uol.i.& habetur in cle. Romani. de iureiu.

Int. In actu in quo aliàs ſententia non eſt neceſſaria,erit ne ſaltem neceſſaria pronunciato declaratoria?

Reſ. Erit ut in c.cum ſecundum ad fi.de hȩre.in vj. Ro.conſi.xciii.nu.8.

Int. Præſumptiua probatio filiationis quid operatur?

Reſ. Transfundit onus probationis in aduerſariũ c.per tuas,de proba.Bal.in l.i.ff.eo. Corn.conſi. lxxviii. col. ii.uol.iii.

Int. Nomen actionis in libello non eſt exprimendum.c.dilecti de iudi.not.in l.edita.C. de. eden. quid in bo.po.?

Reſ. Nec nomen ipſius quoq; hodie exprimi debet.l.fi.C.qui admi.niſi iudex petat, quia tunc ſe cuſut in teſte,qui ſui dicti rationem non reddit niſi interrogetur pariter.l.teſtum.l.ſolã & utrobique not.C.de teſti. Corn. in d.rub.qui admi. col.ii.

Int. Concilium cui cauſa commiſſa ſit,poteſt recuſari,non tamen generale ut not.in c.i.de iudi. Ca.de.conſi.vj.de ap.ſed quid in cardinalibus.

Reſ. Recuſari non poſſunt ſecundum aliquos ſed contrarium uerius eſt.c.nouit & ibi not.de ap. Boer.deciſio.cclxix.ad fi.par.ii.

Int. Inſtãtia in cauſa ciuili durat triẽnio,in criminali biennio,l.properandum.C.de iudi.ſed quid canonum iure?

Reſ. Durat tunc perpetuo.c.fi.extra eo.ti.Cor.cõſil.ccx.in fi. uol.iiij.

Int. Quare ſimilitudine morbi & antidoti uſus eſt Pontifex in c. cæterum de iura.cal.?

Reſ. Quia leges præſtant negotiis,quod medicamenta morbis,in auth. hæc conſti. innouat &c. & quibus mo.nat.effi.ſui,eo.lib.in prin.Bal.cõſi. cxlvi.col.iii.uol.i.

Int. Quare eſt quod ius patronatus acquiritur in extructione eccleſiæ cum dotatur, poſt autem non?

Reſ. Quia eſſet imponere ſeruitutem rei ſacræ & male. l.ſeruitutes.§.fi.ff.de ſerui.l. Caueri.ff. cõmunia prȩdio.glo.in c.pie.xvj.q.vii.

Int. Quomodo diſtinguit ueriſimile à probabili?

Reſ. Veriſimile præſumitur prima facie,probabile quod apparet ex actis,et hinc cauſa probabilis dicitur id eſt iuſta,ueriſimilis quæ à iure approbatur ita Bal.in Marga.ſua cauſa nu.40.

Int. Nuncio creditur.c.cũ parati de ap.quid in nõ pertinẽtibus ad eius officiũ, quid ſi agatur de nõ leui præiudicio,uel ſi referat iniuriam ſibi à parte illatam, ut ſi dicat, citatum reſpondiſſe ſe nolle uenire?

Reſ. Iſtis caſibus non crederetur,ut not. in c. j. de iudi.plenè Corn.conſ.lxxix.col.ii.uol.iij.

Int. Verba narratiua principis, probant ne alienum factum?

Reſ. Probant ſi fuerint prolata motu proprio ut inquit Abb.in c.dudum.de priuile.not.Lap.Ancha.& Imol.in clem.j. de proba. Regien. conſil. xlj.nu.13.uol.i.

Int. Quid differt canonia à præbenda?

Reſ. Illa eſt nomen iuris ac tituli,iſta facti,quæ cadit etiam in laicum,& not. ubi ego etiam dixi in c.cum M.Ferrarien.de conſti.

Int. Debent ne concedi literæ plurium canonicatuum in pluribus eccleſiis facilè?

Reſ. Certè non.c.de multa.& ibi not.de præb.niſi pro magnis nobilibus, aut pro magnis literatis ut ibi & in c.cum ex eo.ubi etiam Gemi. de electio. in vj.

Int. Quare eſt quando datur expectatiua ad duo uel plura beneficia quod in literis apponitur clauſula non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis?

Reſ.

Ref. Quia pluralitas beneficiorum est canonibus inimica.c.quia in tantum.de præben.

Int. Filius ut filius in testamento institutus habebitur ne pro tali?

Ref. Habebitur si maximè pro tali tentus habitusq̄ue sit de quo aliàs in l.filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui uel alie.iur.& in c.per tuas.de pro ba.Bal.conf.cxxxiiij.col.j.uol.j.

Int. Pactum factum cum subdito ualet ne?

Ref. Valet quia(ut Gen.legitur) fecit etiam Deus cum Noe,& not.in c.j.de proba. ubi & ego latè.

Int. Quando est ad præsumptiones recurrendum?

Ref. Quando ueritas aliter sciri non potest.l.antiqui.ff.si pars hær.peta.l.nummis.ff.de leg.iij.l.in dicia.C.de rei uendi.

Int. Verisimile differt ne à propria rei nota?

Ref. Quam maximè, quia uerisimile non necessarium est,propria rei uerò nota sic,exemplum uerisimile est adulescentiam ad libidinem procliuem esse,si fumus est(redde singula singulis) necessariò est ignis,conferuntq; ad dicta in c. quia uerisimile.de præsump.

Int. Quando Papa disponit circa id quod concernit uniuersalem statum ecclesiæ an sit eidem credendum?

Ref. Non,nisi causa exprimatur, ut inquit Abb. in c.si quando.col.ij.de rescrip.& in c. quanto. col. iij.de consue.Ro.pulchrè cōs.cccclxxxiij.col. pe.

Int. Princeps potest ne defensionem tollere?

Ref. Potest in causa ciuili de plenitudine potestatis non in criminali ut per Bald.in l.iiii. in §. si is pro quo.ff.quod quisque iur. Gui. Papæ consil. lxv. col. v.

Int. Quando exactis apparet de iniustitia sententiæ potest ne retractari?

Ref. Potest,ut not.in c.cum Bertoldus. de re iudi. Corn.conf.lxij.col.j.uol.iiij.

Int. Corpus semel traditum sepulturæ potest ne exhumari?

Ref. Non,aliàs fit iniuria cadaueri,uiolantur sepulchra,& qui uiolat tenetur actione sepulchri uiolati,tradunt omnes, maximè Moder. in l. i. in §. nuntiatio.ff. de nou.ope. nuntia.

Int. Præsumptio naturæ de qua in l.meritò.ff. pro socio.& in c. unico. de serui. fa. sufficit ne cum de aliquo promouendo & beneficiando agitur?

Ref. Non,& hinc est si quis repertus fuerit idoneus ad beneficium quod Papa mandat solerter inquiri de uita & moribus ipsius ut not.in cle.cum ei. de concessio. præb.

Int. Iudex qui de fama alicuius uult informari,poterit ne hoc idem facere sine ordine iudiciario?

Ref. Poterit etiam per testes inhabiles,ut uult Innocen.in c.cum in tua. de spon. quem refert & sequitur Bal.in l.qui testamento. in §. per contrarium.ff. de te sta.

Int. Pœnæ quæ infliguntur mulieribus nubentibus mortuo uiro intra annū luctus remissæ sunt ab Apostolo,cum dicit mortuo uiro mulier nubat in domino.c.fi.de secun.nup. sed quid in pœnis contra mulieres secundo nubentes statutis,& de quibus in l.hac edictali. & in l. fœminæ. & in l.fina.C.eo.?

Ref. Istæ non remittuntur ex quo fauore liberorū imponuntur ut not.in d.c.fi.& in c.fi. de pigno. Guid. Papæ plenè conf.cxr.col.ij.

Int. Si scriptura dirigatur absenti potest ne ab eo acceptari seu ratificari post mortem scribentis?

Ref. Non,quia tunc dici non potest quod scriptura ipsa loquatur ut inquit But.in c. fin. de confe. Imol.in c.fi.de suc.ab inte.Regien.conf. v.nu.5. & conf.vj.nu.7.uol j.

Int. Cap.Odoardus. de sol. liberat ne debitorem?

Ref. Liberat à molestia creditoris,præstando cautionem de soluendo, si peruenerit ad pinguiorē fortunam,non quod absolutè liberetur ut ibi & in §.fin.institu.de actio.Cassiodo. decisio. xj. de rescrip.nu.3.

Int. Si quis relinquat filium suum, uiuum & mortuum exempli gratia Titio, quid ex his uerbis uo luisse uidetur?

Ref. Titium uiuo dare tutorem,mortuo uerò substituere,casus est,in c.si pater. de testa. in vj. tradit Soci. in l. qui duos. in ii. not. ff. de reb.dub. Boer.decisio.cxxiiii.nu 6. par. i.

Int. Illud quod residet in mente testis & non in sensu, sed sensum excedens dicetur ne testimonium?

Ref. Non,sed iudicium potius,quādoquidem sensu corporis,quid percipi debeat,& intellectus recidi & causari à sensu.l.testium.C. de testi. c. cū causam.codem titu.Bald.in l. qui testamento. in §.fi.ff.de testa.

Int. Quare Ioui feretrio qui à feriendo sic dictus erat,Romulus opima spolia(ut memoriæ proditum est)obtulit?

Ref. Quia uictor aduersus Acronem, Ceninensiū regem euaserat.

Int. Quare Romulus adhuc manu lituū gestabat?

Ref. Quia uaticiniorum peritissimus omniū erat.

Int. Quare Licurgus risui erexit statuam?

Ref. Quia (ut in uita ipsius legitur) dicebat risum esse laboris condimentum.

Int. Virgines uestales etiam Romulus ordinauit, quibus ignis custodiam quoq; commisit, uerum qua de re id fecerit nescio.

Ref. Illud ideò fecit quia ignis non generat, fuitq; etiam consentaneum,hac de re,illum non alij cu stodiendum committi.

Int. Quare prohibuit Solon in matrimoniis dotes dari mulieribus?

Ref. Ne emi uiderentur,& ut coniunctio fieret solum sobolis procreandæ gratia ut dicitur in l. i. ff.solu.matri.

Int. Quis fuit primum qui consul triumphū egit?

Ref. Valerius publicula.

Int. Quę figura erit ista (ut etiam grammaticum agamus quòd sæpè nostri faciunt ut not.in l.i.ff. de pac.& in c.forus.de uer.sig.)ex paupertate industria opes,ex opibus superbia,ex superbia pau pertas,

pertas,ex pace opulentia, ex opulentia dissidium & simultas?

Res. Zeugma & coniugatio, quia omnia uno iugo continentur.

Int. Quare contrarium fugat suum cōtrarium,nec simul stare possunt. l. ubi repugnantia. ff. de regulis iuris.

Res. Quia destruerentur aliàs, ex quo fit si ligna igni apponantur.quod exit inde aqua, fuuit fugiens contrarium.

Int. Cato maior quare sic appellabatur,cum prius diceretur Priscus?

Res. Quia Romani Catonem appellabant hominē qui omnia esset expertus,ut ille,quiq; nihil intē tatum reliquisset.

Int. Creditor debitorem fugientem,propria aucto ritate capit.l.ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau.credi.quid si debitor esset clericus?

Res. Idem,estque opinio cōmunis,si tamen creditor cautionem sibi oblatam nō acceptauerit erit excommunicatus,& incidet in canonem si quis suadente diabolo.xvij.q.iiii. ut per Bal. ubi etiā Feli.in c.cum non ab homine.col.iii. de iudi.

Int. Si quis percutiat clericum mortuum,incidet ne in d. canonem si quis suadente diabolo.xvii, q.quarta.?

Res. Sunt opiniones,affirmatiua tenenda est quam etiam alia reiecta tenuit Felt.in c.à nobis,ii.col, ii.de sen.exco.

Int. Quare est quod captura potest pacto priuato rum remitti,carcer autem,siue incarceratio, concedi non?

Res. Quia est publici iuris.l.ius publicum. ff. de pac.& actus iurisdictionis. l.fi.C.de decu,lib. x. Bal.in l.alia causa in §.i.ff.sol.mat.

Int. Mulieri dotem repetenti possunt ne hęredes mariti obiicere exceptionem adulterii?

Res. Non l.sed si maritus.§.i.ff.qui & a quib.l.h.c. fi.C.de reuo.do.l.si ille.C.de decu.lib.x. Bal.in l. rei iudicatę.in §.i.ff.sol.mat. ubi etiam respōdet ad tex.qui uidebatur facere dubitationēm in l. fi. ff.ad legem Iul.de adul.dic ut per eum.

Int. Quibus uerbis utebantur olim Romani impe ratores triumphantes?

Res. His,in principio pompe inq; uaticano.

D. D.

Diuino nutu & imperio quorum nata & aucta est res Romana,eandem placati propitiatiq; seruate. Vltimo uero Capitolium ascendens Imperator his.

Gratias tibi ago Iupiter optime maxime, tibi quę Iunoni reginę,&cęteris huius custodibus ha bitatoribusq; Arcis Dii lubēs lætusq; ago re Ro mana in hāc diē & horā per manus quod uoluisti meas seruata bene gestaq; eandē & seruate ut faci tis fouete,protegite,propitiati supplex oro.

Int. Ferunt,titulum Machabeorum,his notis inscriptum olim fuisse,Q.F.V.D.N. quid sibi uole bant? Quidque responsio quæ identidem huiusmodi erat. S. P. Q. R.?

Res. Non aliud nisi interrogatio & responsio ut fa cimus nos, interrogatio erat igitur. Quis fortis ut Deus noster? Responsio uerò. Senatus populusq; Romanus.

Int. Quare Veneti Riualtum appellant?

Res. Quia eo in loco ubi prima urbis fundamenta olim iecerunt anno CHRISTI CCCC XX. mare erat profundius.

Int. Vitis(ut alibi dictum est)centurionis erat gestamen.l.milites agrum.§.si uitem. ff. de re mili. nouissimè scirem libenter quare eo à Cæsare do natus est olim Sceuola & ex Gregorio milite factus Centurio.

Res. Ob egregium (historia nota est) ipsius facinus,& nandi peritia.

Int. Sententia lata contra expressum iuris errorem est ipso iure nulla.l.si expressim.& ibi not. C. de appel.sed quid si lata sit contra extrauagantem?

Res. Secus nisi fuerit nota ut illa incip.execrabilis ita Bar.in l.cum prolatis.ff. de re iudi. ubi etiam Ro.& Abb.in c.j.co.ti.& Feli.in c. per tuas. col. i. de simo.

Int. Quæ differentia est inter ueritatem & opinio nem, quia iudex debet eam inuestigare, ueritatem scilicet & non opinionem sequi alicuius. l. ij. l. non est nouum. C. de eodē. c. iudicantem, xxx. q. v.

Res. Magna, quia ueritas non fallit nec fallitur, imò (ut dixi alibi satis) quod Deus ipsa ueritas est. Opinio uerò habet se ad uerum & falsum.c. à nobis.ii.in prin.& ibi Felt.not. de sen. excom.

Int. Veritas ad idem cuius est filia?

Res. Temporis & memorię,temporis quia diu occultari non potest, memoriæ uerò matris, quia (ut uulgo dici solet)oportet mendacem esse memorem,& hac de re ueritate omnia consonant ut in fidibus & cantu.

Int. Veritas & uirtus ad propositum sunt ne idem?

Res. Idem,dicebat Socrates, quia nec crescit nec minuitur.

Int. Quare est quod Maumethes Turcis uinum in terdixit prorsus?

Res. Quia putauit eius usum perniciem illis allatu rum,uinum enim à ui dectum est, quod homini uim faciat,et Temetum,quod inde quoq; temulentia proueniat,nec ab re Baccho cornua pingant.

Int. Quid sibi uolunt uerba ista uirtus αγατον θαλασσα αγατον σοςω;?

Res. Virtus bonorum mare & bonorum cumulus.

Int. Quare est quod uiduę & pupilli sunt sub protectione legis,imò Dei, & not. in c. ex tenore, de fo.compe.?

Res. Quia(ut dicebat philo iude.& bene)ille maritis,isti parentibus sunt orbati,quibus humana ope destitutis nullum præterea relinquitur, auxilium.

Int. Subscriptione perdit ne quis iura sua?

Res.Non modo sua perdit, uerum etiam aliena for tificat,ex quo (ut dixi alibi etiam satis) subscriptio

ptio est tacitus consensus, qui æquiparatur expresso.l.cum quid.ff.si cer.peta.c.j.§.præterea.& ibi Bald.multa.quib.mod.seu.amit.in usibus.

Int. Qui promisit retro uendere puta in casu l. ij. C.de pac.int.emp.& uend. tenetur ne ad fructus medij temporis?

Res. Non,nisi fuerit in mora ut ibi,& tradit sic declarando Bal.in i.in his rebus.in §. mancipia. ff. solu.matri.

Int. Auctoritate iudicis minor læsus est, cunquid restituatur?

Res. Propter auctoritatem iudiciariā uideretur dicendum iudiciariam uideretur dicendum quod non tamen contrarium uerius est.l.si quidem C.de pred.mino.Albe. Fulgo.& ias in l ponorū col.iii.C.qui admi.

Int. In coniunctis non requiritur mandatum sed nunquid factum eorum præiudicet coniūcto seu domino?

Res. Non,nisi mādet uel ratum habeat l.i.C.quib. rescindi nō no.Bar.in l.si quis in §.i.ff.iud.sol.

Int. Statutum prohibens exceptionem opponere uel appellationem interponere debet ne ita ruditer intelligi & prout iacet?

Res. Non,sed ita demum si non subsistat iusta causa,qua opponens uel appellans excusetur, ut per glo.singu.in l.ab executione ad fi.C.quo. ap.non recip.& Bal.in l.fi.C.de arb.Aret.cōs.xcvii.ad fi.

Int. Quare est quod in certis casibus minor habetur pro maiore,sed non tamen in omnibus l.fi.& ibi not.C qui leg. per hab.?

Res. Quia lex facilius dispensat quo ad unum actū quam quo ad omnes argumentum in l.tutori C. de neg.gest.l.si nō lex Aeliasentia ff. de hę.inst. Alex in l.more col.ii.ff.de acqui.hæ.

Int. Mater quæ potest esse tutrix filiorum suorum ex dispensatione legis authen. matri & auiæ, C. quando mul.tu.offi.fun.tenebitur ne reddere rationem administratæ tutelæ?

Res. Sine dubio extraneus quilibet.l.ii.C. eo.Bal. in l.is qui.ff.de tuto.& cu.dat.ab his.

Int. Dicit Bal. in l.i. ad fi.C. vnde ui. et post eum Seysel.in l.ut uim col.xiii.ff.de iust. & iur.qđ defensio cuiq; permissa est,uindicta nulli, pterquā in casibus à iure expressis qui nam sunt hi?

Res. Aliquos ponunt ibi,de quibus etiam in l.i.& ii. C. quando li. vnicuique si. iud.se uindi inter quos est quoque falsarius monetæ, desertor militiæ,latro publicus,agrorum depopulator,& uirginum raptores,& de his etiam in c.inter alia.de immuni.eccle.quos occidere licet impunè si uinci,adduci non possint.

Int. Defensio(ut dictum est) cuique permittitur. l.j.§.cum arietes.ff.si quad.paupe.feci.dica. not. in d.l.ut uim.ff.de iusti.& iur.& in clem.pastoralis.de re iudi.sed an saltim de facto tolli possit?

Res. Potest si offensio sit licita.l.prohibitum.C.de iur.fis.lib.x.præallega.l.i.& ii.C. quando li. unicuique si.iud.se uind.Bar.in l.facultas. col. ij. C. eo.de iur.fis.eod.lib.Imò quod ex causa tolli potest,& multo fortius temperari, modificari aut ordinari.l.si seruus.C.de his qui ad eccle. confu. Ang.in l.si sic.in prin.de lega.j.

Int. Duæ imperfectè excusationes, faciunt ne unā perfectam?

Res. Faciunt & est casus ad literam in l.ij.in §.amplius.& ibi omnes.ff.de excu.tuto.not. in l. i. C. qui pro nu. tu. declarat Bald. in l. i.in prin.ff.de iureiuran.

Int. Maior scholarium pars potest ne disponere de re unius tantum?

Res. Non,ut per glo.in l.ij C.quæ sit lon. consue. Inno.in c.ex parte.de consue.Abb.in c.cum omnes.col.iiii.de consti.ubi ego etiam multa.

Int. Sententia probat ne acta præcessisse?

Res. Probat si dicatur in ea sic,lata coram nobis, lite legitime contestata iurato de calumnia etc. Si lata ēr sit partibus præsentibus, & non contradicētibus ut per Bar.in auth.si quis in aliquo col.ij.C.de eden.

Int. Pater administrans non iure patrio sed tanquam extraneus tenebitur ne rationem reddere filio?

Res. Sine dubio.l.si superstite.C.de dolo. l. aurelius.§.Titius testamento.ff.de liber.legat.l.licet C.ad leg.Falcid. l.fin.C.de sen.pa.pulchre Bal. in l.his qui. in princip.ff.de tu.& cu.dat.ab his.

Int. Si delicta eundem habeant effectum fiet ne compensatio?

Res. Fiet quoniam pro uno reputabūtur.l.j.& ibi Cy.C.si reus uel accu.l.si familia.ff. de iuris.om. iudi.Bal. in l.cum mulier.col.ij.ff.sol.mat.

Int. Certū est enim quòd ad recuperādam rem ecclesiæ alienatam admittuntur parochiani. cap.si quis presbyterorum.de reb.eccles.non alien.sed quid in non habentibus legitimam personam.

Res. Et hij quoque admitterentur.l.j.C. si per uim uel alio mo.l.si seruus in sui ratione.ff.de uen.inspicien.Bal.in l.iubemus.in §.sanc.col.j.C.de sacrosanc.eccles.

Int. Debitorem occultans fit ne periculi consors?

Res. Non,quia speciale est in casibus,puta in debitore tributorum,uel si quis ipsum debitorē exemerit ui,uel si quis impedierit reum uel actorem ueuire ad iudicium,& fusius ut per Bald.consil. ccl.col.iij.uol.j.ergo in contrarium dispositio iuris communis.l.ius singulare.l. quod uero cōtra. ff.de legi.& probatur in l.fin.C.de ope.lib.

Int. Priuilegium motu proprio concessum, nocet ne liti pendenti?

Res. Non, l.j.§.merito.§. si quis à principe. ff. ne quid in lo.pub.tradunt Docto.in cap.causam.ij. de testi.

Int. Quare est quòd preteritio matris, pro exhæredatione habetur.l.illud.§. ad testamenta fœminarum.ff.de bon.poss.cont.tab.

Res. Quia filios nō habent in potestate.§.fœminę. insti.de adop. Rudi tamen sæculo centum annis filij sub matris imperio manebant, utpote adhuc infantes.

Et ad

Et ad propositum licet pupillaris substitio fa-cta à matre, non ualeat, non omnino tamen inutilis est, quia ualet saltim iure fideicommissi. l. si mater. l. moribus. ff. de uulga. & pupilla. substitu. Et hoc quia imperitia mulieris nescientis quid sit pupillaris substitutio, non debet officere ue-rè & reali intentioni ipsius, l. codicillis. §. finali. ff. de lega. secundo. l. quoniam indignum. C. de testamen. Bald. consil. cxxix. col. prima, & secunda. uol. primo.

Centuria Septima.

Int. VALET ne argumentum de sententia ad testamentum?

Res. Videretur dicendum quod sic l. j. ibi quasi sententia. ff. de testamen. sed tamen cum dicat quasi, dubito. l. tertia. §. idem scribit. ubi simile. ff. de pecu. l. apud Iulianum. §. fina. ff. quibus ex caus. in pos. ca. Barto. in l. cunctos populos. nu. 41. C. de summa Trini. & fid. catho.

Int. Quare est (ut dicit Barto. in l. non dubito. ff. de capti.) quod non solum bannitus impunè offendi potest ex forma statuti in territorio statuentium, uerum etiam in ciuitatibus seu locis confederatis, idemque Ias. in l. fin. col. ii. ff. de iurisdi. om. iudi.?

Res. Quia de duabus ciuitatibus siue locis fit unū corpus ut per Bald. in l. executorem. col. octaua. C. de execu. rei iudi. quanquam dubitasse aliqualiter uideatur etiam ibi, sed tamen ita communiter tenetur, & dixi aliàs in l. cunctos populos. in viij. q. Bar. C. de summa Trin. & fid. catho.

Int. Quare cornu copia alibi dicitur & hinc quoq; inscriptum nomen libro?

Res. Fortè quia pugna inter Herculem & Achelou m inuita, alterum huic qui tauri formam assumpserat, ille cornum arripuerat, arreptum uerò fructibus impleuerant Naiades, simulatq; id copiæ consecrantes, ut inde postea cornu copia id est rerum omnium ubertas atque abundantia diceretur.

Int. Quo modo illud Marc. decimo intelligitur, quicunq; dimiserit id est dimittere uoluerit uxorem suam, det illi libellum repudij?

Res. Per modum permisionis non iusionis, ut maius malum uitaretur ne illas Iudæi interficerent, ad quod erant proni & faciles. Et ita ius ciuile tum usuras, tum concubinas seu concubinatum pertinebat pariter. l. eos. C. de usur. l. fi. ff. de concubi. Bar. in l. cunctos populos. nu. 6. C. de summa Trini. & fid. catho.

Int. Si laicus offendat clericum efficietur ne de foro ecclesiæ?

Res. Sine dubio, quoniam sacrilegus est, & sacrilegium crimen ecclesiasticum, quod ad ecclesiam spectat. c. cum sit generale. de for. comp. Bar. in l. cunctos populos. nu. 45. de sum. Tri. & fid. cath. & idem si falsificaret literas Apostolicas ut per Abb. in c. ad falsariorum. col. ii. de cri. fal.

Int. Quæ est ratio quod nemo potest esse iudex in causa propria. l. i. C. ne quis in sua cau.?

Res. Quia fauor & odium peruertūt iudicia, & maledictus homo qui seipsum iugulat ut per Cyn. in dicta l. i.

Int. Differunt ne iudicare & ius dicere?

Res. Differunt, quia iudicare est uia iuris, ius dicere auctoritate propria. l. extat. ff. quod met. cau. & in rub. ne quis in sua cau. not. in l j. co. titu.

Int. Quæ est ratio quod hæreticus ubiq; repertus puniri potest ut uolunt omnes, etiam à iudice incompetenti, nec tunc locum habeat quod dicitur in l. fi. ff. de iurisd. om. iudi.?

Res. Quia ubiq; etiā delinquit in cœlo, in mari, & in terra. l. Arriani. C. de hær. Cy. in l. cunctos populos. nu. 7. C. de sacrosanc. eccl. est uerum quod aliter tenuit Pet. de Bellaper. ibi. Sed opinio hæc quæ fuit Iaco. de Raue. magis placet, quia delictum est hæresis, omni alio grauius.

Int. Filius uendi potest ut ægestati patri subueniat l. ii. C. de pat. qui fil. distra. quid in liberto, nunquid uendi sic ex causa necessaria posit?

Res. Non, quia liber est & uenditio liberi hominis nō ualet. l. inter stipulātem. §. sacram. ff. de uerb. obl. Cy. in l. i. in terminis col. iii. C. de ope. lib.

Int. Episcopus excōicat intrātes scholas certis horis, ingreditur ipse, an sit excommunicatus?

Res. Est, quia ingreditur ut priuatus non ut episcopus, ita Cy. in l. quibuscunque. C. de sacrosan. eccle. respondendo ad tex. qui difficultatem facere uidebatur in l. inquisitio. C. de solu. ut per eum.

Int. Come si domandà lo ir di portāte in Toscana?

Res. Ambiadura, dice il Boccacio.

Int. Anthiochia ciuitas est, in qua prius fuit S. Sedes Apostolica, sed quo modo sic Romam postea translata fuit?

Res. Iussu Domini miraculosè. c. rogamus. xxiiii. quæst. prima.

Int. L'Arcipelago come si chiama latinamente?

Res. Egeum mare, ab Egeo Thesei patre, qui ibi olim in undis obrutus est.

Int. Come si diria latinamente, che si uiene dalle parole a i fatti?

Res. In questo modo. à probris ad manus uētū est (ut inqt Pausanias) & est elegās loquēdi modus.

Int. Drapani che luoco è?

Res. Lilibæi promontoriū, ubi in Africa à M. Attilio Hānibal, & Hāno simul uicti fugatiq; fuerūt.

Int. Come si domanda Lanzano doue si fa la fiera di Agosto grandissima?

Res. Lancianum (dice il Giouio) antiquitus Anxanum Frentanorum.

Int. Il lago di Volsena come si chiama?

Res. Valsinium (dice Leonardo Aretino nel libro che egli fa de Bello gottorum) luoco doue Leone x. haue un bellissimo palazzo.

Int. Meretrix, potest ne esse testis in causa criminali?

Man. D Res.

Ref. Non, quia probationes debent esse luce meridiana clariores.l.fi.C.de proba.Alex.consi.xj. in prin.uol.i.Iasi.in l.cũctos populos.ad fi.C.de summa Tri.Crot.in tracta.de testi.nu.46.

Int. Quare est quod adulterium est maius furto?

Ref. Quia impossibile est quod fit sine macula cul pæ, fures uerò quandoque excusantur, quia furãtur ut esurientem impleant animam.c. si quis.de fur.& legitur Prouerb.vj.

Int. Quare seruabant ueteres osculum in fronte?

Ref. Quia in hac parte capitis religionem quandã (author est Plutarch.) inesse putabant.

Int. Pollutum & Polluctum dicimus, differunt ne hæc duo?

Ref. Maximè quidem, quoniam illud fœdum est & emaculatum, istud uerò sacrificium Herculis, & pollucere, Herculi sacrificare, ut Saturnal.iii. dicebat Macrob.ibi, proprie autem Catilones dicebantur, qui ad polluctum Herculis, Catilos liguribant.

Int. Obligationem quomodo ueteres appellabãt?

Ref. Nexum, hominemq; nexum obligatum, sic Cice.in j.de orato. inq; illis uerbis. Nexorum iura uersantur in centum uiralibus causis.

Int. Quid sibi uult testamentum inductum?

Ref. Cancellatum.

Int. Come diremo latinamente, egli haueua una catena al collo, che gli facea intorno assai uolte?

Ref. Collo enim ipse torquem tenebat, plura uolumina facientem.

Int. Quod nanq; unum est, q̃ cibariũ uocamus?

Ref. Ignobile ut homo sordidus, plebeius, ac proletarius, auctor est Varro.

Int. Vox hæc Hebraica, Iericho, quid sonat?

Ref. Bonum odorem.

Int. Quid sibi uult prouerbium, uino uendibili suspensa hedera, opus non est.

Ref. Commendatione rem non egere, (ut inquit Iurisconsul.in l.i.ff.de in integ. resti.) quæ se se abunde satis commendat.

Int. Quo modo magna res est homo, ut inquit Solomon, si tot tantisq; affectibus subiicitur, siq; à natiuitate ad senium usque infinitam malorum multitudinem exhaurit?

Ref. Si naturam inspicias, nullius precij est, si dignitatem uerò, quia manu sua eum plasmauit Deus, & ad sui imaginem quidem, magna quippè res est.

Int. Gloriam, uirtute, & fœlicitate etiam nobis cõparamus, quæ amplior?

Ref. Virtute parta.

Int. Quare Pindarus, Thebas matrem appellat?

Ref. Quia in ea alitus, nutritus & educatus fuerat.

Int. Quod nanque uerbum est, quod insolens dicitur istud enim ad hominem maximè referri solet, quod nanque ardens?

Ref. Cice.in lib.de oratore insolens uocat illud, q̃ à quotidiano usu est remotum, ardens per iram expressum.

Int. Quid logodedalus?

Ref. Sermo uarietate distinctus.

Int. Quale iudicium superbissimum?

Ref. Aurium si consulantur.

Int. Veteres utebautur ne litera Græca y. ut nos sæpè?

Ref. Non, ex eoque liquet, quia phruges dicebant, & non phryges.

Int. Quæ lingua patrona dicitur?

Ref. Patronorum, auctor est Plaut.

Int. Quæ uacua possessio?

Ref. Quæ à nullo possidetur.l.fistulas.§.i.ff.de cõtra.emp.l.ii.ff.de ac.emp.l.si stipulatus.ff.de usu. sic pecunia uacua sine usuris.l.Quintus.ff. depo. Cice. etiam mentem uacuam uocat, insaniam.

Int. Quare Esculapius uocatur ἀγυιάτης?

Ref. Quia erat medicorum princeps quod non intellexit Cassaue.in lib.qui inscribitur gloria mundi.par.vj.considera.xvj. & maximè mirãdum est, quia de hoc est tex.in l.medicos.C.de professo.& med.lib.x.

Int. Quale solitarij simbolum esse posset?

Ref. Lupus, eoque (ut inquit Lucian.) nihil congruentius.

Int. Quid est dicere, seu quid sibi uult uerbum Misanthropos?

Ref. Idem quod hoĩum osor, eodem Luciano teste.

Int. Quis est populus sempiternus in sacris literis?

Ref. Angeli & stellæ, res enim pro persona sæpè, & persona pro re ponitur.

Int. Quid sibi uult uerbum hoc Aeribodiceus?

Ref. Exactus iuris interpres, qualis Bar. Bal. Abb. Pau.Cast.& similes.

Int. Quid lingua Gallica uerbum expaues?

Ref. Oberrare, si nescimus quo in loco sit res, habita pro derelicto.l.iii.§.nerua filius.ff.de acqui. pos.§.examen.& ibi Fab.insti.de rerum diui.

Int. Inuenire & reperire, differunt ne?

Ref. Valde, quia inuenire est quod quæritur, à casu autem quod reperitur.

Int. Quid est ransonare siue ransona?

Ref. Aestimatio & redemptio captiuitatis. Vnde Liui. Redeam ego in patriam trecentis nummis, nũc rãsonatus ciuis. id est æstimatus & redẽptus.

Int. Verbo extranei, est oppositum intranei, qui nanque sunt hij?

Ref. Venientes ab intestato, ut per Bal.consi. ccxcij. in prin.uol.i.

Int. Quid sibi uult uerbum istud Rhipsaspides?

Ref. Infame est, quo notabantur qui scutum abiiciebant in bello, inque eos quadrabit, qui studia deserunt, militesque hinc quoque desertores appellantur.

Int. Quid Græcè Athlius?

Ref. Miser multisq; laboribus afflictus, ut ego iam annum septuagesimum quartum agens, & quadragesimo octauo nunc (quod haud ignoras) hoc interpretandi munere functus.

Int. Græci dicunt sæpè cum Diis, quid sibi uolunt uerba hæc?

Ref. Nil aliud, nisi Diis fauentibus aliquid à nobis

agendum

agendum esse, siue optandum, cum aliquid agimus ut ceptis faueant.

Int. Quis est, qui per iniuriam absoluitur in l. si deferente. ff. quib. mo. pig. uel. hyp. sol.?

Res. Qui iniustè, uel fortè (ut inquit Cice. in famil.) qui cum aliqua infamiæ nota absoluitur, & tunc absolutus dicitur atramento sutorio.

Int. Apostraphæ enim, quæ figura est?

Res. Mutatio personarum. l. i. in prin. ff. de ui & ui arma. l. ea quæ. C. ex quib. cau. infa. irro.

Int. Quæ enim sunt magna stultorum miracula?

Res. Bacchanalia, seu (ut Diogenes dicebat) certamina Bacchi, seu tripudia nostrorum temporum & saltationes.

Int. Quando dicitur confecta prouincia est, quid ex hoc significatur?

Res. Quod tota sit in fide recepta, ut est uidere apud Liui.

Int. Quando lis æstimari dicitur?

Res. Cum deliberatur an reus damnandus uel absoluendus sit, eodem auctore.

Int. Qui sunt hij qui æquo iure, uiuere dicuntur? quique in æquo?

Res. Hij quibus eodem leges imponũtur, & hij qui æquè liberi sunt. Liui. adhuc auctor est.

Int. Nos ultimum supplicium mortem interpretamur. l. ultimum supplicium. ff. de pœn. & ultimo supplicio quem affici dicimus, est ne sic latinæ dictum apud Iurecon.?

Res. Non, securi enim percuti dici debet potius, ut Liui. & alij, seu feriri, ut Val. de discip. milita. lib. secundo. capitulo secundo. ibi. Victorem securi feriri iussisti, scribit, multisq; in locis quos longum foret referre.

Int. Quare dicimus quod imperatiuus caret persona propria?

Res. Quia nemo sibi imperat. l. pe. ff. de arbi. argumentum in c. fi. de insti.

Int. Mitius agitur cum lege quàm cum homine. l. Celsus. ff. de arbi. quid si agatur de annullatione actus?

Res. Isto casu secus erit & durius, agetur cum lege, ita Bar. in l. si libertus. ff. de iure pat. & in l. amplius non petitum. ff. rem ratam habe.

Int. Quando sentẽtia est nulla propter expressum iuris errorem de quo in l. si expressim. ff. de app. requiretur ne alia iudicis declaratio?

Res. Non, ut in d. l. si expressim. not. & dixi etiam alibi satis, nouissimè Bar. in l. i. in prin. C. de thesau. lib. x. & Alex. cons. lvj. col. i. uol iiii.

Int. Illud quod dicitur in l. i. ad fi. ff. ad Turpil. qđ appellatio extinguitur pronunciatum, quomodo procedit?

Res. In appellatione iudiciali non extraiudiciali ita Inno. in c. dilecti. col. ii. de maio. & obed.

Int. Quid ad idem quoad acta, uel si prohibeatur appellatio?

Res. Non extinguitur, & si prohibetur appellatio, non est quid quod extingui possit uel suspendi, l. decem. ff. de uerbo. obliga. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. peta. ut per Bal. in rub. C. de usu & fruct. lega. & in l. quoniam. C. ad legem Iuliam de ui pub.

Int. Quæsita ab officialibus præsumuntur ne quęsita de bonis fisci?

Res. Non, nisi probetur. l. si defunctus. C. arbi. tut. Barto. in l. facultas. ad fin. C. de iur. fis. lib. x. hinc dicimus à simili quod tutor non tenetur reddere rationem nisi de suo officio, ita Bal. in l. cũ oportet. in prin. col. iiii. C. de bonisq; libe.

Int. Quare est quod filiusfamilias donat causa mortis, & tamen non testatur. l. tam his. ff. de dona. cau. mor.?

Res. Quia testamenti factio, est publici iuris. l. testamenti factio. ff. de testamen. donatio priuati, & dixi alibi satis, nouissimè tradit Bald. consil. cccccxcvj. ad fin. uol. v.

Int. Scholaris expellit scholarem habentem cubiculum uicinum ob strepitum, quia studere non poterat iuxta not. in l. i. ff. sol. mat. an à sententia super ista expulsione, possit appellari?

Res. Non, quia est causa quæ celeritatem desiderat l. fi. ff. de ap. recip. Bal. in l. i. C. si de mo. po. fuc. ap. Bar. in l. fi. C. de stud. lib. x.

Int. In aquis & molendinis si controuersia sit eorũ prætextu quid agendum?

Res. Standum consuetudini & antiquitati. l. ii. in prin. ff. de aqua plu. arcen. c. i. in prin. ibi sicut ab antiquo, ubi etiam Bal. de pace constan. in usib. Alex. cons. cclii. col. ii. uol. vj.

Int. Quare dixit Iureconsul. in l. si me & Titium. ff. si certum petatur. & in l. seruum quoque. in prin. ff. de procu. subsisto?

Res. Quia interdum non potest absolute responderi, plura enim (ut alibi inquit Iurecon.) sunt negotia quàm uocabula in l. natura. ff. de præscr. uerb. & quia etiam multa sunt quæ iudicis arbitrio relinquuntur. l. Meuia. §. fi. ff. de an. lega. Scysel. in l. ut ulti. col. xvj. de iusti. & iur.

Int. Dictum testis potest ne pro parte approbari, & pro parte non?

Res. Non, quia fundatur in iuramento, quod unicum est & indiuiduum, ut per Bartol. in l. Aurelius. in §. idem quæsiit. ff. de libe. lega. Bald. cons. xcvj. col. i. uol. i.

Int. Statutum quod testis non iuret ualet ne?

Res. Non, quia præberetur occasio delinquendi & celandi ueritatem, quo nihil foret iniquius, imò quod esset peccatum contra Deum, qui est ueritas & uita ut tradit Andr. de Iser. in consti. regni. j. in prin. col. ix.

Int. Dictum notabilis uiri inducit ne iustam credulitatis causam?

Res. Glo. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. Ang. in l. si à bonæfidei. ff. de rei uen. & Cur. iuni. cons. xix. nu. 5. dicunt quod sic.

Int. Statuta in loco sunt ne notoria?

Res. Sunt, nec productione indigent, sicuti nec liber ffòrum aut Codicis, produci debent. l. leges sacratissimæ. C. de legib. & in authenti. ut fac.

no.consti.in prin.Bal.cons.cccxxxviij.uol.j.

Int. Quare est quod in l.iii.in §.si emancipatus. ff. de bon. pos. contra tab. uitium filij non obiicitur nepoti?

Res. Quia nec subiecta materia nepotem respiciebat ita Bald.in l.quotiens.col. prima. C. de suis & legit.

Int. Aequitatem iudex semper sequi debet, eamque præoculis habere semper. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loc. sed quid ipsi contrarium oppositumq; est?

Res. Iniquitas omnia præcipitans euius fumo cõbusta etiam fuit Angelorum uirtus, imò quod peccatum quoque uitium iniquitatis est.

Int. Cap.ad nostram.de emp. & uend. loquitur in emptione & uenditione, an habeat locum in datione in solutum?

Res. Habet, quia similis est illi, ut inquit Paul. Cast.consil.cccxxxviij.col.i.uol.j.Casiodo.decisio.ij.de usu.

Int. Iudex unius territorij, exequitur ne sententiam alterius?

Res. Non, nisi ab illo literas habuerit ita Ange.in l.properandum.in §.si autem reus.per illum tex. C.de iudi.

Int. Aliquis fecit furtum Patauij, & alibi alia, nunquid possit puniri, quasi alia aggrauent delictũ?

Res. Istud quanquam pendeat à dictis in l.cunctos populos.C.de summa Trini. decidit tamen Bar. in l.si cui.in §.cum sacrilegium. ad fi.ff. de accus. & concludit quod sic, quem tamen reprehendit Barba. dicens iuueniliter egisse cum esset assessor, secutum istum rigorem.in c.licet.nume.41. de foro compe.

Int. Qui nanque erant olim recuperatores?

Res. Quasi iudices maleficiorum quos alibi Iureeon.latrumcularores uocat in l.solemns.in §. latrũculator.ff.de iudi.æstimandis iniuriis dati.

Int. Quare dicimus quod non omne simile est idẽ l.quod nerua.ff. depo.?

Res. Quia in simili dissimilitudo inueniri põt, uixquè ulla res est, quę per oĩa sit similis unde Maro. Sic Catulos similes canibus sic matribus Hædos.Similes enim sunt genere, ætate dissimiles, pluraq; huiusmodi sunt non referenda.

Int. Quo modo procedere potest quod dicitur in l.si consul.ff.de adop.hoc modo enim una eadẽquè res diuerso iure censeretur & malè. l. eum qui ædes.ff.de usucapio.

Res. Duplex qualitas in eadem persona concurrẽs, habetur pro una, ideò diuerso iure haud censebitur.e.fin.de simo. Bart. in simili in l.si seruus communis. ff. de stipula. seruo. Cyn. & Pet. in l. eum quæstio.C.de lega.

Int. Omisio formæ uitiat ne actum etiam in quolibet minimo? quia dicimus uulgo quod de minimis non curat prætor.l.scio.ff.de rest.in integ. e.terrulas.xij.q.ij.

Res. Vitiat.quia forma est quid indiuiduum, & debet in totum seruari, ut docet Gramma.licet hâc rationem non adducat, limitabiturq; decisio.d.l. scio.decisio.lxxix.nu.14.

Int. Non ne ingratus discipulus fuit, Seruius Sulpitius, qui de erratis & notis quondam Mutij Sceuolæ præceptoris sui libros composuit?

Res. Certè sic eoq; magis laudandus, Cassius qui sententiam sui aliàs excusat in l.dicere.ff.de arb. si tamen subsit ratio, qua possit excusari, quãdoquidem aliter doctissimi hominis sit errores detegere & castigare, quoniam sic posteritati prodest, nec minus agit quam qui aurum purgat, seu triticum mundat, nec minori laude dignus est rursum, quam qui effodit, metit, & legit: ut ualla etiam dicebat.

Int. Res emphyteotica inter emphyteotas diuidi ne potest?

Res. Potest, l.cohæredi.in prin. ff. communi diui. Bal.cons.cccxxxiiij.uol.iiii.

Int. Mater quę administrauit negotia filij, tenebitur ne de modicis rationem reddere?

Res. Non, nisi transiuisset ad secundas nuptias. l. quanuis.ff.de cond.& demon. §. si ante. in auth. de nup.Bald.in l.cum oportet.in §.fin.col. ij. C. de bonisq; lib.

Int. Arbitrator potest ne transigendo super debito liquido, modice lædere?

Res. Potest, quia pro bono pacis non est de modico curandum, ut inquit Bal.in l.si hæredes.C.de testamen.manu.

Int. Quando iudex condemnat debet ne addere uerba hæc, uti petitum est, seu & melius, restringere suam condemnationem ad id?

Res. Dubio procul debet, ut not. in l. in hac. ff. de tritica.& in l.ut fundus.ff.communi diui.Bal. in l.j.col.xv.C.qui accu.non pos.

Int. Debet ne debitor portare debitum ad domũ creditoris suo periculo?

Res. Debet de consuetudine, l.fi.& ibi Bal. col. ii. C.de cond.inser.nonnihil in l.usuras.C.de sol.& in l.item illa.ff.de consti.pecu.

Int. Statutum quod libris mercatorum credatur, seruabitur in quocunque foro etiam episcopi?

Res. Non, ut ad unguem & ex multis ostendit Areti.cons.xlv.col.ii.

Int. Decuriones non agunt contra patriam, quid si pro pupillis?

Res. Secus.l.si qui.ff.de postu.dictũq; mirũ uidef.

Int. Multa requiruntur ut institutio dicatur canonica, sed quid si alterum deficiat?

Res. Vitiabitur.l.cum hi.§.si prætor.ff. de transac. Franch.in c.i.col.ii.de reg.iur. in vj.

Int. Si deficiat forma in actu sufficiat ne saltim quod causa iustissima sit?

Res. Nõ,d.§.si prætor.proximè alleg.auth. hoc ius porrectũ.C.de sac.san.eccl.Bal.cõs. cxcix.uol.v.

Res. Stilus cancellariæ omissus, reddit ne literas suspectas de falso?

Res. Prouincialis dicit quod sic, & maximè in prin. ti.par.principalis, not.in c.quã graui. de cri. fal.

Int. Solet dici quod semiplena probatio sit per unum

unum testem, qui sit omni exceptione maior, ut not. in l. admonendi. ff. de iureiuran. sed quis est is?

Res. Cui nulla exceptio obiici possit, quæq; ei opposita non obstet ut per glo. in c. j. de consan. & affinita. pulchrè Bal. in l. optimam. col. ii. C. de contrahen. & committen. stip.

Int. Quæ est ratio quod regula antiqua trahitur ad casum nouæ legis ut not. in l. si quis seruo. C. de fur.?

Res. Quia in generali uirtute ipsius legis, continentur omnes eius species. l. j. ff. de condi. ex lege. declarat Bal. in d. l. si quis seruo. col. fi.

Int. Quando in uenditione non exprimitur rei qualitas, intelligetur ne liberè facta, cum plena dominij translatione?

Res. Sine dubio licet obiicere quis possit contrarium dici in l. qui tabernas. ff. de cōtrahen. emp. sed nihil est ex quo ibi rei qualitas fuerat in uenditione expressa declarat Bald. in l. ea prędiis. C. de euictio.

Int. Mulier fugit à marito sine iusta causa, recusat ad eum redire, nunquid ipse possessorio recuperandæ agere possit ut redeat?

Res. Potest quia uidetur eum spoliare, glo. est egregia. in c. significasti. de diuor. tradit Abb. in c. causam matrimonij. ad fi. de offi. deleg. & not. etiam in c. literas. de restitutio. spolia. & in c. intelleximus. de adulte.

Int. Si detur terminus alicui ad respondendum, & respondeat, poterit ne postea uariare?

Res. Non, glo. est singularis in c. ex literis. de diuor. quam extollit Bald. in l. si quidem. ad finem. C. de exceptio.

Int. Quando deficit institutio & substitutio quid iuris?

Res. Admittentur uenientes ab intestato, quia si est defectus in causa testati, aperitur tunc uia causæ intestati, & caducitas in consideratione esse dicetur. l. unica. §. & cum triplici. & §. pro secundo. C. de cadu. tollen. Bald. consil. cxcvj. col. i. uol. iiii.

Int. Vtilitas publica præfertur priuatæ. d. l. unica. §. fi. proximè allega. C. de cad. tol. quid si priuata foret magna, publica uerò parua & modica?

Res. Isto casu limitaretur regula ut ibi ad fi. sentire uidetur Saly. & not. Alex. ac alij, in l. i. ff. solu. mat. Seysel. in l. ij. col. pe. ff. eo.

Int. De uerbis enunciatiuis sæpissimè fit mentio, deque his late & in l. ex hac scriptura. ff. de dona. uerum quæ nam sint ista nescio.

Res. Bal. pulchrè istud ipsum tibi declarat, quod sunt uerba procemialia siue præambula & non ipsa dispositio. in l. i. col. ii. C. de fal. cau. adie.

Int. Donatum non uenit in restitutione fideicommissi dummodo id datum nō sit in peculium, sed ponamus quod pater uel mater dicat do tibi in peculium, ueniet ne?

Res. Veniet quo ad patrem, si non præcesserint merita, aliàs non, quia donatum uidebitur, in matre absolute neque ueniet pariter. l. donationes in concubinam. §. species. ff. de dona. quē tex. dicit singu. Bal. in l. cū uirum. col. iii. C. de fideicō.

Int. Si testator iussit bona sua distribui pauperibus CHRISTI, uidebitur ne eisdem proprietatem legare?

Res. Absque dubio ut in d. l. donationes alleg. proximè, in §. species ff. de dona. & fuit decisio Iac. de Are. quem refert & sequitur Bal. in l. & in epistola. col. i. ad fi. C. de fideicom.

Int. Fecit quis pacem cum bannito, postea eum interfecit, potuit ne id impunè facere?

Res. Potuit, quia dolo bono deceptus est, neq; ei fides seruari debuit, quod pro limitatione. l. j. §. non fuit. ff. de dolo not. & declarat Bar. in l. fi. C. quando li. unicuique sine iud. se uind.

Int. Clusam uult reficere socius, nunquid possit inuito socio?

Res. Potest, dummodo refectio sit utilis cōmunioni. l. Sabinus. ff. cōmuni diui. & ita dicunt Cy. Albe. & Bal. in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur.

Int. Quare dixit Iureconsul. in l. manumissiones quoque. ff. de iusti. & iur. ad fi. quod tria sunt hominum genera, liberi, liberti, & liberis contrarium serui?

Res. Quia (ut inquit l. Flor.) infimæ sortis homines esse dicuntur serui, imò quod eos pecudibus (qđ peius est) comparamus. l. ii. ff. ad leg. Aquil.

Int. Vxor emit rem an præsumatur acquisiuisse de bonis uiri?

Res. Indubitanter. l. etiam. C. de dona. int. uirum & uxo. l. Quintus. ff. eo. Bar. in l. & si instrumenta. col. i. C. de fid. instr. lib. x.

Int. Sciebam aliquem esse bannitum, sed ignorabam statutum posse impunè interfici dicens, interfici, an consequar premium, & potuerit impunè occidi?

Res. Potuit, quia beneficium statuti, etiam ignorāti confertur. l. diuinæ. l. fi. & ibi Bar. C. de decur. lib. x. idem in l. nulla. ad fi. C. de delato. eo. lib.

Int. Fœmina non potest esse argentaria. l. i. C. de eden. l. fœminæ. ff. eod. ea enim opera uirilis est, (inquit ibi text.) & consequenter edere non tenetur rationes, quia non entium non est qualitas. l. eius qui in prouincia. ff. si certum petatur. sed quid si posset ex consuetudine, ut in Gallia & in ciuitate astensi?

Res. Isto casu ad editionem teneretur, ita Barba. in c. i. col. xiiii. de proba. post Saly. in d. l. i. & ibi dixi latè.

Int. Regulariter lata culpa æquiparatur dolo. l. qđ nerua. ff. deposi. nunquid istud sit generaliter uerum?

Res. Non, ex quo non potest quis puniri corporaliter absque dolo. l. in lege Cornelia. ff. ad legem Cornel. de sica. & sic in corporalibus limitabitur regula, ut per Bar. in l. quemadmodum, ad fi. C. de agrico. & censi. lib. x.

Int. Substantia iudicij possunt ne consensu partium remitti?

Res. Non regulariter, ut not. in c. de causis. & ibi dixi, de offi. del. & in l. quotiens. C. de digni. lib. x. & regulariter dixi, quia in aliquibus locis secus. & maximè in curia parlamenti, imò quòd cõsensus partium requiritur, ut testatur Gui. Papæ decisio. ccxvj.

Int. Iudex fuit condemnatus in una ciuitate, fortè quia iustitiã uẽdidit, an in alia assessor esse possit.

Res. Non. l. iudice. C. de digni. lib. x. Bal. in rub. C. de pœna iud. qui ma. ind. col. ij.

Int. Electio Papæ potest ne committi sortibus?

Res. Non, ex quo ista forma non reperitur, neq; est posita inter formas. c. quia propter. de electio. tradit signanter Bal. in l. si duobus. in prin. C. communia de lega.

Int. Quare est si uerbum pares proferatur ab homine, quod intelligitur de primo, si autem à lege secus. l. sciendum. ff. de uerbo. significa. l. fi. C. de hære. insti.?

Res. Quia primò casu consideratur affectio, quæ non cadit in ignorante, Secundo uerò non, id est in lege, igitur nec mirum si extẽditur & uenit hæres hæredis in infinitum, prællega. l. sciendum. declarat pulchrè Por. in §. fi. ad fin. iustitu. de pupilla. substitu.

Centuria Octaua.

Int. 
Væ est ratio ut dicit Bar. in l. ij. nu. 12. C. de edẽ. quod acta pertinentia ad litis ordinationem & habentia effectum respicientem instantiã, non habent eũdem effectum in alia, etiam inter easdem personas?

Res. Quia perempta ea pereunt omnia acta. l. cum lite mortua. ff. iudi. sol. & ob id uana disputatio mihi semper uisa fuit quantum ad istud, in quo ibi plurimum laborant Scriben. cum nõ entium non sit qualitas, siq; perempta sunt frustra dubitamus, an eundem habeant effectum in alia instantia. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. peta.

Int. Quid sibi uolunt illa uerba, litem mortuam esse, de quibus in l. cum lite mortua. ff. iudi. sol. meministiq; paulò ante, & ita etiam dicitur in l. iij. ibi uel litẽ mori patiatur. ff. quæ in frau. cred.?

Res. Non aliud nisi instantiam peremptam esse, figuraq; est quam Grãmatici prosopopeiã uocãt.

Int. Quæ est ratio quod dicta testium non publicata, fidem non faciunt in alia instantia, ut not. in l. gesta. C. de re iudi.?

Res. Quia est scriptura priuata non habens anctoritatem iudicis, ut inquit Pau. Cast. in l. ij. col. ulti. C. de eden. & quia (ut diecbam ego aliàs ibi) si instantia perempta est, & ipsa acta quoque pereant ante publicationem impossibile est quod faciant fidem. d. l. mortua. allega. proximè.

Int. Quare est quod in marmoribus antiquis testamentum huius numeri vij. nota significari solebat, mihiq; affirmauit Guido Pancirolus Iurisconsul. egregius, se uidisse & legisse Romæ in ędibus olim Cardinalis à Vallibus, nunc uerò Q. à Rusticis Militensis episcopi eiusdem Cardinalis ex fratre nepotis D. mei obseruandissimi?

Res. Fortè quia in eo etiam septem requiruntur testes, auth. hoc inter liberos. §. j. C. de testa.

Int. Quando dicta testium publicantur iudicis anctoritate, habet ne ista publicatio, sententię nim?

Res. Habet, imò quod est sententia interlocutoria, ut inquit Bal. in l. publicati. in v. q. C. de testa.

Int. Publicatio testium omnimodo requiritur, ut per Bar. in l. gesta. C. de re iudi. not. in c. cum clamor. de testi. quid si testes recepti sint utraq; parte præsente, uel de hæresis crimine agatur?

Res. Neutro casu requiratur secũdum Bal. in auth. si quis in aliquo col. iij. C. de eden. deq; hęresi est tex. in c. fi. de hære. in vj.

Int. Publicatio testium, appellatur ne alio nomine quàm isto?

Res. Bar. in l. solam. nu. 11. C. de testi. publicationẽ aperturam siue manifestationem, uocant.

Int. Libellus incertus regulariter non procedit. l. fi. C. de anna. excep. not. in l. edita. C. de eden. qđ in legitima?

Res. Procedit & debentur fructus, absque alia specificatione. l. non est. C. fam. her. not. Bal. in c. cõ quærente. nu. 7. de offi. ordi.

Int. Solet uulgo dici quod ratificatio, æquiparatur mandato. l. fi. C. ad Macedo. uellem scire quæ in ratificatione requirantur.

Res. Tria requiruntur, primò ratificans, secundò actus ratificationis, tertiò res ratificabilis, fusius Bal. in c. cum dilecta. nu. 13. de rescrip.

Int. Ante cõsilij recitationem potest ne appellari?

Res. Non, quia consultor non est iudex, & à nõ iudice non appellatur. l. j. C. de arbi. not. in c. si pro debilitate. de offi. dele.

Int. In ciuili causa & iudicio, ualet pactum ne appelletur, imò quod rescripto etiam appellatio tolli potest, si in eo sit clausula appellatione remota c. i. de rescrip. sed quid in criminali?

Res. Isto casu non ualebit. l. non tantum. ff. de ap. tradit Bal. in c. uenientes. col. ii. de iureiu.

Int. Dictum in articulo mortis ualet ne?

Res. Valet. l. si quis in graui. in prin. ff. ad Sillania. sed non tamen ut reprobari non possit, ita Bald. in c. quoniam frequenter. nu. 11. ut lite non cont. est uerum si faceret ius quod tunc foret secus. l. diuus. ff. eo. quem tex. non esse alibi ad idem dicit adhuc Bal. in loco prællega.

Int. Tempus memoriam hominum excedens, de quo in l. hoc iure. in §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & in c. super quibusdam. in §. præterea. de uerb. sig. cui præscriptioni ęquiparatur?

Res. Centenariæ. c. cum nobis. & ibi not. de pręscri.

Int. Solemnitas. l. libellorum. ff. de accu. est ne in notoriis necessaria?

Res. Non, imò quod hoc casu ordo est ordinẽ non seruare. c. ad nostram. iii. & ibi Bald. not. col. ii. de iureiuran.

Int.

Int. Quicquid acquirit filius acquirit patri. l. placet. ff. de acquiren. hære. & seruus domino de iure fforum, sed an acquirant etiam ipsis inuitis?

Res. Absque dubio. l. seruus uetante domino, & ibi Ias. ff. de uer. obl. not. in l. i. C. qui admi.

Int. Quare dixit Iurecon. in l. i. ff. de iur. om. iudi. officium ius dicentis, latissimum esse, cum unum tamen sit?

Res. Quia multa potest ut anima quæ una est pariter, & multas habet operationes. Vel ut canonicus, habens stallum in choro, qui omnes actus spirituales exercere potest, ita Bal. in c. cum M. Ferrarien. nu. 32. de constitutio.

Int. Quæ est ratio, cum legatum sit donatio quædam. l. legatum. ff. de lega. ii. nec donans teneatur de euictione. l. ad res donatas, ff. de edili. edic. qd ramen tenetur hæres legatario?

Res. Quia adeundo quasi contrahit. l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex quib. cau. maio. Ias. in l. si domus. in §. i. nu. 8. ff. de lega. i.

Int. Quare est quod dispositio. c. redintegranda. iii. q. i. (ut inquit But. in c. cum ad sedem. de restitu. spol.) competit non modo clericis uerum etiam laicis.

Res. Quia emanauit ad finem peccati corrigendi, ne quis fiat locuples cum aliena iactura ut subiicitur in dicto loco, & natura æquum est ac rationabile. l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. c. locupletari. de reg. iur. in vj.

Int. Si quis sit actor tẽpore porrecti libelli, postea suo facto, actor esse desinat, poterit ne condemnari reus?

Res. Quanquam uideatur tex. in l. ij. ad fi. C. de litigio. quod sic, attamen contrarium uerius est & communis, & probatur in l. si seruus. in princi. & ibi Bal. ff. de condi. fur. tradit Bar. in l. & an eandem. in §. actiones. ff. de excep. rei indi. ad text. in d. l. ij. respondent Dyn. Bal. Fab. Nico. de Neap. & Ias. post eos in §. omnium. nu. 69. insti. de act. dic ut per eos.

Int. Deportatus habetur pro mortuo. l. i. §. deportos ff. de bono. pos. con. tab. quid in excommunicato?

Res. Idem, l. i. §. si pater ff. de cõiungen. cum emã. lib. Bal. in c. intelleximus. ad fi. de iudi.

Int. Qui negat Imperatorem non esse Monarchã peccat ne?

Res. Non modo peccat uerum etiam hæreticus est l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iac. c. cuncta p mundum ix. q. iii. Bar. in l. hostes, ff. de capti. & postli. re. Bal. in c. solite ad fi. de maio. & obed.

Int. In pecunia tria reperiũtur, quantitas, materia, & forma, habent ne hæc suppositum aliquod, ad quod referantur?

Res. Habent, nanque ad iustitiã refertur quantitas materia ad substantiam, forma uero ad principis auctoritatem. l. fin. C. de pond. au. lib. x. l. i. ff. de cont. emp. Bal. in c. quanto nu. 5. de iureiu.

Int. Scio quod emancipatio non potest delegari, ut not. in l. ab ea parte ff. de probatio. quod in legitimatione?

Res. Multo minus, imò dico quod emãcipatio delegatur, ex quo iure magistratus competit, legitimatio uero non, cum sit potestas quidẽ insignis, & Cæsares, ita Bal. in c. quoniam Apostolica. ad fi. de offi. del.

Int. Vir & vxor sunt socij diuinæ & humanæ domus. l. aduersus C. de cri. expi. hę. quid si mulier mortuo uiro transeant ad secunda uota?

Res. Isto casu frangit fidem, gaudet de morte uiri, eiusque animã (ut uulgò aiunt) contristat, & eidem, cum esset socia fit inimica. l. sed si hac ff. de in ius uo. l. pater Seuerinam. §. Socrus ff. de cond. & de. l. cum in fundo. §. sed & si. ff. de iu. do. dixi ego in l. precibus. C. de Imp. & al. sub.

Int. Consuetudo quæ est hic & Papiæ quod quis cedendo bonis ter dicat, natibus percutiendo lapidem uituperii (sic enim eum uocant) *cedo bonis*, ualet ne?

Res. Non est hic consuetudo sed statutum, & non ualet ut inquit Cyn. & Bal. in l. fi. C. qui bo. ced. po. quia uisu res turpis est, & sic contra bonos mores, isq; sic publicos oculos nudatus incestat inquit tex. aureus in l. cum supra C. de re mili. lib. xii. pulchrè Ias. in §. cum quoque nu. 29. insti. de actio.

Int. Quæ est ratio quod in donatione non requiritur causa, in ceteris autem desideretur quam maxime l. ii. §. circa ff. de excep. do.?

Res. Quia dicto casu sufficit pro ratione & causa uoluntas, l. i. ff. de dona. vnde hinc donũ sine causa dicitur munus uero cum causa l. inter donum. ff. de uer. si. glo. in l. patronus. C. de bo. pos. cont. tab. lib.

Int. Dictum est paulò supra de donatore, quod nõ tenetur de euictione quid si promittat?

Res. Putarem hoc casu teneri, ut not. Doct. in l. aristo in §. fi. ff. de dona. & in l. ii. C. de euictio.

Int. Donatio inter uirum & uxorem, non ualet regulariter, nisi iuramento uallata sit l. i. ii. & iii. ff. de dona. int. uir. & uxo. Gul. de Cun. in l. sed & si possessori. in §. itẽ si iurauero, ff. de iureiu. & est communis opinio. sed quid si excedens summam 500. aureorum insinuata non fuerit?

Res. Valet ut per Alex. in l. nemo potest, ff. de leg. i. et consi. iiii. col. xii. uol. i. et Imol. in c. cum contingat, de iureiu. Bertran. consi. cclxxix. nu. iii. uol. iii.

Int. Quid si esset donatio inter eos reciproca ad huc dictam summam excedens?

Res. Valebit nec insinuatio erit necessaria, quia nõ est proprie donatio, ut not. in l. licet, C. de pac. declarat Old. consi. cxxxix Albe. & Saly. in l. fi. C. de pact.

Int. Quando committitur causa ad consilium sapientis, potest ne coram eo peti dilatio, uel aliquid probari?

Res. Non, quia iudex qui committit debet eidem mittere negotium instructum, non instruendũ, ut inquit Iaco. But. in l. cum à nobis. C. de dila. & Bal.

& Bal.post eum in c.i.nu.7.& 8.eo.titu.

Int. In causa principali est actor & reus,dicimusq; hinc actore non probante quod reus absoluitur. l.qui accusare.C.de eden. sed an idem sit in causa appellationis inque secunda instantia?

Res. Non proprie,sed appellans & appellatus, utilitasque est quia hoc casu utrique parti, terminus assignatur ad probandum,aliàs dilatio probatoria incipit ab actore,ne reus frustra fatigetur onere probandi.l.si quidem.C.de excep.Bald.in c.i. in §.j.nu.8.de dila.

Int. Etiam in iuramento calumniæ inque ciuili causa potest peti dilatio ad deliberandum. l. i. & ibi not.ff. de eden. argumentum in c. tum ex literis. de resti.in int.sed quid in criminali?

Res. Hoc casu secus, quia de facto suo certus esse debet.l.in crimine.ff.ad legem Iul. de adult. Bal. in c.cum causam.nu.3.de iura.cal.

Int. Quare est in materia.l.edita. C. de eden. quod lex cumulationem permittit ut ibi not. & est argumentum in l.nec non.in §.quod eis.ff.ex quibus cau.maio.?

Res. Vt parcatur litibus,laboribus,& expensis, quod maximum interesse reputatur. l. minoribus xxv. annis.ff.de mino.l.j.ff.de inoffi.testa.Bal.in c.ad ultimum.ad fi.de cau.pos.& proprie.

Int. Quare est quod exceptiones perpetuæ sunt. l. purè.§.fi.ff.de excep.do. illa uerò non numeratæ pecuniæ finitur tempore.l.in contractibus.C. de non nume.pecu.?

Res. Quia facile erat debitori opponere querelam cum non haberet aliquid probare, quo casu præsumit lex,quod obiecisset si pecuniã non habuisset,ubi aliæ exceptiones indigent difficultate probationis secundum Bal.in c. Antigonus. nume. sexto.de pact.

Int. Restitutio ex clausula si qua mihi iusta causa, quæ est multum utilis.l.i.in fi.l. sed & si per prætorem.in prin.ff.ex quib.cau. maio. datur ne aduersus longissimum tempus xl.annorum?

Res. Non, l.sicut.in fi.C.de præscrip.xxx.ann. ubi præscriptio tanti temporis plenissimam securitatem parit. Alex.cons.clxiij.col.iij.uol.ij.

Int. Actus siue contractus cum causa, fieri debet aliàs non ualet. l. ij. §. circa. ff.de excep.do.sed quid si promissio facta sit sub conditione?

Res. Isto casu ualebit, quoniam conditio pro expressione causæ habebitur,ut not.in l. filiusfamilias.in §.diui.ff.de lega.i.Bar. & Scriben. in l. cũ ad præsens.ff.si cer.peta.& in l à Titio.ff.de uerbo. obliga. & uidetur casus in l. iiij. §. fin. ff. de condi.insti.

Int. Infamis potest esse procurator.§.fi.institu.de excep. quid si fuerit condemnatus de publico crimine?

Res. Isto casu non admittetur.l. reum. C. de procura.est uerum si omittatur exceptio procuratoria quod tunc iudicium ualeret.l.fi. C. de excep. Bal.in c.Imperatorum.nu.11.de iura.cal.

Int. Si socius reficiat domum communem, altero negligente nec expensas soluente,in negligentiæ quodammodo pœnam perdet ne ille partem suam?

Res. Perdet sine dubio,& socio reficienti applicabitur,si expensas prædictas non soluat intra spacium quattuor mensium.l.si ut proponis.C.de edifi. priua.l.cum duobus. §. idem socius.ff. pro so.Ias.in.§.sequens.nu.48.insti.de actio.

Int. Si testator legauerit res alienas habebit ne locũ hoc casu ius accrescendi?

Res. Absque dubio l.huiusmodi.§.si Titio & Meuio & ibi Ias.nu.5.ff.de lega. i. adhibita tamen distinctione.l.cum alienam.C.de lega.deq; materia aliàs in l.re coniuncti. ff.de lega.iij.

Int. Quod dicitur in l.fi.C.de edic.di.Adr.tol.(inductio enim & sensus ipsius nota. est) habet ne locũ in legatario & fideicomissario particulari?

Res. Non,sed in hærede tantum,& fideicomissario vniuersali facta restitutione saltim uerbo, ut ibi not.pulchrè Bertran.consi.lxxxi.nu.ii.uol.ii.ubi attestatur etiam ita communiter teneri.

Int. Dicit alibi text. quod de vnoquoque negotio pars semper est citanda in l.de vnoquoque. ff. de re iudi.& in l.nam ita diuus.ff.de adop.& in cle. pastoralis de re iudi.sed an sit necessaria citatio etiam in impetratione gratiæ?

Res. Non,quia gratia donatio quedam esse dicitur in donatione autem citatio non requiritur,quia absenti etiam & ignoranti donari potest.l.absenti ff.de dona.ergo.et ita dicebat pulchrè Bal.in c. cum olim nu.iii. de re iud.

Int. Monachus retinet ne iura suitatis?

Res. Videretur dicendum quod non. l.deo nobis. C.de ep.& cle.tamen retinet ut ibi not. et hinc est quod hæreditatem etiam nõ aditam,transmittit ad monasterium iure suitatis.l.si fratris.C.de iure delib.l.apud hostes.C.de suis & leg. l.vnica §.in nouissimo.C.de cad.tol.l.ex militari.§.fi.ff. de mil i.testa.l.uentre & ibi Bar.ff.de acqui.hę. Ro.in l.i.col.iii.qui admi.

Int. Ad hoc ut agatur de euictione quid est necessarium maxime?

Res. Quod res euincatur per sententiam iudicis.l fi.ubi.gl.Bal.& alij.C.de ac.emp.Bar.in l.uenditoris ff.de uer.ob. Ias.in l.si domus in.§. i.nu. 2. ff.de lega.i.

Int. In dependentibus ab aĩo statur iuramento iurantis,ut est glo.in §.aliæ. insti.de actio.& in c. significasti de homi. sed quid si sit præsumptio contra eum?

Res. Isto casu non staretur. l. inter omnes. §.recte & ibi Bar.ff.de fur.Ias.in §.sed isti.de actio.

Int. Allegans turpitudinem suam non est audiendus.l.i.C.de fur.quid si allegetur excipiendo?

Res. Isto casu auditur argumentum.in c.cũ inter de excep.Bal.in c.ex tenore nu.7.de testi.

Int. Quare est quod hæreticus hæresim non obiicit testi,ut not.in l.quoniam.C.de here.?

Res. Quia damnaret in alio quod in se ipso laudat & approbando confirmat, & sic foret sibi ipsi contrarius,

contrarius, non audiendus, l.i.C. de fur. l. si seruus.ff.de præca. Bal.in c. testimonium. col. iii. de testi.

Int. Si testator fideicommissum debitori iniungat, an uideatur ipsum à debito liberare?

Res. Sine dubio uidebitur.l.ab eo.C.de fideicom. l.i.§.pe.& fi.ff.de lega.iii. Ias.in l.si pecunia. nu. 7.ff.de lega.i.

Int. Fideiussor non obligatur pacto nudo.l.blanditus.C.de fideiusso.

Res. Quid si fideiubeat apud acta? obligabitur sanè.l.cum ostendimus.§.fi.ff.de fideiu.tu. Bal. in c.i.nu.9.de pac.

Int. Expensę debentur ratione retardati processus l.non ignorat.C.de fruc.& lit.expen.Bal.in c.exceptionem.nu.t.de excep.sed quid si retardaretur iure permittente?

Res. Isto casu non deberentur argumentum in l. Gracchus.C.ad legem Iul.de adul. idem Bal. in c.pastoralis.nu.5.de cau.pos. & proprie.

Int. L. cum acutissimi, C. de fideicom. & l. cum auus.ff.de condi.& demon.loquentes in descendentibus, habent ne locum in transuersalibus?

Res. Non, quia non est par ratio in illis & istis, ut post Iac.de Are.Pet.Albe.Ange.& alios, in not. declarat Soci.in d.l.cum auus.

Int. Fideiussio nudo pacto facta, non ualet ut paulò ante dixi.l. blanditus. C. de fideiusso. quid si pactum iuratum sit?

Res. Idem, quia ubi deficit solemnitas formalis, iuramentum non sufficit.l.i.§.eum qui.ff.de const. pecu.Bal.in c.cum contingat.nu.28.de iureiu.

Int. Ad iuramenti propositum dubito, si fideiussor iurauerit, an efficiat ob id posse conueniri non excusso principali?

Res. Poterit, estq; not.limitatio & cautela ad authen.præsente, deludendam.C.de fideiusso.c. ex rescripto.ubi Abb.Anch.& Bal.de iureiu.Alex. cons.xxxii.uol.iiii.

Int. Si quis producat instrumentum uidebitur ne confiteri omnia in eo contenta?

Res. Sine dubio expressa, connexa, & copulata. l. fideiussores magistratuum.ff. de fideiusso. l. iurisgentium.§.quod ferè.ff.de pac.l.cum de lanionis §.i.ff.de fun.inst.glo.in l. i. in §. editiones. ff. de eden.Bal.in c.præsentium.nu. 2. de testi.

Int. Inter dominum & seruum lis nulla esse pôt, sicuti nec inter patrem & filium.l.lis nulla. ff. de iudi.uerumq; est pro rebus, sed quid ratione personæ uel libertatis?

Res. His casibus & tunc poterit.l.fi.C. de ordi. co.

Int. Si in compromisso expressum sit, uel in eo reperiatur clausula *rato manente pacto*, orietur ne ex laudo actio?

Res. Non, quia priuatorum consensus, iurisdictionem non tribuit.l.priuatorum.C.de iur.om.iud. Nec officit quod dicitur in l.qui fidem.ff.de transac.quia ibi transactio pendet à partium consensu, & declarat Bal.in c.i.nu.11.de arbi.

Int. Papa est iudex iudicum & nemini subalternatur.c.cuncta per mundum.c.principalem. ix.q. iii.not.in l.i.C.de decu.lib.x. sed dubito an possit se ex iusta causa summittere?

Res. Potest.l.est receptum.ff.de iurisdi. om. iudi. c.nos si incompetenter. ii.q.vii. Bal. in c. pastoralis.nu.10.de rescrip.

Int. Si dispositio sit fundata super facto, quare est quod ex uerbis narratiuis argumentum sumitur ut not.in l.unica.C.quando non pet.par.?

Res. Quia ex facto ius oritur.l.si ex plagis.§. in cliuo capitolino.ff.ad legem Aquil.

Int. Quid sibi uolũt uerba illa Prouerbio.c. xxiiii. ibi. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur liberare ne cesses?

Res. Non aliud nisi id quod dicitur in l. non tantum.ff.de appel.licere unicuique prouocare, pro eo etiam inuito, qui ducitur ad mortẽ.ibi, creat autem humanitatis ratio, omnem prouocationẽ audiri debere.

Int. Ad propositum l.Imperium.ff.de iuris. om.iudi.ibi, merum imperium est habere gladij potestatem &c. est ne idem gladij potestatem committere, & gladij executionem?

Res. Non, ex quo id meri imperij est.d.l.Imperiũ. istud uerò facti, & declarat etiam Bal.in c. decætero.nu.4.de re iudi.

Int. Solet dici quod exempla non restringunt regulam sed declarant.§.hactenus.insti. de gradi. uerum quæro an ne possint exempla esse falsa, regula autem uera?

Res. Possunt, & è contra, regula falsa, exempla autem uera.l.eleganter.§.nõ solum.ff.de dolo. Bal. post Bur.in c.j.nu.24.ut lite non conte.

Int. In iurisdictione si fuerint plures collegæ, habet ne locum ius accrescendi?

Res. Habet si fuerit ordinaria, utpotè fauorabilis, non si delegata, quia odiosa ut dicit glo.in c.i.de rescrip.in vj.tradit Ias.ad propositum in l.re coniuncti.col.pe.ff.de leg.iii.

Int. Quæ est ratio, quod inter succedentes diuerso iure non habet locum ius accrescendi. l. sed cum patrono.ff.de bon.pos.?

Res. Quia non debet acquisitor diuerso iure censeri.l.eum qui edes.ff.de usucap.Corn.in l.i. nu. 10.C.quando non pet.par.

Int. Quid ad idem, si ille qui uenit diuerso iure, sit subrogatus loco illius qui uenit eodem iure?

Res. Isto casu locum habebit ius accrescendi.l.si totam.& ibi Are.ad fi.dicit in materia nouum esse. ff. de acqui.hære.& hinc est quod transit in emptorem portionis hæreditatis, repræsentantis & subrogati loco hæredis uendentis, ut inquit Bar. in l.re coniuncti.in j.q.prin.ff.de lega.iii. & not. in l.i.C.quando non pet.par.

Int. Suo abstinente cui accrescit portio?

Res. Fratribus, & mirum est quod accrescat de iure ciuili, cum tamen abstensio sit de iure prætorio.§.sed his permittit prætor.insti.de hær.quali. & diffe.l.i.§.si nemo.ff.ad Tertul.Corn.in l.i.nu. 6.C.quando non pet.par.

Int.

Int. Quare ultimum supplitium pœnam appellamua, siue pœnam dicimus, ultimi supplicij.l. qui ultimo.ff.de pœn.?

Res. Fortè quia pœnia sontium condemnatorum sacrificia ac supplicationes fieri solebant. Vnde à mulctis inde etiam pecunia mulctatitia appellata est, & ut latiua dixi in l. i. ff. si quis ins di. non obtempe.

Int. Solet dici memoriam hominum labilem esse, & quod obliuio facilè præsumitur.l. peregre. ff. de acqui.pos.sed quo tẽpore spacio præsumetur?

Res. Dixi alibi satis, de materia, nunc autem spacio annorum x. præsumi tibi respondeo, & not. nouissimè in l.si id quod.ff.eo.titu.gloss.Bart. & omnes in l.si res obligata.ff.de lega.j.

Int. Quod semel uerum est, est ne semper uerum?

Res. Host.dicebat quod sic.l.siue posaidetis.C. de proba.in c.ex literia.de offi. deleg. sed ut ibi inquit Bal.nu. 1.nimis large locutus est, obligatioque olim uel hodie potest esse falsa.

Int. Anihilato titulo in beneficiia, anihilatur ne possessio?

Res. Vtiquè secundum Bar.in l.si quis ni.in §.differentia.ff.de acqui.pos. aliãs si remaneret esset sicut ficua fatua, inquit Bal.in c.accepta. nu. 2. de restitu.spol.

Int. Quare est quod conditio dandi potest per aliũ impleri, faciendi autem non inter artifices.ff. de solu.

Res. Quia(ut ibi dicitur)electa est industria personæ, quod Odof.etiam not. in l. unica. in §. ne autem.C.de cad.tol.

Int. Actio realis datur domino tantum.l. in rem. ff.de rei uen.§.omnium.institu.de actio. & tamẽ fideicommissarius cui nondum facta sit restitutio re aut uerbo, agit contra emptores & alios titulo possidentes, & nihilominus dominus non est, quæ igitur potuit esse ratio?

Res. Ista, quia alienando priuauit se hæres facultate alienandi, & perinde est ac si restituisset, uel quia legali interpretatione quodammodo restituisse uidetur, maximè quia potentia actui actua est, l.penul.ff.de mili. testa. l. quæsitum. §. illud fortassia.ff.de leg.iii.& ad propositum probatur in l.h.in §.sinautem.C.communia de lega.

Int. Quare est quod facilius deieratur in iudiciis quam in contractibus ut inquit Bal.in c.i. nu. 6. de iura. calu.?

Res. Quia nemo litigat nisi spe uictoriæ.l.in ratio ne prima.§.cum quidam.in fi.ff.ad legem Falcid. Idem Bal.in rub.extra de iudi.nu.2.& in c. fraternitatia. nu. 11.de testi.

Int. Quæ est ratio quod iteratio non præsumitur ut inquit Bald. in c. cum contingat. nume. 3. de offi. delega.?

Res. Quia est facti, & facta regulariter non præsumuntur.l.in bello.§ factæ.ff. de cap.& postli. re.

Int. De bon.pos. sæpissimè fit mentio, quod nanque sunt?

Res. Communis opinio se habet quod sint duæ, una edictalis altera uerò decretalis.l.i.§.decretalia.ff.de suc.edict.l.cum quidam.§.quod dicitur. ff.de acqui.hære.l.i.§.planè.ff.si tab. testa. nullæ extab.edictalia prætoris mortui, decretalis autẽ uiui, uerum eum successiones ad similitudinem tutelæ regulantur.l.j.ff.de legi. tuto. & tutela eũ decernitur sit una.& probabiliter dici potest disputando, etiam quod bonorum pos. sit una tantum, maximè quia hæreditas etiam adita & non adita, una est. Nec ob.iura supra allega. quia decretalis est edictalis executio, non quod sint duæ dicta sic postquam est decreta, propriè à iudicis decreto, usque adeò hac ratione ut citatio non sit necessaria, & sensit etiam Bal. in rub. de offi. iud.nume.4.

Int. Petitorium & possessorium nihil commune habent.l.naturaliter.§.nihil commune. ff. de acqui.pos. sed nunquid suspenso petitorio possimus transire ad possessorium recuperandæ?

Res. Dicunt omnes communiter quod sic in d. §. nihil commune.& in clemen.unica. de cau. pos. & proprie. & in c. pastoralia. ubi etiam ego latè eodem titu.

Int. Si debitor propria auctoritate capi potest, puta quia sit fugitiuus.l.ait prætor.§. si debitorem. ff.quæ in frau. credi.poterit ne etiam occidi?

Res. Poterit, si telo se defendat.l.si seruus.C.de his qui ad eccle.confu.& ibi not.fusè Ias.institu.de actio.in prin.nu.76.

Int. Quare, cum est quis infamis infamia facti, ꝙ testis esse non potest, quodque à testificando repellitur?

Res. Quia testificari est honor, à quo repelluntur infames.l.iudices.C.de digni.lib.x. l. iii. §. duæ causæ.ff.de carb.edic.Bal.in c.testimonium. nu. 7. de testib.

Int. Lex petronia, qua de causa, principaliter fuerit lata & à quo nescio.

Res. Nec Zasi. in catalo.legum antiquarũ, affirmare est ausus, subiiciens tamen, duo eadem decidi, primum est, seruos à dominis suo arbitratu ad depugnandum cum bestiis tradere haud potuisse. Alterum marito, qui delatum crimen adulterij minimè peregisset, deferre postea non permitti. l.circumcidere.ff.ad legem Cornel.de sica.l.abolitionem. C. ad legem Iul. de adulte. Adde tu & tertium, si dissonantes partes iudicum existant, ut sententiæ pro libertate pronuntiatæ stetur.l.lege Iulia Petronia.ff. de manumissio. Et dic ueri similiter(ut in simili de Falcidia & Trebellianica aiunt) quod à Petronio lata sit, quis autem is fuerit, peruestigabilia tu postea. Dico etiam, cũ de serua loquantur præallega. leges quod fortè patronia, legendum esset, Imò quòd Iunia patronia legitur in pandectis Flor. inq; d. l. lege Iulia.& non in d.l.circumcidere.sed petronia ut iacet; mirandumq; est maximè rõne supra dicta.

Int. Emphyteota soluit censum actione personali, quæ non sequitur fundum.l.i.§.si hæres. ff. ad Trebel.& tamen in fundo uectigali secus est, quoniam

niam tranſit cum ſuo onere ad quemcumque uadat l.fi.C.ſi.cen.uel reliq.l.Imperatores.ff.de publican.quæ igitur eſt diuerſitatis ratio?

Reſ. Reipublicę fauor ut inquit Iaſ.& bene in l.ſi domus in §.ſi fundus in prin.ff.de lega.i.

Int. Poteſt ne Papa ſeu princeps eſſe iudex in cauſa propria?

Reſ. Per regulam generalem poſitam in l.i.C.ne quis in ſua cau.uideretur dicendum quod non, tamen poteſt.l.proxime.ff.de his quę in teſt.de. c.licet & ibi Bal.nu.4.de ſup.neg.prela.idem in l.ſi pater col.ii.ff.de hę.inſti.Abb.in c.i.col.i.de ꝓba.et ſi uolũt(ut dictũ eſt alibi)poſſunt ſe ſummittere iuriſditioni minoris uel æqualis.et quod dixi de principe,intellige non recognoſcente ſuperiorem,ut pulchrè per Bar.in l. eſt receptum ff.de iur.om.iud.

Int. Releuatur ne quis ſi remoto vno impedimento,non remouetur aliud?

Reſ. Non.l.ſi non lex Aeliaſentia.ff.de hær.inſti. vnde ſapiens.

Quid prodeſt medico plagas ſanare ducentas;
Si maneat uulnus quo moriatur homo.

Int. Veritas non poteſt eſſe falſa nec mentiri, enatat & emergit omnibus etiam opprimentibus, imò nõ aliud eſt quam,deus,iuxta illud ego ſum uia ueritas & uita,ſed quod in fama?

Reſ. Hęc poteſt eſſe non uera.l.fi.ff.de hæ.inſti.l. miles.§.pe.ff.ad legẽ Iul.de adulte, Bal.in c. cũ contingat nu.7. de reſcrip.

Int. Quare eſt quod poſitioni iuris non reſpondetur.l.ornamentorum. ff.de au.& ar.le.?

Reſ. Quia lex ipſa reſpondet, eſtque reſponſio à iure determinata, ut dixi alibi ſatis, nouiſſimę Bal.in c.fi.nu.2.de iu.cal.

Int. Beneficium abſtinendi quod dat ſuis prætor, & de quo in §. ſed his permittit prætor, inſti. de hę.qua.& diffe.dat ne ſolum in concernentibus damnum ſeu præiudicium ipſius, an uero generaliter?

Reſ. Dat ſolum in concernentibus damnum, ſeu præiudicium ipſius aliàs ſecus.l.ſi filius qui patri ff.de de uulga.& ſub.Iaſ.in l.ſi poſt mortem nu. 8.ff.de lega.i.

Int. Quare eſt quod in ſpiritualibus non iuratur de calumnia.c.ii.de iura. cal.?

Reſ. Quia(ut ibi inquit Bal.nu.i.) Aequitas eo caſu attenditur & non rigor, inductaque ſunt iuramenta de rigore iuris?

Int. Interrogatus cur poſſideat ſi reſpondeat quia non ſatisfacit reſpõdenti.l. qui interrogatus.ff. de peti.hę.ſed an dicatur intruſus?

Reſ. Si non poteſt aliter reſpõdere utique dicetur ita Bal.in c.nihil nu.7.de elec.

Int. In feudis inque paribus Curiæ, quando eſt quæſtio inter dominum & vaſallum, iuriſdictio quam habent eſt ne ordinaria uel delegata?

Reſ. Ordinaria.c.i.§.fi.de mil.uaſal.qui contu.eſt Bal.in c.ſuſpitionis nu.12.de offi.del.

Int. Iuramentum cal.ordinarium eſt de quo in tit. de iura.cal.& de ſubſtantia iudicij. l. prolatam. C.de ſen.an ne aliud ſit poſtea quod ſit extraordinarium?

Reſ. Eſt quidem,idq; in ſummaria probatione defertur ut in l.theſaurus.ff.ad exhib.Bal.in c. quoniam frequenter.in §.fi.nu. 3. ut lite non conte.

Int. Iuramentum calumnię remitti non poteſt,teſti autem ſic,ut not.in c.tuis.de teſti.& in c. cæterum.de iur.cal.quæ eſt ratio?

Reſ. Quia dictum teſtis reprobari poteſt,at non iuramentum calumniæ, ex quo eſt onus conſcientiæ,quod remitti non poteſt,ut inquit Bald.in d. c.cæterum.ad fi.

Int. Quare dictum eſt alibi in l.ad egregias. ff. de iureiu.quod iuſiurandum mittitur ad domũ egregiarum perſonarum?

Reſ. Quia dignitas ſeu nobilitas perſonarum eſt tunc in cauſa,ut neceſsitas & honeſtas, ſi mittatur uel impeditis uel mulieribus.c. ſi qui teſtium & ibi Bal.col.i.de teſti.& alibi(aliter tamẽ) dixi, exornando.d.l.ad egregias.& ad aliud quidem.

Int. Verbum ſemiplena probatio de quo ſæpè in l. admonendi.Bar.ff.de iureiu.reperitur ne alicubi dictum in lege?

Reſ. Non quidem,teſtaturq; Bal.in c. iuramentũ. nu.16.de iureiuran.

Int. Eſt ne uerum generaliter facta probatione per unum teſtem,quod deferatur iuramentum in ſupplementum probationis ut not.in d.l.admonendi.proximè allega.?

Reſ. Non, ſed in contractibus tantum, imò quod nec defertur niſi in cauſis dubiis, in delictis uerò minimè,& ſi obiiciantur crimina excipiendo ſecundum Bal.in c.ex inſinuatione.nu.1.de procu. & in c.tam literis.nu.2.de teſti.

Int. Si teſtator legat liberationem debitoribus ſuis uenient ne poſsidentes res teſtatoris, quique tenentur actione reali?

Reſ. Non,quia non ſunt propriè debitores, ut ex multis oſtendit Iaſ.in prin.inſt.de actio.nu.101. & eſt glo.ſingu.in l. Aurelius. in §. Meuia. ff. de libe.lega.

Int. Prohibita alienatione ſimpliciter intelligetur ne generaliter,tam inter uiuos & ſic uoluntaria, quàm etiam in ultima uoluntate?

Reſ. Inter uiuos tantum.l.pater filium.§. fundum. & ſeq.ff.de leg.iii.l.peto.§.fratre.ff.de lega.ii.

Int. Prohibitus alienare partem ſuam eſt ne prohibitus alienare partem accreſcentem?

Reſ. In materia iuris accreſcendi, inque l. unica. C.quando non pet.par.Ferrarien. tenet quod ſic, & benè.

Int. Quare eſt quod excluſus à reſtitutione in integrum poteſt redire ad ius commune ut tradit Bal.in c.irrefragabili.nu.8.de offi.ord.

Reſ. Quia facilius priuilegium tollitur, quàm ius commune.l.eius militis.§. ſi militia miſſus. ff. de mili. teſta.Bal.fuſius in loco prærallega.

Int. Seruus pro noxa dari poteſt,filius non,quę nãque eſt ratio?

Reſ.

Res. Tex.insti.de noxa.in §. fin. hoc tibi declarat, quia scilicet pater per filium magis quam filius periclitatur, fusius Ias.in §.præterea.nu.64.insti. de actio.

Int. Quis fuit primum uectigalium inuentor?

Res. Caligula Ro.Imperator. iiij. tyrannus omniũ pessimus, constatq; ante eum impositionem huiusmodi non fuisse cognitam ut in eius uita ait Tranquil. de no. uectiga. & sordidis eiusdem quæstibus.

Int. Negans hominem occidisse si de mendacio cõuincatur, admittetur ne postea ad probandum ad sui defensionem occidisse?

Res. Absque dubio, ut not.Bar. Bal.Saly. & alij, in auth.contra qui propriam.C.de non nume. pec.

Int. Est ne melioris conditionis debitor malignus quam probus?

Res. Videretur dicendum quod non prima facie. l.non solum.ff.de noxal. tamen contrarium uerius est, ex quo huic decem dies tantum dantur ad soluendum, illi quadrimestre, & rationem assignat Ias.in l.si domus.iu §.pecunia.nu. 3. ff. de lega. primo.

Int. Si princeps scribat contra ius naturale, est ne ei obtemperandum?

Res. Non, aliàs autem sic si contra ius positiuum, & consuetudinarium, dummodo nulli obsit. l. ii. §.si quis à principe.ff.ne quid in loc.pub.Bal.in l.eum adeò.nu.15.de rescrip.

Centuria Nona.

Int.  OMO sine iudex triplicem habet conscientiam, unam ut Deus, alteram quia uidit, tertiam ex actis, quam ex istis se qui debet?

Res. Tertiam. l.illicitas. §. ueritas. ff.de offi.præsid.Bal.in c.si sacerdos nu. iii. de offi.ordi.

Int. Sententia iudicis publicè excommunicati ualet ne?

Res. Non, clandestina uerò & occulta sic. l. Barbarius.ff.de offi.præto.Bal.in c.ad probandum.nu. 1.de re iudi.

Int. Quare est qd' aditio hæreditatis dicitur actus legitimus. l.actus legitimi.ff.de reg.iur.?

Res. Quia sic sibi à natura datum est, ut secum statim executionem trahat, & cadat super præsenti & certo sicuti quod lapis sit lapis, ut dicit etiam Bal.in l.i.col iiii.in ix.oppo.C.qui admi.& facit quod dicitur in l.non omnium.ff.de legi.

Int. Inter plures natos ex diuersis matribus, habet ne locum ius accrescendi?

Res. Videretur dicendum quod non, quia matres sunt diuersæ sanguine, tamen hoc non obstante, quia sunt æquales locum habebit inter eos, ut sentit Ias.in l.re coniuncti.in antepe.col.ff.de le.iij.

Int. Si testator dixisset sic, si filij mei omnes decedant sine filiis substituo eis Titium, excludent ne substitutum filii cuiuslibet?

Res. Sine dubio, quia de hoc est casus in l.hæredes mei.in §.cum ita.ff.ad Trebellia.

Int. Si libellus ineptus sit, ualebunt ne probationes super eo receptæ?

Res. Multi nolunt quod non, tamen ualent ut not. in l.si patronus libertum.ff. de iureiu. Alex. in l. ii.col.ix.C.de eden.Hosti.But.& Abb.in c. causam.j.de testi.

Int. Exceptio læsionis in minore, est ne perpetua?

Res. Videretur dicendum quod sic.l.purè.§.fin. ff. de excep.doli. tamen non est uerum expiratque post quadriennium ut tradit Bal. in c. ii. nume. 4.de offi. iudi.

Int. Notarij in aliquibus locis appellantur iudices argumentum glo. positæ in l.i. ff. de indi. nunquid ob id sint tales & iurisdictionem habeant ordinariam?

Res. Bal.in c.cũ à nobis.nu.6. de testi. dicit quod non, & benè, ex quo usus loquendi non dat autoritatem eisdem, quam non habent.

Int. Instantia iudicij de qua in l.properandum.C. de iudi.habet ne locum in arbitris?

Res. Videretur dicendum quod sic, quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.l.i.ff. de arbi. tamen cõtrarium uerius est, nec lege cautum hoc idẽ in arbitriis decisum inuenitur, ut inquit Bald. in c.i.nu.17.extra eo.titu.

Int. Ad iudicij propositum ętas eius est temporalis, & triennio finitur.d.l.properandum.C. de iu di.quid in rescripto?

Res. Secus, idque perpetuum est. l. falso. C. de diuer.rescrip.Bal.in c.si autem.nu.4.de rescrip.

Int. Delegatus principis subdelegat. l.à iudice.C. de iudi.quod si causa commissa sit ap.remota?

Res. Secus, ex quo forma data est personæ non causæ inquit Bal.in c. super quæstionum. nu. 2. de offic.deleg.

Int. Habemus quod continentia causæ diuidi nõ debet.l.nulli.C.de iudi. quid de continentia probationum?

Res. Idem, auth.si testes.C.de testi.Bal.in c.ex parte ade.nu.13.eo.titu.

Int. Iudi.soluitur uetante eo qui iudicare iusserat inquit tex.in l.iudicium soluitur.ff.de iudi.an ne istud procedat generaliter?

Res. Non, sed in ordinario tantum, & ideò uidetur dicendum, quod tacita reuocatio per mortẽ, non faciat subdelegationem expirare, si delegatus subdelegauerit causam in totum, tamen dicto casu expirat, non ui tute reuocationis, quia (ut dictum est) rex.in delegato non procedit, sed ex quadam impossibilitate iuris, quia persona non est in rerum natura. l.quidam referunt.ff.de iure codicillo.Bal.in c.licet.ad fi.de offi. dele.

Int. In l.quotiens.C.de indi.mentio fit de emergẽtibus & incidentibus, est ne inter hæc duo differentia aliqua?

Res. Est utique quoniam incidens secundum Ioã, uetustiorem habet causam, emergens uerò ori

tur

tur ipso iudicio, de quo tamen in l. siue apud acta C. de transac. & in l. eleganter. in §. si quis post. ff. de condi. inde. Bal. in c. j. nu. 6. & 7. de ord. co.

Int. In principe præsumitur causa secundum glo. in l. relegati. ff. de pœn. sed quid si agatur de tollendo iure tertij?

Res. Isto casu non præsumeretur ut not. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & ibi dixi, non præsumitur etiam, quando scribitur contra ius naturale uel gentium ut dicit Ias. in l. si testamentū. col. ii. C. de testa.

Int. Quod dicitur in l. i. in §. i. ff. de postu. in aduocato quod cogitur patrocinium præstare, habet ne locum etiam in consultore?

Res. Habet & ad eum extenditur legis dispositio, ut pulcherrimè tradit Bal. in c. quia propter. nu. 32. de electio.

Int. Est ne casus aliquis in iure, quòd quis pro furto moriatur, cùm olim solum dupli seu quadrupli pœna esset constituta. §. dupli. §. quadrupli. institu. de actio.?

Res. Est id notissimum in famoso latrone decisum tantum, de quo in l. capitalium. in §. famosos. ff. de pœn. multa Ias. in §. ex maleficiis. nu. 12. institu. de actio.

Int. Damnatus ultimo supplicio est ne seruus pœnæ?

Res. Dum sententia legitur non est, postea uerò sic, ut tradit Bald. in c. præterea. ad effectum de quo ibi nu. 9. de appel. ubi etiam dat simile in excommunicatione, nonnihil in l. qui ultimo. ff. de pœn.

Int. Factum procuratoris nocet ne domino?

Res. Nocet si habet mandatum ad causam, quod ad quemlibet actum litis pertinet, aliàs non. l. ignorantis. ff. de procu. Bal. in c. cum olim. nu. 2. de cau. pos. & proprie.

Int. Pacta quæ olim facta fuerunt inter Federicum Imp. & ciuitates Lombardiæ, quæ continentur in titu. de pace constan. sunt ne seruanda ab illis qui in Imperio successerunt?

Res. Sunt utique nisi fortè sint contra statum Imperij ut in auth. quo modo opor. ep. in prin. & in c. ueritatis. de dolo & contu. Bald. in c. i. nume. 2. de probatio.

Int. Feci pactum de re non uendenda alteri quam tibi, nunquid possit donari?

Res. Non, ne donatio in fraudem fieri uideatur eius cui promissio facta est. l. ii. C. pro empto. quod non esse alibi dicit Bald. in rubri. extra de pact. nu. 6.

Int. Sententia contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam non ualet. l. i. C. quando prouo. non est ne. c. inter monasterium. de re iudi. quid si appareat de notoria eius iniustitia?

Res. Isto casu ualebit argumentum in c. sollicitudinem. de ap. hinc uidemus si uictor iniustitiam confiteatur, non obstante transitu, quod reuocabitur ut inquit Inn. in c. quia plerique. de immu. eccle. But. in c. is qui fidem. de spon. & in c. quanto. de præsump. Abb. in c. nouit. de iudi. & Feli. in c. inter cæteras. col. v. de re iudi.

Int. Creditor propria auctoritate debitorem suspectum de fuga, capere potest, ut dictum est alibi satis. l. ait prætor. §. si debitorem. & ibi not. ff. quę in frau. cred. sed nunc quæro, an hoc casu requiratur sententia declaratoria?

Res. Non, quia sic instrueretur ad fugam citatione præcedente, ut tradit Abb. in c. cum non ab homine. col. xij. de iudi. & Feli. in c. præterea. col. ii. de spon.

Int. Qui hæreditatem uel legatum repudiat dicetur ne id in fraudem creditorū facere iuxta not. in l. qui autem. in prin. ff. quæ in fraud. cred.?

Res. Non, nec patrimonium diminuere, qui occasione acquirendi uti non uult, & quanuis dicamus dominium rei legatæ rectà uia transire in legatarium. l. à Titio. ff. de fur. & sic agi de iure iā quæsito, uerum est nisi repudietur, quia tunc fingitur legatarij non fuisse, usque adeò ut potius de iure quærendo quàm aliter agi uideatur. l. i. §. utrum. ff. si quid in frau. pat. Ias. in §. item seruiana. col. pe. insti. de actio.

Int. Actio realis præsupponitur dominium ex parte agentis, possessione aūt ex parte rei conuenti. l. in rem. ff. de rei uen. §. omnium. insti. de actio. sed quid si hæreditas iaceat, & quis uelit agere an uendicatio rectè instituatur?

Res. Non, ex pdictis, quia si iacet à nemine possideatur. l. i. §. Sceuola. ff. si quis test. lib. esse iu. fue. declarat Bal. in c. cōtingit. nu. 25. de dolo & cōt.

Int. Si ago contra aliquem, & dolo desinat possidere rem ante litem contestatam, actione in factum mihi ad interesse tenetur per titu. de alie. iud. mutan. cau. facta. ita Abb. in cap. primo. col. tertia. eodem titu. ubi etiam ego sed quo modo hoc ipsum constabit sed probabitur, quòd scilicet dolo desierit possidere?

Res. Hoc modo si post denunciationem sibi factā me agere uelle, alienasset, uel etiam post libellum porrectum, ut in simili per gloss. in l. Fulcinius. in §. quid sit latitare. ff. quibus ex cau. in pos. ea. Bartol. in l. qui petitorio. ff. de rei uendi. Fab. & Ias. post eum in §. omnium. nume. 79. institu. de actio.

Int. Si eadem res uendatur duobus, quis erit in actione reali uel publiciana potior?

Res. Ille, cui prius res tradita fuerit. l. quotiens. C. de rei uendi. l. siue autem. §. si duobus. ff. de publiciana. nisi uni traditio facta sit in fraudem, quia tūc posset reuocari, de quo plene Ias. in §. item si quis nu. 116. institu. de actio.

Int. Rei uendicatio supponit possessionem ex parte rei conuenti (ut dictum est supra) nunquid detur contra nudum detentorem?

Res. Datur sine dubio, casus est in l. ad officium. ad fi. ff. de rei uen. & est exemplum in colono, conductore, depositario, & similibus, & fusius ut per Ias. in §. omnium. nu. 100. insti. de actio.

Int. Vasallus feudum non alienat ut legitur in feu

dis,sed an posſit ipſum alteri in feudum dare?

Reſ. Pôt,quia in habẽtibus ſimbolū facilis eſt traſi tus.l.rem.§.item quæcunq;.ff.de rei uend.& not. in c.i.de cap. cor. in ulib. dum tamen is in quem feudum confertur ſit idoneus,ita ut domini con ditio non fiat deterior.c.i.§. ex eadem lege. de ſle gẽ cor.eo.lib.fuſius Bald.in c.admonet.nume.3. de renun.

Int. Excõicatur quis ſi non compareat in termino impeditus eſt,non comparet,quid iuris?

Reſ. Iſto caſu non erit excõicatus, ſi impedimen tum ſit præciſum,quia non eſt in culpa,cum per eum non ſteterit,unde rem quæ culpa caret in da mnum uocari non conuenit.c. cognoſcentes. de conſti.& probatur in l.iii.in §.ſi ad diem.ff.de re mili. nonnihil Bald. in c. cum ſuper. in fin. de teſtib.cogen.

Int. Magnates de conſuetudine nõ ſuſpenduntur. l.iii.§.i.ff.de re mili.quid in proditore?

Reſ. Hoc caſu ſuſpendi debet,& ita dicit Bal. in c. cum quidam. nu. 3. de iureiu. ſeruatur in regno Franciæ,& in Italia(adde tu)& ubique locorum.

Int. Certum eſt quod aduerſus ſpiritualia non da tur reſtitutio in integrum,ut dicit Bal. in c. cum dilectus.de his quæ ui metuſue cau. ſi. quid ergo erit agendum poſtquam læſus reſtitui non põt?

Reſ. Abſolutio imploratur à iuramento,loco reſti tutionis in integrum ait idem Bal.in c. peruenit. no.3.de inreiu.

Int. Si Papa confirmat teſtamentum uſurarij mani feſti,non pręſtita cautione iuxta formam.c.quá quam. de uſu. in vj. quo iure ualebit ſeu aliquid eſſe dicetur?

Reſ. Gentiuni & ciuili, non canonico, ex quo illa corrigit & ſtatuta omnia municipalia in contra rium loquentia.d.c.quanquam.Bal.pulchrè in c. i.nu.14.de confir.uti.uel inuti.

Int. Mirum eſt propter iuramentum quod uaſallus eligat potius domini mortem,quam ſuã, ut not. in c.i.quib.mod.feu.ami.& in c.fi.de feu. ſi. cul. non amit. in uſib.

Reſ. Illud ideò eſt non tantum ex regula.l. præſes. C.de ſerui. & aqua. quantum eſt quia iuramentū ipſius de põſibili intelligitur,ut pulchrè decla rat Bal.in c.iii.ad fi.de aucto.& uſu pal.

Int. Quare eſt quod poteſtas & uoluntas non de bent inuicem aduerſari?

Reſ. Quia ſunt duo humanorū actuum radices atq; perfectiones,aduerſantur aūt cū dicitur, qđ po tui nolui,qđ uolui adimplere nequiui, ut dicitur in l.multum intereſt.C.ſi quis alte.uel ſibi.non nihil Bal.in c.cum ſuper.nu.2.de offi.delega.

Int. Solemnitati auth.hoc ius porrectum.C.de ſa croſanc.eccle.poteſt ne derogari per conſuetudi nem contrariam,ſiue deciſione.c. ſine exceptio ne.xii.q.ii.ubi idem dicitur?

Reſ. Non, niſi ſit tantum tempus cuius initij me moria non extet in contrarium.c.i.de conſue. c. i.de reb.eccle.non alie.in vj.Card. in cle. ii. col. iiii.eo.ti.& facit qđ habetur in c.i.de pſcr. in vj.

Int. Subtilitas reprobatur in c. dilecti. de iudi. ap probatur uerò in l.unica.C. de ſent. quæ pro eo. ibi per ſuam ſubtilitatẽ &c.cur igitur diuerſum?

Reſ. Quia nno caſu de ſcrupuloſitate libelli intel ligitur in d.c.dilecti. alio uerò de ſubtilitate in uentiua ueritatis.

Int. Ad cognoſcendum an actio ſit prætoria nel ciuilis, cuius perſona inſpicienda eſt actoris uel rei?

Reſ. Actoris.l.i.in prin.ff.ſi pars hæ. pet. Iaſ. in §. ſed iſte.nu.38.de actio.

Int. Literæ commendatitiæ habẽt ne uim mãdati?

Reſ. Non,tex.eſt not.in l.fi.C.quod cum eo.Bald. in c.petitio.ad fi.de procn.

Int. Ei qui allegat mandatum niſi oſtendatur,cre dendum non eſt.l.ſi quæramus.ff.de teſta. Specu. in §.ratione.uer.illud quoque notandum eſt, de procu.quid ſi negaret?

Reſ. Vtique hoc caſu ei crederetur.c.i.& ibi Bald. not.in prin.extra eo.titu.

Int. Ad idem quę eſt ratio quod qui non habet mã datum non agit, deque perſonis prius quærendū eſt,præallega.l.ſi quæramus.

Reſ. Quia ptãs prius naſci dẽt quã excitet ad actū ſuū,inquit Bal.in not.q.in c.fi.nu.11.de pſump.

Int. Nemo pſumit delinquere.l.merito.ff.pro ſoc. c.i.de ſeru.fa.quæ eſt illius dicti ratio pariter?

Reſ. Quia nemo etiam præſumitur immemor ſa lutis æternæ.l.fi.C.ad legem Iul.rep.Bal.in c. cū in iuuentute.nu.1.de præſump.

Int. Quare eſt quod principes per ſuum abuſum fa ciunt tenebras lucem,& lucem tenebras, & ſentẽ tias ferunt de nocte. quod tamen de iure fieri nõ poteſt.c.conſuluit.& ibi Hoſti.de offi.deleg.

Reſ. Quia apud eos ſemper eſt gentium multitudo l.omnium.C.de teſta.ita Bal.in d.c.conſuluit.& benè,nu.12.nec falſitas committi poteſt,quæ ra tio eſt prohibitiua ne ferantur dicto tempore,ut ibi,& in §.ſedebunt.in auth.de iudi.

Int. Conceſſum intra locum an extra,uideatur pro hibitum,puta ruri ruſticis ut teſtamentum con dant,coram quinque teſtibus tantum,& ualeat. l. fi.C.de teſta.?

Reſ. Sine dubio quia ſic ẽt prohibitum in loco,ex tra locum permiſſum uidebitur.l.nemo martyres C.de ſacroſan.eccle.argu.in l.fi.ff.de leg.iii. Bal. in c.i.per illum tex.de aucto.& uſu pal.

Int. Fœmina tutrix eſſe non poteſt, ſicuti nec argẽ taria.l.fi.ff.de tute.l.fœminæ.ff.de eden.excepta auia tamen & matre,quæ poſſunt ex legis diſpen ſatione,auth.matri & auiæ.C.quando mul.tu.of fi.fun.ſed an poſſit ſaltẽ eius conſilium requiri?

Reſ. Poteſt utique l.quidam decedens.ff.de admi. tuto.& eſt ſimile in epiſcopo,qui quanquam lai cus eccleſiæ negotia tractare nequeat.c.decerni mus. de iudi. conſuli tamen ab eo poteſt, ut de clarat Bal.in d.c.decernimus.nu.7.

Int. Conditio ſuſpendit ne actum?

Reſ. Non,ſi fuerit monitio.l.muto.§.ſub conditio ne. ff. de tute. aliàs ſic dummodo ſit expreſſa, uel

uel tacita ab homine intellecta.l.cedere diem.ff. de uerb.sig.l.item quia.ff.de pac. fusius Bal. in c. h.nu. 3. de præsump.

Int. Si eligatur quis in consultorem ut consulat quid iuris,iuxta not.in l.eius qui in prouincia.ff. si cer. pet. isque non adducat in consilio leges ut ferè omnes faciunt,ualebit ne consilium ?

Res. Non,& ad hoc maximè facit glo. uulga. in §. consideremus. in auth. de trien.& se. dum dicit quod erubescimus cum sine lege loquimur,& firmat ita per eam Bal.in c.i.de offi.iud.

Int. Legitima quæ est debita filio instinctu naturæ,de iure ciuili tamen. l. cum ratio. ff. de bon. damna.Bar.in auth.de trien.& se. in princi. quo modo debetur est ne prius æs alienum detrahendum nec ne ?

Res. Debetur deducto ære alieno & funeris impensa.l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoffi. testa.& mirum quidem,quia est quota bonorum,& bona dicuntur ære alieno deducto. l.subsignatum. §. bona.ff.de uerbo.significa.Bar.in l.ut iurisiurandi. & in §. si liberi. ad finem. ff. de ope. lib. & ita dicit etiam Ias. in §. item si quis in fraudem. nu.111. insti.de actio.

Int. Territorium est uniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis ut dicitur in l.pupillus. in §.territorium.ff.de uerb. signifi.& in temporalibus,ut diocesis in spiritualibus,tradit Bal. in rubrica de maio.& obedi.nu.2. & districtus idem quod territorium, unde hinc quoq; districtuales uocati sunt, sed nunquid ēt in aquis se extēdat ?

Res. Absque dubio,quoniam ipsę quoque mensurabiles sunt.c.ubi periculum.de elec.in vj.§.rursus.insti.de actio.l.i.C.ubi de po.agi op.Bald.in c.accedens.nu.7.ut lite non conte.

Int. Titulum enim habemus de fun.inst. instrumē toque lega.nunquid idem sit dicere fundum instructum,& fundum cum instrumentis ?

Res. Non,aliâs idem foret dicere etiam, quem armatum,& quem cum armis, & tamen differunt, & probatur in l.ii.& ibi not.C.de uer.sig. declarat Bal.in c.cum dilectus.nu.14.de ord.cogni.

Int. Vsurarius manifestus testamentum facere nō potest.c.quanquam.de usu.in vj. nunquid saltem possit contrahere ?

Res. Poterit quia inter hæc duo longa est differentia.l.uerba gesserunt,ff.de uer.sig. Bald.docet in c.i.ad fi.de confir.uti.uel inuti.

Int. Per lapsum longi temporis præsumetur ne factum pactum de non petendo ?

Res. Non,aliâs personales actiones decem annorū spacio(hoc enim est longum tempus,ut not. in l. si certis annis.C.de pac.l.si cum. §. aristo. ff. qui & à quib.)tollerentur non dicendum. l. sicut. l. omnes.C.de præscrip.xxx.ann.firmat Bar.in l.solent.in §.j.nu.7.ff.de offi.procon.

Int. Spoliatus qui succubuit in petitorio, quia non erat dominus,an uideatur succubuisse in conditione l.si quis in tantam.C.unde ui ?

Res. Non, quia unum caput illius legis, prouidet non domino, ita Bal. in c. pastoralis. nu. 10. de cau.pos.& propriε.

Int. Quare est quod ubique tituli sunt unde legitimi,& non unde agnati ?

Res. Quia lex duodecim tabularum legitimos sic uocat ad successionem,ut ad tutelam pariter.l.i. ff.de legi.tut.l.i.in prin.ff.si tab.testa.nul. extab. estq; hæc bon.pos.unde legitimi duplex,una unde legitimi agnati,quæ agnatis competit descendentibus,per uirilem sexum,altera generalis,quę competit omnibus uenientibus ad successionem ab intestato,quæ concurrit etiam cum illa septima de qua in l.i.ff.ut ex legi.& sena.con.& in §. septima.institu.de bon.pos.aliâsq; speciales non excludit, & sic (quod notandum est ad intellectum, dicta l. prima.) nulla est bon. pos. de iure ciuili, quicquid dicat Barrol. in l. tertia. nu. secundo. de bon. pos. fusiusque Rofred. Beneuentan.in tracta. lib.eod.titu. an agna. & de sep. bo.pos.extraordi.

Int. Quare est si mulier adulterium committat, quod non habet priuilegium dotis. c. plerunq; de dona.inter uirum & uxorem. Imò eam perdit ut ibi,& not.in l.i.ff. solu. matri. ?

Res. Quia reatus omnem honorem excludit. l. i. ubi sena.uel cla.Bal.in c.accedens.in fi.de procu.

Int. L.fi.C.ut intra certum tempus quæst. cri. termi.habet ne locum ubique ?

Res. Nec illa nec l. properandum. C. de iudi. in curiis Delphinatus locum habet, aliâs sententia post bienninm & triennium lata foret nulla, & tamen ualet in dictis locis, hoc idemque notorium est, ut Bertran. testatur cons. cclxxxj. nume. sexto. uolumi.primo. & cum sit(ut dixi) notorium, sola allegatio sufficit. l. si adulterium cum incestu.§.idem Pollioni.ff. ad legem Iul. de adulte.clem.appellanti.de appel.

Int. Legatum recta uia transit in legatarium, id est dominium ipsius, & ipso quidem iure à morte testatoris uulga. l. à Titio. ff. de furtis. sed pone quod sit factum ad diem certum, impedietur ne tunc dominij translatio, ne (ut dixi)ipso iure fiat ?

Res. In l. Sempronius Attalus. ff. de usufruc. leg. dici uidetur quod sic, & est uerum, & ita pro limitatione, dicta l. à Titio. dicit Ias. in l. si ita legatum. in §. primo. nume. 11. ff.de lega.primo.& in l.si seruus,nume. 7. & in l. huiusmodi. in §.si Sempronius.nume. 5. & in §. qui seruum. nu.9.eodem titu.

Int. Natura confirmationis est,ualidare actum inualidum, & ualidum approbare. l. Aurelius. §. testamento. ff. de libe. lega. Bal.in c.sicut.nu.2. de transac.uerum nescio an hoc ipsum procedat in confirmatione speciali uel generali.

Res. In speciali procedit,debetq; intelligi, quoniā generalis nunquam addit robur inualidis ut not. in l.i.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.& in c.j.de lege Cor.in usib.Bal.in c.i.nu. 3. de confir. utili. uel inutil.

Int. Alibi de superillustribus, illustribus, clarissimis, & spectabilibus tractatur in l. i. (ni fallor) ff. de offi. eius. uellem scire quem gradum, & quo titulo sit cohonestandus Imperator Constantinopolitanus, de Romano enim non est dubium ut ibi not. quod est superillustris & maximus.

Res. Credo quod ille sit illustris & paruus, ad superillustris & maximi differentiam tex. est & ibi not. omnes in c. solite. ubi Bal. in specie in prin. de maio. & obedi.

Int. quare est quod alibi dicat Iurecon. dubiũ esse litis euẽtum, ut belli, in l. qđ debetur. ff. de pec.?

Res. Vt nos consulat ne temere agamus. l. si auia. C. de inge. manu. Spec. in titu. de præpa. iudicio. in prin. nu. 2. & 3.

Int. In interdicto uti possidetis sunt ne extrema aliqua in consideratione, ut in actione reali, dominium & possessio?

Res. Sunt utique aliter tamen, possessio scilicet ex parte actoris, & ex parte rei turbatio. c. licet causam. de proba. Bal. in c. cum super. nu. 8. de cau. pos. & propri. & qui probat antiquiorem possessionem amplius, in interdicto isto uincit, quia altera præsumetur clandestina ut per Inn. & Abb. in d. c. licet causam. Bar. in l. i. in §. quod ait prætor. ff. uti pos. Cy. Bal. & Saly. in l. i. C. eo.

Int. Obligatio naturalis oritur ex contractu innominato, & ex pacto simplici, quæ nam est ex his debilior ut actionem non producat, uel si producat tollatur pœnitentia?

Res. Illa quę oritur ex contractu innominato. l. si pecuniam. ff. de condi. ob cau. not. in l. petens. C. de pac. Corn. cons. xvj. ad fi. uol. iiii.

Int. Voluntas captatoria non ualet. l. captatorias. C. de mili. testa. quid si testator dixerit committo bona mea dispositioni Titij?

Res. Valebit hoc casu ad pias causas, eaq; pauperibus distribuet, ut not. omnes ibi, maximè Imol. Ange. & Pau. & Io. And. in c. cum tibi. de testa. & Bar. in l. i. C. de sacrosanc. eccle.

Int. Potentia propinqua actui actus est, dici solet. l. pe. ff. de mili. testa. quid in delictis?

Res. Hoc casu secus, quia qui est in uia ad delictum non delinquit. l. arboribus. §. de illo. ff. de usufr. ubi illud uulgatum. Lupus exit syluam non exiuit. ut not. in l. cum te. C. de dona. ante nup.

Int. Quando relictum factum est familiæ, trahitur ne ad omnes de familia?

Res. Trahitur, intelligendo tamen, quod admittantur secundum ordinem graduum, & ut proximus in gradu, præferatur cæteris ulterioribus, l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de lega. ii. Corn. cons. clxxxii. col. iii. uol. ii.

Int. Quod nanque uerbum est illud collactaneus (quid enim aliàs significet notum est ut dicit Iurecon. & ibi glo. in l. si collactaneus. ff. de manu. uindict.?)

Res. Delicatum, quo (ut D. Hieronymus inquit pariter in episto.) æqualem significamus, ad Furiã scribens de uiduitate seruanda, ibi. nec procurator calamistratus, nec formosus collactaneus, nec caudidulus & rubicundus assecla, adhæreat lateri tuo.

Int. Ex contrariis probationibus, illa prẹualet quę fauet libertati. l. lege Iulia Petronia. ff. de manumiss. uind. cuius etiam meministi supra licet ad aliud, ni fallor, quid in pia causa?

Res. Idem (ut Ro. ait in authen. similiter. col. xj. C. ad legem Falcidiam.) signanter per tex. in d. l. lege Iulia.

Int. In repub. bene instituta, fit ne compensatio delicti, & uirtutis, meriti & demeriti?

Res. Non, imò premio uirtus, pœna uerò afficiuntur uitia. est uerum, quod dubium facit text. in l. ad bestias ibi roboris & artificii. ff. de pœn. qui tamen pugnat cum l. iii. §. in bello. ff. de re mil. ideo uidendus est Feli. in c. illud. de maio. & obed.

Int. Si statutum requirat consensum consanguineorum, masculinum istud concipiet ne fœmininum?

Res. Non ut in terminis tenuit Bald. in l. i. C. qui admi. & in l. fin. C. de uerbo. significa. & hoc propter fragilitatem sexus, & quia regulare est in materia differenti, quod non concipiat ut not. in l. i. ff. de uerb. sig. & in l. quicunque. C. de ser. fugi. & est argumentum in l. fi. ff. de tute.

Int. Instituo fratrem meum & filios eius, sunt ne omnes simul inuitati, an uero ordine successiuo?

Res. Hoc modo & non illo. l. peto. §. fratre. ff. de lega. ii. not. in l. Gallus. in §. quidam rectè. ff. de lib. & posthu.

Int. Mater transiens ad secunda uota, succedit ne filio primi matrimonij?

Res. Non in bonis prouenientibus à patre nisi in usufructu, in aliis aũt sic auth. ex testamẽto. C. de secun. nup. Corn. cons. ccii. col. v. uol. ii.

Int. Si mutuo detur pecunia famulo, castaldioni & simili poterit ne contra dominum agi?

Res. Non nisi probetur id in utilitatem ipsius domini uersum ut tradit Inno. in c. pe. de fideiusso. & Ias. in l. lecta. col. ii. ff. si cer. pet. & Bal. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle.

Int. Nominum distinctio, quare inuenta est?

Res. Vt significaretur diuersitas entium. l. si idem. C. de codicil. & ideò nepotis appellatione, propriè non uenit filius fratris, ut inquit Bald. in l. uxor. col. i. C. qui accu. non pos.

Int. Quare uulgo dicitur, quod pœna delicto est commensuranda. l. sancimus. C. de pœn.?

Res. Quia (ut inquit D. Hieronymus in dialogo aduersus Pelagianos) uitium ferula dignum non est gladio uindicandum, nec dignum gladio scelus ferula coercendum.

Int. Per legem ciuilem, potest ne tribui iurisdictio clerico?

Res. Potest, Glo. est singul. in l. ex ea. ff. de postu. & probatur in autẽtica habita. C. ne fi. pro pat. exẽpli gratia episcopo, ut pote ordinario uel etiam delegato. c. inter dilectos de fid. inst. Bal. in Marga. sua iurisdictio. ij. nu. 10.

Int.

Int. Dicta auth. habita. habet ne locũ hodie, an uero ei est in aliquo derogatum?

Res. Iacob. de Belui. in §. quod autem in autentica ut ind. si. quoquo suffra. in vij. oppo. sentit qđ sic, per illum tex. dic nt per eum.

Int. Si maritus constante matrimonio confiteatur se recepisse dotem an uideatur confiteri animo donandi?

Res. Non, sed spe futurę numerationis, usq; adeo ut possit obiicere exceptionem non numeratæ dotis. argumentũ in l. cum de indebito. ff. de proba. Imo. & Ro. in l. si diuortio. ff. de uer. ob. Saly. in l. li. C. de do. cau. non nume. Feli. plene in c. si cautio col. xix. de fi. inst.

Int. Si debitum ex causa emptionis & uenditionis in causam mutui conuertatur, poterit ne obiici exceptio non numeratæ pecuniæ?

Res. Non, l. aduersus. C. de non num. pecu. quia nõ est facta confessio debiti sub spe futurę numerationis ut in l. in contractibus in prin. C. eo. et ideo campsor pari modo pro alio promittẽs, nec dictã exceptionẽ obiicit. l. frustra & ibi no. C. eo.

Int. Qualitas adiecta uerbo debet intelligi secũdũ tempus uerbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. ac. quid si resultet absurdum?

Res. Isto casu secus, argumentum. in l. nam absurdum. ff. de bo. lib. Bar. in l. ex facto. col. i. de uulga. & pup. sub.

Int. Qui agit sine actione nulliter agit. l. si pupilli. §. uideamus ff. de nego. gest. an idem sit si agatur sine causa?

Res. Idem. l. ii. §. circa. ff. de excep. do. & dictum est alibi satis.

Int. Emphyteosis ecclesię transit ad hæredes, quid si fuerint extranei?

Res. Isto casu nõ trãseunt. §. emphyteosim. in auth. de non alienan. §. alienationis eo. ti. & lib. glo. Bar. & Bal. in l. etiam ff. sol. mat.

Int. Quid sibi uult uerbum *Calatis Comitijs*, positũ insti. de testa. in prin.?

Res. Nil aliud, nisi uocatus καλῶ enim uerbũ græcum est, & ita idem sonat quod uoco, ut in Saturnal. Macrob. inquit.

Int. Fuerunt ne leges fforum ante aduentum CHRISTI?

Res. Annis CCC. ut not. in l. multum interest. & ibi Bart. in specie. ff. de uerbo. obliga. unde constat quod posthumus etiam non baptizatus legẽ duodecim tabula. rumpebat testamentum, quod hodie non reperitur mutatum, sed expressum lõge magis. l. i. & ii. ff. de iniusto testa. Corn. cons. clxxvj. col. iii. uol. ii.

Int. Poteſt ne uenditor compelli ad faciendum instrumentum contractus?

Res. Potest, ut per Bar. & alios in l. si finita. in §. elegantter. ff. de dam. infec. idem Bar. in l. ex ea. ff. de uerbo. obli. Bal. in l. instrumenta. C. de fideicom. & in l. plures apochis. C. de fide instru.

Int. Quid sibi uult uerbum ex periculo, positum in titu. C. de sen. ex periculo. recitan.?

Res. Nil aliud, nisi tabulas exprimi, quibus sententiæ recitantur, uerbumque inusitatum est, quo Iustinianus reprehendi meretur.

Int. Quis non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. ius nostrum. ff. de regu. iur. ubi etiam Iurecon. assignat rationem, sed an aliquo casu tamen & ratione Iurecon. non obstante possit?

Res. Potest utique permissione legis ut in milite ita Bartol. in l. cunctos populos. nu. 38. C. de summa Trini. & fid. catho. uel ex diuersitate consuetudinis & patrimonij, quia statutum dicat quatuor testes tantum sufficere in testamento, quoniam hæres ad bona existentia in territorio admittitur, alii uero ab intestato, quoad bona existentia extra, ut idem Bar. dicit in loco præallega. nu. 36.

Int. Quid differt erro à fugitiuo?

Res. Magno interuallo, fugitiuus enim est qui fugit a domino, seq; celandi causa abdidit, erro uerò qui ierit tempus sine causa, postea ad dominum redit. l. quis sit fugitiuus. in princip. & in §. erronem. ff. de edili. edict. deque errone isto Tib. sic.

Atque iterum erronem sub tua signa uoca.

Int. Si princeps promouit ex certa scientia aliquem inhabilem, ualebit ne promotio absq; alia clausula non obstante?

Res. Sine dubio. l. quidam consulebant. ff. de re iudica. l. idem Vlpianus. ff. de excu. tuto. Feli. in c. præterea. de testi. cogen. maximè quia certa sciẽtia dispẽsationem operatur ut in dictis locis not. & in l. Barbarius Philippus. ff. de offi. præto. Idẽ Feli. in c. nonnulli. col. xviii. de rescrip.

Int. Si Papa cum transgressoribus facit aliquẽ actũ tanquam cum habilibus, talis tolerantia habebit ne uim dispensationis?

Res. Habebit quia non est actus constans in pati, sed in agere, ut not. in l. Barbarius. præallega. de offi. præto. & in c. ueniens. ubi But. & alii de fil. præsbyt. Feli. in c. omnes leges. col. v. i. dist.

Int. In ostio ædium, scribebant ueteres, arse uerse, quid sibi uolebant uerba hæc?

Res. Non aliud, nisi ut ignem auerterent, & arse uerse, id est ignem auerte, adeò curæ sibi erat ne incendio orirentur in urbibus. l. iii. §. cognoscit autem. ff. de offi. præfe. uigi. ex quo fit ut nec ob id fortè, in urbe comburi permitterentur cadauera mortuorum. l. iii. §. diuus. ff. de sep. uiol. & de his alibi satis.

Int. Quare est quod Cice. procuratorem uindicem appellat?

Res. Quia alterius causam uindicandam suscipit.

Int. Renuntians liti amplius agere non põt. l. post quam liti. C. de pac. sed an fateri uideatur aduersarium suum ius habere?

Res. Non, ut ibi not. & in l. si te. & ibi maximè Bal. C. de inge. ma. Feli. in c. olim. ad fi. de rescrip.

Int. Quid si quis tenuitiet appellationi, à simili ui debit ne fateri sniam latam iustã & esse iustam?

Res. Sine dubio.l.iii.C.de fide instru.Bal.in c.i.in §.iudices.de pace iura.fir.in usib.ad fi.Abb.in c. pastoralis.in §.quia uerò.ubi etiam Feli.in c. ii. de offi.deleg.

Int. Aliqua bona fuerunt subhastata & uendita,an eorum rescisio peti possit?

Res. Potest,quando est magnus excessus,aliàs non l.ii.C.de iu.fi.lib.x.not.in l.i.C.præd.cu.eo.lib. disputat Corn.& tandem ita residet consi.lvi. uol. tertio.

Int. Quid uolunt sibi uerba in l. dominus Sticho, ibi Stichus summis quibus reliquatus erat tam ex kalendario,quam ex uicariis causis,reddidit. ff. de pecu. lega.

Res. Non aliud,nisi quod reddidit summas quarū debitor erat;inusitatumq; iureconsulti uerbum est,quod nullibi(cętera sunt plana)me legisse ni si ibi, sum memor.

Int. Dici solet quod in iudicio quasi contrahitur. l.iii.§.idem scribit.ff.de pecu. Cur sic & nō absolutè quod in iudicio contrahitur?

Res. Quia iudicia sunt de iure ciuili ut institu. de obli.in prin.contractus uerò iurisgentium. l. ex hoc iure.ff.de iust.& iu.ideò dicit quasi cōtrahi.

Int. Priuilegium concessum est patri, & descendē tibus,an ad filias nuptas extendatur?

Res. Non, imò quod eisdem nubentibus cessat ut not.Bar.in l.quotiens.C.de priui.scho.lib. xij.

Int. Gene. iiij. dicitur sic, nunc igitur maledictus eris super terram,& tamē nullibi reperitur quod quis maledicatur à Deo, quomodo ergo hoc ipsum intelligemus?

Res. Quod in dictis uerbis non est maledicti effusio, sed maledicti iam existentis enuntiatio. Et quanquam Deuterono.xxj.rursum dicatur.Maledictus à Deo est,qui pendet in ligno, intelligi tamen debet id,quod omnes maledictiones humani generis Deus in eo transposuerit.& appellatur allegoria,seu tropus uel permutatio, cum aliud signatur quam id quod dicitur,uerbaq; tonant,quale illud Poetæ etiam.

Mihi paruus Iulus,

Sit Comes,& longe seruet uestigia coniunx.

Longe id est ualde. Item.

Quid tantum insano iuuat indulgere Labori.

Insano,id est magno.


Int. Quare in lege ueteri nullibi reperitur dictam pater,sed domine,in noua autem sic, ecce. Pater noster qui es in cœlis &c.

Res. Quia illa erat lex timoris, ista amoris.

Int. Gesta à falso procuratore, possunt haberi rata l.iii.§.falsus.ff.rem rat. habe.quid si gesta sint coram principe?

Res. Isto casu secus.c.ex parte decani.de rescrip.& ibi Inno.argumentum in l.fi.C. de his qui à non do.ma.ex quo ualde detestabile est uitium omni modo puniendum,quandoquidem ipsius principis conscientiam fefellerit,inquit Feli.in c.nonnulli.in §.sunt & alij.col.iij. de rescrip. Bal. ante eum in l.falsus.col.ij.C.de furt.

Centuria Decima.

Int  N sponsa propria committi ne potest raptus, puta quia nondū traducta sit ad domū?

Res Non,ex quo nemo re sua uitio se uti præsumitur.l. meritò. ff.pro socio. Vel quia matrimonium nunquam dissoluitur,aut etiam,quia raptor non est qui sua possessione utitur,quam spō sæ adipiscitur quam primum sponsalia intercesserunt,ut inquit glo.in c.lex illa.xxxvj.q.j.& habetur etiam in c si quis uirginem .xxxvj.q. ij. & in c.cū causa, de rapto. quorum non est recordatus Bal.qui tenuit contrarium,in l.unica. de rapnirg.& malè.

Int. Quando precessit tractatus de nuptiis ad idem habet ne locum pœna raptus?

Res. Minimè,casus est in prealleg.c.lex illa.xxxvj. q.j.de quo multa tamen Corn. cons. lxxx. col. i. uol.secundo.

Int. Mater & auia in tutela praferuntur omnibus aliis,tamen titu.quando mul.tut.offic.fun. post ponitur titulo de legi.tu.quid iuris?

Res. Iure nouissimo autenticorum, quod positum est ab Irne.in aut.matri & auiæ. C. quando mul. offi.fun.ruit argumentum ab ordi.titulorum, in matre & auia,ita Corn.pulchrè ubi alia multa in materia,cons.ccxxxviij.nu.11.uol.iiii.

Int. Decretum iudicis requiritur in alienatione bonorum minoris.l.i.ff.de reb.eo.quid si transferantur bona in monasterium propter professionem quam facit regula monachalis?

Res. Roma.in auth.similiter. col. viij. dicebat hoc casu opus non esse.C. ad legem Falci.

Int. Quæ est ratio quod in lege condenda maximè diuinæ maiestatis auctoritas necessaria est,l.i. in prin.C.de uct.iur.enu.?

Res. Ne(inquit Plato de legi.j.)aut absolescat, aut fraude,& uiolentia confringatur.

Int. Est ne digna morte omnis trāsgressio pcepti?

Res. Non,sed quando non obediens, legem transgreditur,puta de non transcendendo mœnia urbis,ut fecit Remus ob id à Romulo fratre interfectus.l.fi.ff.de rer.diui.& ita intelligitur quod dicitur in c.ii.de maio.& obedi.& ibi Feli.col. iii.

Int. Omne quod ædificatur cedit solo, inquit tex. in §. cum in suo. insti. de rer. diui. quid in solo ecclesiæ?

Res. Secus erit hoc casu.c.Apostolicos.& ibi Archidiaco.xii.q.ii.imò glo.ibi in uer. construxisse.Bal.in l.in tantum,lectu.i.ff. de rer. diui. Ro. in auth.similiter.col.vj. C. ad legem Fal.

Int. Quæ differentia sit inter diuortium & repudium satis liquet.l.inter stuprum.§. diuortium. ff.de uerb.sign,dictumq; est alibi satis,item quare diuortium.l.ii.ff.de diuor.se d quare repudiū?

Res. Vale.Flac.inquit ob id fuisse dictum, quis ob rem pudendam communiter sis,ecce.Cęsar repudiauit

dlauit Pompeiam de adulterio suspectam, dicens mulierem non solum à peccato abstinere debere uerum etiam à suspicione. Sic Q. Antistius uxorem, quia cum alia uitæ contaminatæ semel loqui uisa est. & P. Sempronius quia eo inscio uxor ad spectacula publica se contulerat.

Int. Possumus ne coniectura assequi, Curtium, alia ratione quam patriæ charitate (ut uulgus ait) se se tam alacriter in hyatum terræ præcipitasse?

Res. Existimo ego sanè, tum patriæ amore id ardenter magno excelsoq; animo fecisse, tum quia oraculum interpretatus preciosissimá esse hominis animam intelligebat. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccle.

Int. Qui possidet rem hæreditariam censetur ne hæreditatem adiuisse?

Res. Sine dubio. l. gerit. l. pro hærede. ff. de acquir. hære. l. i. C. de rep. hær. eaque est ratio ut in dictis iuribus habetur, quia aditur solo animo, aliquo modo etiam declarato, quod fit hoc casu quia (ut dictum est) rem possidet hæreditariam.

Int. Si hæreditas ad propositum fuerit adita, poterit ne amplius repudiari?

Res. Non. l. sicut. C. de rep. hær. & dictat ratio, quia adeundo quasi contrahit. l. apud Iulianum. §. fin. ff. quib. ex cau. in pos. ea. & consequenter se creditoribus obligasse uidetur, & sic ipsis ius quæsitum est, quod sibi auferri non potest. l. fin. ff. de pac. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. argumentum in l. sicut. C. de ac. & obli.

Int. Si filia nubat inscio patre, imò etiam inuito, digno tamen poterit ne ab eo peti dos, & cogi amplius ad eam persoluendam?

Res. Poterit secundum glo. in c. fi. xxxii. q. ii. & est argumentum in l. qui liberos. ff. de ritu nup. & in l. fi. C. de dot. promissio. & in l. obligamur. in §. lege. ff. de act. & obl.

Int. In l. si uulga. ff. de ritu nup. dicitur, quod palá delinquentes ut errantes maioris pœnæ excusantur, clam uerò committentes quod ut contumaces puniuntur. Clam id est occultè, unde clandestina matrimonia dicimus, clandestinam possessionem & simile, ut toto tit. de cland. despon. & in l. clam possidere. ff. de acqui. pos. uerum uerbum istud clam, quo sæpissimè utimur, unde dictum est?

Res. A clauibus quod his, quæ celare uolumus (ut Val. Flac. ait) claudamus.

Int. Qualitas patientis inspicitur potius quam agẽtis. l. palam. ff. de ritu nup. sed quid in loco commissi delicti?

Res. Idem ut magis propriè commissum dicatur in loco, ubi est patiens, quàm in eo, ubi est agens ut inquit Bal. & benè in statut. maleficium. nu. 1.

Int. Ex pluribus conditionibus in testamento appositis, attenditur ultima. l. quod traditum. ff. de cond. & demon. sed quid in causa pia?

Res. Secus est tunc, nanque uel prima attenditur, uel alia quæcunque quæ implemento sit leuior. l. sub diuersis. ff. eo. l. quidam. l. quod uulgo. ff. de ma. testa. Ro. in auth. similiter. col. xliii. C. ad legem Falcidiam.

Int. Quæ est ratio quod cui nocet sententia eidem etiam noceant acta, ut dicit Bar. in l. sæpè. ad fin. ff. de re iudi.?

Res. Quia ex actis iustificatur, habetq; relationem ad ea ut not. in l. ii. & in l. edita. C. de edẽ. & utrobique dixi, & in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. & in c. cum ad sedem. de resti. spol. Bal. in l. i. col. i. C. de senten.

Int. Iudex postea quam sententiam semel dixit iudex esse desinit, functusq; est semel officio suo, uel benè uel malè. l. iudex posteaquam. ff. de re iudi. sed quid in eligentibus indignum?

Res. Idem. l. pecuniæ. ff. de ali. & ciba. lega. quem tex. ad hoc dicit not. Bald. in Marga. sua electio. nume. 16.

Int. Quid sibi uult tex. in l. contumacia. ff. de re iudi. ibi, litis damno coerceatur contumacia eius, qui ius dicenti non obtemperauit?

Res. Non aliud, nisi quod is est condemnandus ad litis ęstimationem argumentum in c. cognoscentes a sensu contrario. de constitutio. ibi rem quę culpa caret in damnum uocari non conuenit, id est condemnandum non esse eum, qui culpa caret, ergo aliàs qui culpa non caret ut in casu isto, & d. l. contumacia sic, inusitatumq; uerbum est, tolerandum tamen utpotè dictum à Iure consulto, sicuti alibi alia etiam multo plura.

Int. Adhuc dubito quoad quædam superius dicta, si iudex tulerit sententiam nunquid saltim possit supplere in accessoriis?

Res. Potest sed tamen eodem die. l. Paulus respondit. ff. de re iud. not. in l. iudex posteaquam. ff. eo. & quando non derogatur in aliquo sententię, sed additur uel condemnatio uel absolutio expensarum, quæ fuerat omissa ut pulcherrimè declarat Ancha. cons. clxxxij. col. iii. in princip. pulchrius Abb. in c. quia nonnulli. col. iiii. de rescrip.

Int. Exceptio nullitatis, impedit ne sententiæ executionem?

Res. Non, si requirit altiorem indaginem, aliàs sic si incontinenti probari potest. l. iiii. §. condemnatum. & ibi Bar. not. aliiq; simul. ff. de re iudi.

Int. Interlocutoria sententia reuocari potest. l. qđ iussit. ff. de re iudi. quid si uim habeat diffinitiuę?

Res. Isto casu reuocari non poterit, ut ibi not. Bar. & benè, quid autem sit interlocutoria & diffinitiua, seu habens uim diffinitiuæ, est glo. singula. in cle. i. in uer. diffini tiua. de seq. pos. & fruc.

Int. Si arbitri (ut notum est etiam tyronibus) iurisdictionem non habent. l. priuatorum. C. de iuris. om. iudi. quo modo cognoscunt, & arbitrantur?

Res. Habent notionem quandam, loco iurisdictionis succedentem. l. prętor ait. in prin. ff. de re iud. quam (ut Sext. quoque ait de uerbo. signi.) Prænestini Tongitionem uocant, quia tongere est cognoscere.

Int. Omissio ordinis de quo aliàs in l. à diuo Pio. in §. in uenditione. ff. de re iudi. reddit ne actum

ipsum

ipsum nullum, sicuti (si quidem forma in eo requisita omissa) redderetur aliàs. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de uer. obli.?

Res. Non, ut in d. §. in uenditione. not. Corn. pulchrè cons. cix. nu. 6. uol. iii. neque eo prętextu debet retractari, citra remedium appellationis tamen, ut uolunt Bar. & Paul. in d. §. in uenditione. Ioann. And. But. & Bal. in c. quoniam frequenter in §. fi. ut lite non cont. Idem Corn. cons. clxxxv. nu. 2. uol. iiii.

Int. Filius potest a iure uendicari, & ciuis a ciuitate. l. i. §. per hāc. ff. de rei uendi. l. de iure. ff. ad municipal. uerum quid in marito nunquid pari modo uxorem suam possit uendicare?

Res. Feli. & Abb. ante eum, contra Inno. in c. illud. col. j. de præsump. concludunt quod sic, imò qđ uxor quoque potest petere maritum sibi adiudicari. c. i. de ordi. co. & ut ipsi fusius in dicto loco.

Int. Fructus bona fide percepti debēt ne restitui?

Res. Non, quia eos percipiens ex re bona fide possessa facit suos. l. bonæfidei. in prin. ff. de acquir. rer. domi. l. qui scit. §. qui in alieno. ff. de usu. plenè in l. ex diuerso. ff. de rei ueud. Alex. cons. xliiii. col. ii. uol. iii.

Int. Posidenti non datur uendicatio, sed agenti. l. in rem. ff. de rei uendi. §. omnium. insti. de acti. c. examinata. de iudi. dictumq; fuit alibi, sed nunquid possit petere se declarari dominum?

Res. Potest, quando agens dominium non probat ut declarat Lap. allega. lix. col. iiii. & in simili habetur in l. si finita. in §. eleganter. ff. de dam. infe. & in l. si contendat. ubi glo. ff. de fideiusse. Feli. in c. aduersario. col. pe. de exceptio.

Int. Quid sibi uult illa trita regula, quod actore nō probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden.?

Res. Nil aliud nisi quod obtinet non modo suo iure, uerum etiam ex non iure actoris. d. l. qui accusare. l. actor quod asseuerat. C. de proba. l. fi. C. de rei uendi. Corn. cons. xlvj. col. iiij. uol. iij.

Int. Quæ est ratio quod hęres non impugnat factū defuncti. l. cum à matre. C. de rei uen.?

Res. Quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repelli exceptio. l. uendicantem. ff. de euictio. & quia factum non impugnatur eius, ex cuius persona quis sentit lucrum. l. ex qua persona. ff. de reg. iur. Corn. cons. cviij. col. iii. uol. iii.

Int. Ius superueniēs auctori prodest ne successori?

Res. Casus est decisus quod sic, in l. si à Titio. ff. de excep. do. Corn. cons. lj. col. ii. uol. iii.

Int. De capite alibi mentio facta est, & maximè qꝫ ibi præsumatur corpus ubi est caput. l. cum in diuersis. ff. de religio. uerum quæro nunc unde caput dicatur?

Res. A capiendo (ut inquit Varro) quod inde capiant initium sensus, ac nerui, uel quod in eo omnes capiantur sensus. pro toto homine capit etiā D. Hiero. in epi. ad Theodosium ibi. uerum quia hoc mea faciunt delicta, ne consortio Beatorum inseratur, obsessum omni crimine caput, idcirco obsecro ut me, ex istius tenebris seculi uestro liberetis oratu.

Int. Iudex præcipit ne soluam creditori meo, accusato de graui crimine, uel damnato ad mortem, cui tamen soluere iurauerā, nunquid debeam iudici præcipienti obedire?

Res. Non, & plus quod si solueris solutio ualebit rectèq; eidem soluetur. l. reo. ff. de sol. aliàs periurium incurrens, timēdusq; est longe magis Deus quam iudex, inquit pulchrè Feli. in c. constitutus. col. x. de rescrip.

Int. Mercatura quam exercuit quis, prę sumetur ne facta nomine proprio an uerò alieno, in dubio loquor alio non apparente?

Res. Nomine proprio uulgata l. & magis. ff. de sol. l. Papinianus. ff. manda. Corn. cons. j. col. j. uol. j. & cons. liiii. col. i. eo. lib.

Int. In l. creditor. ff. de sol. ibi mox pecunia, qua ilra resp. utebatur quasi ærosa iussu præsidis sublata est, quæ erat pecunia ista ærosa?

Res. Quæ multum æris habebat ita Io. And. in c. quanto. col. ii. de iureiu. Hincq; Cyprum ueteres insulam ærosam identidem uocabant, quod in ea plurimum æris nasceretur, auctor est Val. Flac.

Int. Sicuti dicimus possessionem, & proprietatem nihil commune habere, imò quod differant ualde. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquire. pos. dicemus ne sic differre etiam traditionem possessionis seu rei, & iuris siue iurium concessionem, puta dominij uel usus?

Res. Indubitatum est à simili. l. traditionibus. C. de pac. l. qui tabernas. ff. de cont. emp. Corn. qui tamen ad istud nihil allegat consil. xxxiii. nume. 14. uol. iiii.

Int. Vbi est electa industria personæ, ibi actus per alium explicari non potest. l. inter artifices. ff. de sol. quid in Doctore legente?

Res. Isto casu poterit legere per substitutum, si tamen id consuetudo permiserit aliàs non. l. nemo est qui nesciat & ibi Bar. ff. de duo. re. & dixi alibi fusius.

Int. Est ne differentia inter hæc uerba consignare & assignare?

Res. Nulla, nisi uerbotenus, neutrumq; dominij translationem importat, sed simplicem traditionem tantum. l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de lega. ii. l. acceptam. C. de usu. l. obligatione. C. de solu. c. id constituimus. xvij. q. ult. Corn. consil. ccxxviii. col. i. uol. iiii.

Int. Ex perceptione fructuū, ostēdit ne possessio?

Res. Ostenditur & successione etiam, resultat dominii præsumptio, possessorq; dominus præsumitur. l. sicuti. §. si quæratur. ff. si serui. uend. not. in l. Titia. ff. sol. mat. & in l. iii. C. fini. regun. non nihil Bar. in l. i. ff. de acqui. pos.

Int. Sententia communiter transit in rem iudicatam post decem dies si interim non appelletur, auth. hodie. C. de appella. c. quod ad consultationem. de re iudi. an sit aliqua quæ transeat statim seu nunquam?

Res.

Res. Sententia cẽsurę transit statim, in causa matrimoniali nunquam ita Bal. in l. furti. in §. i. col. ii. ff. de his qui n ot. infa. & in Marga. sua sententia. nu. 116.

Int. An ordo substãtialis dicatur, quicquid placet principi etiam si sint ea siue de his quæ non sunt ordinis & de quibus aliàs in l. prolatam. C. de senten.

Res. Quod principi placuit legis habet uigorem. §. sed & quod principi placuit. insti. de iu. natu. l. i. ff. de consti. prin. et qui resistit principi deq; eius ptãte disputat, sacrilegus est, l. ii. C. de cri. sac. ideo dico quod sic, tradit in specie Feli. in c. cum delicta. col. vij. de rescrip.

Int. Si pręcessisset absolutoria, erit ne satis quod iudex pronuntiet bene appellatum ut reus intelligatur condemnatus?

Res. Communiter tenetur quod sic, ut per Bar. in l. eos. C. de ap. estque etiam glo. singu. in l. pręses. C. de sen. alias non sufficeret habere animũ condemnandi nisi exprimerentur uerba accõmodata ut per d. glo. inquit Corn. consi. cxli. col. ii. uol. quarto.

Int. Qui nascitur ante tempus quomodo uocari debet puta septimo mense, & de quo aliàs in l. septimo mense ff. de sta. ho.?

Res. Exterraneus (ut inquit Fest.) quod eũ mater exterrita aluo eiecerit.

Int. In l. Barbarius ff. de offi. præto. Barbarius philippus habebat exercitiũ iurisdictionis sine iurisdictione, potest ne esse contra iurisdictio in aliquo sine exercitio?

Res. Potest utiq; in furioso seu qui furere cepit. l. qui furere. ff. de sta. ho. Bal. in c. pastoralis, in §. fin. ad fi. de rescrip.

Int. Quæ est ratio si statutum dicat filios eorum qui pro rebellibus sunt damnati, nõ posse assumi ad aliquod officium, quod extendetur etiam ad ad eos qui sunt in utero. l. fin. C. de bo. damnato. quodque habebuntur pro iam natis haud regulare tamen. l. qui in utero, ff. de sta. ho.?

Res. Quia dicto casu de fauore agitur, quo fit ut mirum non sit si pro iã natis habentur, aliàs si de odio secus, & ut in d. locis not. Bal. egregie in statut. Rebelles nu. 5. sed melius est dicere, quod id sit in criminis detestationẽ. l. quisquis. C. ad legẽ Iu. ma. & est speciale & in contrarium ius cõmune. l. quæsitum §. denique ff. de fun. inst.

Int. Quare Septimius Seuerus, & Antoninus Caracalla filius, magni appellantur, in l. fi. ff. de priuile. ueterano. & in l. i. ff. de requi. re.?

Res. Quia Seuerus (quod non intellexit Accur. aliter exponens in d. l. i.) semper habebat in ore Alexandrum magnum eiusq; gesta, ut inquit Spartian. in uita ipsius. seq; illi æquandum putabat.

Int. De diuis fratribus, sæpè fit mentio, in l. diui. ff. de pœn. & in l. de qua re. ff. de inoffi. testa. & in l. diui. ff. de iure pat. qui sunt hij?

Res. Accur. & alij, Seuerum & Antoninum esse dixerunt, & malè, quia non fratres, sed pater & filius ipsi fuerunt, nec facit tex. in §. non tãtum. institu. de codicil. ubi hoc ad literam dicitur, quia uerbum fratres delendum est, nec reperitur in exemplaribus Theophli, eoq; decepti prædicti fuerunt. Diui hij fratres igitur fuerunt M. Aelius Antoninus, & Verus commodus, de quibus in l. congruit, & seq. ff. de offi. præsi. & in l. diuus. ff. ad legem Corn. de fal.

Int. Falsa latinitas uitiat scripturam regulariter. c. ad audientiam. de rescrip. quid si fuerit inepta?

Res. Tunc non uitiat, l. Imperator. & ibi not. ff. de sta. ho. Corn. cons. ccxxxv. ad fi. uol. iiii.

Int. Statutum facit mentionem aui paterni, cumquè excludit à successione, an comprehẽdat auiã eamque excludat pariter?

Res. Quia odiosum est, eam non comprehendit, nec masculinum fœmininum concipit hoc casu, ut per Bal. in l. quicunq;. C. de seruis fugi. Corn. cons. xcviij. col. iii. uol. ii. & cons. ciiij. nu. 22. & cons. cxx. col. i. eo. lib.

Int. Verbum alius, similitudinem notat, uel alia, ut per glo. tritam, in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. & in clemen. i. de iudi. sed quid si subiecta materia aliud dictaret?

Res. Isto casu secus. l. si uno. ff. loca. l si stipulatus. ff. de usu. Abb. in c. officij. de pœn. & remis. & in c. mulieres. de sen. excom. Rota decisio. i. ad fi. de rescrip. aliàs xxviij. in nouis.

Int. Quid uult in Andria comic. quando dicitur ut quimus aiunt, quando ut uolmus non licet?

Res. Non, aliud nisi id quod & nos sępe dicere solemus, quod potui nolui, quod uolui adimplere nequiui. l. multũ interest. C. si quis alte. uel sibi. Papa Leon X. fece tagliar la testa ad un gran Signore, il quale hauẽdo prima domandata cõfessione & communione si confesò, ma non si puote communicare, perche dubitò il Papa, non si leuasse il popolo à romore, O disse questo. S. qđ potui nolui (haueua molto che non s'era communicato, ne manco cõfessato) quod uolui adimplere nequiui.

Int. Statuta loquẽtia de successionibus ab intestato restringuntur ad bona intra territorium, iuxta not. in l. cunctos populos. C. de summa Tri. & fide catho. quid in his quæ sunt extra?

Res. Hoc casu seruabitur ius commune ut per Bar. in d. l. cunctos populos in vj. q. princi. Corn. cõs. cxv. col. i. uol. ii.

Int. Delegatus potest coercere impedientem suam iurisdictionem. l. i. §. i. ubi. Bar. ad fi. ff. si quis ius di. non obtemp. quid si sit collega?

Res. Tunc non poterit, quia par in parem non habet Imperium. l. nec magistratus ff. de arb. l. qui proprio. ff. de procurato. Feli. in c. i. col. vj. de offic. deleg.

Int. Potest ne derogari, l. hac edictali, de lucro dotis loquenti, per statutum. C. de secun. nup.?

Res. Potest, quia cõtinet ius positiuum, tradit Bal. in statu. dos. nu. 5. nec habet dubium, & uot. aliàs in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu.

Int.

Int. Maritus tenetur ne gubernare,& alere uxorē, etiam infirmam?

Reſ. Tenetur ſaltem uſque ad quantitatem redditūum dotis,ut not.in l.ſi cum dotem.in §.ſin autem in ſeuiſsimo.ff.ſol.matr.& eſt argumentum in l.pro oneribus.C.de iure do.& in l.ſecundum naturam.ff.de reg.iu.& in l.ab eo. C. de fideicō.

Int. Diuiſio inter fratres quomodo fieri debet?

Reſ. Docto.in l.i.ff.ſi cer.pet.multa dicunt, at illa communis opi.eſſe uidetur, ut ibidem not. & in l.ſi duobus.ubi in ſpecie Iaſ.col.i.C. communia de lega.quod fiat ſorte.

Int. Actus agentium non operantur ultra intentionem agentis uulgo dici ſolet. l. non omnis. ff. ſi cer. peta. quid in gratia conceſſa motu proprio?

Reſ. Nec ipſa debet aliquid operari, ultra intentionem cōcedentis,quotiens eſt in ea expreſſum aliquid,quo exiſtente uero uel falſo, princeps non ceſsiſſet,ita Feli.in c.cauſamque.col.pe. de teſti.

Int. Quid ſibi uolunt illa uerba in l.uinū.ff. ſi cer. peta.uinum per iudicem petitum eſt, cum tamen a parte petatur & non à iudice?

Reſ. Non aliud, niſi mediante iudice in iudicio, ſeu uia iudiciaria,& eſt uſitatus loquendi modus ut etiam dicitur in l.ſi.ff.de rei uen.& in l. in bonæ fidei.C.de reb.cred.

Int. In probanda hominis uita, quæ excedit tempus annorum centum,ut in l.ſi.C. de ſacroſanc. eccle. admittuntur ne teſtes de auditu auditus, quod tamē non eſt regulare,probatioq; aliàs ſui natura inefficax.l.ii.§. item Varus. & ibi not. ff. de aqua plu.arcen.?

Reſ. Io.And.But.Feli.& omnes,in c.licet ex quadam.in prin.de teſti.tenent quod ſic propter breuem hominum uitam. Et idem quando agitur de probando memoriam non extare, ut ibi & in l. ſi arbiter.ff.de proba.

Int. Certum eſt,quod ſtatutum contra libertatem eccleſię,non ualet,auth.caſſa.C.de ſacroſan.ecc. quod ſi ſit contra libertatem matrimonij?

Reſ. Idem dici debet,argumentum in c. gemma.de ſponſa.& in l.Titia.ff.de uerbo.obli. & not. in l. neque.& in l.nemine.C.de nup.& in c.ſtatutum de hære.Bal.in ſtatu.matrimonium, ubi exēpla.

Int. Conſuetudo non poteſt diminuere ſolemnitates requiſitas in alienatione rei eccleſiaſticę de quibus in auth. hoc ius porrectum. ut ibi not. & in corpore unde ſumitur.C.de ſacroſanc.eccl. & in c.i.de conſue.quid ſi foret tanti temporis, cuius initij memoria non extaret in contrarium?

Reſ. Credo hoc caſu ſecus eſſe dicendum, quando quidem habeat tunc uim priuilegij & conſtituti. l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quot.& æſti. c.ſuper quibuſdam.§.præterea.de uerb.ſigni.tantumq; tempus tollit reſiſtentiam iuris.c.i.de pręſcrip.in vj.& in terminis firmat Cardi.in clem.ii. in prin.col.iiij.de reb. eccle. non alie. & poſt eū Feli.in c.cum cauſa.col.iiii.de re iudi. fuſius.

Int. Si quis conduxerit domum, poſtea receſſerit timore malorum ſpiritualium(ut in ſimili inquit Bar.in auth.perpetua.C.de ſacroſanc.eccle.) uel quia peſtis cœperit pullulare, poſtea ceſſauerit, tenebitur ne ſoluere penſionem ſolitam?

Reſ. Non ſi primum probetur, ſique uerum ſit ſecundum & conſtet.l.habitatores. ff. loca. Iaſ. in addi.Por.inſti.eo.ad fi.

Int. Solemus ſæpè earum rerum mentionem facere quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & de quibus maximè in l.lex quæ tutores.C.de admi.tut. quæ nanque ſunt res iſtæ?

Reſ. Quæ non durant niſi triennio, etiam ſi ſit pecunia,ut per glo.& Docto.in l.i. in §. fuit quęſitum. ff. ad Treb. quia inuenta eſt ut expendatur, & ultra triennium durare non præſumitur.l. igitur.ff.de iur.delibe.l.i.& ibi glo.C.ſi aduer.uſucap.Corn.conſ.xlix.nu.11.uol.iii.

Int. Sublato ædificio debetur ne ſeruitus?

Reſ. Debetur ædificiumq; eſt reficiendum. l. eum debere.l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum.ff.de ſerui.urb. prædio.Corn.plene conſ.lxxiiii.col.i.uol.iii.

Int. Quid uoluit his uerbis dicere Cicero in familia.Sapiens qui ſibi non ſapit, ne quidquā ſapit?

Reſ. Non aliud niſi quod dicimus nos quoque,qđ ordinata charitas à ſeipſo incipere debet.l. præſes. C. de ſerui, unde uicinus uicini domum deſtruit ut ſuam ab incendio tueatur iuxta illud.

Nam tua res agitur proximus cū paries ardet. & ſocij merces in mari proicit nauta, funeſq; nautum incidit,ut ſe ſuaſq; ſeruet incolumes.

Int. Solum publicum debet eſſe liberum, & uia publica,uſque adeò ut pontes fieri non poſsint.l.altius.C.de ſerui.ſed quid ſi ſtatuto uel conſuetudine permittatur?

Reſ. Hoc caſu ſecus.l.an in totum.C.de ædifi.priua.Bal. in ſtatut. pons.

Int. Ad propoſitum d.l. altius. quod quęlibet res in dubio præſumitur libera, ponamus quod reus neget ſe debere, erit ne interim urgendus ad ſolutionem?

Reſ. Non,hac ratione, pręſumptionem pro ſe habens.l.pen.ff.de aqua quoti.& æſti.Iaco.de Belui.in §.coges.in auth.de manda.prin.

Int. Quod dicitur in l.mater.ff. ad Tertul.& in l. fœminæ. C. de ſecun. nup. de matre ad ſecunda uota tranſeunte, ut non admittatur ad filiorum ſucceſsionem in bonis paternis,ſed ſolum eorum uſumfructum habeat, eſt ne hodie in uiridi obſeruantia?

Reſ. Non,imò correcta ſunt dicta iura per tex. & ibi Iaco.de belui.not.in §.cum igitur.in auth.de non eligen.ſecun.nub.col.j.

Int. Dictum unius teſtis non ualet.l.ubi numerus. ff.de teſti.l.iuriſiurandi.C.eo. Imò quod nec Papa poſſet ſtatuere ei credi,ad præiudicium tertij. indicas.iii.q.ix.Feli. in c. conſtitutus. col. ix.de reſcrip.ſed quid ſi ageretur de probanda conſuetudine populi?

Reſ. Iſto caſu ei etiam non iurato crederetur, ita But.in c. fi. in ulti. char. in rep. de conſue. Feli, poſt eum ubi alia et multa in c.tuis col.ii.de teſti.

Int.

Int. Quæ est ratio quod iuramentum cal. tacite re mitti potest ut not. in l. ii. in §. quod obseruari. C. de iura. cal. & in c. i. eo. ti. Ias. in l. cum quid col. ii. ff. si cer. pet. dictumque est alibi satis, testis uero nec tacite nec expresse?

Res. Quia pars de facili calumniam dicit, testis nõ uel & fusius ut per Docto. in d. c. tuis, de testi.

Int. Prohibitus interrogari, si fuerit interrogatus faciet ne indicium, exempli gratia in l. i. & in l. interrogari. C. de quæstio. & in l. seruos. C. de testi.?

Res. Faciet, sed non ad efficacem condemnationẽ nisi suppleatur alijs probationibus secundum Bald. in d. l. seruos Feli. late. in c. cum dilecti. col. ix. de accu.

Int. Mediator & prosenet a est ne testis idoneus?

Res. Quanquam Bart. in l. deferre. in §. idem decreuerunt. ff. de iu. fis. dicat quod non, nisi deponat pro utraque parte, uolente, nihilominus Bal. in l. omnibus. C. de testi. declarat dictum Bal. uerum, quando nollet deponere, quia non cogitur, uolens autem altera parte instante, testis idoneus erit. fusius Corn. consi. lxxxi. nu. ii. uol. iii.

Int. Ad propositum testis, amicitia simplex reddit ne eum inhabilem?

Res. Non, imò quod nec frater fratrem repellit, glo. est in §. cogitãdum in auth. de Monach. Bar. & Bal. in l. eos & in l. parentes. C. de testi. Corn. consi. cxxxi. nu. 8. & 9. uol. iiii.

Int. Testi de credulitate deponenti non est creden dum. l. testium C. de testi. sed quid si deponat super eo. de quo nulla certitudo possit haberi, sufficiet ne, si dicat credo?

Res. In d. l. testium dicunt Docto. quod sic & probatur in l. i. C. ad legem Corn. de sica. & in l. i. in §. diuus. ff. eo. & in l. iusiurandum & ad pecunias in prin. ff. de iureiu. & firmat Iaco. de belui. au §. hinc nobis col. iiii. in auth. de her. & fal.

Int. Testamentum scriptum per notas inusitatas non ualet. l. sed cum patrono. §. fi. ff. de bo. po. dictumque est alibi satis, sed nouissime quid in pia causa?

Res. Secus, ualebitque sine dubio, ita Ro. in auth. si militer col. xxii. C. ad legem fal.

Int. Si testes absfuturi sunt, uel senes, & ualitudina rij, potest ne peti eos examinari, etiam ante litem contestatam ad perpetuam rei memoriam?

Res. Potest, ut in auth. si quis. C. de testi. & in c. significauit. eo. tit. & in c. quoniam frequenter ut lite non contesta.

Int. Dictum est supra quod frater fratrẽ nõ repel lit quid in criminalibus?

Res. Secus, ex quo tũc probationes debẽt esse luce meridiana clariores. l. fi. C. de proba. & testes om ni exceptiõe maiores. l. lege iulia. C. de testi. not. in l. parentes. C. eo.

Int. Iudex ciuilis punit ne testem corã eo falsum dicentem?

Res. Videretur prima facie dicendum quod non l. solemus. §. latrũculator. ff. de iudi. & uidetur sen sisse Bar. in l. diuus. ff. ad legem cor. de fal. tamen cõtrarium uerius est, quia aures iudicis offendit, & est text. clarus hoc idem dicens in l. nullum. C. de testi.

Int. Quid sibi uulgatum illud uerbum uult, de quo apud Lucret. Vnus homo nemo?

Res. Non aliud nisi id quod nos quoque dicimus, quod pluralitas uno contenta non est. l. ubi numerus. ff. de testi. uel & melius quod nemo solus sapit satis μονος ανηρ ουτις ανήρ.

Int. Præparatoria præmitti debent ut not. in rub. C. de eden. & in rub. extra de iudi. si omittantur inducet ne omissio uiolationem formæ legalis?

Res. Bar. in l. si quæramus. col. ii. ff. de testa. dicit quod non, fusius tamen Feli. in c. cum dilecta. col. ix. de rescrip.

Int. Si agat quis sine mandato non admittitur, deq; personis prius quærendũ est. l. si quæramus. ff. de testa. nec præsumitur aliàs nisi ostendatur. l. si quis inficiatus. ff. depo. Bal. in c. ex parte. col. iii. de elec. quid si agat quis pro spoliato?

Res. Hoc casu (adeò spolium fauorabile est) admit tetur sine mandato. l. fi. C. si per uim uel alio mo.

Int. Filiusfamilias testari non potest. l. filiusfamilias. ff. de testa. etiam cum cõsensu patris, l. tam is. ff. de dona. cau. mor. sed an statuto uel consuetudine possit habilitari?

Res. Bar. in l. si quæramus. proximè allega. ff. de testa. dicit quod sic, & Bal. in l. testamenti factio. ff. eo. & in statu. solemnitas. nu. 4. & testari. nu. 16. dixi ego satis alibi. in l. cunctos populos, C. de summa Trini. & fid. catho.

Int. In diffinitione testamenti inque l. i. ff. eo. de te sta. uerbum mors uerificatur ne in naturali an ue rò etiam in ciuili? de una enim ad aliam ualet ar gumentum & æquiparantur in casibus tamen expressis à lege. c. susceptũ. & ibi not. de rescr. in vj.

Res. In naturali tantum ut ibi firmat glo. si tamen fusius uidere cupias uide Are. hoc ipsum disputã tem in tracta. de testa. col. i. & interim a glo. in d. l. i. non discedes.

Int. Dictantibus testamenta posse aliquid relinqui indubitatum est, inquit text. in l. dictantibus. C. de testa. sed quid est dictare propriè?

Res. Est, non scribere, sed notario scribendum pro nunciare, hoc est lingua tantum nostra uti, & manu aliena. Sic D. Hiero. in ep. ad Eustochium uirginem. Hunc tibi librum ad duas lucubratiunculas, eodem, quem tu sustines dolore dictaui, nam quotiès stilum figere uolui, & opus exarare promissum, totiens obriguerunt digiti, cecidit manus, sensus elanguit.

Int. In auth. hoc inter liberos. in §. per nũcupationem. C. de testamen. scirem libenter quid pariter sit nuncupare.

Res. Nuncupare heredem, est eo in loco nominare, quando fit testamentum sine scriptis, hoc est lingua testatoris tantum, unde etiam nuncupatiuum dictum est inde. & licet notarius scribat, id fit non alia ratione nisi ut probetur facilius. l. cõ

trahitur.

trahitur.ff.de pigno.Hinc Macrob. in Saturnal. Acca larentia nobilissimum scortum Po.Ro.nun capauit hæredem.

Int. Contrarietas & repugnantia, uitiosa res est, nec simul stare possunt quæ sunt huiusmodi. l. i. C.de fur.l.ubi repugnantia.ff.de reg.iur.& tamē uidemus sæpè in uno eodemque uolumine statu ta contraria & inuicem (ut dixi) repugnantia esse posita, cur igitur stant, tolerantur, & urgent?

Res. Vt nihil antiquitatis ignoretur, ut dicitur institu.de testa.& de lega. in prin. stantq; narratiuè non dispositiuè, posterioraq; derogant prioribus, & seruantur.l.pacta nouissima.C. de pact. Bal.in l.j.in §.quibus.in iij.not.C.de nouo Cod. compo.& in statut.statuere.nu. 12.& Græcè antiquitatis scrutatores (ut Lucret.inquit) παλαιοφόλ[?] uocantur.

Int. Quo modo procedit quod dicitur in l. hæredes palam.in §.sed si notam.ff.de testa. quod qui declarat nihil noui facit? & est not. text. quoque in l.adeò.in §.cum quis. ff. de acquiren. rer. domi.ibi nouam non facit speciem, sed eam quę est detegit.

Res. Procedit in declarante id quod est aliquid, sed obscurum, non ubi declaratio faceret de nihilo aliquid, puta in probatione nulla, in qua declaratio non cadit, ita Bal.in l.edita.in lectu.Paduana.col.iiii.C.de eden.Feli.in c.fina.col. fina. de præscrip.

Int. Quare est quod ad declarationem testamenti, duo sufficiunt, ut tradit Bar.in l. hæredes palam. in §.sed si notam.prællega.ff.de testamen.& tamen regulariter septem requiruntur, auth.hoc inter liberos.§.per nuncupationem.C. eo.?

Res. Quia ut idem Bar.dicit in loco prællega.) septem requiruntur ad testamenti solemnitatem, quæ omitti non potest, idem Bar.& Imol.in l.cū proponebatur.ff.de lega.ij.& quia (ut dictum est supra) qui declarat nihil noui facit, paucioriq; testium numero fieri igitur potest, quàm testamētum, quod etiam firmat Corn.cons.clxxiiij.ad fi. uol.secundo.

Int. Quæsitam supra an filiusfamilias, possit testari, a statuto habilitatus, & respondisti quod sic, & bene, nouissimè dubito, quid in pia causa nunquid habeat testamenti factionem?

Res. Ro.in auth.similiter.col.xxiij. C. ad leg. Fal. hoc casu etiam tenet quod sic, & benè, non secus ac si testaretur in castrensibus uel quasi in quibus habetur loco patrisfamilias.l.ij.ff.ad Macedo.

Int. Vnde sumpta est praxis, publicandorum testamentornm post mortem testatoris, & de quo in l.publicati.C.de testa.?

Res. Leges, datas Iudæis à Moyse, & Prophetis uocant testamētum, quod aperiri non poterat tunc nisi per mortem CHRISTI, id est reuelari & intelligi prius mysterium non poterat ut Lactan. ait, & hinc sumpta est publicandorum testamentorum praxis.

Int. Testamentum uno contextu fieri debet, aliàs non ualet.l.cum antiquitus. C. de testamen. sed quid in inuentario?

Res. Secus ut per glo.in §.si uerò absint.in auth.de hære.& fal.quam singu.dicit Bald.in Marga. sua inuentarium.nu.10.

Int. Præsentia principis supplet ne defectum solemnitatis legis positiuæ?

Res. Supplet.l.omnium.C.de testa. propter consiliarios & assistentes semper lateri ipsius, qui latrones quasi laterones uocantur, uel alias stipatores, quia stipati ferro circundant (ut Festus ait) corpora regum. Idemque Corn. consil. cxxvij. nu. 9. uol.ij.

Int. Quid sibi uult fabella illa Aesopica, mulier quædam gallinam habebat, oua aura parientem, ratam intra ipsam auxi massam inesse, eam occidit & non absimilem aliis reperit, sicque multum diuitiarum habere sperans, exiguo illo lucello quotidiano delusa est, & quodammodo sibi exitium comparauit.

Res. Non aliud nisi id quod alibi dicit glo.in l. cū hi. ff. de transac. ibi, ad præsens oua cras pullis, sunt meliora.

Int. Perempta instantia pereunt omnia acta, litis ordinatoria regulariter.l.cum lite mortua.ff.iudi.sol.latè Docto.in l.ii.C. de eden. quid si non tempore periisset, sed partes renunciassent in totum causæ per translationem ut in l.postquam liti.& ibi not.C.de pac.

Res. Isto casu secus, tex.est not.& ibi glo.Barto.& omnes in l.cum mota.C.da transac.Feli.in c.causamque.col.pe.de iudi.

Int. Postquam de transactione locuti sumus, est ne titulus habilis ad translationem dominij?

Res. Non, tex.est singula.pariter in l. si pro fundo. C.de transac.Corn.cons.cxcvj.nu.8.uol.ij.& dixi (ni fallor) alibi satis.

Int. Quæ est ratio quod decisioni & dispositioni. l.de his. C. de transac. renuntiari non potest, ut ibi not.

Res. Quia loquitur prohibitiuè, inductaq; est fauore publico, & in odium testamenta occultantium l. j. & ij. C. ne fideiusso. do.den.l. nam & si.ff.ad Macedo.l.ius publicum.ff. de pact. Corn. multa cons.cxxxv.col.ij.uol.ij.

Int. L.si quis maior.C.de transac.loquitur in transactione, nunquid procedat in pactis & cæteris contractibus?

Res. Omnes ibi communiter concludunt quod sic quoniam in sui ratione est generalis.l. regula.§. & licet.ff.de iur.& fac.igno.Corn.cons.cj. nu.8. & cons.cij.nu.12.uol. j. (est uerum ut dicit postea cons.cxxj.nu.6. eo. lib.) quod non seruatur Venetiis, ut in simili & ultra eum inquit etiam glo. in l. creditor qui non idoneum pignus. ff. si certum petatur.

Int. Quæ est ratio quod procurator ad agendum constitutus non transigit ut dicit uulg.illa l.quæ solet etiam scholaribus examinandis assignari, transactionis placitum.C.de transac.

Res.

Ref. Quia requiritur speciale mandatum ut ibi nota. & quia quod lex permittit ad unū finē, oppositum operari non debet, aliàs etiam cui permissa est accusatio, eidem quoque remissio permissa uideretur, non dicendum tamen, ut plenè per Bal. in statut. iudex. nu. 11.

Int. Quare in adulterio transactio, permissa non est. l. transigere. C. de transac.

Ref. Propter delicti frequentiam, ut inquit Bar. in l. qui cætu. in §. fina. ff. ad legem Iuliam de ui publi. & dixi ego latè aliàs in dicta l. transigere. in j. ij. & iij. lectu.

Int. Sententia transiuit in rem iudicatam, cui transigendo renunciari non potest, per pactum autem sic. l. iurisgentium. § si pacisciar. j. & ibi Bal. ff. de pac. quæ est ratio differentiæ?

Ref. Quia transactio fit de re dubia, l. prima. ff. de transactio. quod in pacto gratuito non est, aliàs à transactione non differret, quæ pactum non gratuitum dicitur, l. transactio. C. de transactio. ergo. & ita dicit etiam Feli. in c. inter cæteras. col. v. de re iudi.

Int. Tutores pupillorum à tuendo dicti sunt, quasi tuitores. l. j. ff. de tute. Veteres tamen non tutores, sed Titos appellabant, quod remp. tuerentur, sed qui hominis tutor est in genere?

Ref. Genius, is enim in tutela cuiusque esse dicitur dum uiuit, Deorum filius & pater omnium, quo homines gignuntur, Genialesq; Dij antiquitus elementa. Vel & clarius dico quod Genius Deus est naturæ cuiusque, siue quod una gignatur nobiscum siue quod nos genitos suscipiat & tueatur, quod non intellexit Accur. & somniat in l. si duo patroni. in §. fi. ff. de iureiu.

Int. Quisque tenetur rationem reddere. l. i. §. officio. ff. de tute. & ra. distra. l. cum seruus. ff. de condi. & demon. uerum si quis est, qui aliqua de causa non teneatur, erit ne liberatus a dolo rē gestis per eum?

Ref. Minimè. l. creditor. §. Lucius. ff. mād. l. si unus §. illud. ff. de pac. Corn. consi. ccxliij. nu. 11. uol. iij.

Centuria Vndecima.

Int. QVID sibi uult prouerbium, ultio Neoptolemea?

Ref. Nil aliud nisi id quod dicimus nos, quod quisque iuris in alterum statuerit ipse eodem iure utatur. l. i. & toto titu. ff. qđ quisque iur. ex quo Neoptolemum Priamum ante Iouis aram iugulasse ferunt, & ipse quoque ante illam Apollinis (auctor est Pausanias) iugulatus fuit.

Int. Inter filios inque legitima habet ne locum ius accrescendi?

Ref. Non, quia coniunctio legalis non causat ipsum ius, nisi inter hæredes, tradit Bart. in l. pater filium. ff. de inofficio. testamen. & Pan. Cast. in l. Proculo. ff. de lega. ii. Corn. consil. cccxxiiij. col. ii. uolu. iiij.

Int. Actus qui fieri non poterat nisi consensu consanguineorum, si sine factus sit, eisdem non existentibus, ualebit ne?

Ref. Sine dubio, ut uoluit Bal. in l. ii. C. unde uir & uxor. & in l. transactionem. C. de transactio. plenè Corn. cons. v. nu. 3. uol. iiii.

Int. Si concessio superioris facta sit spoliatori, tacenti se spoliasse, nocet ne spoliato?

Ref. Non. l. ii. §. merito. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. publi. tradit Bart. per illum text. in l. auctoritatem. C. unde ui. quem dicit aureum Feli. quod nec uiolenta possessio per rescriptum principis, confirmatur in c. postulasti. col. xx. de rescrip. & si quis beneficium impetrauerit, qđ impetratio non ualebit, si impetrans tacuerit, qđ id malè tenebat prius.

Int. Insultatus ab aliquo nisi potuit aufugere, non fugit eum occidit, punietur ne?

Ref. Barto. in l. i. C. unde ui. dicit quod non. Contrarium autem in l. ut uim. ff. de iusti. & iur. & istud est uerius.

Int. Facultas illa iurandi de qua in l. si quando. C. unde ui. quę habetur etiam in c. si. quod met. cau. transit ne ad hæredes damnum passi?

Ref. Est magna dubitatio, tamen communiter tenetur quod sic ut per Docto. in l. si per alium. in §. fi. ff. ne quis eum qui.

Int. Nota est decisio. l. si quis in tātam. C. unde ui. de inuadente uiolenter possessionem, sed nunquid mandatum iudicis a pœna illius excuset?

Ref. Inno. in c. ad nostram. j. de iureiu. sensit quod sic, cum declaratione tamen, de qua per Bald. in Marga. sua, mandatum. nu. 33. si mandatum emanauerit ritè. sed declaratio non est necessaria, quia alias mandatum non esset. l. iiii. §. condemnatum. ff. de re iudi.

Int. De lege Salica memini me alicubi legisse, quid sibi uelit nescio.

Ref. Lex ista alias fuit lata in regno Franciæ disponens, fœminas ad successionem regni nō esse admittendas. l. fœminæ. ff. de reg. iur. argu. in l. fœminę. ff. de eod. & in l. fi. ff. de tute.

Int. Statuta terrarum ad propositum eas sic excludentia propter masculos, sunt ne fauorabilia uel odiosa & iniqua naturę aduersantia. l. maximum uitium. C. de libe. præte.?

Ref. Fauorabilia, ut bona in agnatione & familia quam gentilitatem ueteres appellabant, conseruentur. l. i. §. denuntiari. ff. de uent. inspi. diximusq; alibi satis. & not. in d. l. maximum uitium. Hinc uxor Cambysis Persarum regis, dum lactucæ folia decerpsisset, illum interrogauit, num pulchrior sic esset, uel unita, unita respondit rex, cui uxor, te enim sum imitata, qui familiam patris tui dissipasti (Smerdin enim fratrem occiderat) quo audito ita percitus, illam calce percussit grauidam, simulatq; periit.

Int. In interdicto uti possidetis quibus uerbis utebatur prætor?

Man. F Ref.

Ref. His, uti nunc possidetis fundum nec ui, nec clam, nec præcario, alter ab altero, ita possideatis, aduersus ea uim fieri ueto, quod tum not. in titu. uti possid. tum Sext. de uerb. signi. tradit, in uer. possessio.

Int. Si conuenius dicat se possidere, resultabit ne ex hoc probatio turbatæ possessionis?

Ref. Sine dubio, ut per Bar. in l. si prius. ff. de nou. ope. nun. & Bal. in l. ordinarij. C. de rei uen. Cur. cons. 100. col. i. uol. ii.

Int. Dicta Solomonis in canone inserta habent ne uim canonis?

Ref. Absque dubio habebit, quia sic præcise iuquit tex. in l. i. in §. omniũ. C. de uete. iur. enuclean. ibi omnia nostra facimus quibus à nobis auctoritas impartitur. Idemque in c. si Apostolicæ. de præben. in vj. Feli. post Abb. per illum text. in c. i. in prin. de præsump.

Int. Est ne generaliter uerum quod una eademq; res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui edes. ff. de usucap.?

Ref. Non, quia a simili uidemus quod in uno eodemq; prato bos quærit herbã, canis leporẽ, & ciconia lacertã, uocesq; quam dissone in uno eodẽque choro, & quia simitando hanc eandem l. ad idem allega. dixi alibi satis, transeo.

Int. Si nouitates sunt odiosę & plenè tristissimi euentus. l. in rebus. ff. de constitu. princi. Cur dixit Impera. in l. ii. in §. sed quia. C. de uete. iur. enuclean, quod natura nouas semper depropera t edere formas?

Ref. Quia etiam (ut experientia docet magistra rerum efficax. c. quam sit. de electio. in vj.) non omnia placent, si maximè fuerint pulchritudine decorata. l. prima. §. in reliqua. in procem. Digestorum.

Int. Quare est quod Socrates idẽ semper dicebat?

Ref. Quia etiam ueritas una est, ea de re optimum quoque sulita ambulare uia fore existimaui, relicta insolita, quãdoquidem suspicione mali haud careat, argumentum in l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti.

Int. Dictum aut factum quid palam quando dici potest?

Ref. Quando dictum aut factum est coram tribus, l. palam. ff. de uerbo. significa. numerus enim ternarius est, in quo uniuersitas consistit, citra uerò neutiquam.

Int. Est ne uerum generaliter quod tractus futuri temporis non spectent ad iudicem?

Ref. Non, sed in odiosis tantum, non in fauorabilibus. c. Romana. de senten. excommuni. iuncta glo. Inno. in c. auditis. de procu. Bal. in Margari. taciturnitas. nu. 3.

Int. Lex permittit usuras dissimulando, non efficiendo, ut alibi dictum est satis post Bar. in l. cũctos populos. in v. oppo. C. de summa Tri. & fid. catho. quia hinc uidemus a simili etiam qđ Deus est causa mali non effectiuè pariter, sed (ut inquit Boetius) permissiuè, uerum quomodo procedit id quod dicitur, quod usuræ longo tempore non petitæ, pręsumuntur donatæ. l. cum quidam. §. diuus. ff. de usu.?

Ref. Procedit in usuris odiosis, non his quę petuntur ui interesse. l. curabit. C. de act. emp. Bar. in l. cum de in rem uerso. ff. de usu. Ro. in l. quæ dotis. col. v. ff. solu. matrimo. Corn. cons. cxlv. nu. 17. uol. ii.

Int. Exemplum exempli facit ne fidem?

Ref. Si exemplum non facit fidem. auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. multo minus faciet exemplum exempli, sicuti nec testis de auditu auditus, ita Bal. in specie in l. sancimus. de diuer. rescrip.

Int. Res quæ semel est mea non amplius mea effici potest. §. sic itaque. insti. de actio. sed quid si meã, ut meam conducam perdone dominium?

Ref. Non, ut dicit glo. in l. ei a quo. ff. de usu. imò quod si emo rem meam, emptio non ualet. l. suæ rei. ff. de cont. emp.

Int. Est ne differentia inter delictum & crimen?

Ref. Bal. in Marga. delictum. nu. 28. sensit quod sic, & seruit ad intellectum rub. ubi de cri. agi opor. quia delictum est genus crimen uerò species, illud si animu deliberato commissum sit, uel sine istud si animo tantum, & not. etiam glo. in auth. qua in prouincia. C. eo. titu.

Int. Quomodo intelligitur regu. qui per alium facit, per seipsum facere uidetur?

Ref. Hoc modo, quidam sunt actus naturales, quidam formales, quidam indifferentes, in naturalibus ut est comedere, & bibere, & similia facere per alium fieri nequeunt, & idem in formalibus, quoniam tunc personæ industria electa est, ut pingere, scribere, & legere: in indifferentibus igitur locum habebit. ut est docere. l. nemo est qui nesciat. & ibi Bar. ff. de duo. re. Fel. in c. mulieres. col. ii. de sen. excom.

Int. Cicero uirum bonum delinians, ait eum esse, qui prodest quibus potest, nocet autem nemini, nisi lacessitus iniuria, & nimirum quia uim ui repellare licet. l. prima. §. uim ui. ff. de ui & ui arma. l. prima. C. unde ui. l. ut uim. ff. de iusti. & iu. sed cur postea obliuionem iniuriarum alibi in magnis ponit laudibus?

Ref. Lactantius hanc contrarietatem perpendit, ego uerò puto, facilè conciliari posse, si dixerimus licere, uim ui repellere, si sit quis in discrimine uitæ constitutus, ut in dictis locis not. aliàs magnam nobis laudem comparabimus iniurias obliuisci.

Int. Relictum factum titulo legati uel fideicõmissi, inuabit ne testamentum nullum?

Ref. Non, ut tenent communiter Docto. in authẽ. nouissima. C. de inofficio. testa. & not. in §. aliud quoque capitulum, in auth. ut cum de appel. cog. Corn. cons. cccxx. col. i. uol. iiii.

Int. Proditor patriæ poterit ne exhæredari?

Ref. Non, quia nõ est de causis expressis in §. aliud quoq; capitulum. in auth. ut cum de ap. co. tamen

ex idemptitate rationis tenerem ego cõtrarium, quia hinc uidemus, quod succesibilis non est. l. i. C. de hære. insti. not. in l. eius. ff. de testa. & in l. minimè. ff. de religio. nonnihil tamen Marti. Lauden. in tracta. crimi. læsæ maiesta. q. xxxix.

Int. In suo cadit ne titulus pro hærede?

Res. Non, l. nihil. C. pro hæ. l. ii. §. filiũ. C. eo. Corn. cons. cxxii. col. ii. uol. iii. & cons. ccxcix. col. pen. eo. lib. Bal. cons. xx. col. iii. uol. v. idem Corn. cõs. lxxxvij. col. iii. eo. lib. iii. scilicet. & glo. in d. l. nihil rationem ponit, & uerum est, quãdo filius uenit ut suus, quia si ut agnatus secus, ut not. in l. i. C. qui admi.

Int. Ludi circenses de quibus in l. plenũ. in §. equitij. ff. de usu & habita. quos Romulus primus instituit in circo maximo, raptis Sabinis, quare (ut memoriæ proditum est) magni appellabantur?

Res. Quia magnis dabantur impensis, uel quia magnis Diis id est laribus urbis Romæ dati fuerant. unde Virgi.

Nec pcul hinc Romã et raptas sine more Sabinas
Consessu Caueæ magnis circensibus actis,
Addiderat, subitoq; nouum consurgere bellum
Romulidis, Tacioq; seni curibusq; Seueris.

nonnihil Ascon. in Verrem ii.

Int. Sicuti uerba secundum qualitatem pesonarũ, sunt intelligenda, sunt ne ita pariter res ea ratione dispertiendæ?

Res. Absq; dubio, quia hinc uidemus, experientia. que ipsa docet rerum magistra efficax. c. quã sit de elec. in vj. quod utili mouetur plebecula, honesto uiri uirtute præditi, ioco uerò & uoluptatibus pueri.

Int. Duo currunt ad brauium, cursu sunt pares, quid agendum?

Res. Diuidi debet. l. ex duobus. ff. de uulga. & pupilla. substi. Bal. tñ uidendus est, in statutis brauium. nu. 1. ubi ad idẽ in simili tamẽ, alia multa.

Int. Sicuti superior est potentior in statutis confirmandis, est ne ita potens, siue habet ne ita potentius ius, in eisdem interpretandis?

Res. Habet. l. fi. C. de legi. l. ex facto. ff. de uulga. & pupilla. substi. Bal. in l. fi. ff. eo. & in statu. interpretatio. nu. 13.

Int. Si quis dixerit nolo adire an dicatur repudiare?

Res. Sine dubio. l. i. §. si hæres. ff. ad Treb. l. i. §. qui semel. ff. de suc. edi. Bar. in l. filij. in §. j. ff. ad Tertul. not. in l. qui se patris. C. unde lib. Corn. cons. cccx. col. iij. uol. iij.

Int. Quando est timor armorum, seu rixæ, uel ratione controuersiæ, aut possesionis, potest ne iudex iubere partibus, ne egrediantur domo, uel ne accedant ad aliquem locum?

Res. Potest, & est argumentnm in l. æquissimum. ff. de usufruc. & in authen. de manda. princip. in principio. & ibi in specie Iacob. de Beluisio & ita sæpissimè seruatur hic, quod non ignoras.

Int. Infamia facti quid operatur? de infamia iuris clarum est, ut not. in l. prima. ff. de his qui noi. infam.

Res. Multa, primum repellit à dignitate, & à querela, eamque inducit, & testimonium attenuat, capitulo infamibus. de regulis iuris in sexto. l. in arena. C. de inofficio. testamen. l. fratres. eodem titulo, & libro. ubi etiam Bal. in secunda col. & in statut. infamia. numero secundo. ad finem. not. in l. cunctos populos. C. de summa Trinita. & fid. catho.

Int. Ex instrumẽto pacis uidetur ne quis delictum confiteri?

Res. Videretur dicendum quod sic. l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui nota. infam. Sed tamen contrarium uerius est, ex quo producitur ad excludendam condemnationem, ergo contrarium effectum operari non debet. l. si reus paratus. ff. de procurato. Non obst. text. in dicto §. qui iussu. quia suis terminis fictio de qua ibi contenta esse debet, quo ad infamiam tantum scilicet, & non quo ad fiscalem condemnationem, & sic restringi ut non operetur nisi in effectu ad quem inuenta est. l. secunda. §. primo. ff. de iure fisci. not. in l. tertia. ff. de fid. instrumen. & sentit Bald. in primo uolumine criminal. consil. uigesimosecundo.

Int. Potest ne alias delictum probari aliter quam testibus, uel coniecturis & præsumptionibus?

Res. Potest experientia naturali, aqua scilicet calida, qua sycophanta (fabella notissima est) ficus euomuit, delictumq; detectum est, ut per glo. in l. uerbum. C. ex quib. cau. infa. irroga. Bal. in Marga. delictum. nu. 30.

Int. Exautoratis de quibus in l. secunda. in §. primo. ff. de his qui nota. infam. licebat in aciem descendere?

Res. Non, sicuti nec pugnare fas erat, nisi sacramento adactis. ut in episto. D. Hiero. ad Heliodorum ait.

Int. Ad propositum d. §. j. quo modo ab antiquis appellari solebat, qui ignominiæ causa stipendium non habebat?

Res. Aere dirutus miles, ut Sext. de uerb. signi. dicebat, & scitu dignum est.

Int. Quod nanque ius approbatum dicitur esse?

Res. Id quod pro lege seruatur ut uoluntas testatoris. l. prima. C. de sacrosanct. eccle. & contractus qui ex conuentione partium legem accipiunt. l. legem. C. de pactis. l. prima. §. si conueniat. ff. deposi. Bartol. in procem. institu. in principio.

Int. Hæres non conficiens inuentarium tenetur ultra uires hæreditarias. §. si uerò. in authen. de hæred. & fal. quid si testator mandasset legata solui de suis bonis?

Res. Isto casu secus, & regu. limitat Bald. in l. prima. C. de his qui pe. no. in lectura antiqua. nonnihil Corn. consil. trigesimonono, numero septimo. uolu. quarto.

Int. Quare est quod uerba præsentis temporis ad futura trahuntur, non ad præterita?

Res. Quia lex semper loquitur. l. Arriani. C. de hæ-

re.& quia natura legis est dare formam futuris negotiis non etiam præteritis.l.leges.C.de legib.c.fi.de constitutio.not.in c.ij.ubi ego ēt latè eo.ti.

Int. Filio illegitimo relinqui non potest, quid si monasterium ingrediatur?

Res. Isto casu secus, quia tunc omnis macula abstersa est, ita Gul.de cun.in l.i.C.de sacrosanc.eccle. & Ro.in auth.similiter.col.xiiij.C.ad leg.Fal.

Int. Quare beneficium abstensionis inuentum est, ut in §.sed his permittit prætor.insti.de hær.qualita.& differen.?

Res. Ne suus (& est ratio satis naturalis) creditoribus teneatur inuitus, ita Ange.in tracta.suitat.in ix.q.nu.27.uer.tertius effectus.l.necessariis.ff.de acquiren.hęre.

Int. Non conficiens inuētariū perdit ne legitimā?

Res. Non, ut per glo.in §.si uerò.in auth.de hære.& fal.& not.in l.fi.in §.sinautem.C.de iur.delib. minusq; treb.licet sint opiniones, ideò ad plenū uide Corn.cons.clxxx.nu.12.uol.iiij.

Int. Contractus in ecclesia factus ualet ne?

Res. Si contrahens exhire non poterat ualet, aliàs non nisi pietatem respiciat, ita Bar.in l.nemo est nu.1.C.de sacrosanc.eccle.

Int. Si alimenta non præstentur donatori, poterit ne donatio reuocari?

Res. Sine dubio.l.j.C.de dona.quæ sub mo.Corn. cons.xlv.col.ij.uol.iiij.

Int. Legatum factum marito imputatur ne in partem, quæ pro lucro dotis, debetur eidem?

Res. Communis opinio est quod sic, ut not.in l.si cum dotem.in §.si pater.ff.sol.ma.& in auth.prę terea, C.unde uir & uxor.Corn.cons.ccxxx.nu.3.uol.iiij.

Int. Tenetur ne pater ad restitutionem dotis, etiā quod filius eam habuerit?

Res. Non, si iussus seu mandatum patris non procedat, quoniam solus filius est obligatus, aliàs sic ut not.in l.si cum dotem.in §.transgrediamur.ff. sol.mat.fusius Corn.cons.cccii..col.ij.uol.iiij.

Int. Quare est quod Iulianus notat Marcellum, quod quęstionem indubitabilem, proposuerit in l.si quis Titio.ff.ex quib.cau.ma.& glosator Vincentius Alex.iij.& in c.consuluit. (ut ibi aduertit Cardi.) de ser.non ordinan.?

Res. Quia lex (ut uulgo dicitur) debet esse de dubitabili.l.quod Labeo.ff.de carbo.edic.l.si tutores. C.de compen.& ibi Bal.not.quod potentes dubitare facilè soluunt.

Int. Quę differentia est inter cancellare, inducere, & circunducere?

Res. Cancellare est penam ad modum Crucis ducere, inducere uerò eam trahere per medias literas, & circunducere circum circa, ita glo.in l.inductum.C.de sol.& in l.si quis libertatem.ff.de pet. hære.Bal.in Marga.inducere.nu.2.nōnihil Azo in summa de assesso.nu.4.

Int. Si delatum quid & cancellatum in testamento reperiatur, uitiabitur ne, an uerò id inconsulte factum præsumetur?

Res. Præsumetur tantum fauore piæ causæ, aliàs non.l.proximè.& ibi Bar.ad fi.ff.de his qui in testa.de.Ro.in auth.similiter.col.xiij.C.ad legem Fal.l.fi.C.de edic.diui Adria.tol.

Int. Substitutus pupillo, & grauatus onere fideicō missi, uel legatorum, detrahit ne legitimam ex ipsius pupilli persona?

Res. Non, casus est singularis in l.si fundum per fideicommissum.in §.fi.ff.de testa.de.Corn.cons. xlix.nu.7.uol.iiij.

Int. Qui consentit alienationi rei suæ, poterit ne eam postea repetere?

Res. Non, nec etiā si consentiat alienationi rei pignoratæ.l.si fundum.ff.de lega.j.l.si fideiussor.§. pater.ff.de fideiusso.l.mater.C.de rei uen.l.sicut §.fi.ff.quibus mod.pig.uel hypo.sol.Corn.cons. ccviij.col.j.uol.iiii.& cons.cccxxj.ad fi.eo.lib.

Int. Quando duo mandantur sub pœna copulatiuè sufficiet ne alterum non seruari?

Res. Quanquam copula dubitationem faciat, sufficiet tamen.l.si is qui ducenta.§.cum ita.& §.utrū ff.de reb.dub.Corn.cons.cccxiij.col.i.uol.iiii.

Int. Quo modo capitur seu stat uerbum actio in l. edita.C.de eden.?

Res. Pro libello, figuraq; est metonymia & contentum pro continenti, ut ibi dixi satis, nouissimè tradit Bal.in l.non est nouum.col.ii.ff.de actio. emp.& in statu.pœna, nu.40.Alex.in l.scire debemus.col.ii.ff.de uerb.obli.

Int. Quo modo uerbum edita intelligitur seu quā habet expositionem?

Res. Edita id est proposita, ut per Alb.in auth.offeratur.col.ii.C.de lit.conte.& in dictiona.suo edita actio.

Int. Quo modo aduerbiū pro ut, adhuc ibi positū?

Res. Limitatiuè & restrictiuè, ut per Bar.in extrauag.ad reprimē.in uer.prout.latè.

Int. Rusticus soluit certum quid, puta par caponū multis annis, an uideatur inducta consuetudo, ut in futurum teneatur?

Res. Glo.in l.solent.ff.de offi.procon.& Bar.in l. cum de in rem uerso.ff.de usu.& Scriben.in l.si certis annis.C.de pac.cōcludunt quod non, idēque Cy.in l.i.& ii.C.de serui.& Inn.in c.bone.ii. de postu.præla.Corn.cons.ccxcvj.nu.6.uol.iiii.

Int. Verbum uolo si iungatur uerbo infinitiui modi, exempli gratia uolo testamentū condere, uolo hæredem instituere, & simile, & sic in ultimis uoluntatibus, inducit ne dispositionem?

Res. Inducit.l.omne uerbum.C.cōia de leg.l.quoniā indignū.C.de testa.l.eo mō.ff.de lega.i.Bal. in l.cunctos populos.col.iii.C.de summa Tri.& fid.catho.Corn.cons.lxxvii.nu.9.uol.iiii.

Int. In relicto facto familiæ proximiores succedūt l.cū ita.§.in fideicōmisso.ff.de lega.ii.sed quid si cōcurrat frater cū filio alterius fratris pmortui?

Res. Iste cū eo admittetur, quia de iure pariter in hæreditate succedit, auth.cessante.auth.post fratres.C.de legi.hær.& ita dicit glo.in d.§.in fidei commisso.Corn.cons.xlii.col.iiii.uol.iiii.

Int.

Int. Quid uult sibi uerbum subgrunda, positum in l.i.in.§.prætor ait,ff.de his qui deiecc. uel effu.

Res. Antiqui subgrūdaria(ut ex Lucretio elicitur) dicebāt infantium sepulchra,qui nec dum xl. diē impleuerant, at subgrunda in d. §. prætor ait locus est,quo impluit ex stillicidio.

Int. Quare est quod filius debet institui uel exhæredari.l.inter cætera.ff.de lib.& posthu.?

Res. Quia præteritione testamentum alias rumperetur de quo plenè in l.posthumo.C.de bon.pos. contra tab.d.l.inter cætera.l.si filius.ff.eo.sic nos CHRISTVS æterni regni hæredes reliquit populo Iudaico(ut Lactan.inquit)exhęredato.

Int. Quid est rumor de quo in l.fin. ff. de hæredi. instituen.?

Res. Sermo sine certo authore dispersus, de quo ēt Bal.in l.ea quidem.col.i.C.de accusa.

Int. Hæreditas non adita transmittitur in descendentes.l. j.C.de his qui ante aper. tab. quid è contra?

Res. Secus nec transmittitur in ascendentes.l.ii. C.ad Orficia.l.ii.§.si quis ex liberis.ff.ad Tertulia. Docto.in d.l.i.Corn. consil. cxlvj. num. 6.uol. primo.

Int. Verbum relinquo adiectum certę rei inducit ne institutionem?

Res. Non, uniuersitati bonorum autem sic,ut not. in l.his uerbis.ff.de uulga.& pupil.substi. & in l. Centurio.ff.eo.& in l.precibus.C.de impub.

Int. Verbum commune, trahitur ne ad directam institutionem?

Res. Trahitur, quando alius non reperitur eo casu uniuersaliter substitutus.Et in uerbo reliquit pariter exemplificari potest,ut not.Bar.& alij, in l. his uerbis.præallega.ff.de hær.insti. Corn.cons. clij.col.iii.uol.ii.

Int. Filij positi in conditione non succedunt, quia non sunt positi in dispositione.l.Lucius.ubi glo. uulga.communis tamen.ff.de hære.insti. an excludant substitutum?

Res. Excludunt.l. filiusfamilias.§.cum quis.ff. de lega.primo.ipsisq; ius legitimarum hæreditatum reseruatum est,ut not.in d.l. Lucius.& in l. pe.C.de imp.& in l.hæredes mei. in §. cum ita. ff.ad Trebel.

Int. Aliquis, hæres institui non potest, puta filius naturalis, quid si instituatur ab eo qui non est soluendo?

Res. Valebit institutio, casus est singularis in l. si quis solidum.ff.de hære.instituen.

Int. Si quis dicat coram septem testibus nolle primum testamētum ualere,reuocabitur ne ex hoc?

Res. Non,nisi adiiciatur clausula, quod uult mori intestatus, ex quo censentur instituti uenientes ab intestato.l.si quis ita. ff. de hære. insti. firmat Bar.in l.si iure.ff.de lega.iii.

Int. De incapaci dictum est proximè,potest ne institui sub conditione cum erit capax?

Res. Not.in l.Gallus.in §. quod si is. ff. de libe. & posthu.& in l.in tempus.ubi Ange.ff.de hær.instituen.latè Corn.consil.ccxvii.col. i. uol. iii. & ubique concludi uidetur,quod non.

Int. Legata capiuntur de manu hæredis.l.i.ff.quorum legato. nunquid hoc ipsum procedat etiam in casu auth.præterea.C.unde uir & uxor?

Res. Non,quia mulier inops quartam capit à se ipsa,nec expectat hæreditatis aditionem.l.eam quā C.de fideicom.l.si nemo. ff. de testa. tute. Corn. cons.iiii.nu.5.uol.iiii.

Int. Ex actu ficto resultat ne actus uerus, seu iuris effectus?

Res. Videretur dicendum quod non:argumentum in l.licet.in §.ea obligatio ff.de procu.tamen cōtrarium est uerius.l.certè.§.i.ff.de præca.l. quod meo.in prin.ff.de acquiren.pos.l.unica.C.de rei uxo.ac.ubi ex ficta traditione uera acquirit possessio,& ex ficta stipulatione uera actio.

Int. Statutum loquitur de condemnato, an habeat locum in contumace, qui habetur pro cōfesso ex forma statuti pariter?

Res. Non,ut not.in l.si ideò. ff. de euictio. & in l. trāsigere.C.de transac.

Int. Si res obligata legetur,luit ne legatarius expēsas repetendo ab hærede factas in luendo?

Res. Luit sed expensas repetit.l. si res obligata. ff. de lega. i. uidendus est tamen Corn. consil. xlii. col.ii.uol.iiii.

Int. Per uerbum uolo inducitur ne fideicōmissum?

Res. Inducitur.l.& eo modo.ff.de lega.i.§.fi. inst. de singu.reb.per fideicom.relic.

Int. Melioramenta in re per fideicommissum relicta,debent ne refici?

Res. Absque dubio.l.domos.& ibi not.ff.de leg. i. l.mulier.§.& ipse.l.ubi purè.§.fi. ff. ad Trebelia. Corn.cons.clviii.ad fi.uol.ii.

Int. Qui non habet testamenti factionem, poterit ne saltim codicillari?

Res. Trita est decisio quod non.l.ii.& ibi Bar. ubi etiam alij.ff.de lega. i. Quinimò nec aliam ultimam uoluntatem facere,puta quia sit filiusfamilias,nisi donet tamen causa mortis cum consensu patris.l.tam is.ff.de dona.cau.mor.

Int. Quando obscuritas est circa legatum uel fidei comissum,debet ne fieri interpretatio pro hęrede uel pro legatario?

Res. Pro hærede potius quam pro legatario.l.si ita scriptum.ff.de lega.i.

Int. Legatarius tenetur ne ad onera?

Res. Postquam cesit dies legati.tenetur utique.l. apud Iulianum.§.hæres ff.de lega.i.

Int. In legatis cuius est electio, hæredis uel legatarii?

Res. Legatarii & est communis opinio. l. legato generaliter.ff.de lega.i.Corn.consi.ccxxv. col.i. uol.quarto.

Int. Quid uolunt sibi illa uerba.in Creditum ire posita in l.ii.in.§.i.ff.si cer. peta.?

Res. Est modus loquendi iureconsultorum ut etiā in l.procuratoris,in §.pe.ibi in creditum abii.ff. de tributa.ac.idemque quod mutuum contrahe

re,& dominum transferre in accipientē,eumq; si bi obligare,ut tantundem in genere restituat.

Int. Singularis successor,nequit actione personali conueniri.l.i.§.si hęres.ff.ad treb.quid in debito re ciuitatis?

Res. Secus.l.fi.C. de debi.ci. lib. xii. Corn. consi. ccxxxvii.ad fi.uol.iii.

Int. Alienata imputantur ne in legitimam & trebellianicam? duę enim quartę detrahendę sunt, defideicōmisso vniuersali.c.Raynucius.c.Raynaldus.de testa.

Res. Indubitatū est l.Marcellus.§.resq;.ff.ad Treb. & ibi not.& etiam in auth.resque.C.cōmunia de lega.Corn.consi.cii.col.ii.uol.iii.

Int. Quare Solon permisit meretrices.imò instituit,ut memoriæ proditum est?

Res. Propter adulteria, inquit Pausanias, eoque fit non ab re etiam si concubinatus iure ciuili ꝑ missus sit ut alibi diximus post Bar. in l. cunctos populos C.de summa tri.& si.cath.& in l.fi. etiā tradit.ff. de concubi.

Int. Statutum exclusiuum fœminarum quomodo intelligetur?

Res. Quando masculi sunt successibiles et heredes, neque he-editatem repudiat ut not. in l.maximū uitium C.de lib.præte.

Int. Quando excluditur à iure vna persona excluduntur ne omnes ab ea dependentes?

Res. Bal.in l.maximum uitium. C. de lib. prete.& Bar.in l.ii.in §.uidendum.ff ad tertul.dicunt qđ sic,idemque Corn.consi.xcvii.col.fi.uol.iii.

Int. In successionibus non debet fieri differentia inter masculum & feminam,aliàs faciens esset accusator naturæ l.maximum uitium.C.de lib.prete. sed quid si quis se conformaret cum dispositione iuris communis, & natura naturante?

Res. Isto casu non esset, ut pulcherrime ostendit Corn.consi.cxxiii.col. ii.uol.iii.& natura naturans est deus ut inquit glo. in l. respiciendum.ff. si cer.pe.

Int. Institutus si sine liberis decesserit cui etiam datus sit substitutus ipm excludit,si monasteriū ingrediatur,quoniam loco filij habetur.§. sed & hoc præsenti.in auth.de sanctiss.episco.sed quid si monasterium substituatur?

Res. Non excluditur, fortè quia priuilegiatus non utitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, tradit Ro.in auth.similiter.col.xxj. C. ad legem Falci.& not.in auth.nisi rogati.C.ad Treb.

Int. Offensa ex noua causa frangit ne pacem?

Res. Non.l.aut facta.§.causa.ff.de pœn. & ibi Bar. Pau.Castren.in l.licitatio. in §. quod illicitè. ff. de publica.Ro.in l.semel mora.ff.sol.matri.

Int. Maligni & sontes uexantur ne pœnis, quia peccarunt?

Res. Non, factum enim infectum esse non potest. l.in bello.§.facte. ff. de capti. sed ut posthac ipsi & qui puniri uiderunt iniustitiam odio habeant, aut saltem minus peccent.l.aut facta.§. fin. ff. de pœn.Pla,de legib.

Int. Feudum & emphyteosis uenit ne in restitutio ne fideicommissi?

Res. Non,si fuerint ecclesiæ aliàs sic, ut per Bal. in l.cum uirum.C.de fideicom.ad fi.nonnihil in l.si patroni.ff.ad Treb.

Int. Clausula codicillaris repetita in testamento, quid operatur?

Res. Multa sanè,de quibus in auth. ex causa. C. de lib.præte.sed maximè quod substitutiones directè, in fideicommissa uniuersalia conuertantur, ut per Bar.in l.i.ff.de iur.codicillo. & not. in d. auth.ex causa.& in l.fi. C. de codicil. & in l. eam quam.C.de fideicom.

Int. In ecclesiam trāsit dominium ipso iure, absq; traditione.l.fi.C.de sacrosanc.eccle.quid si ecclesia non esset capax,ut minorum?

Res. Isto casu non transibit debentq; uerba sano modo intelligi, quoniam actus actiuorum non operantur nisi in patiente disposito.c.uenerabilem.de elec.Corn.consi.cxvij.nu.20.uol.ij.

Int. Clausula uulgariter,pupillariter, & per fideicommissum,quare inuenta est?

Res. Ad ampliandam efficaciam actus, ita Corn. consi.ccxxviij.nu.4.uol.iiij.

Int. Quod dicitur in auth.præterea.C.unde uir & uxor.de quarta, quomodo intelligitur?

Res. Tex.est ibi satis clarus,quod cum tribus libellis in dicta quarta succedat,cum pluribus in uirilem, uel habeat patuam dotem, uel non habeat, estque opinio in hoc communis, ut ibi not.

Int. Dicta quarta potest ne adhuc prohiberi uel impediri per testatorem?

Res. Non nec expresse nec tacitè, & ita tenendum in pratica dicit Corn.consi.iuj.col.ii.uol. iiii.

Int. Verbum deuoluta hæreditas est,cadit ne propriè in suis?

Res. Non,propter dominij continuationem. l. in suis. ff. de libe. & posthu. Corn. consil. ccxix. col. ii. uol. iii.

Int. Potest ne filius in potestate existens, esse hæres ipso iure & nomine tantum?

Res. Potest lege xij.tab.esse ipso iure, re & effectu, nomine uerò tantum,de iure prætorio, quia beneficium abstensionis habet. §. sed his permittit prætor.insti.de hære.quali. & diffe. Pusius Iaco. de Belui. q. j. quam disputat in auth. de trien. & sem.in prin.incip.quæritur primo,col.iiii.

Int. Loco futuro potest ne fieri concessio?

Res. Inquit Ro.in auth.similiter.col.xj. C. ad leg. Falcid.quod sic,& probatur in l. si seruitus. in §. futura.ff.de serui. urba.prædio.

Int. Scio te alibi nonnihil dixisse de his qui aliud gerunt in corde,aliud in ore, de quibus in l. obseruādum.ff.de offi.præsi. nouissimè tamen quęro(quod simulatore & sycophante dicantur, ac hypocritæ scio)quibus assimilentur?

Res. Magnus Basilius dicebat simile esse, hoc genus hominum uafrum, maritimis scopulis, qui aqua operti atque ignoti maximum afferunt periculum nauigantibus.

Int. Si delictum commissum sit in cospectu iudicis, poterit ne ipse procedere contra delinquētē?
Res. Non, nisi pro tribunali sedeat, quia scit tunc ut iudex. l.illicitas.§.ueritas. ff. de offi. præsid. Boer.de seditio.q.vij.nu.37.iudicat etiam secūdum conscientiam quam habet ut iudex, non ut homo, ut not.in d.§.illicitas.& in §.si minus. insti.de actio. Iaco. de Belui. in auth. iusiur. quod præsta, ab his in viij.oppo.

Centuria Duodecima.

Int. MVLIER in testamento testis esse non potest. l. qui testamento.§.mulier.ff. de testa.sed quid in pia causa?
Res. Secus dicto casu, ut tradit Ro. in auth.similiter.col. xxj. C. ad legem Falcidiam.
Int. Qui iurat soluere, si metu periurij soluat poterit ne repetere?
Res. Poterit, quia soluendo donare non uidetur, soluitq; periurij metu, ut inquit Inn.in c.debitores.de iureiu.Cor.latè cōs.ccxciii. col. j.uol.iiii.
Int. Nomen actionis non est exprimendum in libello.c.dilecti. de iudi. quid si extet consuetudo in contrarium, ut Auinioni?
Res. Isto casu dubium non haberet fore exprimendum.l.maioribus.& ibi Bal.ad fin. C.communia utr.iud.not.in l.edita.C.de eden.
Int. L.ij.C.de rescin.uend.habebit ne locum, si diuisio facta sit inter fratres.& inæqualiter, alterq; sit deceptus ultra dimidiam iusti pretij?
Res. Sine dubio.l.maioribus.& ibi not.omnes.C. communia utr.iudi.
Int. Renuntiatio facta iuri quod quis habere sperat, trahetur ne ad illud ēt, qđ habet de præsenti?
Res. Glo.& Bar.in l.quod Seruius. ff. de cond. ob cau.dicunt quod sic.& not.in l. qui Romæ. in §. duo fratres.ff.de uerb.obli.
Int. Quare est quod sanguis seruilis cōditionis degener est: argumentum in l. quod attinet.& in l. seruitutem.ff.de regul.iur.?
Res. Quia (ut Boeti.inquit) seruitute à natura degenerant, hominesq; naturaliter sunt liberi.
Int. Seruus ad idem potest ne ad clericatum ordinari?
Res. Non, sicuti nec ad tabellionatum. l. generali. C.de tabula.lib.x.Card.in rub.de seruis nō ordi.
Int. Quare est quod hæres non impugnat factum defuncti.l.cum à matre.C.de rei uend.?
Res. Quia ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet.l.ex qua persona.ff.de regul.iur.Corn.cons.cviij.ad fi.uol.iii.
Int. Si seruus purè instituatur & nolit instituens quod sit liber, ualebit ne institutio?
Res. Nec libertatem nec hæreditatem consequetur l.ubi repugnantia.ff.de reg.iur.l. si Titius. ff. de condi.& demon.Bal.Fab.Por.& Aret.in §. hæredes.insti.de hæred.insti.

Int. Si duo repugnantia non possunt simul stare. l. ubi repugnātia.ff.de reg.iu.quomodo si Aethnę mons & calorem & frigorē habet, niues & ignē, authorq; Pindarus est?
Res. Mirum uidetur, nec ratio reddi potest sicuti nec omniū quę à maioribus nostris tradita sunt, l.non omnium.ff.de legi.
Int. Diuersa & contraria differunt ne?
Res. Differunt ut per glo.in l.iii.ff.ut lega. no. ca. sed tamen sciendum est, quod quandoque uerbū diuersa id est contraria exponi debet. l. cum pater.ubi glo.ff.de pac.dota.l.qui plures liberos. §. fi.ff.de uulga.& pupilla.substi.l.lecta. ad fin. ubi ego latè.ff.si cer.peta.Deci.seni. in l. fin. in prin. C. de eden.
Int. Nonne ex duabus ad idem de quo supra elementis contrariis, mundus concretus est, & homo pariter?
Res. Est absque dubio (ut Lactan.inquit) Mundus igneo & humido, homo uerò ex aīa & corpore.
Int. Veniens contra iuramentum ratione minoris ætatis, incidit ne in periurium?
Res. Incidit & consequenter in periurii pœnam.l. C.si aduer.uend.Corn.cons.ccxiiii.hd fi.uol.iii. tollitq; iuramentum restitutionem in integrum ut per d.l.i.inquit cons.clxxix.col.i.uol.iiii.
Int. Quod dicitur in auth.sacramenta puberum.C. si aduer.uendi.habet ne locum in iuramentis Iudæorum.& alium infidelium?
Res. Non, ut ibi firmat Bal.in vj.q.& in c.i.in §.itē sacramenta.de pa.iura. fir. in usib. & benè, quia de his qui foris sunt, nihil ad nos, c. gaudemus. de diuor.c.multi.ii.q.i.
Int. Pœna talionis de qua in §. pœna. insti. de iniur.est ne amplius in usu?
Res. Non, imò exsoleuit inuenta olim (ut ibi dicitur) in magna ueterum paupertate, est uerum tamen quod iudicio Dei quandoque locum habet ut in Adonibesech Hierusalem rege, cui capto ab scise fuerant manus, & pedes, ipse uero sub mensa positus ad comedendum ut canis, quia sic ipse aliis fecerat. Inque Cyro Persarum rege, qui ut sanguinem fudit ita quoque (in utre enim sanguine pleno, positus est) sanguinem bibit, hinc retaliare dicimus, cum par pari refertur, quo uerbo etiam D.Hiero.in episto.& Gel.& Apollina.usi sunt aliquando.
Int. Testamentum minus solemne potest ne aliquo casu ualere?
Res. Potest, si in eo sint instituti uenientes ab intestato, auth.hoc inter liberos.§.si quis autem. C. de testa.Corn.cons.clxxii.nu.7.uol.ii.Imò quod regu.§.per nuncupationem.auth.prædicta, de septem testibus loquens, fallit & limitatur hoc casu, & si factum sit inter liberos, & a milite, & ad pias causas, ut idem Corn. declarat consil. ccxcvii. col. i. uol. iiii. & iura ad idem sunt clara ut ibi.
Int. Primum testamentum tollitur ne per secundū minus solemne aliquo casu?
Res.

Res. Tollitur si in eo pariter sint instituti uenientes ab intestato ut proximè dicebam,& probatur in d.§.si quis autem.tradit Bar.in l. militis. in §. ueteranus.ff.de mili.testa.& Bal.in l.eam quam, col.vj.C.de fideicom.& Alex. in l. si filius. col. iiii.ff.de lib.& posthu.

Int. Quo nam modo Prisci Centurionem designare uolentes,dicebant?

Res. Vitem latiam,& in marmoribus Græcè sic, ʃ, quippè quod uitis hoc modo obliquatur sinuosaq; est,eamq; manu (ut alibi quoque diximus) gestabat Centurio, ad choercendos milites. §. si uitem.ff.de re milita.Hinc extra ordinem deprehēsi Romani,uitibus,extranei uirgis, cedebātur.

Int. Quæ est ratio quod negatiua probari non potest,ut in c.bonæ.de elec.?

Res. Quia directo sensui non subiacet, entiumq; sunt sensuum,non autem non entium, ut inquit Bal.in l.ij.C.de erro. aduo. & plus duobus testibus affirmantibus creditur,quam mille negantibus,secundum glo.in l.diem proferre.ff. de arb. deque materia alias in l. actor quod asseuerat. C. de probatio.

Int. Dixisti alibi(ni fallor) quod gradatim appellandum est, maximè de iure ciuili. l. Imperatores.ff.de appel.quodque regula fallit in scholaribus post Bal.in auth.habita.C.ne fil. pro patre. col.iiii.Feli.in c.super quæstionum. in §. porrò. ad fi.de offi.deleg.sed quid si nō opponatur, uel extet consuetudo in contrarium?

Res. Idem quod in scholaribus & poterit appellari dicto modo ualebitq; appellatio ut per glo. in c. dilecti.ij.de appel.& in c.ii.de consue.in vj.Feli. in d.§.porrò.col. ii.

Int. Quare maior solemnitas requiritur in arrogatione quàm in adoptione?

Res. Quia transire in potestatem arrogatoris,cum arrogandus est sui iuris, est quodammodo libertatem perdere,igitur maior solemnitas etiam requiritur, quod nō est in adoptione ita Por. insti. de adop.in fin.prin. & placet, quia ubi maius est periculum ibi cautius est agendum. c. ubi periculum.de elec. in vj.

Int. Notorium probari non debet sed allegari.l. si adulterium cum incestu.§.idem Pollioni.ubi glo. ff.ad legem Iul.de adulte.similis, in clem. appellanti.de appel.sed quid si constet ex actis?

Res. Nec etiam tunc debet allegari,ut not. Angel. in l.fi.ff.de peti.hære.& Alex.in l.i.C.ut quę desu aduo.& Deci.in l.lecta.nu.31.ff.si cer. peta.

Int. Ad notorij propositum sententia in eo lata sine causæ cognitione ualet ne?

Res. Valet ut not. Abb.in c.ecclesia S.Mariæ.in repe.de constitutio.

Int. Citatio quæ in quolibet actu necessaria est. l. nam ita diuus.ff.de adop.l.de unoquoque. ff. de re iudi.erit ne aliquo casu omittenda,puta si certum sit defensionem non competere?

Res. Erit hoc casu.l.ii.§.quod de frumentaria.ff.de admi.re.ad ciui.perti.Ferrarien.in l. ii. col. viij. C.de eden.Feli.in c.cum olim.col.vij.de iud.

Int. Quando alienata redimuntur quid iuris?

Res. Perinde est ac si alienata non fuissent, & redimens ratione redemptionis prǽfertur,eritq; omni alio agnato potior,l.ex hoc edicto.§.si quis.ff. de alie.iud.mut.cau.fac. quem tex. dicit ad idem singu.Boer.cons.xlii.nu.8.& nu.12.

Int: Dispositio debet ne in dubio ordinario iure uel extraordinario,interpretari?

Res. Ordinario quia doctor non est mercator licet semel mercetur.l.scio.§.medico.ff.de an. leg.

Int. Quotuplex sit possessio certum est, sed quid in detentatione?

Res. Quædam est iuris quam tenent possessores & usufructuarij,alia facti colonorum & seruorum, ultima asinina, quæ nullo iure tenetur, sed de facto & auctoritate propria,ut in l.iii. & in l. qđ meo.ff.de acqui.pos.

Int. A rege Franciæ non appellatur,quia non recognoscit superiorem, nec ista ratione à Duce Venetiarum.l.i.ff.à quib.app.non li. sed quid quādo fratres diuidunt, poterit ne appellari à iudicio foris,de quo aliàs in l.i.ff.si cer.pet.?

Res. Non,sicuti nec supradictis duobus casibus ut tradunt Perusi.in rub.de app.extra col. ii. & iii.

Int. Si maritus unlt accusare uxorem de adulterio, debet ne ei denuntiare ne nubat?

Res. Sine dubio, quia si nuberet denuntiatione sibi non facta accusari postea non posset.l.ii. ff.ad legem Iul.de adulte.l.si dum.C.eo. estq; denunciatio de substantia.l.denunciasse.ff.eo.quia non sufficit quod sciat.& si spreta denunciatione nupserit, poterit maritus incipere a quo uoluerit, hoc est ipsam accusare,uel illum cui nupserit ut in d.l.denunciasse.& in l.qui uxori.eo. titu. declarat Albe.in d.l.ii.

Int. Potest ne princeps concedere rescriptum, siue gratiam in præiudicium alterius non uocati, de plenitudine potestatis?

Res. Potest, sed oportet quod appareat, ita glo. & Bar.in l.nam ita diuus.ff. de adop. ex quo in dubio non præsumitur uelle nocere tertio, etiam in iure quod habet spe tantum.l.ii.in fi.ff. de nata.resti.Feli.in c.cum olim.col.vj.de re iudi.

Int. Fraudare filium legitima quæ est instinctu naturę debita.l.cum debita.l.cum ratio.ff. de bon. damna.est ne peccatum?

Res. Est utique ut not.in l.i.C.de inoffi. dona.tradit Bar.in l.hæreditarium.ff.de bo. auc.iud.po.

Int. Lex quæ sit condita ad postulationem partis, est ne lex?

Res. Est,sed hoc casu habet naturam priuilegij,ita Areti.in c.at si clerici in §.de adulteriis nu. 34. de iudi.

Int. Quare dicit tex. in auth.hodie.C.de ap.hodie si non appelletur intra decem dies, quod sententia diffinitiua & interlocutoria transit in rem iudicatam?

Res. Quia olim erat biduum & triduum, quanquam illico alibi dicat tex.in l.ab eo. C.quomo.& quādo

do iud.quia ita intelligitur ut ibi not.

Int. In l. non distinguemus.in §. illud ff. de arbi. quid sibi uolunt uerba illa, dictare actionem?

Ref. Instituere, ut alibi dictare iudicium, idest instituere, inquit Iurecon.in l. si seruus depositus in fi.ff.de noxal.vnde hinc Græci actiones dicas appellant.

Int. Si quis missus est in possesionem ex primo decreto, quia debitor non soluat, et tertius extraneus soluat debet ne possessor de possesione recedere?

Ref. Debet utiq; aliàs teneretur tanquam possesionem turbans, casus est singula.& ibi dicit Bal. quod de hoc interrogatus ita respondit in l.si pro me.ff.de sol.& conducit ad materiam. l.si finita, §.Iulianus.ff.de dam.infe.

Int. Fuga post accusationem institutam facit ne indicium ad torturam?

Ref. Non, ut dicit Bar. in l.i.ff. de bo. eo. qui sibi ip. mor.consciue.

Int. In regulariter prohibitis, creditur ne uerbo dicentis casum permissum subesse?

Ref. Non, l. qui testamentum. ff. de proba. l. cum quis decedens.§.Titia ff.de leg.iii.Bertran. consi.li.nu.4.uol.ii.

Int. Frater occisor uenit ne ad successionem fratris occisi ab intestato?

Ref. Venit, sed tamen ei est hæreditas auferenda tanquam indigno & applicanda fisco.l.cũ ratio §.fi.& ibi.Bar. ff. de bo.dam. Boer. decisio. cel. col.i.par.i.

Int. Quod dicitur in l.exigere dotem.ff.de iudi. procedit ne in dote putatiua?

Ref. Bal.in c.iurauit & ibi Feli.post eum col.ii.de proba.dicit quod ubi matrimonium non ualet, ibi mulier non efficitur de foro uiri.l.cum quędam puella.ff.de iur.om.iud.quodq; d.l.exigere dotem non procedit in dote putatiua.

Int. Pōt ne dos materna peti à filia dotata à patre?

Ref. Sine dubio, imò quod etiam fructus peti poterunt percepti à tempore quo restitui debuit, et nimirum quia diuersa sunt debita vnoque soluto remanet alterum.l.si quidem.C.de trãsac.& not. in l.si cum dotem in §.si pater.ff. sol. mat. Pau. Cast.consil.cclxxv.col.pen.uol.i.

Int. Fama adminiculatur sed nõ probat ut notum est, nunquid tamen loco uere sciẽtiæ haberi posit aliquo casu?

Ref. Potest si sit consona ueritati.l.cum quidam. §.quod dicitur.ff.de acqui.hę.Bal.in l.falsus col. ii. C. de fur. Feli.in c.cum contingat, col. ii. de rescrip.

Int. Vbi est appositum certum tempus ad negligentiam probandam, erit ne alia monitio necessaria?

Ref. Non authen. hoc amplius.C.de fideicõ. Bal. in l.ii.C.de sponsa.Deci.in sermo.cõci.Pisa.col. ii.qui est post consi.cli. uol. i.

Int. Quod dicitur in l. i. in §. si iusserim ff. de acquiren. poss. uisu dominium acquiri quo modo intelligitur?

Ref. Si præcedat titulus, aliàs non poterit ulla acquisitio fieri eo modo, sed requiretur corporalis apprehensio ut ibi not. declarat Por. in §. item ea.col.i.& ii.insti.de re. di.& in §.thesauros clarius, & in §.fi.utrobiq; col.ii.eo.ti.& lib.

Int. Quare est quando lex aliquid iubet, quod confestim intelligitur mox statim incontinenti sine aliquo temporis interuallo. l.ii.§. confestim. ff. ad Tertulia.

Ref. Quià eius dispositio moram non recipit ita Bal.signanter per tex.in d.§.confestim.in l.precibus.col.vii.C.de impub.

Int. Qui peccat auctoritate legis, tutus est, & non peccat.l.Gracchus.C.ad legem.Iul.de adul.quid si sit nutritiua peccati?

Ref. Isto casu secus, quanquam diuinitus promulgata sit ore principis, ut tamen declarat Bal. in c. in omni.in prin.de testi.& Feli.post eum in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. col. xvj. ubi & nos multa, de constitutio.

Int. Quare legitima quæ debetur filio, & de qua in l.cum ratio.ff.de bon.damnato.& in auth.nouissima.C.de inoffi.testa.sic appellata est?

Ref. Quia portio taxata est legis arbitrio, personis quibus necessario de iure debetur successio, & sic a lege ut in l.legitima, ff.de pac.d. auth. nouissima.Bal.consi.lxix.col.i.uol.i.ubi dicit etiã quod appellatur bonorum subsidium, ex quo succedit loco alimentorum.l.iii.§.sed utrum.ff.de mino. & benè nec habet dubium.

Int. Quod dicitur in l. nec in ea. & in l. quod ait lex.ff.ad legem Iul.de adulte. habet ne locum in foro animæ, & quo ad Deum?

Ref. Non, ut declarat Abb.in c.ii. ad fi. de homici.

Int. Si relicta sint alimenta, debentur ne de bonis emphyteoticis, & fideicommissariis?

Ref. Non, & est cõmunis opinio, ut per Alex.cons. 100.col.pe.& fin.uol.i.

Int. In aquis, quæ nam consideranda sunt, ubi earum est quæstio?

Ref. Tria potissimum, priuilegium, lex, seu pactũ, natura loci & uetustas. l. ii. in prin. ff. de aqua plu.arcen.Boer.cons.xciiii.col.iiii.

Int. Quis non potest uenire cõtra factum propriũ l.post mortem.ff.de adop.quid si actus foret nullus, uel feudum (exempli gratia) fuisset à uasallo uenditum?

Ref. His casibus putarem posse, dictamq; regulam tunc fallere. l. si tibi. C.de euictio. Deci. consil. clxxxv.col.iiii.uol.i.l.quemadmodum.C.de agr. & censi.lib.x.Alua.in c.i.col.pe.de cont. int. do. & emp.feu. in usib. posset quoque quando factũ foret prohibitum propter publicam utilitatem. d.l.quemadmodum.not.in d. l. post mortem, & nouissime tradit etiam Bertran. cons. cxxiii. nu. 5. uol. ii.

Int. Periurus est ne infamis?

Ref. Non.l.i.ff.de his qui not.infa. nisi ueniat contra factum proprium, ut inquit Angel. in auth. sacra.non so.si fid.prest.

Int.

Int. Si uerba iniuriosa conueniant actui ualebit ne actus?

Res. Absque dubio exempli gratia si interrogetur quis, an debeat, & respondeat quod actor mentitur quoniam fiet tunc litis contestatio, alias nõ, & si fiat legatum uerbis iniuriosis non ualebit, ita Bal. in l. turpia. in prin. ff. de lega. i.

Int. Iudices maleficiorum promittentes impunitatem reo, tenebuntur ne promissionẽ seruare?

Res. In foro conscientiæ tenebuntur, quia graue est fidem fallere, neque licet mentiri. c. i. xxii. q. ij. sed non in contentioso ut not. in l. ius publicũ. ff. de pac. Feli. in c. accedens. ii. col. ii. ut lite non contestata.

Int. Si legitima non petatur, præscribitur ne spacio ac lapsu xxx. annorum?

Res. Sine dubio quia dicto tempore concluditur actio, qua peti potest, uel condictio ex l. omnimodo. C. de inoffi. testamen. uel petitio hæreditatis fuerit, quod sentit Bal. in l. non est. C. famil. hercis. & ad propositum probatur in l. omnes. & in l. sicut. C. de præscrip. xxx. anno. Bertran. cons. lxxxiiij. nu. 4. uol. ij.

Int. Quare est quod possessio acquiritur uolenti, dominium uero etiam ignoranti ut in l. si seruus letante ff. de uer. ob. & in l. etiam inuitis ff. de acqui. re. do. & in l. cum pater in §. surdo. ff. de lega. secundo.

Res. Quia possessio est facti dominiũ uero iuris, ut declarat Por. insti. de his qui sunt sui uel alie. iur. col. tertia.

Int. Possesorium facit ne rem litigiosam?

Res. Non, sed tantum cum de dominio disputatur auth. litigiosa. C. de litigio. aliàs molestia quedã dicitur, quæ non facit ut supra rem litigiosam, & not. aliàs in c. præsenti de offi. le. in 6.

Int. Iussus iudicis facit licitum quod alias foret illicitum, ut Consuetudo & dispensatio. l. iuste. ff. de acquir. po. c. iii. alibi etiam ego de cõsue. glo. in c. dudum de elec. quod si iussus rite factus non sit, excusabit ne?

Res. Non ut per Bar. in d. l. iuste, in prin. l. meminerint. C. vnde ui. Feli. in c. ecclesia. S. Mariẹ col. xiii. de consti. et non rite factum intellige, idest non seruato ordine iudiciario.

Int. Tenuta non citata parte facta, ualet ne?

Res. Non, ut not. in l. iuste. ff. de acquir. pos. Imò de facto facta dicetur, & tolletur ut per glo. in l. si minor ff. de euic. not. in l. fi. C. de edi. di. Adr. tol. nec prædo absque citatione debet molestari. c. si episcopus de præben. in vi.

Int. Ex sola nominatione probatur ne filiatio in extraneis?

Res. Non, glo. est not. in c. Michael, de fil. præsby. & in c. per tuas, de proba. not. in l. non nudis, & in l. non epistolis. C. eo.

Int. Præsumitur ne patria potestas, hoc est quod filius sit in potestate patris nec ne?

Res. Præsumitur, nisi probetur contrarium ut per Alex. & Ias. in l. si emancipati in not. C. de colla.

Int. Executor testamentarius potest ne officium suum alteri committere?

Res. Bal. in l. nulli col ii. C. de ep. & cle. sentit qđ non, episcopus autem uices suas, ex causa, ut ibi.

Int. In matrimonio consumato per copulam dispẽsat ne Papa?

Res. Minime quando quidem cõsumatio sit facti, factaque pro infectis haberi nõ possunt. l. in Bello §. facte ff. de capti. & postli. re. not. in c. inter corporalia de transla. & in c. quos deus. xxxiii. q. secunda.

Int. Si hæres omiserit ponere in inuentario vnam rem tantum punietur ne?

Res. In duplũ rei, & priuabitur amplius legitima ac treb. ut not. in l. fi. in §. licẽtia. C. de iure delib. & in §. sancimus in auth. de hære. & fal.

Int. Decimẹ prædiales quando solui debent?

Res. Antequam frumentũ separetur à paleis, quia palea etiam est in fructu. l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. re. do. c. nulli. ii. q. i. Abb. in c. peruenit. de deci.

Int. Hæreditas repræsentat personam defuncti. l. hæreditas. ff. de acqui. re. do. est ne hoc generaliter uerum?

Res. Non, sed in successione vniuersali tantum, quomodo aliàs uel in feudo, uel in legato secus ut per Bald. in auth. cessante. C. de legi. hær. Pau. cast. cons. cxci. col. ii. uol. ii.

Int. Præsumptio est pro iurante uel si quid factum sit ut licite factum præsumatur. §. aliæ ubi glo. instit. de ac. l. merito. ff. pro so. sed quid si sit præsumptio contra iurantem & facientem?

Res. Isto casu secus. l. diuus ff. de resti. in integ. & utrunque dictum ponit Are. in c. cum dilecti. nu. 9. & io. de accu. & in c. præsentium nu. 2. de testi.

Int. Regula. l. uendicantem ff. de euic. quod quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio habet ne locum seu potens ne est ad tollendum fideicommissum?

Res. Non, ut per Bar. in l. qui romẹ in §. duo fratres in ii. q. ff. de uer. ob. not. in l. si familiæ. C. fami. hærciscun. & ibi adducitur ratio Grat. consi. ccxc. nu. 38. uol. ii.

Int. Vbi excõmunicatio fertur pro futuris culpis parte uolente puta nisi in termino satisfaciat requiretur ne tunc alia monitio?

Res. Non quia dies interpellat pro homine. l. magnam C. de contrahen. & com. stip. Lap. allega. lxxiii. in prin. Fel. in c. cum sit Romana. col. fin. de appellatio.

Int. De fuga dixisti alibi satis, sed nunc quæro an faciat fugientem haberi pro confesso?

Res. Non, imo nec facit indicium si possit aliqua iusta causa uelari ut per Bal. in l. in bonefidei. C. de reb. cred. plene Brun. in tracta. de indi. & tortu. col. viii. est uerum quod faciet si fuga fuerit ex carceribus ut ibi. not. & in l. in eos ff. de custo. reo. & in l. milites in §. pe. ff. de re milita.

Int. Pactum de non alienando appositum in contractu, impedit ne dominii translationem?

Res.

Res. Non,l.ea lege.& ibi not.C.de condic.ob cau.
Int. Est ne differentia inter conditionem & modū?
Res. Est,& maxima quidem,et præsertim cęteris prætermissis quia natura conditionis est,ut adii ciatur actu in potentia Modi autem actu in actu l.cum tale §.Titio ff.de cōdi.& de.Bal.in l.si societatem in prin. ff.pro soc.
Int. Electio sola tribuit ne ius electo?
Res. Non,si non sit electio principis.l. Publius. ff. de cond.& demon.l.ex eo.& utrobique not.ff.de mili.testa.l.i.ff.ad legem Iul, ambi.
Int. Filius admittitur ne ad retractum rei uenditæ per patrem?
Res. Est quæstio dubia,tamen admittitur.c. consti tutus.& ibi per Doct.& in specie Henric.Boich. de restitu. in integ. multa Boer.decisio.cxxxviij, col.i.& ii.par. i.
Int. Quid sit exauctorare militem,liquet.l. ii. §. i.. ff.de his qui not.infam. & dixi ni fallor alibi satis,sed nouissimè quid sit auctorare dubito.
Res. Auctorare,est ipsum obligare,exauctorare he rò sic exauctoratum dimittere.d.§.i.l.& si pluribus.ff.de aucto.tuto.Heluetiis alie sunt leges, ut sub oculis spectantis exercitus, qui metu turpia atq; indigna uerò forti tentauerit, statim à proximis comilitonibus obtruncetur.
Int. Generalis quietatio porrigitur ne ad ius fideicommissi?
Res. Non,nisi sit expressum.l.fi.§.idem quæsiit. ff. de cōdi.inde.Bar.& alii in l.qui Romæ. in §.duo fratres.ff.de uerb.obli.& in tracta. clausula. Vital.Camba.j.ubi multa.
Int. Quare est quod facilius exceptio conceditur quam actio.l.i.§.præterea.ff.de cond.indebi.?
Res. Quia illa nititur æquitate,ista,iure.l.qui æqui tate.ff.de excep.do.l.ii.§.deinde.ff. de origi. iur. Por.in §.cum in suo.col.i.insti.de re.diui.
Int. Quare est quod non licet disputare de potestate principis,imò quod alias foret sacrilegium l.ii.C.de cri.sac.?
Res. Quia ipse est causa causarum, & primæ causæ nulla est causa,ita Ias.cons.cxxv.col.iiij.uol. iiii.
Int. Quare est etiam & ad idem, quod de electione & coronatione Imperatoris,disputare pariter nō licet ut not.in d.l.ii.?
Res. Quia ecclesia disponit & dicere contrarium, esset caput percutere ad mōtem morellum inquit Bal.in c.i.in §. Marchio. col. iii. de his qui feud. da.pos.in usib.
Int. Quare est quod principi non potest dici cur ita facis.l.ii.C.de cri.sac.?
Res. Quia in eo semper præsumitur causa.l. relegati.ff.de pœn.& dixi alibi satis.
Int. Concubinarius publicus si celebrat est ne irregularis?
Res. Est,quia à beneficio suspenditur,siue (& melius) suspensus est,ut not.in c.uestra,& in c.fi.de cohabi.clerico.& mulie.Feli.in c. cum dilectus. col.ij.de accusa.
Int. Nepos ex filia imputat ne in legitimam sibi debitam in bonis aui materni dotem,ab ipso auo constitutam pro matre ipsius?
Res. Non,ut not.in l. illam. C. de colla.& in l. in quartam.ff.ad legem Falci. Bertran. consil. ccv. nu.5.uol.iii.
Int. Quod nanque est magis meum, id quod mihi acquiro,uel id qđ mihi ex successione obuenit?
Res. Id quod tibi acquiris.l.si quid bello.ff.de captiuis & postli. reuer. Bart. insti. de iusti. & iur. nume. 13.
Int. Confessio absente parte facta, nocet ne confitenti?
Res. Non, etiam quod causa sit matrimonialis. l. certum.§.si quis absente.ff.de confes.nisi de ęquitate canonica, quia tunc secus ut inquit But. & alij in c.si cautio.de fide instru.
Int. Quando causam reddit ad non causam, est ne perinde ac si actus factus non fuisset?
Res. Alex.cons.ccvj.nu.6.uol.vj.dicit quod sic, & probatur in l.si fullo.ff.de condi.si.cau.& est exē plum ut ibi per eum,in alienatione quæ cum causa fieri debebat, & in titulo resignationis reducto ad non titulum, Gom.olim collega in regu. de trienna.pos.q.xviij.nu.2.
Int. Eligens præsumitur ne habere notam qualitatem electi in dubio?
Res. Absque dubio quia non est uerisimile aliàs ab ipso electum fuisse,ut tradit Bar.in l.si patronus. in prin.ff.de confir.tuto.Feli.in c.nonnulli. col. xix.de rescrip.
Int. Argumentum à contrario sensu fortissimum est in iure.l.j.& ibi declaraui quare. ff. de offic. eius. quod auxesis figura est, id est augumentatio,sicque etiam dicit Odof.in l.conuenticulam. C.de episco.& cle. & in l. apud antiquos. C. de fur.& in l.ædem.C.loca.sed si resultet absurdū?
Res. Isto casu non sumeretur.l.ii.C.de cond. infer. secundum communem inductionem,& dixi alibi satis.nouissimè adde Por. clamantem notissimam fabellam esse,in §.in testibus.nu. 11. institu. de testamen.
Int. Libri empti nomine filij,debent ne conferri?
Res. Non,& maximè si fuerint traditi, quoniā præsumuntur donati,& donatio morte patris confirmatur.l.i.§.nec castrense.& ibi Bart. ff. de colla. bo.Cyn.in l.filiæ. C. de colla. Vital. Nemausen. in tracta.de colla.q.v.
Int. Confessio debiti à patre facta præiudicat ne filio in legitima?
Res. Non,quia in ea filius est quasi creditor.l. Papinianus.§.si quis impubes.ff.de inoffi.testa. Specu.& Io.And.in §.nunc uidendum.de confe.nu. 11.Alex.cons.xxv.in fi.uol.i.
Int. Est ne generaliter uerum quod uiuis parentibus nullum ius competat filiis uel nepotibus petendi legitimam.l.i.§.si impuberi.ff.de colla.bo.
Res. Non,quia Iudæus conuersus,etiam uiuēte patre eam petit Io.de Ana.in c. Iudæi. ij. & ibi Feli.post eum de Iudæ.
Int. Sententia nulla consensu partium,ualidari nō potest

potest ut uim sententiæ habeat sed pacti.l.ii.C.cō munia utr.iud.Saly.in l.i.col.ii.C.qui.pro sua iu. & ratio est in l.priuatorum.C.de iu.om.iud.sed quid si ualidatur à Papa perque rescriptū eius?

Res. Valeret utique & uim haberet sententiæ hoc casu,sed non tamen præiudicaret tertio. c. super eo de offi.del.Feli.in c.quanuis in fi.de re iud.

Int. Titulus diuisionis est ne sufficiens ad præscribendum?

Res. Satis superq; l.i.ubi omnes C.communia utr. iud.not.in l.cum solus,ff.de usucap.Bononien. multa consi.xcix.nu.20.

Int. Cessio bonorum habet ne locum quando imponitur pœna pecuniaria pro delicto?

Res. Non,quia non habens in ære luit in corpus. l. quicunque. C.de ser.fugi.tradit Ias.totum tit. de cessio.bo.limitando in l.si quis id quod col. vj.ff.de iuris.om. iudi.

Int. Si thesaurus sit in fructu argumētum in l. in lege.ff.de cont.emp.cedit ne fructuario?

Res. Non,l.diuortio.§. si fundum & ibi per Doct. ff.sol.mat.Boer.decisio.ccxxiiii.nu.9.par.ii.

Int. Qui non admittitur ad partem, facit ne partem?

Res. Nō, casus est clarus in l.fundus ille.ff.de cōt. emp.Bal.in c.i.col.ii.de eo qui fi.fe.agna.de feu. pat.in vsib.

Int. Expensę debentur ne si quis in eis condēnatus non fuerit?

Res. Non,casus est in l.fi. C. quando prouo. non est ne.Boer.consi.cclxx.col.pe.

Int. Donatio inter uirum & uxorem non ualet.l. l.i.ii.iii.& iiii.ff.de dona.int.ui.& uxo.nec in donatarium dominium transit,sed nunquid saltem transeat possessio?

Res. Tex.in l.si donate in prin. ff. eo. uidetur innuere quod sic & ibi Bal.not. in specie.

Int. Habemus titulum de decurio.hii enim quare sic appellati fuerunt?

Res. Olim Romulus populum in tres secuit partes quas tribus uocauit earumque postea quamque in decem quas etiam uocauit decurias et hinc postea decuriores appellati fuerunt, illarum magistratus,& fusius ut in l.ii.habetur. ff.de ori.iu.

Int. Si rusticus promisit aquam frigidam nobili in æstate domui suæ,eaque destruatur & reficiatur postea,erit ne obligatio extincta?

Res. Erit sine dubio,ut inquit glo. Dy.& Bar.in l. damni in §.si is qui uicinas ff.de dam.infec.Feli. in c.cum accessessissent col.pe. de consti.

Int. Insinuatio de qua in l.sancimus.C.de dona.est ne forma uel solemnitas?

Res. Solēnitas effectualis quæ tribuit robur actui, ex quo potest interuenire post actum & non simul cum actu,aliàs secus.l.cum hij. §. si prætor. ff.de transac.late. Ange.consi.xxxvi.& Feli.in c. cum dilecta col.viij de rescrip.

Int. Datur ne restitutio aduersus dolum?

Res. Dolus quidam est uerus & apertus, quidam uerus & uelatus,et quidam præsumptus,primo casu non datur,secūdo & tertio sic.ut in l.si ex causa in §.nunc uidendum,& in §.sed si,& in l.minor etiam & ibi Bal.col.i.ff.de mino.

Centuria Decimatertia.

Int. Commendatarius est ne possessor iuris?

Res. Non,ex quo non habet titulū sed est merus detentor & depositarius. l. licet. §. rei depositæ.ff.depo. c. dudum de elec.Gom.in regu.de Imp.benefi.uacā.per obi. fam.car.q.vi.nu.ii.

Int. A communi opinione non est recedendum. l. i.ff.de offic. quæsto. quid si vna sit quæ faueat matrimonio?

Res. Tunc à communi liceret recedere, & hæc foret præferenda ut not.Abb.in c.i.de consti. & in c.si.de re iud.Boer.consi.xl.nu.89.

Int. Quare est quod obscuritas in libello tolleratur & non in sententia ut in §.curare insti.de actio?

Res. Quia sententia debet esse actus declaratiuus, ut ibi & in l.cum quidam & ibi Bal.ff.de usu.

Int. Quare est quod Monachus non accusat.c. ex parte de accu.?

Res. Quia est motuus mundo. l. deo. nobis. C. de ep.& cle.Feli.in d.c.ex parte in prin.

Int. Statutum quod ingrediens monasterium non succedat parentibus ualet ne?

Res. Non,ut ex multis ostendit Feli. in c. in præsentia.col.xviij.de proba.

Int. Ille qui semel elegit potest ne amplius eligere?

Res. Non,argumentum in l.iudex postequā. ff. de re iudi.& probatur in l. serui electione. in prin. ff. de lega.i.

Int. Infamis potest esse procurator.§.fi. institu. de excep.quid in excommunicato?

Res. Secus duplici ratione de quibus per Areti. in c.post cessionem.col.i.de proba.

Int. Pro dilatoriis exceptionibus, & aliis præambulis, ac incidentibus, uel emergentibus, dat ne curia remissorias?

Res. Io. And. & Feli. post eum ubi alia multa in c. dilecti filij.ad fi.de appel.dicunt quod non.

Int. Exceptionem obiiciens uidetur ne fateri intētionem agentis?

Res. Non,ut tradit Bar.in l.non utique.ff.de exce. not.in l.decem.ff.de uerbo.obli.& uidetur text. in l. age cum Geminiano & ibi not. Ferrarien. col.ii.C.de transac.

Int. Ante biretum Doctorale, dicitur ne quis esse Doctor?

Res. Bal.post Old.in l.athletæ.in prin.ff. de excu. tuto.per illum tex.ibi sacris certaminibus coronati,dicit quod non,multa Feli.in c.cam te. col. i.de rescrip.

Int. Condere statuta est ne actus iudicialis uel extraiudicialis?

Res. Extraiudicialis, qui nunquam transit in rem iudi-

iudicatam,habetq; grauamen continuatiuum,& quandocunque potest appellari.c. concertationi de appel.in vj.not.in c.i.de sup.negli.præla.eod. lib.deq; materia etiam in l.i.C.de eman.lib.

Int. Quare est quod purgatio moræ non liberat debitorem ipso iure,sed per exceptionem?

Res. Quia ex æquitate procedit, & exceptionē parit quæ similiter æquitate nititur.l.qui æquitate ff.de excep.do.l.si seruū.§.sequitur.ff.de uer.ob. Bal.in l.& si post tres.in rep.col.ii. ff. si quis cau.

Int. Quæ differentia est inter litem, & causam?

Res. Causa dicitur tam ante litem cont. quā post, lis uerò post tantum,ut in auth.qui semel.C.quo modo & quan.iud.& in c.ex parte.iij.de uer.sig. Bar.in l.qui Romæ.in §.Calimachus.ff. de uerb. obli.Bal.in l.causas.& alij.C. de transac. Feli. in c.cum dilecti.col.vj.de accu.

Int. Quæ est ratio quod actus sine causa factus nō ualet.l.ii.§. circa. ff. de excep.do.& tamen ualet donatio,ut dicunt omnes in l. si cum aurum. ff. de solu.

Res. Quia in ea est pro ratione uoluntas.l. i.ff. de dona.Bertran.consi.lxxviij.nu.4.uol.iij.

Int. Dicit alibi tex.in l.quod si Ephesi.ff.de eo qđ cer.lo. quod iudex debet habere æquitatem ante oculos,idq; etiam Poe.sic.

Iudicis officium est,ut res ita tempora rebus.

Quærere; sed ob hoc debet ne à iure scripto recedere?

Res. Non,quia arbitrium sibi concessum intelligitur à lege, super determinatis à iure, secundum Bal.in c.i.ad fi.de mil.ua.qui contu.est,in usibus Areti.in c.dilecti.nu.15.de iudi.

Int. Qui uendit rem alienam tenetur ne ad precium?

Res. Si uendidit sciēter non modo ad precium tenebitur,uerum etiam ad interesse.l.emptorem.§. ibidem ait,ubi etiam Bal.ff.de ac.emp.

Int. Ad idem quid si uenderet rem uitiosam?

Res. Pari modo teneretur ad interesse extra rem, ita idem Bal.per illum tex.in l.Iulianus. in prin. ff.de ac.emp.

Int. Fugiens fractis carceribus, qua pœna uenit puniendus?

Res. Capitis.l.i.ff.de effracto.

Int. Quādo recusatur iudex suspectus, ut in l.apertissimi.C.de iudi. debet ne fieri recusatio cū cā?

Res. Debet utique aliàs recusans sine actione iniuriarum teneretur, ut inquit Bal. in c. super quæstionum.nu.1.de offi.deleg.

Int. Quare est qđ de iure canonico, episcopus de recusatione sui uicarij cognoscit, & non de appellatione?

Res. Quia recusatio cohæret personæ, eamq; concernit,appellatio uero iurisdictionem quæ cadē uidetur uicarij & episcopi, ideo non conuenit ut de ista cognoscat de illa autem sic,& not.aliàs in c,si contra.de offi.deleg.in vj.

Int. Quis est erro?

Res. Declaraui,si memor es, tibi alibi satis quidq; differat à fugitiuo,& est casus clarus in l. quis sit fugitiuus in prin.& in §.erronem.ff.de edil.edic. nunc autem repeto, erronem esse qui sine causa uagatur, animo tamen redeundi. d. §. erronem. & addo nouissimè,quod errones proprie,hij esse uidentur,quos uulgus cinganos uocat, à Cinclo anicula quam nos codasquassulam appellamus, ut fusius in Hierogliphicis Pieri. Valerian. inquit, memoratuq; dignum uidetur amplius, qđ sic quoque Nigidius Solem,Lunam,Iouem, Venerem,Mercurium,Saturnum, & Martem errones id est uagantes uocauit pariter.

Int. Quid sibi uolunt in l.i.in §.magistrum.j.ff. de exercito. uerba illa, magistrum nauis accipere debemus,eū cui totius nauis anchora mādata ē?

Res. Exponit ibi glo.& dicit anchoram pro gubernatione poni, magistro demandatam à domino, & male,quia non in anchorę instrumento consistit nauis gubernatio,sed in artemone.l.malū.ff. de uer.sig.ideo tex.restituendus est, ut dicat. Magistrum nauis accipere debemus, eum cui totius nauis cura mandata est.

Int. Literis credentiæ est ne credendum, dandaquè fides?

Res. Est utique cum declaratione tamen, de qua per Bar.in l.Lucius.ff.de fideiusso.

Int. Si quis proiciat lapidem & hominem interficiat,tenebitur ne pœna legis Corneliæ de sica.?

Res. Pau.Cast.in l.& si seuerior.col.ii. C. ex quib. cau.infa.irroga.& Bal.in l.data opera.col.iii. C. qui accu.non pos.tenuit qđ non, latissimè Boer. decisio.lxxxiii.col.fi.par.i.

Int. Tria sunt remedia legis, ut notum est adipiscēdæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis, de quibus in §.sequens diuisio.insti. de interdic. & in l.naturaliter.in §.nihil commune.ff. de acqui. pos.de quo enim istorum loquitur tex.in l.fi. C. de edic.diui Adri.tol.?

Res. De primo,adipiscendæ scilicet,cui interdictū quorum bonorum,quorum legatorum, & saluianum,assignari solet,ut in d.§.sequens.& in c.pastoralis. de cau. pos.& proprieta. Bertran. pulchrè consil. cclxii. nume. 2. & consil. ccc.nume. 1. uol.secundo.

Int. Verba testatoris possunt ne uno tempore propriam significationem retinere, alio uero assumere impropriam?

Res. Potest,& est casus clarus in l.pater Seuerinā. in §.conditionum.ff.de condi.& demon.Bal.pulchrè in l.precibus.col.xiii.C. de impub. & nonnihil etiam col.xiiii.

Int. Quid sibi uult tex. de adiudicatione loquens in l.ii.& iii.ff.fin.regun.?

Res. Nil aliud,nisi quod olim ita ēt dicere solebat iudex,Do,dico,& addico,id est adiudico.

Int. Dos enim cōpetens esse debet,ut not.in auth. res quæ.C.communia de lega. sed quando competens esse dicetur?

Res. Si usq; ad legitimā fiat,ut ibi p Saly. & alios.

Int. Quid est triens?

Ref. Tertia aſsis pars.§.hęreditas.inſti. de hæred. inſti.ſed olim erat nummi genus Romanorum,vt eſt uidere apud Liui.ſæpè.

Int. In materia plus & minus ſpecie non differunt, ut magna nauis & parua.l.fi.ff.de fun.inſtru.ſed quid in forma,ut nauis & pęluis?

Ref. Iſto caſu differunt, ut in exemplo liquet, & not.in c.accuſatus.de hære.in vj. Ripa in rub. de iudi.extra nu.55.& eſt declaratio ad d.l.fi.

Int. Qui eſt abſens à diuinis,ſtudiorum cauſa, debet ne aliquid perdere?

Ref. Non, nec etiam diſtributiones quotidianas, quia pro præſente habetur.l.Seię.§.Pamphilę.ff. de fun.inſt.& not.in pragma. Pariſi,inque §.inſu per.ubi glo.in uer.diuinis.

Int. In l.cum delanionis.in §.aſinã.ff.de fun. inſt. unde dicta eſt molendinaria aſina?

Ref. A molendo non à molendino, ut aliqui putãt & malè,quia mola dicitur, & non molendinum, hinc frumentaria manu ductilis(hæc enim olim tantum erat in uſu) & quæ decurrentis aquæ impetu rotatur.

Int. Iuramentum fidelitatis quotuplex eſt?

Ref. Triplex,uaſalli,domeſtici,& quod etiam pręſtatur ratione iuriſdictionis, ut not. Feudiſtæ, præſertim Iſern. Bald. & Aluaro. in c. i. qual. ua. iu. deb. domi. fid. in uſib. Bertrand. conſil. clxxxj.nu.i.uol.i.

Int. Si quis accipiat filiam diuitis ut pater ſibi poſt mortem hæreditatem pacto relinquat, ualebit ne pactum?

Ref. Non,quanquam quotidiè fiat.l.hæreditas.C. de hæ.uel ac.uend.not.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.obl.Por.in §.cum autem im pubetes.col.iii.inſti.de adop.

Int. Illud qđ dicitur in l.fi.in §.neceſsitate. C. de boniſq; lib.qđ filius non habet legitimam perſonã ſtandi in iudicio,ſine cõſenſu patris, habet lo cũ in iudicio ordinario,& in quo plena dẽt adhi beri cauſæ cognitio,ſed quid in ſummario?

Ref. Idem l.iii.§.ſed utrum.ff.de mino.Areti.in l. j.C.qui admit.

Int. Subſtitutio uulgaris facta in hæreditate,comprehendit caſum, ſi noluerit, uel non potuerit, quid in legato?

Ref. Si noluerit tantũ.l.pater Seuerinã.ff.de cond. & demon.per quem tex.Bald. Papiæ fecit uerecundiam cuidam Philippo Regien. qui profitebatur de quacunque re in materia ultimarum uo luntatum uelle reſpondere,cũ de hoc ab eo fuiſſet interrogatus & refert Seueri.de modo ſtuden di.documento ix.

Int. Olim comparatio literarum faciebat plenam fidem.l.comparationes.& ibi not.C. de fid. inſt. hodie aũt eſt correcta, quia alia requiruntur ut ibi not.ſed nunquid ſit correcta generaliter?

Ref. Non,ſed in apochis tantum, ut per Bart.in l. admonendi.nu.26.29.& 30.ff.de iureiu.

Int. Si uendo tibi actionem contra Titium,uendo ne tibi eam etiam contra fideiuſſorem?

Ref. Sine dubio.l.uenditor actiones.l.uenditor.§. non ſolum.& utrobiq; Bal.ff.de hær. uel ac.uen.

Int. Campſor iuſſus alteri ſoluere, erit ne ut fideiuſſor?

Ref. Erit, nec beneficium excuſsionis habebit, ut per Bald.aſsignantem rationem in l. fruſtra. C. de non nume.pecu.Iaſ.in l.ſingularia. col. v. ff. ſi cer. peta.

Int. Cõtra l.dies feſtos.C.de fer. diſpẽſat ne Papa?

Ref. Non regulariter,niſi cauſa ſubſit.c.j. de fer. c. licet.eo.titu.Feli.in c.fi.col.iii.de maio. & obed.

Int. Simonia committitur ſi aliquid detur, quid ſi retineatur?

Ref. Idem uideretur dicendum, quia remittere eſt dare,largè tamen loquendo,quoniam propriè & ſtrictè non eſt uerum caſus eſt in l.Iulianus parua.ff.de condi.& demon.quem aureum dicit Feli.in c.uenicns.col.i.de teſti.

Int. Aeſtimatio creſcens modicis diebus, debet ne attendi?

Ref. Non.l.precia rerum.ff.ad legem Fal. not.in l. uinum.ff.ſi cer.peta.

Int. Quid ſibi uolunt uerba illa adhuc poſita in d. l. precia rerum. ibi in magna annonæ charitate. ff. ad legem Falci.?

Ref. Non aliud,niſi illud quod dicimus lingua noſtra materna,penuria & cariſtia,quanquam Græcè cariſtia idem ſonet quod gratia, & Euchariſtia idem quod gratia bona.

Int. Quare eſt quod legem Papiã de qua alias in l.j. in prin.C.de cad. tol. uaniſsimã appellat Tertulian.in apologet.ſuo c.vj.de legib.

Ref. Forte(is enim & legũ & inſtitutionum Romanarum peritiſsimus erat, & inter ſcriptores, (ut inquit Euſeb.Cæſarien.)admodum clarus) fortè quia cœlibatui repugnabat, quam Seuerus etiam conſtantiſsimus principum, excluſit, ut in loco præallega.refert.

Int. Quare eſt quod Galen.de diffe. pulſ. conſulit, ne quis ſe in definitiones coniiciat?

Ref. Quia omnis diffinitio in iure periculoſa eſt.l. omnis diffinitio.ff.de reg.iu.uel quia(ut ibi ſubiicit) rem cognoſcentibus ſunt ſuperuacuæ, nec ignorantibus neceſſariæ, inquit etiam Fab.omnem diffinitionem tenendam eſſe,quia non mutatur ius nec lucratur obolum,qui diffinitionum ueritatem diſputando quærit, in §. ex non ſcripto.col.ii.inſti.de iur.natu.

Int. Quot ſunt gradus dignitatum in urbe?

Ref. Tres(poſt Papam intellige) Vice cancellarij, Camerarij,& Pœnitentiarij: ut not. in clem. ne Romani.de electio.

Int. Ad gradus propoſitum,qui nanq; erant clerici primi gradus,quiq; ſecundi in eccleſia?

Ref. Canonici erant primi, alij ſimpliciter beneficiati ſecundi,ut not.Inno.in c.fi.col.ij.de præbẽ. & in c.ſedes Apoſtolica,de reſcrip.

Int. Quis eſt eccleſiæ ſponſus,quiq; filij eiuſdẽ pri mi gradus,iuxta not.in l.liberorũ.ff.de uer.ſig.?

Ref. Sponſus eſt CHRISTVS, & in terris Papa, Cardi-

Cardinales uerò, filij primi gradus, ut inquiunt Io.And.& Imol.in c.felicis.de pœn. in vj.

Int. Offendens pôt ne se in manu offensi ponere?

Res. Non,quia nemo est dominus membrorũ suorum.l.liber homo.ff.ad legem Aquil.not. in l.i. in §. usq; adeò. ff. de iniur. Boer. multa decisio. cclxii.nu.4.par.ii.

Int. Verba debent semper aliquid operari.l.si quãdo.ff.de lega.i.sed an ne detur aliquis casus quo nihil operentur?

Res. Datur, nec inconuenit plerunq; ꝙ inculcentur & nihil operentur,ad euitandas friuolas dubitationes,ut not.Doct.in c.nimis.de excessib.prę lato.Ferrarien.cons.xii.nu.26.uol.i.

Int. Quod dicitur in titu.de formu.& Imp.uc. intelligitur ne de de formulis ipsarum actionũ, id est de ipsis actionibus formalibus?

Res. Non,sed de superuacua actionum solemnitate ita Bal.in l.& fine.ad fi.C.ad Treb.

Int. Filius potest ne petere legitimã in quacunq; re,si in pecunia sit sibi à patre relicta?

Res. Potest hoc non obstante l.scimus.§.repletionem.C.de inoffi.testa.& ibi not.estq; opinio cõmunis:multa Bertran.cons.lxxii.col.ii.uol.ii.

Int. Valet ne cõsequentia seruus est ergo fur?

Res. Glo.in l.Iulianus.in prin.ff.de ac. emp. dicit quod sic,idq; etiam Saty.

Vappa lippus & tenui farragine mendax,
Verterit hunc dominus momento temporis exit.

dixiq; alibi satis.

Int. Quæ est ratio quod mater excluditur in casu. l.Lucius.ff.de uulga.& pupilla substi.?

Res. Bal.in l. precibus. in fi.C. de impub. assignat rationẽ,quia breuiloqua habet in sinu directã,interdumq; homo plus significat quam loquatur,& quandoq; plus portat in pena quàm in manu, & quia generalia exprimũtur per specialia.l. si chorus.ff.de lega.iii. uel quia maior affectio quæ est ad filium substitutum,uincit minorem affectionem,quę est ad uxorem,& licet ad matrẽ sit affectio legis,tamẽ affectio testatoris illius affectionem uincit,& ut ipse ibidem dicit latius.

Int. Grãmatica est ne nobis in aliquo necessaria?

Res. Est inquam,ex eoq; liquet,quia nomina substantiua denotant quid,adiectiua quale, aduerbia qualiter,uerba agere,pati,dari,& fieri,participia id quod nomina & uerba. Gerundia modũ supina ad quid,& fusius ut not.in l.interdum. in §.stipulationum.ff.de uerb.obl.& ibi Bal. idemque in l.Pomponius.ff.de procura.& in l.ii.ff. de duob.re.& in c.i.de postu.prælato.& in l.i.C.de his qui latro.occulta.& in l.Plautius.ff.de au. & argen.lega.

Int. Ius eligendi potest ne perdi longo temporis interuallo puta spacio annorum centum?

Res. Non,si non ueniat occasio,ut per Bar. & alios in l. filiis. C. de decur. lib.x.& in l.cum scimus. in §.illud.C.de agri.& cen.eo.lib. Bertran. cons. clvii.nu.13.uol.i.

Int. Quare est quod regula. l. si pluribus. ff.de lega. ii. non habet locum in testibus quod indefinita æquipolleat uniuersali,ut per Inno.in c.auditis.de præscrip.?

Res. Quia dictum testis debet necessario concludere & non præsumptiuè. l. non hoc. unde legi. c. in præsentia. de probatio. Bertran. consil. ii. nu. 60. uol. ii.

Int. Est ne dare casum, in quo usufructus non distinguatur a proprietate?

Res. Est utiq; in rebus,maximè quæ usu consumũtur,quæque seruando seruari non possunt, & de quibus in l.lex quæ tutores. C. de admi. tuto. ita Bal.in §.si item si.ff.de fideiusso.

Int. Frater tenetur ne dotare sororem?

Res. Tenetur quãdo ipsa non habet modum se dotandi.l.cum plures.§.cum tutor.& seq.§.fi. ff. de admi.tuto.not.Bar.& Bal. in auth. res quæ. in j q.C.communia de lega.

Int. Scholaris qui non uult iurare rectori, est ne pro tali habendus?

Res. Non.c.ex literis.de constitutio.not.in l.quædam.in §.nummularios,ff.de eden.Bal. in c. i. in prin. de cont. feu.apud par.ter.in usib.

Int. Potest ne occidi fur quando aliter capi non potest?

Res. Abb.in c.ii. in prin. de homi. sentit quod sic, & habetur etiam in l.itaq;.ff.ad legem Aquil. & in l.ut uim.ff.de iusti.& iur.

Int. Pro persona iudicis præsumitur regulariter, quia uir bonus.l.uir bonus.ff. iudi. sol. l. herennius. §. Caia. ff. de euictio. sed quid si ordinem non seruat?

Res. Isto casu præsumptionem amittit, ut inquit Bal.post Cyn.in l.sancimus.in xiii.q.C.de iudi. Feli.in c.dilectus.col.ii.de rescrip.

Int. Constitutus in articulo mortis, potest ne condere testamentum?

Res. Si sit sane mentis potest,& matrimonium contrahere,& ut testis examinari,ut not.in l.quoniã indignum.C.de testa.plenè Deci. consil. clxxv. col.vii.alias nu.7.uol.i.

Int. Pater(horrenda & enormissimi criminis quęstio est) carnaliter cognoscens filiam, qua pœna uenit puniendus?

Res. Vltimi supplicij, & est mitis. l. si adulterium cum incestu. & ibi Bart. Albe.& Ange. ff.ad legem Iuliam de adul.plenè Boer.decisio.cccxviii. par. secunda.

Int. Est ne excusandus Doctor, qui uno tempore unum dicat,& alio aliud?

Res. Ange.in l.Labeo.ad fin.ff.de serui.rusti.prædio.dicit quod sic, quia ibi Labeo etiam sibi ipsi contradixit,& habetur quoq; in l.Aemilius.ff.de mino.& per Bal.in l.de tutela.C.de restitutio.in integ. Imò quod sano utitur consilio, qui reuocat quod malè fecit. c.cum cessante. de appella. Deci.cons.ccclxxvii.col.v.uol.ij.est uerũ (subiicit Ange.in dicto loco)quod quisque ut ab igne, cauere debet,quia non capiuntur consilia,ob malignitatem linguarum in bonam fidem sed in fal-

sitatem potius.hæc ille.

Int. Habens intentionem fundatam uult ad probandum admitti,est ne audiendus?

Res. Ad literam dicit tex.quod sic in l.circa. ad fi. ibi mos ei gerendus est. ff. de proba. & in simili in l.quod si.ff.de rei uendi.Bar. in l.cum uinum. C.de fideicom. & Ias.in l.admonendi. in lectu, col.xv.ff. de iureiu.

Int. In duello quando pugnantes sunt in campo, licet ne eos pœnitere?

Res. Non,quia publicè interest peccata nocentiũ apparere.l.eum qui nocentem. in prin. ff. de iniur.Bal.in c.i.in prin.col.vj. de pace ten. in usib.

Int. Filio naturali debetur ne legitima?

Res. Non,imò nec filiæ dos,quæ aliàs succedit loco legitimæ.l.iii.§.sed utrum.ff.de mino.& probatur.l.uxorem.in §.pater naturalis.ff.de leg.iii. Ias.in auth.res quæ.col.antepe.C.cõia de lega.

Int. In l.fi.C.qui admi.dicitur quod coram quocũque iudice agnosci potest bono. possessio poterit ne agnosci coram notario?

Res. Licet notarius iudex chartularius sit, ut not. in l.i.ff.de iudi.quia tamen non habet iurisdictionem contentiosam, sed in potentia tantum, nec tribunali præest ut ibi,non est etiam talis,ut coram eo agnosci posit & not. Ferrarien. in d. l. fin.col. ii.

Int. Magister seu præceptor grammaticæ,non habet iurisdictionem in scholares (quid in aliis præceptoribus not.in auth.habita.C.nc fil.pro pat.) sed quid si seuere nimis agat cum eis & aliquis moriatur?

Res. Punitur ut punitus fuit magister Fãtinus hic, Patauij scilicet,ita Saly.in l. item quæritur. in §. item Iulianus.ff.loca.fusius Boer.decisio.cclxxv. col.ii.par.ii.

Int. Quare est quod in l.fi.C.de peti.hære.centum uiri dicantur senatores,& centum uirale iudiciũ cum tamen(ut memoriæ proditum est) forent cẽtum & quinque numero?

Res. Non alia ratione(ut not.in l.ii.ff.de orig.iur.) nisi ex loquendi commoditate.

Int. Statutum quod homicida possit occidi ab hæredibus interfecti ualet ne?

Res. Valet,quia meruit,& hoc casu priuatus habebit gladij potestatem, quæ delegari nec poterit, imò quod nec ipse dicetur occidere,sed lex, ita Bal.in c.ad nostram.nu.2.de prob.& conferunt ad dicta in l.Imperium.ff.de iurisd.om.iud.

Int. Si testis dicat scio pro certo, talem esse filium talis,loquetur ne incongruè?

Res. Bal.in l.filium.ff.de his qui sunt sui uel alie. iur.dicit quod non,quia debet intelligi de ea certitudine quæ haberi potest, quoniam pro certo sciri non potest,& latius Feli.post eum in c. i. in prin.de summa Trini.& fid.catho.

Int. Non satis nobis constat quid uelit sibi dicere tex.in l.antiqui. in §. i. ibi quinquies quaternos enixam Penelopem.ff.si pars hę.pet.scirem libenter quis eorum uerborum sensus sit.

Res. Intelliges facile si Peloponesam legetis, quia sic etiam tex.restituendus est.

Int. Iudex iudicat secũdum allega. & probata nec supplet de facto.l.illicitas.§.ueritas.ff.de offi.præsid.quid si uertatur periculum animæ, uel de læsione utilitatis publicæ agatur?

Res. His casibus supplebit.c.cum olim. §. hic igitur.de elec.c.exceptionem.de excep.l.militẽ. C. de procu.not.in c.cupientes.de elec.in vj.

Int. Prætor qui concedit beneficium abstinendi.§. sed his permittit prætor.insti.de hære.qualita.& diffe.potest ne facere quod filius qui ipso iure est hæres desinat esse hæres?

Res. Non,ut declarat Cyn. in l.j. C. si ut se ab hæredi.absti.

Int. Filius institutus,habet substitutum, filius adire recusat,pater admittetur ne?

Res. Sine dubio,quia eadem persona est cum filio. l.fi.C.de impub.ita Cy.in l.cum non solum.col. ij.C.de bonisq; libe.

Int. Fictio multiplex est,inductiua, restrictiua, & unitiua,de qua loquitur tex.in l.fi.C.de impub.?

Res. De unitiua,quia pater & filius,finguntur unũ corpus.& una anima in duobus corporibus, ita Bal.in l.qui in prouincia.in §.i.col.i.ff.de rit.nu.

Int. Delegatus potest ne quandocunq; reuocari?

Res. Potest,sed non tamen decet sine causa.c. causamq;. ij.& ibi Abb.in prin.de iudi.

Int. Quid est Delphinus in Gallia?

Res. In libello de magistratibus Francorum scribitur,quod est filius regis,suus & necessarius hæres qui succedit in regno,quique Cęsares à Romanis appellabuntur,in his pania infantes.

Int. Prælegata, ueniunt ne in restitutione fideicommissi?

Res. Veniunt regulariter.l.Marcellus.§. quidã liberis.ff.ad Treb.Bertran.cons.xxxiiij.nu.1. uol.ij.

Int. Fructus acquisiti post aditam hæreditatẽ subiacent ne fideicommisso?

Res. Non,casus est in l.ita tamen in §.si seruum.ff. ad Treb.Bononien.cons.xciiij.nu.19.

Int. Quod dicitur in l.prægnantis.ff.de pœn. mulierem pregnantem, non torquendam, habet ne locum etiam in decumbente post partum?

Res. Bar.ibi dicit quod sic,quia posset propter debilitatem mori,latius Feli.in c. cum aliqua declaratione in c.quã frequẽter.col.vij.ut lit. nõ cont.

Int. Quælibet lex debet esse de casu dubio.l.quod Labeo,ff.de carb. edic. Sed nunquid istud sit generaliter uerum,& in tota lege?

Res. Non,sufficitq; uerbũ principale dubitationẽ habere,nõ oĩa.l.cũ furti.ff.de in lit.iur. Butigel. in l.pacta quæ contra.nu. 10.C.de pact.

Int. Potest ne aliquando lex esse de indubitabili?

Res. Tex.in l.apertissimi.C.de iudi.& in l.apertissimi.C.de epi.& cle.& in l.iij.ff.de nata. resti. & in c.quis dubitat.xcvj.dist.innuere uidetur ꝙ sic, & maximè quia nonnunquam fit,ut notior appareat,clem.cupientes.de pœn.Feli.in c. non dubium.in prin.& per illum tex.de sen.excom.

Int. Quando instrumentum est cancellatum, præsumitur ne debitor liberatus?

Res. Si est penes creditorem, præsumetur, si penes debitorem, non. l. i. ff. de his quæ in testamē. del. not. in l. quicunque. C. de apo. pub. lib. x. Bal. in l. unica, in §. ille etiam. C. de lati. lib. tol. Bertran. consf. clxiiij. col. j. uol. ij.

Int. Habemus ritu. de his qui ueni. ęta. impet. quid est impetrare?

Res. Idem quod obtinere, seu habere cum effectu id quod petimus, & sic aliud petere, & aliud impetrare. l. i. in prin. ut lit. penden. & in auth. de referenda. in prin. & ibi Bar. nu. 2.

Int. Dos æstimata facit emptionem l. quotiens. C. de iur. do. fundusq; dotalis esse definit ut ibi, sed quid si maritus, soluendo non sit?

Res. Tunc dotalis remanebit. l. in rebus. C. eodem Bald. in l. interest. in fin. C. de iur. dot. Cremen. singul. xviij.

Int. Exceptio quæ obstat cedenti, obstat ne cessionario?

Res. Non, quando in eo non ulget eadem ratio. l. fin. in princip. & ibi not. C. de iur. dot. Paul. Castren. consil. cccxxix. col. iii. uol. i. & consf. clviij. col. ii. uol. ii.

Int. Quod nanque tempus attenditur quanta sit legitima?

Res. Mortis. l. cum quæritur. & ibi Ias. C. de inofficio. testamen.

Int. Potest ne filia meretrix à matre meretrice exhæredari?

Res. Non, casus est in l. harena. C. de inoffi. testa. unde uulgatum illud prodiit.

Nil dolosus doloso, nil catilina cetego, de quo etiam Paul. Cast. consf. cccxcv. col. pe. uol. j.

Int. Manifestè turpitudinis est, aut nolle iurare, aut iuramentum non referre. l. manifestè, uulga. ff. de iureiu. quid in actione rerum amotarum?

Res. Secus. l. idem Labeo. ff. de actio. rer. amota.

Int. Vnde origiuem habuit concilium Basilien. de triennio loquens, siue regu. ab eo, de triennali possessore?

Res. Fortè ab æquitate. l. properandum. C. de iudi. dum uult lites triennio terminari debere. Vel l. j ff. de usucapio. & in præfatio. regu. ante dictæ de triennali possessore, col. i. sensit Gom. olim collega noster.

Int. Edictum de in ius uocando, habet ne locum in uasallo, uel in subdito, qui in ius nocat dominum & rempub. seu fiscum, non petita uenia?

Res. Bal. in c. i. de mil. uas. qui contu. est ad fin. in usib. dicit quod non.

Int. Si quis uelit agere contra principem, debet ne ut filius uel libertus petere ueniam?

Res. Debet, quia ita ēt dicit glo. in l. bene à Zenone. C. de quad. præscr. Fel. in c. i. col. v. de proba.?

Res. Metaphora sumpta est ab his qui maculis famam dehonestant, ut Riual. inquit in epito. iuris ciuil. col. i.

Int. Quare est quod parentum appellatione etiam naturales continentur. l. parentes. ff. de in ius uocan.?

Res. Quia nomen naturæ à lege prolatum est, æthicumq; preceptum, quod una omnibus parentibus debeatur reuerentia. l. tutelas. & ibi not. ff. de capi. dimi. d. l. parentes. Cy. in l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta.

Int. Si patronus cogat libertam iurare ne nubat punietur ne?

Res. Not. in l. adoptiuum. in §. patronum. ff. de in ius uoc. quod sic, in amissione scilicet iuris patronatus, uel & aliter ac fusius ut declarat Franciscus de Ramponi. in d. §. patronum.

Int. Ex dicto boni uiri causatur bona fides, id est iusta credulitas. l. uir bonus. ff. iudi. sol. sed quis est is, qui dicitur uir bonus?

Res. Qui non facit aliquid pœnale, quique uult in alio fieri, quod uult in seipso, & qui deniq; cōsilio atque prudentia pollet, & ut not. fusius alias in regu. scienti de reg. iur. in vj. & quod ex dicto boni uiri causetur iusta credulitas est glo. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demon. Bal. not. in c. sanctorum. de præscrip. Boer. decisio. ccxj. nu. 20.

Int. Clausula supplentes, & de plenitudine potestatis, supplet ne si defectus sit naturalis, puta illegitimationis?

Res. Non, c. Cenomarensem & ibi Archid. lvj. dist. Bal. in rub. de consuc. nu. 23.

Centuria Decimaquarta.

Int. AD querelæ propositum, de quo aliàs in titu. de inoffi. testa. & de inoffi. dona. cui datur regulariter?

Res. Illi, cui necesse est aliquid relinquere. l. si totas. C. de inoffi. dona. c. i. & utrobique etiam glo. de suc. ab inte. Bertran. consf. ccxiiij. nu. 2. uol. j.

Int. In moneta de qua sæpè fit mentio, quæ nanq; requiruntur? conferetq; ad intellectum. l. i. ff. de cont. emp.

Res. Tria, materia, forma, & pondus, materia ualorem, forma auctoritatem, & pondus denique usum respicit, præallega. l. i. l. i. & ii. C. de uet. nu. po. lib. x. & ibi Ioann. de Plat. Boer. multa decisio. cccxxvij. nu. 7. par. ii.

Int. Ad concessionem immunitatis, quæ nāq; sunt necessaria?

Res. Tria, princeps, concessio ad tempus, & probatio causæ necessariæ, ita glo. in l. i. C. de his qui à prin. ua. ac. lib. x.

Int. Vbi in dispositione fit mentio masculorum uel nepotum ucnit ne filius uel nepos masculus ex filia natus?

Res. Non. l. i. ff. de iu. immu. c. i. §. hoc autem notandum, qui feu. dar. pos. in usib. Bald. in authen. si quas ruinas. ad finem. C. de sacrosanct. eccle. & in l. sed si hac. in §. liberos. ff. de in ius uoc. Angel. in §. qui manumittitur. ead. l.

 Bertran.

Bertran.plenè conſ.j.nu.36.uol.ii.
Int. Iudæus poteſt ne eſſe Doctor?
Reſ. Non,quia Doctoratus eſt dignitas. e. quāto, de magiſt.neque poteſt ad dignitates alias aſſumi.l.fi.C.de iudæ.Feli,in c.i.ad fi.eo.titu.
Int. Poteſt ne iurare per CHRISTVM?
Reſ. Minimè, ſicuti nec Chriſtianus per Maumethem,quia ille uideretur in contemptum id facere,in iſto foret religionis uinculum.l.iudæos.C. de iudæ.Bal.in l.non erit.in §.diuus.ff.de iureiu.
Int. Quod dicitur in l.i.C.de inoffi.dot. iura iuribus concordanda eſſe, eſt ne generaliter uerum?
Reſ. Et in ſtatutis,& in inſtrumentis,reſcriptis, & teſtibus,& generaliter in quibuſcunque diſpoſitionibus procedit,ut not.in c. cum expediat. de electio.in vj.
Int. Iuramentum calumniæ, probat ne debitum?
Reſ. Non, ſed tantum agentis animum declarat, eſt uerum inquit Bal. alibi quod uim probationis habet in dependentibus à uera exiſtentia terminorum,ſuminariaq; probatio præmiſſa uidebitur eo ipſo,quod de calumnia iuratum eſt,in l. ſed alio.in §.ſi abſens.col.ii.ff.ſi ex noxa.cau.aga. & eſt tex.in l.theſaurus.ff.ad exhib.
Int. Prohibita alienari poſſunt ne præſcribi?
Reſ. Poſſunt, non minori tamen ſpacio annorum xxx.uel xl.l.fi.§.fi,C.communia de lega.l. filiuſfamilias.& utrobique not.ff.de leg.i.
Int. Generalis prohibitio alienationis,includit ne alienationem neceſſariam?
Reſ. Non,ut ex multis oſtendit Rom.conſ. cvij.& poſt eum firmat Bertran. conſil. cxxvii. numero 11. uol. iii.
Int. Si prohibitio facta ſit,fauore certę perſonæ,ea conſentiente,poterit ne alienatio fieri?
Reſ. Indubitatum eſt,& tradit Bar.in l.filiusfamilias.in §.diui.in pen.q.ff.de lega.i. Purpu. in l. j. nu.10.C.de pac.
Int. Cui magis fauetur, hæredi grauato, uel non grauato?
Reſ. Longe magis grauato,caſus eſt in l. ſi ita ſcriptum.ff.de leg.i. Boer.conſ.liij.nu.6.
Int. Quid ſibi uolunt uerba in l.fi.ad fi.ff. de lib. & poſthu.ibi poteſt tamen & impubes operas dare, ueluti ſi nummiculator ſit uel hiſtrio?
Reſ. Accur.ridicula multa ſomnians ibi dicit, ſed nomenclator uult dicere text. ſicq; reſtituendus eſt.& ille dicitur qui memoriter unumquenque uocare didicit, a nomine calando id eſt uocando dictus,ex quo etiam inſti.de teſta.in prin.calata comitia id eſt uocata dicuntur, & Kalendæ a calo id eſt uoco,alibiq; etiam dictum eſt ſatis.
Int. Homo liber poteſt ne perpetuo operas locare?
Reſ. Non, ſi maximè hanc adiiciat conditionem, ut ipſe perſonaliter ſeruiat.l.poſt certi.C.de lib. cau.l.iii.de libe.homi.exhib.l.Titio centum.§.ſecundo.ff.de cond.& demon.Boer.in tract. de auƈto.maio.conſi.col.x.ſeu nu.34.alias.
Int. In locatione remittitur penſio propter ſterilitatem.l.ſi uno.ff.loca.l.licet.l.excepto. C. eod. quid in emphyteoſi?
Reſ. Secus, quia tunc in recompenſationem fructuum non ſoluitur ſed propter recognitionem directi dominij,ut not.Bar.& omnes in l.j.C. de iur.emphy.in ii.oppo.& Bal. in l. item ſi uerberatum.in §.ſi quis.ff.de rei uen.latè Bertran.côſ. xlij.nu.10.uol. i.
Int. Natura legis eſt dare formam futuris negotiis non etiam præteritis.l.leges.C.de legi. c. fin. de conſtitutio.quid in priuilegiis uel reſcriptis,uel ſi foret declaratoria?
Reſ. His caſibus falleret regula,l.non dubium. C. de legi.declarat Bal.in d.l.leges.& Bar.in l.omnes populi.in v.q.prin. ff. de iuſti. & iur. & Fab. in §.quodcunque,ad fi.inſti.de iure natu.& Albe. in l.fi.col.ii.C.ſi contra ius uel utili. publi. alibiq; etiam dictum eſt ſatis.
Int. Si reprobetur conſuetudo,quæ nam reprobata dicetur,præterita uel futura?
Reſ. Præterita, ut uult Ancha. in c.cum ab omni. de uita & honeſta.cleri.Pet.& Cyn. in l. dudum. C.de cont.emp.& eſt glo.in cleme.ſtatutum. de elec.latè Bertran.conſ.cccxlij.nu.3.uol.ii.
Int. Quare uulgo dicitur inciuile eſſe iudicare niſi tota lege perſpecta,l.inciuile.ff.de legi.?
Reſ. Quia circunſtantiæ ſcripturarum (inquit Auguſti.) illuminant intellectum.
Int. Oportet ne quod conſuetudo ſit obtenta in cōtradictorio iudicio,ut ualeat & dicat cōſuetudo?
Reſ. Non,ut not.in l.de quibus.ff.de legi.& eſt cōmunis opinio quod atteſtantur ultra omnes & nouiſsimè quidem Ferrarièn. conſ. xviij. nume. 23. uol.primo.
Int. Clauſula de omni & toto eo quod debetur eſt ne generalis, an uerò comprehendit ea tantum quę debentur inter uiuos?
Reſ. Ea tantum quæ ſic debentur. l.Paulo Calimacho.§.Pomponius.ff.de lega.iii. Vital. Camban. in tracta.clauſula.j.col.j.multa.
Int. Actio ſemel extincta poteſt ne amplius reuiuiſcere?
Reſ. Non,l.qui res.§.aream.ff. de ſol. niſi miraculosè,quando ſit reſtitutio in integrum.l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff. de mino. alias impoſsibile eſt,ut in homine mortuo,& in legato, ita Cy. in l.ii.C.ſi aduer.tranſac.
Int. Quando plures uocantur nomine collectiuo ad fideicommiſſum debet ne attendi proximior in gradu illi,qui debet fideicommiſſum reſtituere,an uerò illi,qui eſt proximior teſtatori?
Reſ. Ille attendi debet,qui eſt proximior,reſtituere debenti ut per Bar.in l.re coniuncti.in pe. col. ff.de lega.iii.& Dy.in l.cohæredi.in §. qui diſcretas.ff.de uulga.& pupilla.ſubſt.not.in l. cum ita. in §.in fideicommiſſo.& in l.peto.in §. fratre. ff. de lega.ii.Bertran.conſ.ccc.nu.4.uol.iij.
Int. Mulier in dote præfertur ne quibuſcunq; creditoribus, habentibus etiam hypotecā expreſsā?
Reſ. Sentiunt Docto. in l.aſsiduis. C. qui potio. in pigno. habe. quod ſic, plenius Abb. in cap. ex literis.

literis. columna tertia. de pigno.

Int. Ad unitatem formæ, correspondet ne unitas substantiæ?

Res. Sine dubio, l. cum quæstio. C. de lega. & ideò Bal. alibi ob hoc de unitate substitutionis, ad unitatem formæ uerborum arguit, in l. precibus. exẽplificando ut ibi per eum, col. xii. C. de impub.

Int. Vxor debet ne operari in domo uiri?

Res. Vtique debet, & non esse sicut corpus mortuum, & maximè, si eidem alimenta sint relicta. l. j. & ibi Bal. C. de lega. Paul. Cast. in l. diuortio. col. vii. ff. sol. mat. Alex. cons. 100. uol. i.

Int. Filius mortuo patre acquirit ne feudum eidem succedens?

Res. Non, sed retinet. l. in suis. ff. de lib. & posthu. §. sui. insti. de hære. quali. & diffe. Bal. in c. i. col. fi. an mut. uel alit. imperfec. in usib.

Int. Quis fuit Gallus Aquilius de quo in l. Gallus, ff. de lib. & posthu.?

Res. Ciceronis collega in prætura homo acutus & exercitatus, qui promptam in agendo, & respondendo celeritatem habebat, ut idem Cice. tradit, quique Aedium pulcherrimarum magnificentia famam auxit.

Int. Quælibet iusta causa excusat ab expensis, ut in l. qui solidum. in §. etiam. ff. de lega. ii. nunquid istud sit generale?

Res. Non, quia in curia eo ipso quod quis est condemnatus, iniustè egisse præsumitur, & sic Rota semper condemnat. & pulchrè declarat Gomes. olim collega. in reg. de anna. possesso. q. xli. col. i.

Int. Si legatum fiat super aliquo fundo, erit ne fundus obligatus?

Res. Indubitanter, casus est singula. in l. codicillis, in §. instituto. ff. de lega. ii. quem ad idem exclamat Ro. cons. clxxxviii. col. i. & Ias. in auth. sacramenta puberum. col. vj. C. si aduer. uend.

Int. Contra conductorem qua actione agitur?

Res. Præscriptis uerbis si frumentum soluit, si uerò sit colonus partiarius, tunc agitur pro socio, ut not. in l. ædem. C. loca. & in l. i. in §. si quis ser num. depo. Bal. in l. si merces. in §. uis maior. ad fin. ff. loca.

Int. Successor singularis, tenetur ne stare colono, uel è contra?

Res. Non. l. si merces. §. qui fundum. l. qui fundum, & utrobique Bal. ff. loca.

Int. Quid sibi uult tex. in l. ex conducto. in §. si uis tempestatis. ff. loc. ibi ueluti si uinum coacuerit, si rancis aut herbis segetes corruptæ sint?

Res. Si raucis legeris, textumq; restitueris (sic enim reponendus est) intelliges facile, quoniam raucis id est uermibus exponi debet.

Int. Scholares, tenentur ne ad uiæ refectionem?

Res. Non, quia non possident domos locatas. l. nõ solet. ff. loca. Cy. in l. in summa. C. de pigno.

Int. Scholaris potest ne instituere actionem famosam contra suum Doctorem & magistrum?

Res. Non, quia persona sancta sibi uideri debet, ut pater filio, seu patronus liberto. l. non debet. ff. de dolo. l. i. C. de obseq. pat. præstan.

Int. Si in impetratione rescripti impetrans se scholarem dixerit, cum tamen non esset, an rescriptum uitietur?

Res. Sine dubio uitiabitur. c. dudum, & ibi Abb. Feli. & omnes de præsump.

Int. Appellatione scholaris ad propositum, ueniet ne rector?

Res. Veniet, quia scholaris esse non desinit. c. mandato. & ibi Feli. in prin. de simo. post Io. And. in procem. decretalium.

Int. Mater minor tutrix esse non potest. l. fin. C. de legi. tut. quid si consue. sit in contrarium sicuti in Gallia?

Res. Seruanda est. l. minimè. l. si de interpretatione ff. de legib. l. Imperatores. ad fin. ff. de pollicita. Boet. decisio. cxxiiii. nu. 7. par. i.

Int. Statutum excludens mulierem dotatam à successione, debet ne restringi ad successionem dotantis?

Res. Debet utique ut per glo. & Bal. atque alios, in in l. i. C. de legi. hære. pulchrè Paul. Cast. consil. lxxxiii. col. iii. uol. ii.

Int. Quare datum est arbitrium iudici in pœnis. l. hodie. ff. de pœn.?

Res. Datum est ad ipsius pœnæ exaggerationem, quandoque ad mitigationem, quandoq; propter hominum uoluntatem incognitam, ita Bal. in c. i. in prin. in quib. cau. feu. amit. in usib. & sic sem per ex causa, aut augetur, uel minuitur, inquit idẽ Bal. in l. & si seuerior. col. ii. & iii. C. ex quib. cau. infam. irroga.

Int. Minor potest ne testificari de his quæ uidit in minori ætate?

Res. Host. in c. pueris. per illum tex. de sen. excom. dicit quod sic.

Int. in pœnis attenditur ne tẽpus delicti uel sniæ?

Res. Delicti, & ideò si puer delictum commisit factus maior, non ut maior, sed ut puer punietur. l. i. C. de pœn. præallega. c. pueris, & ibi Felin. in prin. de sen. excom.

Int. Quis nam modus loquendi est in l. quod si de speciali. ad fi. ff. de mino. ibi satis iudicatum solui dare?

Res. Figuratus, figuraq; Tmesis est, sectio scilicet, nec aliud sibi uult nisi satisdare iudicatum solui.

Int. Regula. l. in causæ. ff. de mino. quod liceat con trahẽtibus se inuicẽ decipere, quo iure procedit?

Res. Fori non poli, unde Paul. j. ad Thesalonicen. iiij. neque circumueniàs in negocio fratrem tuũ, quoniam uindex est dominus.

Int. Literis impetratis pôt ne impetrãs renũtiare?

Res. Potest, ex quo nemo inuitus agere compellitur. l. i. & toto titu. C. ut ne. inui. Bal. in c. ex conquestione. nu. 6. de resti. spol.

Int. Qui omittit quod facere debet, & ad qđ obligatus est, dicetur ne esse in dolo?

Res. Absque dubio, sed dolus erit præsumptus, nõ uerus. l. dolus. ff. mãd. Cy. in l. ii. C. si aduer. delic.

Int. Ex instrumento, quod dicitur probata probatio.

tio.l.cum precibus.C.de proba.quot præsumptiones oriuntur?

Res. Duo, vna, quod sit uerum, altera quod sit solẽne, ita Bal.in c.i.in §.si instrumentum de not.feudo.in usib.

Int. Est ne Contumelia si mandatum reuocetur?

Res. Magna cum quis ab officio remouetur.l.quæ omnia.ff.de procu.imò pena argumentum in l. testamento Centurio. ff. de manu. testa. multa Bal.in c.ex literis etiam per illum tex. col. i. de offic.deleg.

Int. Si quis ius habeat sibi tamen os Clausum est nec ipsum allegare possit est ne perinde ac si nõ haberet?puta quod quis uelit agere post lapsum temporis à statuto præfixi.

Res. Aperte constat quod sic.l.qui habebat in fi. ff.de manu.testa.not.in l lecta.ff.si cer. pet. Cy. in l.si quis conductionis C.loca.Bal.in l.tale pactum in §.i.ff.de pac.Pau.cast.consi.ccxliiii.col. ult.uol.i.

Int. Probatur ne manifeste quod probatur ex coniecturis?

Res. Dicit text. singularis in l. si quis locuplex. ad fi.ff.de manu.testa.quod sic,& in l.licet Imperator ff.de lega.i.tradit Bal.in l. patronus ff. de proba.

Int. Data libertate pure, potest ne fieri pactum sub pœna reuersionis in seruitutem?

Res. Minime si quæ factum fuerit non ualet.ideq; in pia causa. l.imperatores.ff.de ma.testa.l. caueri.ff.communia prædio.Bal.in c.significauit de testi.Feli in c.uerum col.iiii. de fo.compe.

Int. Potest ne ad propositum libertas, dari ad tempus?

Res. Nõ, casus est in l.libertas.ff.de manumi.testa. in simili Bar.in l.senium.C.qui testa.fa.po.quod filius non potest emancipari quo ad vnum actũ & quo ad alterum non, et est etiam argumentum in l.eum qui ædes.ff.de usucap.

Ini. Vice rector habet ne omnẽ auctoritatem, quã habet rector?

Res. Si sit creatus ab uniuersitate habet, aliàs non. l.aliquando ff.de offi.procon.& in l.si filius ff.de legatio.Feli.pulchrè in c.cum olim magistratũ in prin.de offi.del.

Int. Ad materiam.l.petens.C.de pac.quando dicũtur ne contractus siue conuentiones correspectiue?

Res. Quando eodem contextu fiũt, ita ibidem not. & in l.in bonefidei.C.eo.& in l.pe.in §. si mulier & in §.si uir.ff.sol.mat. Corn. consi. xxix. in fi. uolumine i.

Int. Precium succedit loco rei in uniuersalibus actionibus. regulariter. l.si & rem & precium ff. de peti.hæ.quid e contra?

Res. Secus.l.proculus.ff.de iure do.l.titio.§. actor ff.de admi.tut.et rationem ponit iurecon. in l.si ita fideiussorem ff.de fideiusso.est uerum ut dicit alibi Bal.quod hoc ipsum fallit in uiro & in uxore, quando vnus habet causam ab altero, puta in pecunia donata, quia tunc res in subsidium succedit loco precii, in l.si eum seruum. col. iii. ff. si cert. petatur.

Int. Meretrix quæ de uicinia expelli potest, põtne expelli ob id de ciuitate?

Res. Non.l.ancillarum ff.de peti.hæ.Luc.de pe.in l.si qua col.iii.C.de spectacu.lib. x. Boer. consi. iiii.nu.53.

Int. Absens retinet ne domicilium originis?

Res. Retinet, etiam si mille annis abfuisset. l.quæsitum & ibi.Bar.ff.de lega.iii.l. seie.§. pamphile. ff.de fun.inst.Boer.decisio.xiii.nu.5.par.i.

Int. Expressum facit silere tacitum, l.cum ex filio. §.filio ff.de uulga.& pupil.sub.quo nam modo hoc ipsum intelligi debet.

Res. Quando cõcurrunt ut ibi not. declarat etiam Grat.Bononien.cons.xxii.nu.14. uol.ii.

Int. Bo.po.est ne factum uel ius?

Res. Est factum aliquando, nonnũquam ius, & interdum actio, factum in l.iii.in prin.ff. de acqui. pos.ius in l.iii.in §. bonorum. ff. de bon.pos.& actio in l.i.ff.de po.hæ. peti. declarat Areti. pulchrè in rub.qui admit.in prin.

Int. Est ne uerum quod dicit Bar.in l.i.in vj. q. ff. de iu.codicil.quod notarii clausulas ex consuetudine apponant in instrumentis, quas postea non intelligunt, si interrogentur, qũo intelligantur?

Res. Plusquam uerum, quod & ipsa experientia docet magistra rerum efficax.c.quam sit de elec.in vj.imo quod Imperitia dextruunt orbem, & ponunt conscientias bonorum in magno discrimine inquit Bal.consi.vi.in prin.uol. iiii.

Int. Ecclesia restituitur ne aduersus præscrptionẽ annorum iiii.?

Res. Communis opi.est quod sic ut per glo. Bar. & Docto.in auth.quas actiones.C. de sacrosanc. ec.Abb.in c.i.de præscrip. Deci.consi. cclxxxii. nu.7.uol.ii.

Int. Non licet alicui duas habere uxores, imò puniretur.l.eum qui duas.C.ad legem Iul. de adul. quid rudi in seculo, licuit ne tunc?

Res. Eucher.episcopus Lugdunen.in gene. licuisse dicit.quia nondum lege prohibitum fuerat, & quod consuetudo erat, crimen esse non poterat propter præceptũ ẽt, crescite & multiplicamini.

Int. Ius canonicus præualet ne ciuili inter laicos?

Res. Non, nisi agatur de periculo animæ, ut not.in c.ii.de reg.iur.in vj.glo.& Bar.in l.priuilegia.C. de sacrosanc.eccle.Pau.Castren.cons. xiij. col. i. uolu.secundo.

Int. Nautæ pessimum hominum genus est, ut alibi dixisti, & not.in l.i.C.de eden.imò quod Cato Sac.rub.illam nau.caupo.stab.triũ latronum esse dicebat, eamque sic appellabat, sed ad propositum quare est, quod Aegyptij non alloquebantur nautas? ut memoriæ proditum est,

Res. Quia his stantibus putabant se ex eorum sermone contaminari, vt in Hyeroglipllia ait Pieri. Valeria.& benè.

Int. Mercator scribens, uidetur ne scribere, eo cum

quo

quo contrahit mandante?

Ref. Longa quæstio est disputata in l.i.C.de eden. in qua Docto.dicere uidentur quod sic. adde nouissimè Areti.in c.i.nu.15.de iudi.

Int. Liberum & generale arbitrium, de quo in l.i. ff.de lega.iii.limitatur ne ad licita & honesta?

Ref. Si hoc idem est in iuramento, multo fortius esse debet dicto casu ut not.in l. non uidetur. in §.qui iussu.ff.de reg.iur.& in l. quanquam. & ibi Bal.in lectu.antiqua.ff.de ritu nup.

Int. Scholaris unius diei,gaudet ne priuilegio authen.habita.C.ne fil.pro pat.?

Ref. Bal.in proœm.fforum.in §. illud uerò. sentit quod sic,& mirum uidetur.

Int. Quare in actis Aposto.c.ix.sic dicitur. Saulo, qui postea dictus fuit Paulus. Ego sum IESVS, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare?

Ref. Quia in malum acrius incidit qui potentiori reluctatur, à bobus ductum, qui quo magis calcitrant, eo magis punguntur stimulo. Hinc nos potentioribus pares esse non possumus, nec inferior supra superiorem quicquam potest.l.i.C.ne li.po.c.cum inferior.de maio.& obedi. clem. ne Romani.de electio.

Int. Quare ibidem adhuc tribus diebus non manducauit nec bibit?

Ref. Quia ieiunantibus & uigilantibus cœlestia reuelantur arcana, unde raptus ad tertium cœlum audiuit & uidit secreta Dei.

Int. Cuius dictum est, pecunia tua tecum sit in perditionem?

Ref. Simoni olim mago, nanque uidens quod per manus impositionem Apostolorum dabatur Spiritus Sanctus, eis pecuniam obtulit dicens, date & mihi hanc potestatem.c.viij.

Narrat etiam D. Hiero. ad Eustochium scribens, quod quidam ex monachis suis partior quã auarior centum solidos quos lina texendo acquisierat, moriens reliquit, quodque inter monachos initium est cõsilium, quid facto opus esset, alij dicebant, pauperibus dandos, alij ecclesię, alij parentibus remittendos, Macarius uerò Pambo, & Isidorus ac cæteri patres loquentes Spiritu Sãcto, infodiendos esse cum eo, dicendo. Pecunia tua tecum sit in perditionem. & ita factum est.

Int. Quare actuum j. dicitur, & sors cecidit super Matthiam?

Ref. Quia electio qnandoque fit ex oratione alternatiua, quandoque ex legis prouidentia, nonnunquam ex remediorum affluentia, interdum ex pluralitate tribunalium, sæpè uero à fortuna ut isto in casu.l.plerunque.§.fi.ff.de iur.do.auth.habita.C.ne fil.pro pat.l.quod in hæredem. §. eligere.ff.de tribu.act. l. utique. ff. de eo quod cer. loc.l.fi.C.communia de lega.Bal.in rub. de electio. nume. 12.

Int. Si non est nisi unus Deus, unum baptisma, & una fides, quo modo sic dicitur Matth.xxiiij.Nõ inueni tantam fidem in Israel?

Ref. Quia augetur & crescit extensiuè & intensiuè, non quod sint plures, sed (ut dictum est) una tãtũ.

Int. Quare sic CHRISTVS Petrum, qui ter ipsum negarat, Paulumq; persecutorem, principes populorum elegit, & Balaam idolatram?

Ref. Quia unus & idem spiritus hæc operatur, diuidens singulis. prout uult, neque potest assignari ratio cur hoc idem fecerit.j. ad Corinth. c.xij. l. non omnium.ff. de legi.

Int. Quare dictum est rursus.c.xxxij. Deutorono. mea est ultio, & ego retribuam in tempore?

Ref. Quia Dei uindicta non est usurpanda, sicuti nec iurisdictio auctoritate propria, quod & nos etiam dicimus.l.pe.ff.de arbi.cum uulga. de quibus in l.i.C.ne quis in sua cau.& in l. nullus. C. de iudæ.

Int. Quare Iurecon.in l.peculium nascitur. ff. de pecu. qui æquiparat peculium huiusmodi, non æquiparauit potius asino, ut seruum ipsum, cui peculium conceditur, alibi pecudibus æquiparat in l.ii.ff.ad legem Aquil.?

Ref. Fortè propter dignitatem humanæ conditionis cuius contemplatione omnia inuenta fuerũt iuxta illud. Omnia subiecisti sub pedibus eius. & est not.tex.in l.uetus.ff.de usufru.& in l.iustissimè.ff.de edil.edi.& declarat Odof. ĩ d.l. peculiũ.

Int. De seruis uicariis adhuc ibidem loquitur Iureconsul. quod si moriantur, decrescit peculium, & in l.si in re communi.ff. de noxa. & in l. diffinitio.& in l.depositi.ff.de pecu.& in §.idem est, in stitu.de lega. qui nanque erant isti, sic uocati?

Ref. Erant serui seruorum ordinariorum, ut in locis præallega.legitur, quibus dominus, peculium constituisse uidetur, eo ipso quod ipsum constituit seruis ordinariis ut in d.l.diffinitio.

Int. Quid sibi uolunt uerba illa Daniel c.vii.aspiciebam donec, Throni positi sunt, & antiquus dierum sedit?

Ref. Non aliud nisi Deum optimum maximum uelle ostendere, cuius ætas & origo comprehendi non potest, ex quo solus à seculo fuit, eritq; (ut Lactantius ait) per secula.

Int. Dum dicitur Ioann.c.ij.omnes eiecit de tẽplo sunt ne uerba hęc pariter intelligẽda ut iacent?

Ref. Non, sed de Atrio templi Solomonis, ex quo plura erant in eo, istudq; in orientali parte, ubi CHRISTVS concionabatur sæpè.

Int. Isaias c.xlv.sic dicit. Ego Dominus faciens pacem & creans malum, ego Deus sic est causa mali, & cum sit summe bonus, & summum bonum, dictu absurdum uidetur.

Ref. Est causa mali non effectiuè, sed permissiuè, ut in concubinatu & usuris dicimus etiam nos, quæ duo quoque permittit lex ciuilis pariter, sed non dispositiuè concedit.l.eos.& ibi not. C. de usu. l. in concubinatu.ff.de concubi.declarat Bar. in l. cunctos populos.in v.opposi.C.de summa Trin. & fid.catho.

Int. Audio sæpè Sacerdotes in Missa dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus Saboth, & sic

sic ter,& de quibus etiam Isai.vj.quid sibi uolũt uerba hæc?

Res. Non aliud nisi ut ait D.Hieron.quod his in ambobus testamentis,nouo & ueteri trinitas.prę dicatur.et Saboth.id'est Saluator intelligitur.

Int. Quid illa.c.xiiii.Omnes,in Moyse Baptizati sunt,in nube & mari?

Res. Spiritu Sancto,qui per nubes designatur, & mari id est aqua Baptismi, intelligi debet autor Dionysius.

Int. Quare est qđ in hæresim lapsi comburuntur, ut quotidie fieri uidemus ubique locorum,et ma xime Romæ,vnde nam istud ortum habuit?

Res. A uerbis Euange.(ut credo)Ioãn.c.xv.ibi, si quis in me non manserit,mittetur foras,sicut pal mes,& arescet,et colligent eum,& in ignem mit tet & ardet.

Int. Dicit adhuc Isai.c.viij. ecce uirgo concipiet in utero,& pariet filium, et uocabitur nomẽ eius *Emanuel*, et tamen hoc noĩe CHRISTVS uocatus fuit nunquam, mirum est igitur quare.

Res. Declarauit Propheta(ut Lactã.)inquit & bene)quod deus esset ad homines uenturus in carne, qui tamen primum fuit in spiritu, nec sibi aliud uult hoc nomen,nisi nobiscum deus.

Int. Si mater CHRISTI uirgo erat post partum in partu,& ante,quare uiro desponsata fuit ut di citur Luce.i.?

Res. Ne iuxta Moysis legem lapidaretur à populo adultera,et ut fugiens in Aegyptum,custodis po tiusquã mariti solatium haberet,et etiam ut per Genealogiã Ioseph, ipsius cognosceretur origo

Int. Ibidem rursus dicitur per Angelum *Aue gratia plena*, quare non aue Maria ut nos?

Res. Quia in salutatione principis, nomen proprium exprimitur nũquam et quia angelus non pro se(ut nos)orabat,sine peccato missus à deo, A nobis autem uocari nomine proprio gaudet, ut nos identidem pręcantes exaudiat.

Int. Duo legi.in Exodo.c. xx. quæ non intelligo, ibi cunctus autem populus uidebat uoces, & lam pades,vnum enim est quid uiderit uoces cum ta men audiantur, alterum, quare sic uiderit lampades.

Res. Humana uox auditu, diuina uero uisu percipitur,vnde fit quecunque dicit Deus, ut non uerba sint,sed opera lampades autem uidebat rur sum quia ignis uim habet geminã illustrãdi urẽdique, eoque fit ut lex obedientibus lumen sit, contumacibus uero æstus & incendium.

Int. Obscura quoq; sunt uerba illa Ecclsiast.c.xiii. quid communicabit Cacabus ad ollam.

Res. Imò clara cum principibus cõsuetudine non habẽdã, ne ab eisdem opprimamur ut à Nerone Seneca,ab Alexandro Aristoteles, à Iustiniano Belliasserius & à similibus similes.

Int. Math.xxvii.ibi non licet mittere in Corbonã quid erat Corbona ista?

Res. Capsa in Atrio templi Solomonis ubi mitte bantur Oblationes pauperum,seu ad usum eorũ quæ etiam Gazophilatium appellabatur, & de quo nos alibi sæpe.

Int. Vidi Deũ facie ad faciem,& salua facta est aĩa mea,dicebat Iacob,et legit.c.xxxii.Gene. secus uero in euange.Io.c.i. ꝙ Deũ nemo uidit vnquã quomodo igitur contrarietas hæc saluabitur?

Res. Dicit Euche.quod per subiectã diuinæ potestati speciem uisibilis creaturæ,quæ humanis po terat apparere cõspectibus uidit,in ea autem sub stantia Maiestatis in qua est, non uidit unquam hõ,est igitur in vniuerso essentialiter mysteriali ter,& misericordialiter, primo modo in sua essẽ tia secundo in Eucharistia, tertio ubique vnde Illud. Misercordia dei plena est terre.

Int. Quare dicitur Matth.c.xxviii. Baptizantes eos in nomine Patris,filii,& Spiritus Sancti?

Res. Vt ostenderetur trinitas,Pater scilicet Filius, & Spiritus Sãctus,pater ingenitus est,filius geni tus,Spiritus Sanctus nec genitus nec ingenitus. Pater rursum,ex quo omnia,filius per quem om nia,et Spiritus Sanctus in quo omnia fiunt.

Int.Quare ad huc Matth.ii.dicitur Magi ex oriente uenĩẽtes obtulerunt aurum Thus & Myrrham?

Res. Vt CHRISTVM deum regem,& hominem confiterentur,nanque in auro regni potestas est in Thure Dei honor,& in Mirrha corporis sepultura,Aurum igitur ut regi, Thus ut Deo, et Mirrham vt homini obtulerunt.

Int. Quare dixit CHRISTVS Matth.c.xx. Matri pro filiis petenti,ut sederent ad dexteram patris quid uis?

Res. Vt a Solomonis responsione,hæc differret,ille enim statim promisit postea promissa negauit, uel Herodis, qui promisit pariter & iurauit & Ioann.Baptistæ caput puellæ saltatrici dedit,ma ximè quia nec honesta nec licita petebat, & quia CHRISTVS petita facere nõ debebat,qua de re dixit rursum. Nescitis quid petatis. & si non ad matrem conuersus, illorum nomine petentem, sed ad filios ita respondit,mirum haud est, ut ipsorum detestaretur ambitionem.

Int. Sum admiratus sæpè,quomodo Matth. adhuc ix.c. dicatur. Qui reliquerit patrem aut matrem propter me,centuplum accipiet. Alibi uerò, qđ anathema sit,si quis etiam occasione cultus Dei, parentes deseruerit in c. ii. xxx. dist. & maximè quia in decalo.dictum est pariter & ad idem.Honora patrem tuum & matrem, si uis esse longeuus super terram.

Res. Deserendi sunt infideles non fideles,& ita cõ trarietas resoluetur, atq; concordabitur ut in d. c.ii.not.& in c.j.xxviij.q.j.

Int. Quo modo ueritas de terra orta est, si dixit CHRISTVS. Ego sum uia ueritas & uita. Psal. lxxxiiij?

Res. Hoc modo, Deus qui primum erat spiritus, terrenum corpus assumpsit, ut terrenis uiam salu tis,aperiret,inquit Lactan.

Int. Dicitur adhuc Psal.xxxv.homines & iumenta saluabis Domine,quo modo sic iumentorum cu-

ram

ram habet Deus ? dictu enim absurdissimum uidetur.

Res. Homines dicit rationc participes, & rationis expertes, iumenta, unde xlviij. postea. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Saluando igitur illos confirmat Deus præsenti conuersione, istos uerò futura, quia (ut inquit Pau.) uult omnes homines saluos fieri.

Int. Si unus tantum est Deus, quid inde est, quod imò plures etiam legamus iuxta illud Psal. lxxxj. dixi Dij estis ?

Res. Id est, non quod plures sint Dij, sed pro uaria potentia Dei dictum.

Int. Quæ sunt uestimenta sordida, quibus indutus erat IESVS ut dicitur Zacha. iij. c.

Res. Humanitas & caro, quasi Deus homo factus est, dictus alibi Genes. hac de re puluis & cinis.

Int. In legatis quod minimum est, in dubio censetur relictum. l. nummis. ff. de lega. iij. ex quo testator sic etiam uoluisse uidetur, grauare hæredem suum minus quam possibile sit. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. quid in causa pia ?

Res. Isto casu fauore ipsius ueniet quod est maius. l. Titia. §. fi. ff. de au. & arg. lega. l. Paulus. §. Paulus ff. de fideicom. lib. Ro. in auth. similiter. C. ad legem Fal. inferens ob hoc, & est quotidianum, si iusserit testator in ecclesia fieri calicem, uel tale quid aliud, de aureo intelligi debere, idq; etiam & post eum Corn. cons. cccii. nu. 2. uol. iiii.

Int. Quid sibi uult uerbum matula positum in l. argumento in §. mundus. ff. de aur. & arg. lega. ? de quo etiam D. Hiero. ad Nepotian. de uita clericorum, ibi, apponunt matulam, obsident lectum, purulentiam stomachi, & phlegmata pulmonis, manu propria suscipiunt. Et ad gerontiam de monogamia, ibi est crater ad bibendum, est & matula ad secretiora naturæ,

Res. Nil aliud nisi uas in quod lotium redditur, unde prouerbialiter dici etiã solet, indignus est qui illi matulam porrigat.

Int. Verba adulatoria & blanda non disponunt. l. obligationum substantia. ff. de ac. obl. l. fi. ff. de testa. l. diuus. ff. de mili. testa. quid in pia causa ?

Res. Isto casu fallit regu. secusq; erit quia piæ causæ (ut paulò ante quoque dicebam) semper est fauendum. l. sunt personę. ff. de religio. d. auth. similiter. C. ad legem Fal. & in terminis est casus in l. Paulus. in §. Paulus. ff. de fideicom. lib. Corn. cõs. cccix. nu. 9. uol. iiij.

Int. Pater tenetur dotare filiam. l. obligamur. §. lege. ff. de act. & obli. l. dedit dotem. ff. de colla. bo. l. qui liberos. ff. de ritu nup. l. fi. C. de dot. promi. quid si ipsa nupsisset, nulla facta dotis promissione, an teneatur isto in casu ?

Res. Variarunt Docto. & in specie Bar. in d. §. lege tenuit quod non. Glo. uerò ibidem contrarium, ubi etiam Ange. & Bal. in l. cum mulier. ff. de cõdic. inde. tradit Corn. cons. xxxix. nu. 2. uol. iiij.

Centuria Decimaquinta.

Int. DVo iudices diuersas tulerunt sententias, quæ nanq; ualebit ?

Res. Illa sine dubio quę erit pro reo.

Int. Quare ?

Res. Quia promptiora sunt iura ad absoluendum quàm ad condemnandum, l. absentem. ff. de pœn. l. Arrianus. ff. de ac. & obli. c. fi. de re iudi. ubi casus. c. cum sunt partium. de reg. iur. in vj.

Int. Nullitas opposita executionem non impedit. ut inquit Ange. in l. iiij. in §. condemnatum. ff. de re iudi. & in l. fi. C. si ex fal. instru. Inno. in c. cum in iure peritus. de offi. deleg. sed quid si principaliter sed incidenter opponatur, & offeratur probatio incontinenti ?

Res. Isto casu crederem impediri. cle. i. de re iud. l. si cum nulla. ff. eo. l. j. C. de execu. rei iudi.

Int. Ab executione rursum nõ appellatur. l. ab executore. ff. de appel. l. ab executione. C. quo. ap. nõ recip. an saltim possit appellari à pronuntia de exequendo ?

Res. Potest utique & est casus in l. & in maioribus. C. de appel. not. in iuribus prællega. & in specie tradit Corn. cons. clxxxiiij. nu. 8. uol. iiij.

Int. Testator reliquit domum alicui sub ista conditione tamen, quod ibi pingi faceret imaginem Beatæ Virginis, post mortem picta reperitur, an picta pręsumatur sumptibus & impẽsis legatarij?

Res. Bar. in l. fi. C. de ali. pup. præstan. dicit quod sic per illum tex. & quia quotiensunq; quis suo sumptu facere aliquid tenetur, si id factum reperiatur, semper factum ab eo præsumitur, qui ad illud faciendum tenebatur, ubi etiam Bal. & ita dicit quoque idem Bar. in l. cum seruus. ff. de uerb. obli. pulchrè Corn. cons. xlv. nu. ii. uol. iiii.

Int. Quare Aleæ lusus infamis est, & ars damnata pœnitus. l. i. & ii. ff. de aleato. l. ediles. j. §. pedius. ff. de edil. edic. ?

Res. Quia non modo ipsa uilis est uerum etiã eiusdem conditiones, ducit enim secum cupiditatem lucrandi, rapinam, blasfemiam, periurium, mendacium, furtum, iracundiam, contemptum, bonorum amissionem, & breuiter malorum dæmonũ inuentum est, malorumq; omnium fomes ut in lib. de discipli. scholar. docet Boetius est uerum (obiterq; dictum sit) quod aleator à uerbo descẽdit, quod non reperitur, quanquam dictum sit de aleatoribus, quia aleare non reperitur pariter, dicimusq; aleæ lusum, de aleæ lusu, & nõ de aleatoribus ratione prædicta, satisq; fuisset primo modo dicere, de aleę lusu scilicet, & non subiicere de aleatoribus, ineptè dictum aliàs, ut supra.

Int. Filius non habet legitimam personam standi in iudicio. l. fi. §. necessitate. C. de bonisq; libe. quid si fuisset ab aliquo citatus.

Res. Illico uideretur habilitatus, & erit not. limitatio ad d. §. necessitate, ita Bal. in l. cum mulier. col. v.

col.v.ff.sol.ma.& in l.fi.col.x.C.de edi.di.Adri. tol.et utrobique post Inno.in c.cum inter de ex cep.et nimirum hinc dicitur quoque, quod om nis Citatus audiendus est l.i.§.cum dicitur.ff. si cui plus quam per leg. fal.erit que supra dictę li mitationis ratio Bal.in d.l.fi.ubi tradit etiam no tab.declarationem, ueramq; esse dicit tunc, si ci tatio fuerit facta simpliciter, non cum clausula, si sua intersit, & sub ista conditione quia non propterea releuatur ab onerę probandi sua interesse & ut per eum plenius.

Int. Quid est hoc dicere ut supra quod filius non habet legitimam personam standi in iudicio?

Res. Non aliud, nisi quod cum consensu patris agere debet.d.§.necessitate.

Int. An istud ipsum sit generale?

Res. Non, præter hæc quæ diximus proxime, quia in curia Delphinatus solemnitas ista nō attendi tur, ut ex multis ostendit Gui.Papæ decisio liiii. & minus quando imploratur officium iudicis, ut not.in l.i.C.qui admi.& in l.si cui ff.de cond. & de.& in l. cum filiusfamilias ff. si cer. pet. uel si sibi obiiciatur crimen falsi.l. post legatum §. filiusfamilias ff.de his quibus ut indi.

Int Bonorum aduentitiorū pater, usufructum habet. l. cum opus §. cum autem. C. de bonisque libe.et hoc ipsum ratione patriæ potestatis, ut ibi, sed quid si filium emancipasset.

Res. Primo casu haberet in totum, isto uero pro dimidia tantum, d.§.cum autem, nisi emancipationis tempore ipsum filio donasset, uel eidem renunciasset quia tunc donatio seu renunciatio ualeret.l.ii.C.de inoffi.do.& ibi not.præallega. §.cum autem, Corn.late consi.xlii.col. i. & fina. uol. tertio.

Int. Filio in potestate patris existenti, curator dādus non est.l.fi.C.de cura.fu.sed quid si hæreditatem sibi delatam pater uelit adire, & filio detur curator, cui dationi consentiat pater nunquid hoc casu censeatur recusare acquisitionem usufructus?

Res. Bar.in l.fi.in §.necessitate.C.de bonisque lib. sentit quod sic, cunque eo Pau.Cast.in §.sin autem ea.l.plene Corn.consi.xcv. nu. 10. uol. iiii.

Int. Qui indebitum soluit scienter, utique donat & non repetit.l.i.ff.de cond. ind. sed ponamus quod quis soluere iuret, uel exceptionem non obiicere, & postea soluat, poterit ne repetere?

Res. Poterit utiq;, quia non sponte soluit sed periurii metu, ita Bar.in l.fi.C.de nonnume. pe. & Ange.in l.in contractibus, in prin. C. eo. Corn. consi.ccxciii.col.i.uol.iiii.

Int. Duo testamenta eodem die facta fuerunt, nec apparet quod nanque fuerit prius uel posterius pro quo præsumetur?

Res. Pro eo, in quo reperiuntur uocati uenientes ab intestato quod ex multis ostendi ego in auth. hoc inter liberos in. §. si quis autem nu. x. C. de testa.

Int. De uirtute clausulæ quæ solet apponi in libello. Quare de prædictis peto mihi ius & iustitiam ministrari, non quęro, sed hoc unum tātum, quo modo intelligatur.

Res. Credo, non aliter intelligi debere nisi hoc modo, si de iustitia appareat ex narratis, ut declarat But.in c.i.de iudi. & ibi diximus, not. in l. i. ff. de eden.& in l.edita C.eo.Corn.consi.xxx.nu.8. uol.tertio.

Int. Est ne generaliter uera regula, quæ habet, qđ inter succedentes diuerso iure non habet locum ius accrescendi l.sed cum patrono ff.de bo.po.?

Res. Non sed in succedentibus de iure prætorio tantum, non in his qui solo animo fiunt hæredes et quia succedentes in re certa & in uniuerso diuerso iure succedunt, quoniam ex his vunus est legatarii loco, l. i.§.si ex fundo ff.de hæ.insti.l. quotiens.C. eod. tamen inter eos habet locum d.ius accrescendi et probatur etiam in l. si quis hæres in §.i.ff.de acqui hæ.ubi portio accrescit portioni, et tamen una delata est ex substitutione, in auth.præterea unde uir & uxor Corn. con sil.cccxxiiii.col.fi.ubi.multa uol.iiii.

Int. Mulier non succedit an faciat partem in legitima?

Res. Non, ut concludunt Bal.Ange.Fulgo.& alii. in l.papinianus in §.vnde si quis.ff.de inoffi.test. idem Ange.in l.vnica in §.primo C.de cad. toll. & in auth.nouissima.C.de inoffi.test.& de materia aliàs late in l.plane in §.si duobus.ff.de lega. i.Corn.consil.cxcix.nu.2.uol. iii.

Int. Non potest quis decedere pro parte testatus & pro parte intestatus l.ius nostrum. ff.de regu. iu.& hac rōne, si institutus vniuersaliter repudiet institutus in re certa adit & totum consequitur per ius accrescendi. l.i.§.si cum fundo.ff.de hær. insti.l.quotiens.C.eo.& utrobique not.sed quid si essent matrimonia diuersa?

Res. Isto casu posset l. si arrogator ff. de adop. ibi inducit post Pet.Bar.& Bal.ibi, Corn.cōs. lxxxv. nu.8.uol.iii.

Int. Quare est qđ filius non pōt instituere actionē famosam contra patrem. l.non debet.ff.de dolo?

Res. Quia persona patris debet sibi Sancta uideri, & ob uerecundiam paternam ut dicitur in l.si superstite. C.eo. nec ea ratione libertus contra patronum, uel scholaris contra suum magistrum l. i.& ibi Cy.C.de obseq.eo.& dixi alibi etiam satis et maxime in l.edita.C.de eden. lectu.iii.illo arti.an nomē actionis sit exprimendū in libello.

Int. Quare improbius est & iniquius, depositum negare quam mutuum?

Res. Quia (ut in problemat. inquit, Plutar.) primo casu negans, amico facit iniuriam, non qui dat ille enim dat & non mutuat.

Int. Quando dicitur standum esse dicto alicuius, debet ne intelligi, quanquam non exprimatur cum iuramento?

Res. Debet utique & non aliter l.Theopompus ff. de dote prælega.& ibi Bar.Bal.in l.iusiurandum quod ex conuentione in prin.ff.de iureiu.Corn.

consi.

consil. xl. numero duodecimo. nolu. primo.

Int. Vnde ortum habuit iudiciorum ordo?

Res. In lege ueteri, quando à Moyse dictum est in ore duorum uel trium, stat omne uerbū, de quo etiam in c. in omni. de testib. & in l. ubi numerus. ff. eodem.

Int. Vnde lis?

Res. In Paradiso quando de inobedientia reprehēsus respondit. Socia quam mihi dedisti decepit me, crimen reiciendo in eam, & de quo alias Gene. iii.

Int. Vnde citatio?

Res. Adhuc eo in loco, quia dixit Deus, Adam ubi es? Gen. iii. Item condemnatio & exilium, quia Adam rursus propter peccatum eiectus est, & Cain, super terram maledictus inde, ut Gen. iii. & iiii. legitur.

Int. Quare captura nō permittitur de iure per modum executionis, nisi contra contumaces & condemnatos. l. i. C. de execu. rei iudi.?

Res. Quia non est sine grauamine & opprobrio. l. iii. §. in eum. ff. de suspe. tuto. l. i. qui bo. ced. poss. Bal. in l. per diuersas. ad fi. C. manda. & in statut. capere. nu. 11. ad fi.

Int. Quid sibi uult Iurecon. in l. minor. in §. i. ff. de mino. ibi Diuus Seuerus & Antoninus Glabrionem Attilium non audiuerunt, incolatū restitui desiderantem?

Res. Non aliud, nisi quem reiciendum esse, si quid sine causa petat, quod & ibi glo. sentit & rationabile est, argumentum in l. ii. in §. circa. ff. de exceptio. do. tradit Bal. in §. petitio. nu. 15. in Marg.

Int. Gesta cum falso procuratore possunt ratificari. l. iii. § falsus. ff. rem rat. habe. & est argumentum in l. fi. C. ad Macedo. sed quid in gestis coram principe?

Res. Isto casu ratificari non possent ob uitium surreptionis, quod est ualde detestabile in auditorio principis. capitulo ex parte. de rescrip. Bal. in l. falsus. colum. prima. C. de furt. de cuius dicti ueritate tamen Felin. ad longum uidendus est in capitulo nonnulli. in §. sunt & alij. col. iii. de rescrip.

Int. Quando plures sunt uocati, uerbis plures personas comprehendentibus, inter quas est graduū prærogatiua, & ordinata charitas, quomodo uocati seu inuitati dicentur?

Res. Ordine successiuo, & secundum ordinem graduum. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de lega. ii. l. peto. §. fratre. ff. eodem. l. fin. C. de uerbo. significa: tradunt omnes in l. Gallus. in §. quidam rectè. ff. de libe. & posthu. Corn. cons. cxxxj. col. i. uol. ii.

Int. Filius seu libertus in ius non uocans, ille patrē iste patronum absq; uenia, alias puniuntur pœna solidorum 50. l. fi. ff. de in ius uoc. quid si uocetur fiscus, an uenia sit impetranda?

Res. Vtique est. l. bene à Zenone. C. de quad. præscrip. ibi ex nostra iussione, & alibi non esse dicit Bal. in Marga. fiscus. nu. 2.

Int. In condenda lege non est seruata forma. l. humanum. C. de legi. ualebit ne?

Res. Valebit utique quia satis est quod legislatori ita placuerit. l. uniuersis. & ibi Bar. & Pau. Castren. C. de precib. Impe. offer. Idem Paul. in l. i. in prin. ff. de constitu. princip. Imò uniuersitate scholarium congregata sine iussu rectoris antiqui, qui tamen requiratur ex forma statuti quod legitime congregata dicetur, ut idem Paul. dicit in præallega. l. uniuersis. ad fin.

Int. Quare est quod natura legis sit, dare formam futuris negotiis, non etiam præteritis. l. leges. C. de legi. c. fi. de constitu.?

Res. Quia nullus est in culpa quare futura nescierit ut in auth. de nup. in princip. & ibi Iacob. de Beluis. not.

Int. Quare mulieres negotiis publicis interesse nō possunt, nec in condenda lege suffragium ferre. l. i. ff. de legi. l. fœminæ. ff. de reg. iur. argumentū in l. fœminæ. ff. de eden.?

Res. Propter imbecillitatem sexus: argumentum in l. i. ff. ad Velleia. & quia specificè dicit text. in d. l. i. uirorum prudentum consultum esse legem &c. ergo si uirorum, non mulierum. l. cum prætor. ff. de iudi. seu quia Cecropis argiui temporibus (is enim primus Athenis regnauit) cum de urbis denominatione ageretur, uiri Neptunum elegerunt, mulieres uerò Mineruam, & cum uno uoto præualuissent iratus Neptunus Athenarum terras populatus est, quem Athenienses ciues placare uolentes triplici supplicio, mulieres affecere, quod maternum haud sumeret quis nomen, Neúe filias Athenæas uocatet, & ne possent ipsę ullo tempore negotiis publicis interesse, uel aliter suffragium ferre.

Int. Serui quomodo olim efficiebantur liberi?

Res. Censu, uindicta, testamento. Censu, si quis iubente domino, nomen dedisset in censum. uindicta, uirga qua lictor capiti imponens seruum in libertatem uendicabat dicens esto liber, uel alia simili uerba. Testamento, si quis seruum in eo liberum scripsisset, uel directo aut per fideicommissum, de primo modo nullibi, de secundo & tertio, de manu. uind. & de manu. testamen.

Int. Quid uoluit dicere Iureconsul. in l. iiii. ff. de manumissio. ibi uerum conniuentibus oculis credendum est &c.?

Res. Per dissimulationem, & oculis conniuentibus quasi clausis, hinc Græci σκαρδαμύττειν id est conniuere dicunt, & Luchret. idem cum ait pariter.

Cum quasi conniuent & aperto lumine rursum;
Omnia conuusunt, clara loca condita luce.

Nonnihil Cyn. in l. prima. in principio. C. de bon. lib.

Int. De nepotibus sæpissimè fit mentio, & maximè quod ueniunt appellatione liberorum. l. liberorum. ff. de uerbo. significa. sed qui sunt qui propriè nepotes appellantur?

Ref. Nepotes, prodigi & luxuriosi aliquando dicuntur, & nepotari, id est prodigaliter & luxuriose uiuere, unde Tertulian. in apologet. Aristippus in purpura nepotatur. & Hora. Vincit enim stultos, ratio insanire nepotes. Vocaturq; Apicius à Plinio omnium nepotum altissimus gurges. Sunt etiam nepotes filij fratrum, & filij filiorum, hique propriè nepotes dicuntur, illi uerò impropriè, nec de iure ciuili reperiuntur nisi in usibus feudorum ut per Bald. in l. si instituta. in §. fi. ff. de inoffi. testa. & probatur in l. Iurisconsultus. in §. secūdo gradu. ff. de grad. Corn. pulchrè cons. xlvii. nu. 7. uol. iii. improprijssimè autē primo modo, & fusius aliàs in d. l. liberorū. Idem Bal. in l. uxor. C. qui accu. non pos.

Iut. Si duo fuerunt socij, sed unus altero industriosior, debebit ne æqualitas inter eos seruari, de qua in l. si non fuerint. in §. i. ff. pro so. ut inter liberos. l. ut liberis. C. de colla. & cum societas habeat se etiam ad instar fraternitatis. l. uerum. ff. pro socio.

Ref. Non, sed plus dari industriosiori, quanto plus fuerit eius opera preciosior, ut not. in l. cū oportet. in prin. C. de bonisq; lib. & in l. i. in §. nec castrense. ff. de colla. bono. Corn. in terminis. cōs. lviii. nu. 8. uol. iiii.

Int. Duo sunt rustici; unus habet multos filios an in diuisione deducantur seu repetantur expensæ ipsis factæ, si maximè inutiles fuerunt, nec aliquam notabilem operam præstiterunt?

Ref. Absque dubio repetuntur, alias maiorem haberet partem filiorum pater, quàm alter, nec inter eos æqualitas seruaretur, ut in consil. prealleg. inquit Corn. nu. 13. post Pet. Cy. & Bal. in l. si paterno affectu. C. de nego. gest.

Int. An ualeat pactum quod societas sit æterna, seu transeat in hæredem?

Ref. Non. l. nulla. l. nemo. l. adeò. l. uerum. §. in hæredem. ff. pro socio. & ideò proditum est morte finiri. §. finitur. insti. eo. titu.

Int. Quare est quod statutum de gradibus mentionem faciens, intelligi debet secundum ius ciuile, & non canonicum, ut tradunt omnes communiter in l. si auię. C. de suc. edic.?

Ref. Quia etiam statuta sunt iuris ciuilis. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. §. sed ius quidem. institu. de iur. natu. tradit Bald. in statut. in §. gradus. nume. 1. & 2.

Int. Quare est inuenta distinctio nominum?

Ref. Vt significarētur diuersitas entiū. l. si idē. C. de codicil. Bal. in l. uxor. C. qui accu. non pos.

Int. Præteritorum mentio fit sæpissimè, uerum libēter scirē, qui nā sint illi, qui præteriti dicūtur.

Ref. Preteriti sunt atque dicuntur qui nec instituti, nec nominatim exhæredati fuerunt ut not. in rub. de lib. & præt. l. inter cætera. ff. de lib. & posth. insti. de exhæreda. libe. in prin. sed ad idem notandum est, quod olim quoq; præteriti dicebantur, qui in petitione magistratus repulsam patiebantur, ita Cice. Tusculana. q. v. lib. similem ne putas. C. Lælij unum consulatum fuisse, & eum quidem cum repulsa? Si cum sapiens & bonus uir qualis ille fuit, suffragiis præteritur, non populus, à bono consule potius quam ille à uano populo repulsam fert. & rursum præteriti hoc est extincti, quale illud Prop.

Tu tamen amisso nonnunquam flebis amico,
Fas est præteritos semper amare uiros.

Int. Dicit alibi Soci. in l. qui fuerit. nu. 5. ff. de condi. & demon. quod nuptiæ tripliciter considerari possunt pro essentia matrimonij, pro cōmixtione carnali, & pro ipsarum apparatu, uel & aliàs matrimonium pro sponsalibus de præsenti, & prout est uiri & mulieris coniunctio, indiuiduā uitæ consuetudinem continens, ut & ipse fusius, uerum quid erant nuptiæ olim per coemptionē, siue inde materfamilias, quæ in manum ueniebat per coemptionem?

Ref. Nil aliud nisi quod uir & mulier se inuicem interrogabant, & in coemendo quidem, nanque uir dicebat mulierem prouocans an sibi materfamilias esse uellet, contra uerò mulier, an uir sibi paterfamilias, & uterque interrogationi respondens, dicebat uelle, & hoc modo in manum uiri, conueniebat mulier, eratq; materfamilias, patrifamilias filiæ loco, & uocabantur nuptiæ per coemptionem.

Int. Filius in adulterio natus tenebitur ne credere matri quod sit spurius?

Ref. Dicunt Docto. in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. quod non, imò quod nec peccat si hæreditatem patris detineat. Et ideò inquit Cyn. ad idem quod filius regis nescio quis qui regno renuntiarat, matre in articulo mortis sibi dicente, quod erat spurius, non modo fatuus, uerum etiam fatuissimus fuit hac ratione, in l. si uicinis. C. de nup. refert & ad unguem sequitur ac ex aliis multis Corn. consil. ccj. ad fin. uol. secundo.

Int. Statutum dicit quod scholares, habeantur pro ciuibus originariis, an ob hoc eis auferatur beneficium. auth. habita. C. ne fil. pro pat.?

Ref. Dicit Barto. in l. iii. in §. si emancipatus. ff. de bon. pos. contra tab. quod non, & benè, quia conditum est ad rescisionem obstaculi, ne aliquando pro ciuibus haberentur, usque adeò hac de re, ut beneficium d. authen. tolli non debeat, argumentum in l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. & in l. qđ fauore. C. de legi. & in c. quod ob gratiam. de re gul. iur. in vj.

Int. Nemo in iudicio sine actione experitur. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de nego. gest. Imò quod in ea fundatur iudicium. l. edita. C. de eden. l. i. ff. eodem. sed an possit de uoluntate partium sine ea fundari?

Ref. Potest utique & est casus in l. Iulianus. in §. quantum. ff. ad exhiben. Et quia nihil opponi potest, contra rem iudicatam, nec ualet sententia contra eam lata. l. ad peremptorias. C. senten. rescind. non poss. l. prima. C. quando prouoc. non

non est neces. & tamen consensu partium permitti pariter potest,quod de iniustitia ipsius cognoscatur,qua probata sententia rescindi debebit ut not.in c.cum Bertoldus.ubi Ioann.And.& Innocen.in specie,de re iudi. Corn. cons. cxxvj. nu.10.uol.iiij.

Int. Vnde ortum habuit praxis non publicandi testamẽtum,nisi post mortem testatoris, & de quo aliàs in l.publicati.C.de testa. ?

Res. A CHRISTO, quia cum fuissent date leges à Moyse & prophetis,quas testamentum uocant, publicari non potuerunt, nisi (ut Lactan. inquit de uera sap.lib.iiij.)post ipsius CHRISTI mortẽ id est reuelari & intelligi mysteria Dei.

Int. Quid sibi uult glo.in auth.licet.C.de natu.libe. ibi quid ad rumbum ?

Res. Nil aliud nisi reici uerbum,ad rem minimè faciens,unde illud ad idem ẽt facit,Palestinę interrogaris respondes Aegypto. Aliud promittis & aliud exhibes. Ab alio prouocatus , aliorsum arma conuertis.& rursum,uetus narrat historia, cũ diserte diceret quidam,ferreturq; impetu ac uolubilitate uerborum,causamq; omninò non tangeret, iudicem dixisse , bene bene , sed quo istud tam bene?

Int. Semel examinatus non debet iterum examinari,sed quid si assumatur in auditorẽ sacri palatij?

Res. Isto casu secus ut inquit Bal.in c.scriptum. ad fi.de elec.attestatus etiã ita seruari de facto, imò plus dicit Feli.quod ita quoque seruatum fuit in eo,quanquam ordinariam iuris pontificij sellam annis xx per publica occupasset Gymnasia , in c. cum uenerabilis.col.xvii.de excep.

Int. Testis de auditu non probat.l.ii.§.idẽ Labeo. ff.de aqua plu.arcen.quid in antiquis ?

Res. Hoc casu probabit.l.si arbiter.ff. de proba. sicuti etiam tunc solemnitas extrinsecæ præsumuntur,quæ alias non præsumerentur tamen l.sciendum.& ibi Bal.ff.de uer. obl. qui idem dicit etiã in l.emancipatione.C.de fid.instru.

Int. Mandat quis,Titium uulnerari,uulneratus est à mandatario, ex uulnere moritur , an mandans de occiso teneatur ?

Res. Vtiquę tenebitur,quia mandans uidetur mandare omne illud quod est uicinum mandato . c. cum in iuuentute.de purga.cano.cap. in causis. de elect.not.in c.is qui mandat.de homi.in vj.

Int. Si statutum dicat quem pro homicidio decapitari , occidatur uerò à proiciente lapidem in canem aliquis,tenebitur ne proiciens de occiso ?

Res. Non,quia uoluntas & propositum distinguũt maleficia.l.qui iniuriæ.in princi. ff. de fur. & ita decidit Ias. in l. in actionibus . in vj. col. ff.de in lit.iuran.Signo.Homode.ante eum, cons. xxvij. & not.etiam in c.pro humani.de homi.in vj.

Int. Longe grauius periurium quàm homicidium Aegyptios punire solitos ferunt , periurium enim capite, compedibus autem homicidas mulctabant,quare ?

Res. Quia in periuro duplex dicebant scelus esse, nanque pietatem in Deos uiolat , & fidem inter homines tollit , maximè humanæ societatis uinculum,in homicida unum tantum.

Int. Multis modis legitimatur spurius , & præcipue per rescriptum principis , ut plenè in auth. quib.mod.natura.effi. legi. sed quid si monasterium ingrediatur ?

Res. Omnis macula tunc aboletur pœnitus.c.scripturæ.de uoto.c.non liceat.xix.q. iii. Ro. in authen.similiter.C.ad leg. Falci. Feli. in c. ex tuæ. col.i.de simo.

Int. Quid sibi uolunt uerba Psal.liiij. ibi, descendant in infernum uiuentes?

Res. Nil aliud, nisi ut a peccatis abstineamus , inferni & pœnarum æternarum contemplatione.

Int. Percutiens clericum incidit in canonem concilij Lateranen.si quis suadente diabolo . xvij. q. iiii.quid si foret excommunicatus ?

Res. Idem dicendum est , ex quo priuilegio tutus, renuntiari non potuit decisioni. c. contingit . j. de senten.excommunica.Feli.in c.super eo. eod. titulo.etiam si percutiens foret clericus,& est limitatio ad regulam.§.sed & hoc præsenti. in auten.de sanc.epis. Idem Feli. in c.cum pro causis . in prin.de sen.excom.

Int. Clausula rato manente pacto, si in contractu reperiatur,quid operabitur ?

Res. Quod contraria remedia simul possint intentari,non regulare tamen.l.i.C. de furt. & not. in l.edita. in cumulatio. Barto.C.de eden.& de materia alias dictæ clausulæ , in l. qui fidem . ff. de transactio.

Int. Citatio maximè necessaria est in quocunque actu , cum sit iuris naturalis & tolli nullo modo possit clementi.pastoralis.de re iudica.l.de unoquoque.ff.eodem.l.nam ita diuus.ff.de adoptio. sed quid si agatur contra detinentes res ecclesiæ Romanæ ?

Res. Tunc necessaria non esset ut dixi alibi satis, & sententia inde etiam sine, ferri poterit , & ualebit , ut ferunt fecisse Vrbanum contra Spoletanos. Imò quòd Papa quotannis in Cœna Domini excommunicat solemniter pyratas , & detinentes eas ut inquit Felin. in cap. cum non liceat.in penul.col.de præscrip.& in c. cum olim. col.xiiii.de re iudi.

Int. Nonne clausula , rato manente pacto, de qua paulò ante,operatur alium effectum , quod contractus claudicet ?

Res. Operatur,& alios quidem multos.Sed cõsulto sanè prætermisimus ut deletum haberemus, uerum nunc addo ad istud,non tamen esse regulare quod claudicet.l.Labeo.§.contractum.ff. de uerbo.significa.l.consensu.ad finem.ff. de actio. & obliga.l.Iulianus.§.si quis à pupillo.ff. de act. emp.& utrunque not.Iacob. à S. Geor. in l.cum proponas.C.de transac.

Int. Si de probanda alicuius morte ageretur , esset citatio necessaria ?

Res. Non , quando iudex ex officio procedit , ita

Bald.in c.porrò.& ibi Feli.post eum,col. ulti.nt lite non contesta.

Int. Clausula codicillaris in testõ quid operatur?

Res. Multa sanè, & id potisimũ in materia ac pręcipuum, etiam si testamentum foret nullum, q̃ relicta debeantur uenientibus ab intestato. l. ex ea.§.ex his uerbis.& ibi Bar.ff.de testa. not. in l. ex testamento.C.de fideicom.Deci.cons.ccxlij. col.i.uol.ii.

Int. In pœnis quod nanque tempus attenditur delicti uel sententiæ?

Res. Delicti ex quo fit,si puer delinqnat ut factus maior puniatur ut puer.l.i.C.de pœn.c. si. & ibi Feli.not.de sen. excom.

Int. In depositione Cardinalis lxx.testes requiruntur. c. præsul. ii. q. vii. sed in depositione Papæ, quot sunt necessarij?

Res. Duo tantum sufficiunt,ut ibidem not.& in c. sicut.& ibi Feli.ad fi.de sen. excom.

Int. Iuramentum calumniæ tacitè remitti potest non expresse,iuramentum autem testis sic.c.i.de iura.cal.in vj.c.tuis.de testi. quæ nanque potuit esse differentiæ ratio?

Res. Quia primo casu pars inuitatur ad delinquendum,ea de re pactum non ualet.l. conuenire. ff. de pact. dota. Secundò uerò non, imò quod est conforme iuri diuino ut credatur proximo. c. significasti.de elec.nimirum igitur si ualet, & declarat Abb.confutatis rationibus Hosti.& Card. in præallega.c.tuis.col.iii.

Int. Vice comitum Mediolani olim (ut uidi multis in locis) insignia erant serpens nudum infantem dentibus tenens, quid hoc idem sibi uellet, quamque haberet significationem nescio.

Res. Memini me legisse ab Ottone Vicecomite Mediolanum allatum, qui expugnata Ierosolyma de uicto q; Saraceno quodam, eidem clypeum abstulit,uiperam hanc sinuosam habens, & sic nudum infantem ore seu dentibus tenentem, barbaricæ crudelitatis argumentum.

Int. In criminalibus qñ procedit per inquisitionẽ iurisdictio prorogari nõ põt.l.i.& ibi not.C.ubi de cri.agi op.sed qd si procedat per accusationẽ?

Res. Isto casu poterit,& differentiæ ratio est,quia in prorogatione requiritur cõsensus utriusque partis.l.i. ff. de iudi. sed in inquisitione solus est iudex, quod non est in accusatione. & declarat Abb.in c.ad petitionem.col.vii. de accusa.

Int. Quæ differentia est inter opinionem & ueritatem?

Res. Est,quia opinio habet se ad uerũ & falsum, ueritas uerò non fallit nec fallitur. c. à nobis, ij. & ibi Feli.not.de sen.excom.

Int. Ratificatio ęquiparatur mandato.l.fi.C.ad Macedonia.est ne uerum istud generaliter?

Res. Non, sed quo ad præiudicium ratificantis tantum. l. fundus. §. i. ff. de pigno. l. mater.C. de rei uendi. non quod ratificatio ipsa actionem producat ita Alexan.in l. si pecuniam. col. i. C. de nego.gest.

Int. Quare D. Augustin. ad Heremitas scribens dixit. O monache ama solitudinem,fuge multitudinem, ne in uerbo comprehendaris ne in facto confundaris?

Res. Iam dixit ne in uerbo comprehendatur, neúe in facto confundatur, sed habe id etiam dixisse, quia claustro suo contentus esse debet, ex quo piscis uita caret sine aqua, & sic monachus sine monasterio, qui amplius sedere debet solitarius & tacere, mortuus mundo, Deo autem uiuens, & agnoscere nomen suum, quandoquidem μονος Græcè, latinè uerò fit unus, & αχος tristis, sedeat igitur tristis & officio suo uacet, inquit Eugenius Papa in capitulo placuit. xvj. quæstio. i. & in c. monachus.ea. quæstio.& causa & ideo hæc de re collatio parrochialis ecclesię, solita clericis secularibus assignari, monacho facta, absque dispensatione, etiam de Abbatis licentia est ipso iure nulla, Rota ubi rationẽ quoque adducit,decisio.cccclxxxiii.in nouis.

Int. Mortis appellatione de naturali intelligitur. capitulo primo. de homici.& ibi not. sed cur de ciuili si fuerit canoni incorporata. capitulo per uenerabilem. qui fil. sint legit.capitulo placuit. xvj. quæst. i.

Res. Quia ecclesia iuditium sanguinis non habet. capitulo sententiam sanguinis. ne cleri.uel monach. declarat Abb. in dicto capitulo primo. ad finem.

Int. Libellus qui in iudicio offertur. authenti. offeratur. C. de lit. contesta. debet ne offerri in scriptis?

Res. Olim non, quia satis erat deducere aduersarium ad album, eiq; ostendere qua quisq; actione usurus esset.l. i.§. edere. ff. de eden. hodie autem sic,dicta authen.offeratur. & ideò distingue tempora & concordabis scripturas,inquit gloss. in l.i.C.de accu.

Int. Quid est album, dixisti enim aduersarium solitum deduci olim ad album.hoc idem scirem libenter,quod non est mihi satis exploratum.

Res. Glo.in d.§.edere.dicit quod erat paries dealbatus in quo erant conscripta prætorum edicta, & non est uerum repugnatq; uerbis Iurecon. positis in l. si quis id quod, in §. i. ff. de iurisdict. omnium iudicum.ibi tollit quanuis non corruperit,unde tabella erat gypsea, & prædicta edicta literis rubeis inscripta,quæ tolli & amoueti potuit,& si fuisset paries,tolli non potuisset, nec in eo dicta uerba uerificari, nec ad album dicebatur in d.§. edere. sed ad alium textuq; restitutus est, & à dictis literis rubeis seu rubris rub.hinc dicta est quoque,qua de re Fab. Orato. insti. xij. lib. his utitur uerbis.Iurecon.se ad album & rubricas transtulerunt.& Iuuenal.Saty.xiiij.

Scribe puer, uigila, causas age, & perlege rubras,
Maiorum leges.

Int. In materia editionis non ignoro fieri debere, l.i. §.qua actione.ff.de eden. at uellem scire quot sint causæ.

Res.

Ref. Multæ sunt una generalis, æquitas scilicet, in qua editio fundata est. d. l. i. alia specialis in contractu sita. l. quædam. ff. eodem. Tertia officium. §. nummularios. ea. l. Quarta successio ut ibidem adhuc in §. is autem. Quinta delictum clemen. j. §. certum. de usur. Sexta consuetudo, si librum conficiat mercator ut not. in l. i. C. eod. Septima & ultima usus. l. i. §. edenda. ibi usurus. ff. eodem.

Int. Libellus qui in iudicio offertur differt ne à petitione?

Ref. Differt, quia hæc formam non desiderat, libellus autē quam maximè, imò quod est de substantialibus iudicij, de quibus in l. prolatam. C. de sen. & quod remitti non potest etiam consensu partium, ut not. Bar. in auth. offeratur. C. de lit. contesta. & quod hac de re differat libellus à petitione, tradit Cardi. in clemen. sæpè. q. xvii. de uerbo. significa.

Int. Scio quod libellus in iudicio offerri debet, eaque ratione potissimum ut reus deliberet, nunquid uellet cedere uel contendere. l. i. ff. de eden. uerum cur non etiam intuitu iudicis & actoris, quandoquidem iudicium ex his tribus personis consistat. c. forus. de uerbo. significa. hoc idem fieri non debet?

Ref. Quanquam supradicta ratione offeratur, intuitu tamen iudicis etiam & actoris offertur, iudicis ut sententiam ferat, quæ libello sit conformis. l. ut fundus. ff. communi diui. l. fi. C. de fidei com. lib. c. licet hely. de simo. actoris ut actionē habere ostendat, sine qua aliàs experiri non potest. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de neg. gest.

Int. De rubrica dixisti nescio quid proximè, putabam non esse uerbum latine dictum.

Ref. Errabas, quia (ut intellexisti) id aperto ore, Fab. orato. insti. xii. dixit, cui utpotè latinæ elocutionis magistro, acquiescendum est.

Int. Glo. est uulga. in rub. ff. de condi. fur. dicens. quando sumus in priu. libri, quod præceptum. l. ii. ibi, & his proximos atque coniunctos titulos prout res patitur, dicemus. ff. de sta. homi. seruandum non est, uerum dubito, an istud sit indistinctè uerum.

Ref. Non, sed tantum in princi. libri, hoc est uoluminis, quia si alius præcedat liber, tunc præceptum omniuò seruari debebit, ut insti. de rer. diui. & de lega. in prin. & de his aliàs fusius Ias. in rub. de actio. eo. lib.

Int. In glo. rub. C. de eden. iurisdictionis cōmētio se fit mentio, est ne alia iurisdictionis species?

Ref. Est & uoluntaria & statutaria, uoluntaria quæ exercetur in uolentes, & fori uoluntarij, ad contentiosæ differentiam, fori scilicet contentiosi, & (ut dixi) exercetur in uolentes emancipari, uel adoptari, statutaria uerò faciendi leges & statuta ut per glo. in l. j. C. de emancipa. lib.

Int. In c. plerunque. de dona. int. uir. & uxo. dicitur quod mulier propter adulteriū perdit dotē, & dotalitium, uellem scire quid sit istud?

Ref. Omnes dicunt quod est donatio propter nuptias, quam facit maritus uxori, & idem quod Doarium in Gallia, ut ibi per Host. & malè fœde que labitur, nec illud ipsum intellexit.

Doarium enim est id, quod mulieri datur pro alimentis, si præmori uiro datum sit, declarat Bertrand. cons. cccxxviii. nu. 12. uol. iii. Habet quoque mulier (quod est notandum) bona triplicis generis, dotalia quæ marito dat in dotem, parafernalia, quæ marito adhuc tradit, sed non in dotem, in quo illis ipsum procuratorem constituens, nec dotalia nec parafernalia, quæ sibi ad quotidianum reseruauit usum & ut fusius tradit Iacob. But. in l. maritus. C. de procura. Alex. pulchrè cons. xlii. col. vj. uol. i.

Int. Quod mulier propter adulterium perdat dotem, est ne generaliter uerum?

Ref. Non, si id faciat de consensu uiri. l. cum mulier. ff. sol. mat. uel si uir sit adulter pari modo. l. uiro atque uxore. ff. eo. aut uiro mulier ipsa recōciliatur. c. plerumque. de dona. inter uir. & uxo. seu patrem habeat. l. si cum dotem. & ibi not. C. de iur. dot. uel liberos de quo etiam in c. i. ubi omnes ut lite pen. Boer. decisio. cccxxviii. nu. 3. 4. 5. & 6. par. i.

Int. Quid sibi uult uerbum parafernā, de quo aliàs in l hac lege. & in l. fi. C. de pac. conuen.?

Ref. Nil aliud, nisi bona illa exprimere quæ ultra dotem dantur marito, non tamen (quod etiam declarauimus supra) ut sint dotalia, & in quibus tacitè uel expressè admiuistratio sibi concessa est, a παρὰ quod est iuxta, & φερνὰ dotem, quasi iuxta dotem data, & ita dicit etiam Azo in summa. C. de iur. dot. Galliq; ea bona peculium appellant. l. si ego. §. dotis. ff. de iur. dot. Guid. Papæ in materis multa decisio. cccclxviii. col. iii.

Int. Quando lex imponit pœnam actui perfecto, exempli gratia in adulterio amissio dotis. c. plerunque. de dona. int. uir. & uxo. habebit ne locū in præambulis actus?

Ref. Magna & ampla est Docto. quæstio. in rub. C. de eden. & extra de iudi. communisq; opinio cum Bal. in c. tuę. de procura. ad fi. quod sic, tamen ex multis contrarium uerius est. c. perpetuo, de electio. in vj. ubi hoc ipsum clarè probatur, quod a me quæsisti, & maximè, quia iura & leges, potissimum in adulterio loquuntur.

Int. Quid sibi uoluit dicere tex. communi omniū inductione, si memoria tenes, in l. codicillis. in §. pe. ff. de leg. ij. quod grauius est adulterium in mēte uiri, quàm homicidium filij?

Ref. Non aliud, nisi ut uerba sonant, quia ex adulterio infamatur uir, uiolaturq; maritalis thorus, quod longe magis ipsum lædit quàm homicidium filij, ut inquit Bal. in c. tuæ. ad fi. de procu.

Int. Potest ne testamentum notis dictari?

Ref. Aut est paganus, aut miles, si paganus non potest. l. sed cum patrono. §. fi. ff. de bon. pos. si miles sic. l. Lucius Titius. ff. de mili. testa. & notæ sunt (quod à me tamen non petis) quibus exce-

ptores,seu librarij, quos nos scriptores uulgo appellamus,uti solebant,& quas Aristoteles simbola uocat,principes Zifras,nos rursum uulgo abbreuiationes,quales ille Cice.in familia.lib.viij. D. E. R. I. C. hoc est,de ea re ita censuerũt, uel ille de quibus elegãtisſimè Io.Rõchegal. Giold. Ferrarien.egregius Iureconſ. in rub. de duo. re. V. S. L. M. hoc est,uotum soluit lubens meritò. Et ad idem notum est illud . S. P. Q. R. Senatus populusq; Romanus.Vel ut Bedam dicebat,Romam profectus,stultus quærit Romam. Et illud. A. F. P. R. actum fide publica Rutilij.seu , ante factum post relatum. Vel eam, Aemilius fecit plectitur Rutilius,fusius eras in apophtegma. Et ad Cice.Cœlius. F. S. D. filio salutem dic.

Int. Fui Mediolanum alias,inq; aula uidi tabellam his literis conscriptam. O. O. S. D. A. E. nec quenquam inueni tunc, qui mihi eas declararet seu interpretaretur notas, scires ne tu quid sibi uelint?

Res. Ego quoque uidi aliàs, & sine adiutore etiam sum & facilè quidem interpretatus, sciuntq; qui mecum aderant,nec sibi aliud uolunt, ut tuo satisfaciam desiderio, nisi standum esse decretis & determinationis senatus,quasi dicãt ab ipsa prouocari non posse,hancq; habet literalem expositionem. Omnes oportere, senatus dicto hoc est decreto,audientes id est obedientes esse. Et plus quod sunt Cice. uerba in familia. siue Cœlij ad Cice.lib.viij.Et nouissimè addas quod sic etiam nostri solebant scribere. L. I. D. A. C. lex Iulia de adulteriis choercendis. Item. M. E. M. D. D. E. Municipes eiusdem municipij dare damnas esto. I. S. iudicatum solui. T. A. tutore actore. S. T. A. sine tutoris auctoritate. C. C. causa cognita, & simili modo. Alexander Bassanius noster Conciuis,Numisma Cæsaris etiam habet,his notis à tergo inscriptum. I. O. M. S. P. Q. R. V. S. PR. S. IMP. CAES. QVOD PER E. RP. IN AMP. ATQVE TRAN. S. E. Ioui optimo maximo, Senatus populusq; Romanus, uotum soluit pro salute Imperatoris Cæsaris, quod per eum respublica,in amplitudinem atq; tranquillitatem sit euecta.Scituq; dignum est, sicuti nouem sic à ueteribus scribebatur. ix. ablato uno ex x. ita ablatis duobus(si octo scribere uoluerimus) formari & scribi debere.iix. quod & Philand. in anno. Vitruuian.testatur,& uerum est. Sicq; in marmoreis lapidibus scriptum inuenitur, & sic ẽt xiix.id est decem & octo,& duo de uiginti.

Int. Si quis fuerit accusatus poterit ne ipse accusare pariter suum accusatorem, eodem crimine cõmaculatum,uel alium eodem tempore,& coram eodem iudice?

Res. Poterit,dummodo nomen accusati, non sit receptum inter ros.l.is qui reus.& ibi Bar. not. ff. de iudi.Hinc uidemus, seu legimus Cœlium Ciceronis amicum,à Seruio,impulsore Appio pulchro,lege Scantinia lata aliàs in pedicones, accusatum, quem Appium simulatq; etiam Cœlium ipsum eadem lege postulasse, ut Cice. fam. lib. viij. meminit.

Int. Habemus titu.de ali.& ciba.lega. de ali. pup. præstan.de uia pub.& ut non luxu.con.natu. habebant ne leges olim Ro.homines ueteres de hisce loquentes?

Res. Habebant utique, nanque de alimentis præstandis, alimentatam, de uiis reficiendis Viariã, & Scantiniam in pedicones, qua postulatus fuit Cœlius(ut proximè dicebam)& Appius pulcher inq; eodem lib.viij.tradidit Cice.

Int. Scio quid differat diuortium à repudio, illud quippè inter uirum & uxorem, istud inter sponsum & sponsam proprie, porrò dicebat sponsus sponsæ R. T. T. H. R. T. T. A. res tuas tibi habeto,res tuas tibi agito,& propriè dixi,quia quãdoq; rapudium pro diuortio etiam ponitur, deq; his aliàs in l.inter stuprum.in §.diuortium.ff.eo. & in l.ii.ff.de diuor.& in l.cum hic status.in §.si diuortiũ.ff.de don. inter uir.& uxo. at num posset fieri sine causa, & quot annis perdurauerit post Romam conditam ignoro.

Res. Durauit annis DXXIIJ. ut legitur in uita Drusi, & cum causa & sine,fieri poterat, unde Bal. noster in c.ex parte.nu.8.de cõsue. dixit primo modo causarium appellari,secundo uero temerariũ, fuerit in causa ignominiosum.Et quod sine causa fieri posset (aliis multis sanè prætermisſis) ex eo elicitur facilè, quod in familia. inquit Cice. eo.lib.viij.ibi.

Paula ualeria soror Triarij diuortium sine cã, quo die uir è prouincia uenturus erat, fecit nuptura est D. Bruto.

Int. Sentiunt aliqui libellum gerundio nõ esse formandum, sique in eo reperiatur reiciendum, ex quo non habet numerum, nec personas, nihilq; ponit uel positum determinat,quid iuris?

Res. Aduocati rerum ita dicunt,& malè, quoniam resoluitur in uerbum exempli gratia, quia dicatur.Damnificauit rapiendo, sensusq; est damnificauit & rapuit, aliâs nec sententia uerbis gerundiuis ferri posset & tamen potest.c.ad Apostolicę.de re iudi.in vj.ibi auctoritate Apostolica firmiter inhibendo,sententia autem in libello conformis esse debet.l.ut fundus. ff. communi diui. l.fi.C.de fideicom. lib. ergo. & ita sentit Abb. in praxi sua,inque forma libelli, spolij super rebus mobilibus ad fin.dixi ego alias in rub. C. de ede. ad finem.

Int. Si minor xxv. annis dicat se deceptum, & sit Doctor,est ne audiendus & exaudiendus?

Res. Non,si deceptus sit in iure, si uerò in facto sic quia facta plerumque prudentisſimos fallunt. l. ii.ff.de iur. & fac.igno.& hac ratione inquit Bar. in l.j.per illum text.C. de eden. quod Imperator non est pariter super facto interrogãdus.Idemq; glo.in l.i.C.de rela.& in l.solent.in §.legatos. ff. de offi.procon.& Bal.in l.i.per illum text. C. ut quæ desi.aduo.quod iudex potest supplere de iure etiam non requisitus, nõ autem de facto quod

pro

pro limitatione nota.l.iiij.§.hoc autem iudiciũ. ff.de dam.infec.

Int. Quid sibi uolunt uerba illa, hæc disceptatio in facto consistit, posita in l.Nesennius.ff.de nego.gest.& in l.idem erit.ff.de sta.ho.ibi, quæstio ergo facti potius est quam iuris.& in l.ii.in §.fi. ibi facti magis quàm iuris quæstio est.ff.de dona. & in l.ordine.ff.ad municipa.ibi facti quidẽ quæstio est, in potestate iudicantium, iuris autem auctoritas non, & in l.i.in §.calumniatoribus.ff.ad Turpil.ibi facti quidem quæstio in arbitrio iudicantis, pœnæ autem persecutio, legis auctoritati reseruatur.

Res. Nil aliud nisi quod bene ac diligenter iudex debet considerare factum ut inde ius dicat, uel pœnam infligat, uel consultus respondeat quid iuris.l.si ex plagis.§.in cliuo. ff. ad leg. Aquil. l. precib.C.de impu.l.ut responsum.C. de transac.

Int. Quæ est ratio quod super facto non est interrogandus Imperator ut not.Bar. in l.i.per illum tex.C.de eden.?

Res. Quia hæc res nonnunquam infamat, & materiam gratię uel ambitionis tribuit, ut inquit Iurecon.in l.eum quem temere.in §.j.ff.de iud. uel quia facta prudentissimos etiam aliquando fallunt ut supra, & in l.ii.ff.de iur.& fac. igno. maximè quia sunt incerta.l.unica.C.de sen.quę pro eo.c.de muliere.de sponsa.

Int. Quare non tenetur edere reus actori rationes suas ad originem petitionis fundandam, ut dicitur in l.fi.C.de eden.not.in l.i.C.eo.& in c.i. de proba.estq; opi.communis?

Res. Quia à seipso instructus esse debet, & non ab alio instruendus, neque arma sumenda de domo ipsius rei, ut seipsum necet.l.si quando.C. de dila. l. qui accusare. C. de eden. l. nimis graue. C. de testib.

Int. Quare dixit Iurecon.in l.i.ff.si cer.peta. Bene est prius quam ad interpretationẽ uerborũ ueniamus, pauca de significatione ipsius tituli referre?

Res. Quia (ut inquit Plato) omni sermoni præponi exordium legibus singulis accommodatũ decet, uel quia præfationes libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt, & quia etiã cum ibi uenerimus euidentiorem præstant intellectum, l.i.ff.de origi.iur.

Int. Quid sibi uult uerbum stellatura positum in l. septem diebus.C.de erroga.mili.an.lib.xii.?

Res. Egnatius in lampridio ex Alexandro Mameę, dicit crimen stellionatus esse, in re militari latissimè patens, de quo (ut scis) titulũ habemus nos quoque de crimi.stellio.sed labitur fœde, eumq; irridet Alcia.in lib.prætermisso.j. eidem Aegnatio scribens, quippè quod mensurã potius quandam frumentariam tesseræ non absimilem designat, idque pluribus ostendens argumentis, & uerisimile est, quandoquidem rub. habeat etiam de erroga.mil.anno. uulga. l. Imperatores.ff. de in di.adie.mirandumq; est maximè, quod lapsus se ipsum uiuens non correxit, ne fortè post Alciatũ ab aliis corrigeretur acrius, ibiq; fœdius alij, uerbum minimè intelligentes, Odof. & Luc. de penna, quibus ignoscendum est tamen, utpotè in hisce humanitatis studiis, parum uersatis.

Int. Alia est Accur.nostri expositio, non minus ridicula ni fallor in l.argumento.in prin.ff.de aur. & argen.lega.ibi. Aristo etiam coactilia uesti cedere ait. Coactilia (inquit) sunt uestes quæ cogũt propter stricturam ut in Hispania, patet quia si uesti cedere debent, quo modo uestes eas esse dicemus, differentia enim constitui solet inter rem cedentem, & ea cui cedit, argumentum in c.fi. de institu.plenè Ias.in l.i.C.de ser. fugi. nescio igitur quid dictum uerbum sibi uelit irrisa sic, ne dicam explosa Accur.responsione.

Res. Crederem ego coactilia esse non aliud nisi pelles quibus uestes inuoluuntur, & constringuntur loris, à cogendoque idest stringendo & choartando sic appellata fuisse, quibus maximè utuntur hi, qui equo aut naui iter faciunt & uehuntur, et sic uiatoria instrumenta vsibus itinerantiũ inuenta, et hinc (quod etiam in vita Pertinacis legitur) Taberna coactilicia, eorum qui instrumenta hæc conficiunt, denominata, seu ut Egna. inquit Coactiliaria, uerum primo modo melius, verbaque sunt hæc Capitolini in d. loco. Nam pater eius Tabernam coactiliciam, in liguria exercuerat.

Int. Quid sibi uolunt uerba Cęlij, ad Cicero scribẽtis fam.8.ibi solet enim Pompeius aliud sentire & loqui?

Res. Nil aliud nisi ut uerba sonant, quod simulator erat & uersutior, quam rota figularis, subiicit tñ nõ tm̃ ingenio ualuisse, ut quid cuperet nõ appareret & hac de re ptinax quia idcirc aliud faciebat quam loqueretur Chrestelogus appellatus est, ut in Capitolino legitur inque ipsius pertinacis vita. logodedali hi quoque uocantur altera manu panem ostentantes, altera uerò lapidem ferentes & hinc color quæsitus, cum id quod uere agimus simulatione obtegimus. l. sed Iulianus.ff.ad Macedo.& ironia simulatio. Et simulationis simbolum dealbatus paries. c. paratus, xxiij. q.viii.vnde D.Hiero.uenenum sub melle latet, simulata dulcedo uirus pessimum tegit, trãsfigurauit se Angelus Sathane in Angelum lucis.

Int. Quare est quod minor iurat de ueritate dicenda non de calumnia, ut not.in l.ii.C.de eden?

Res. Quia curator scit melius iustitiam causæ quã ipse l.ii.§.quod obseruari C.de iura.cal.

Int. Potest ne examinari ut testis?

Res. Potest, ideo de ueritate dicenda iurat ut supra dixisti tu quoque.l.i.§. si impuberes.ff. ad sillania.

Int. Acta tam criminalia quam ciuilia edi debent l.ii.C.de eden.an criminalia edi debeant fisco?

Res. Non l.ii.§.item diui.ff. de iur.fisci.

Int. Positioni criminosę, tenet̃ ne quis respõdere?

Res. Non, quia sic detegeret turpitudinem suam. l.alias & ibi not. ff. de iureiu.

Centu-

Centuria Decimasexta.

Int. DE tessera frumentaria, mentionem facit Iurecon. in l. mortuo boue in. §.i.ff.de lega.ii.& in l.sed & si susceperit in §.i.ff.de iud.obiterque meministi tu de stelatura locutus supra ibique sum oblitus abste petere qđ sit,cum his in locis garriat Accur.& meo quidē iudicio labatur, ut alibi sæpe si placet ergo quid sit,dicas tu mihi.

Res. Nil aliud erat,nisi signum quo ostenso quisq; in annone caritate frumentum pro portione accipiebat à principe,uel minimo precio,uel gratuito,eratque sic etiam tessera nūmaria,qua exhibita pariter summa nummū præfer ipta repēsari solebat.deque his in Augusto Tranquil. de quibusdam eius ordinationibus circa remp. deque liberalitate eiusdem ibi,ter in annum quaternorum mensium tesseras dare destinauit. hæcq; de frumentarijs.ibi de nummariis. Frumentum quoque in annone difficultatibus, sæpe leuissimo, interdum nullo precio, uiritim admensus est, tesserasque nummarias duplicauit.

Int. Inuentarium erat ne cognitum de iure ffor ū?

Res. Sensit Ias.in l.scimus. in prin.C. de iu.del.qđ non,& hoc ideo forte ultra eum quia Iurecon. alibi ipsum repertorium uocat. l. tutor qui repertorium. ff. de admi.tuto.uerum aduerte tu quod imò erat cognitū.l.fi.ff.de bo. auc.iud.po. ibi subnotent sibi & quasi inuentarium faciant. est bene uerum quod uulgo sic appellabatur, elegantiori uerbo uero repertorium .d.l.tutor. qui. repertoriū. ubi hoc ad literā dicitur, erat igitur cognitum(itetato dixerim) quoniam paria esse. uidentur uel inuentarium appelletur,uel repertorium,argumentum.in l.si quis in fundi uocabulo.ff.de de lega.i.vel dicamus quod non esset cognitum quantum ad id quia hæres tenebatur ultra uires hæreditarias adeundo,eo uero cognito(qđ fuit Iustiniani tēpore præallega.l.scimus, §.sin autem dubius)non.

Int. De nominibus iure fit mentio sępe, ecce in l. periculum.ff.si cer.pet.dicitur periculum nominum ad eum pertinere.cuius culpa deterius factū probari potest.& in l.maritus in §. fi.ff.ad legem fal.ex nominibus tantum redigi posse quantum in cautione deductum est,& in l.tutor siue curator nomina quæ iuste putat nō esse idonea à tutore priore uel curatore,suscipere cogitur,sed non exactionē suo periculo facere quid sibi uult hæc nominum mentio?

Res. Non aliud nisi debitores,siue debita inscriptis noībus in libris reponere,hinc Cice. multis in locis tum maxime in famil.vii. accepi Auiani literas in quibus hoc erat liberalissimū nomina se facturum,cum uenissent,qua ego nellem die imo quod nomen cum debitum,tum debitorem significat.

Int. Obsides possunt ne facere testamentum?

Res. Non,nisi usum Romanę togę accepissent, tūc enim ut ciues Romani testabantur.& quod non possint alias id est,quia eorum bona sicuti captiuorum fisci esse dicuntur,eidemquæ ueniunt applicanda.l.obsides.ff.de test.l. diuus commodus. l.sed si accepto ff.de iu.fi.Bar.in l.cunctos populos nu.xxv.C.de summa tri.& fi.catho.Oldr.cōs. cexlviii.nu.i.Toga insup(nō intellexit Accur.) gestamen erat proprium insigneque Romanorū ciuium propterea ut testarētur testamēti factionem non habentes à principe usum Romanæ togæ impetrare solebāt,eoq; factum erat ut illico; utque Romani ciues testari possent, deque rebus & bonis suis libere disponere & quēmadmodūm (ut inquit Ci.in Pisonem) Romanorum insignę erat toga,pacis & ocii simbolum,ita erat palliū grecorum.

Int. Quare enim positiones fuerunt inuentę sic nāque arma sumuntur de domo rei, & male.l. qui accusare.C.de edē.l.nimis graue.C.de testi.glo. in l.illate C.de fi.instr.?

Res. Vt lites & cōtrouersiæ facilius expedirentur, usus; longeuus in causis(a tempore.Grego.IX. cæperunt nec antea erant cognite.c.dudum ii.de ele.c.unico de lit.cōt. ad clariorem probationē admisit,ele.sæpe.§. & quia de uer.sig.fusius omnes in l.i.C.de eden.

Int. Capacitas & incapacitas serui dependet à capacitate & incapacitate domini.l.si mihi & tibi §.regula ff.de lega.i.an hoc sit generaliter uerum?

Res. Non quia posthumus alienus institui non potest.l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posthu. & tamen potest seruus eius.l.si seruus.ff.de acquiren. hære.Bar.in l.eius.ff.de hære.insti. qui dicit etiā in l.ii.in §.hæc autem. ff. de lega. præstan.quod prohibitus contrahere cum bannito non propterea prohibetur cōtrahere cum eius seruo.& ideò in l.i.C.de eden. dicitur, quod quamuis fœmina officium argentariæ exercere non possit.l. fœminę.ff.eo.potest tamen id facere per seruum.l. prętor.§.sed si seruus.ff.eo.

Int. In l. ne quisquam. ff. de eden. probatur quod delatori instrumenta ad causam pertinentia edenda sunt,ergo non fisco,ad quod tamen solet allegari tex.ille pro limitatione regu.l.nimis graue. C.de testi.l.qui accusare.C.de eden.& similium imò quod fiscum petentem quoque exprimit, & tamen de editione facienda(ut dictum est) delatori agitur cur ergo idem?

Res. Quia perinde est ac si ederetur fisco, cum ille detulerit bona uacantia esse,ut eidem applicarentur.l.si uacantia.C.de bon.uacan.lib.x.& propterea(subdit)non alia instrumenta ei edenda sunt, quam quæ ad eam causam pertineant, ex qua deferre professus est,& is propriè delator dicitur.l. intra quatuor.ff.de diuer.& tempo.præscrip.

Int. Anthistenes cum egregie rhetoricam docuisset audito Socrate,abite(inquit)discipuli,magistrum

strum uobis quærite, Anser enim inter argutos strepit Olores, extenuatioq; sui ipsius erat, qualis eiusdem Socratis diceutis alias, hoc unum scio quod nihil scio. uerum qui sunt (posteaquam horum meminerunt aliqui) anseres arborei?

Res. Qui ex foliis arboris, in aqua decidentibus (dictu mirum est) in Anglia, siue in Orcadibus insulis nascuntur.

Int. Dixisti paulò supra Mulierem argentariam esse nō posse, & nihilominus iam à Luca. Poe. celebratam fuisse, comperimus.

Res. Nomine uerum est Argentariam fuisse, ut Propertii Cinthia, Catulli Lesbia, Tibulli Delia, Ouidii Corinna, & Stelle Patauini Violantilla, non officio, quia (ut dictum fuit pariter) ea opera uirilis est l. fœminę. ff. de eden. l. fi. ff. de tute. l. ii. ff. de regu. iu. sunt quoque Argentariæ meretrices ut inquit Fest. de uer. si. quæ etiam dictę ac uocatę fuerunt elecebre ab eliciendo argēto, nō (ut diximus) ratione officii.

Int. Quare est quod in nuptiis olim (ut memoriæ proditum est) quinque accendebantur faces?

Res. Quia lux est generationis signum nec potest mulier, plures uno partu edere liberos, quam quinque. l. si pater ff. de sol. l. antiqui. ff. si pars hæ. peta.

Int. Nummismam habeo inscriptis literis Ομηρος Homerique est effigies, poetarum græcorum clarissimi, sapientię patris, Cur ergo non Homerus?

Res. Quia Eolica lingua Ομηρος cęcum significat, ipseq; cæcus erat uocatus priu s Melesigenes.

Int. Filiusfamilias testamentum facere non potest etiam consentiēte pater. l. tam is ff. de dona. cau. mor. habilitari tamen potest per statutum uel cōsuetudinem sui domicilii, ut tradunt omnes in l. cunctos populos. C. de summa tri. & fid. catho. sed quid si foret habilitatus à statuto uel consuetudine alterius loci in generale?

Res. Non posset hoc casu testari. l. i. ad fi. ff. de tut. & cu. dat. ab his Bar. in d. l. cunctos populos, nu. xxvi. nisi in loco consentiente patre, domicilium constituisset, aut statutum mixtim disponeret, cū ratione personæ, tum formæ, puta quod possit testari consentiente patre, quandoquidem vnum personam alterum uero formam respiciat, & ut per Bal. latius in statuto, habilitare, nu. 1. dixi ego in d. l. cunctos populos.

Int. Constitutio Federici in auth. habita. C. ne fil. pro pat. loquens in scholaribus, habet ne locum in scholaribus clericis?

Res. Non, quia super ecclesiis & ecclesiasticis personis, laicorum lex nihil potest. c. quæ in ecclesiarum, c. ecclesia. S. Marię, de consti. & ita in specie dixit Archid. in c. inclita. col. ii. q. i. post Host. in §. dubitari. in summa de fo. comp.

Int. Statutum directo disponens, super ecclesiis ecclesiasticisque personis non ualet. c. ecclesia. S. Mariæ de constitutio. quid si sit confirmatum & approbatum à Papa?

Res. Isto casu ualebit ut ibi legitur & in c. i. & ibi Archidia. x. dist. Bal. cons. cxxxv. col. fi. uol. iii.

Int. Quid uoluit dicere Iurecon. in l. eius qui. ff. si cer. pet. quod quis præposuerat in prouincia seruum Klendario?

Res. Non aliud nisi id quod explicite dicit in l. fi. ff. qd cum eo, prępositum fuisset scilicet mutuis pecuniis dandis, & pignoribus accipiendis, nec aliud Kalendarium quam rationum liber erat, in quo debitorum nomina scribebantur, à Kalendis dictus siue dictum quippe quod prima cuiusque mensis die hoc est Klendis, tum dabantur pecunię fœnori tum exigebantur cum usuris dixique alias fusius in d. l. eius qui.

Int. Assuetudo, differt ne à consuetudine?

Res. Quanquam Iurecon. in l. si seruus plurium §. fin. ff. de lega. i. Consuetudinē patrisfamilias seu testatoris uocet, attamen non est proprie consuetudo, sed assuetudo potius unius hominis tantū de qua etiam in l. uel vniuersorum ff. de pigno. ac. & in l. fi. ff. quod cum eo. qui furari, negotiari, fœnerarique solitus sit, & tale quid aliud facere. consuetudo uero plurium, & ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur cū deficit lex. c. cōsuetudo i. dis. l. de quibus. ff. de legi. nonnihil Por. in §. sed & quod principi placuit nu. xxiii. de iu. nat.

Int Quare est quod seruus hæreditatem adit. l. cum proponas C. de hære. insti. l. si seruus eius ff. de acqui. hæ. bo. po. agnoscit. l. seruus. ff. de bo. po. p cum acquiritur possessio l. i. §. per seruū, ff. de acqui. po. stipulatur. §. sed cum factum inst. de stip. seruo. officium argentarii exercet. l. prætor ait. §. sed si seruus ff. de eden. & tamen legitimā personam non habet standi in iudicio. l. seruus. C. de iudi.?

Res. Quia iudicia sunt de iure ciuili. §. i. insti. de ob. quo seruorum status fuit annihilatus, l. quod attinet. l. seruitutem. ff. de reg. iur. est uerum quā quam non agat, quod tamen exemplo excōmunicati se defendit, ut tradit Bar. in l. si fideiussor. in §. j. ff. qui satisda. cogan. supplicat. l. uniuersis. C. de precib. Impe. offe. & in seruo Cæsaris limitatur regula. l. fi. & ibi Odof. C. ubi cau. fisca.

Int. Sub rub. C. quando Imp. int. pup. comprehenduntur ne mercatores?

Res. Inno. in c. significantibus. de offi. dele. & post eum Alex. cons. cxxx. nu. 6. uol. vij. dicunt quod sic, quod scilicet propter pericula dicuntur miserabiles personæ, iuxta illud Hora.

Impiger extremos currit mercator ad Indos.
Per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes.

quodque eisdem quam maxime fauendum est, ne à mercatura auocentur, & quia merces conuehunt de loco ad locum, & egregie not. in l. semper ubi pro his aureus tex. in §. negotiatores. ff. de iure immunita.

Int. Dicimus communiter quod substitutio est secunda institutio, siue conditionalis institutio, ut not. in rub. ff. de uulga. & pupilla. substi. l. cohæredi. §. cohæres. ff. eo. l. precibus. C. de impub. an uer-

uerbum hoc aliam habeat significationem?

Res. Habet utique cum dicimus Dominum seruũ negotiationi propositum mutuis pecuniis dãdis, & pignoribus accipiendis, hoc est Klendario, ut dicitur in l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pe. suo nomine substituisse. l. fi. ff. quod cum eo, idest suf fecisse aliter, uel subrogasse, & in simili Cy. in l. in §. ne autem. C. de cad. tol. & post eum Bar. in l. nemo est qui nesciat n. 5. de duo. re. an Doctor possit docere per substitutum.

Int. Quare dixit Imp. Aemilio cõsulenti, in l. i. C. de eden. ipse dispice quemadmodum pecuniam quam te deposuisse dicis, tibi deberi probes?

Res. Quia in alieno facto ignorãtia ꝓbabilis est. l. fi. ff. pro suo. l. uerius C. de proba. quasi dicat nemo melius scit quam tu quemadmodum &c. & est similis responsio in l. iii. in §. tu magis. ff. de testi. glo. not. in l. eum quem temere. ff. de iudi. in §. i. vnde alibi quidam, nanque tibi consilium dare non possum, nescius qua parte pedem tuum torqueat calceus.

Int. Quare dixit Iurecon. in l. i. in §. dixerit aliquis. ff. de publican. ad quid utique hoc edictum propositum est?

Res. Quia nulla disputatio uana esse debet, sed nobis aliud utilitatis semper afferre, ut etiam ait in l. si seruum in. §. fi. ff. de uer. ob. ibi effectus huius constitutionis est. & non ab re disputant etiam Doct. in l. i. C. de edẽ. an expediat potius officio iudicis editionem rationum petere eoque medio in iudicio experiri, quam intentare, & multiplici de causa, siue inde assignando utilitates, ex eo resultantes, concludunt quod sic.

Int. Quare est quod filiusfamilias non habet legitimam personam standi in iudicio sine consensu partis l. fi. §. necessitate. C. de bonis, q; lib. & tamẽ habet si uiaticum mutuo dederit. l. cum filiusfamilias. ff. si cer. peta?

Res. Quia iure actionis non repetit sed officio iudicis, quod in æquitate fundatum est, ut ibi not. & in l. i. C. qui adm. Corn. cõs. cc viii. n. 7. uol. iii. estq; vna ex pluribus utilitatibus ex eo resultãtibus, officio iudicis experiri quam actionis iure, de quo aliàs in l. i. C. de eden.

Int. Quid sibi uolũt Imp. uerba in §. iuris pręcepta insti. de iusti. & iur. huiusmodi?

Iuris præcepta sunt hęc, honeste uiuere alterũ non lędere ius suum unicuique tribuere?

Res. Non aliud, nisi iustitiam tripartitam esse, ad se ipsum ad alterum & ad magistratus deniq;, ad se ipsum honeste uiuere, ad alterum neminem ledere, ad magistratus uero, ius suum vnicuique tribuere, nonnihil Deci. seni. in l. iustitia. ff. eo.

Int. Quare Athenienses colebant (ut memoriæ proditum est) singulari quadam religione Cererẽ?

Res. Forte quia fruges in Sicilia inuentas Atheras attulerat primũ, annonaque populari sic Athenienses pauerat ut glandibus uesci inde postea noluerint amplius.

Int. Quare pinguntur Cornua Baccho?

Res. Multis de causis uel maxime quia primus docuit, subdere colla iugo, vel ut ferinos bibentium nimis ostenderentur mores.

Int. Nascentium quæ nam prima uox est?

Res. Vagitus, quod ipsa experientia docuit.

Int. Risus quando?

Res. Quadragesima differtur die, auctoře Solino

Int. Quod dicitur ecclesiasti. c. ix. ibi omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus ab omnibus prętereuntibus, conculcabitur, quomodo intelligitur?

Res. Fornicatio est triplex, Carnis, Idolatriæ, & superstitionis, de fornicatione carnis intelligi debet quia non aliud sonat uerbum illud, quasi stercus.

Int. Furtum est cõtrectatio rei alienæ inuito domino fraudulosa lucri faciẽdi gratia. l. i. ff. de fur. addamus & subaudiamus priuatæ, sed quid seu qna le est furtum rei publicæ?

Res. Peculatus, ut sacrę sacrilegiũ. l. i. ff. ad leg. Iul. pecu. et uerum quod Sacrilegium furtum non est, sed furto maius & grauius crimẽ. l. sacrilegii. ff. eo. dictum à pecore & ex eo maxime, quia nil aliud Romani homines præter pecudes habebant in ære.

Int. Cur dixit Poe. lyricus alibi.

Piacemi hauer uostre question udite
Ma piu tempo bisogna a tanta lite.

Res. Quoniam egemus tempore, ut aliquid maturius agamus. c. ponderet. 50. dist. & quia oportet iudicantem cuncta rimari, & ordine rerum plena inquisitione discutere e. iudicantem iii. q. v.

Int. De actuariis plerumque à nostris mentionem fieri comperimus, quid sibi uult uerbum illud?

Res. Non aliud, nisi eos quos tabelliones seu notarios appellamus nos, hoc uerbo significare & ostẽdere, sensit Tranquil. in Cæsare dictatore ibi quam ab Actuariis exceptam existimabat Augustus. nec aliud uoluit Saty. vii. dicens

Quis dabit hystorico, quantum daret acta legenti, idest actuario, nonnihil Pyrrhus lib. i. de Togat. col. v. Adde tu quod hinc à simili actnosi appellantur histriones & saltatores ab actu, (ut inquit Sext.) idest a motu corporis.

Int. Acta quædam sunt assertoria, quædam probatoria, quæ sub generali uerbo actorum ueniunt & comprehenduntur. l. acta. ff. de re iudi. uerum nescio an in aliquo differant.

Res. Differunt in hoc, quia si dicat iudex absoluo absoluẽdũ, cõdẽno cõdẽnãdũ, prout ex actis apparet, tunc omnia comprehendentur, si uerò dicat sic, nulla actorum facta mentione, de probatoriis tantum intelligetur secundum Bar. in l. si expressim. col. ii. ff. de appella. & hoc modo concordabuntur duæ glo. contrariæ, quarum una est in l. iii. C. de sen. ex peri. reci. altera in l. quid tamen. in §. Pomponius. ff. de arbi. & est formula hæc siue cautela pronunciandi, quando iudex nõ habet deliberandi plenum consilium, primũ inuẽta à Iac. But. licet dubitauerit Bal. cõs. cc xxix. in prin.

in prin.uol.i.declarat Saly. in præallega.l.iii.

Int. Si quis dicat in ueritate accepisse centum confitendo, poterit ne postea obiicere excep. non nume.pecu.?

Res. Bal.in c.ex insinuatione ad fi.de procu. sensit quod non,& male quia actus iuratus est potentior non iurato,l.si pecuniam ubi glo.ff.de condic.ob.cau.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de lega.ii.c.quanuis de pac.in vj.sed non obstante iuramento,opponi poterit.l.fi.C.de non nume.pecu.ergo multo magis hoc casu,& ita tenet etiam Deci.in l.ii.C.de eden.sed aliis leuibus quæ ibi confutauimus, hoc solo igitur idem dicendum existimo.

Int. Acta publica tam ciuilia quam criminalia,exhibenda sunt & danda copia parti,quid in allegationibus iuris?

Res. Ias.in l.ii.C.de eden.dicebat dandam, quia posset ex falsis iudex decipi,& circunueniri.l.i.C.si ex fal.allega.& male,quia non est propter peritiam iuris uerisimile,& quia non sunt acta.l.ii.§.seruius autem sulpicius.ff. de ori.iu.l.ii. & ibi not.ff.quod quisque iur.l.pe.C.fin.regun.maxime,quia quod dicitur in d.l.i.uerum est & procedit in allega. facti, argumentum in l. fin. ff. pro suo.

Int. Exceptio non numeratę pecuniæ,cuius paulò ante meministi, egoq; simul quærendo. erat recognita de iure fforum?

Res. Non, ut per Areti.in l.lecta. nume. 61. ff. si cer.petatur.

Int. Scio quod de iure ciuili non potest opponi post biennium l.si ex cautione C. de non nume. pec.olim quinquennium habebat debitor.§.multum insti.de lit.ob. quid de iure canonico?

Res. Eo iure opponi potest perpetuo ut per Inno. in c.quia plerique de immu.ec.Dy.in c.locupletari,de reg.iur.in vj.

Int. Quomodo hæc duo stare possunt, quod alibi dicat Iurecons.hæc res nec dubitationem habet nec habuit unquam in l.iii.ff.de nata. resti. & tamen contrarium sit uerius.l.quod labeo, ff. de carb.edic.estque philosophi propositio,quod potentes dubitare facile soluunt,tradit Bal.in l. tutores.C.de compen.imò quod semper condita censetur lex eo casu,in quo est maior dubitatio, inquit glo.in l.contra maiores.C.de inoffi.testa.

Res. Non habet nec unquã habuit dubitationem, apud legislatorem, qui utpote conditor erat certus,sed apud nos sic,ut notabiliter declarat Bar. in l.ubicunque nu.10.de interro.actio.

Int. Iudex à quo tenetur mittere causam instructã iudici ad quem.l.à proconsulibus. l.eos ad fi.l. ne causas.C.de ap.si nõ miserit qd erit agendũ?

Res. Mulctabitur,l.quoniam.l.iudicibus.C.de ap. dixi in l.ii.C.de eden.

Int. Concilium nunc agitur Tridenti, Cæptum lõge ante,sub Felicis recordationis Paulo.iii. Farnesio, sed an sit supra Papam an uero Papa supra Concilium?

Res. Papa est supra concilium foretque hæresis aliter tenere.c.significasti.de electio. c. si Papa. xl. dist. c.aliorũ.c.nemo.ix.q.iii.Fel.in c.super literis uer.an sua col.iii.de rescr.Pau.cast.cõs. lxvi. col.i.ad fi.uol.i.inque nostris Cõmentariis iuris pontifi.de mane,satis superque dictũ, ostensumque est satis.

Int. In l.Titia.ff.de accusa.Titia minabatur fratris uelle testamentũ arguere de falso, accusationẽq; ineptam proposuit, statutum est sibi tempus ad accusandum,intra quod solemnia (inquit Iurecon.)accusationis non impleuit,pronunciauit præses iterum de falso testamentum dicere non posse,quæ sunt solẽnia accusationis,seu libelli?

Res. Quæ dicũtur in l.causis.C.eo.estque notãdũ quia casum(ut uideo) non bene ibi percepit Accur.& plus quod substantialia libelli,dici debent non solemnia,quia solẽnia ea dicuntur,quæ post actũ explicãtur substãtialia uero quæ explicãtur simul cũ actu, ut per Feli.in c.cũ dilecta col.viii. de rescrip.nonnihil Bal. in l.i.col.ii.lect.ii.C.de sacrosan. Bar.in l.edita,nu.2.C. de eden.

Int. Causæ criminales Biennio terminantur, quia quædam quinquennio aliàs,non nullæ anno, & quedam xx.etiam durant ut in l.querela,C. ad legẽ Corn.de fal.& ibi not.nonnihil in l.properãdum C.de iud.& in l.fi.C.ut intra cer.temp. sed nunquid iudex certa proferendę accusationis tẽpora,statuere possit,intra quæ,si quis accusare supersederit,nõ amplius audiatur, sed causę potius renunciare intelligatur?

Res. Potest,officiumq; eius (hinc dicimus)latissimum est,l.i.ff.de iur.om.iudi. & ad propositum est casus in l. si ea C.qui accu.non pos.& in l.diffamari.C.de inge.ma.& ibi dixi,& in l.i.ubi glo. C.ut nemo inui.age.comp.

Int. Quid est προγραμμα, quo admoniti creditores fuerunt in subhastatione pignoris, & de quo in l.si eo tempore.C.de remi. pi.?

Res. Est propriè inscriptio rei uenalis, uel tabellæ pendulæ in quibus edicta proponi solebant publice & palam, Imò quod plerumque etiam pro edictis ponuntur.

Int. Maiestatem Deo tribuimus.l. non distinguemus.§.sacerdotio.ff.de arbi.Matth.xxv. ibi, cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua.& ibi,tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, Imperatori,ut in procem.insti.ibi Imperatoriã maiestatem &c. & prætori.l.si familia,ff.de iur.om. iudi.ibi ne maiestas pretoris contemni uideatur, sed quid in ciuitatibus?

Res. Epitethon huiusmodi urbibus (Roma excepta & Venetiarum) haud conuenit.l.ob pecuniam.ff.de fur.l.bona.l.eum qui uectigal,quę est sequens.ff.de uerb.sig.Bald. pulchrè cons. lix.in prin.ubi etiam de Guelph.& Gibellin.nonnihil uolu.primo.

Int. Sententia sub conditione lata non ualet.l.i. §. biduum.ff.quãdo ap.sit,quid si dictum fuerit cõdemno te si actor probauerit sibi deberi?

Res. Valebit isto casu quanquam sit conditionalis lata per uerbum si, ut not. Bar. in l.i. ff. de cond. & de. quia cõditio est intrinseca, & declarat Ange. in l. non quemadmodum. ad fi. ff. de iudi. & dicit post eum Are. quod est opinio communis in c. illa nu. 16. de accu. & est ad idem glo. in l. à diuo pio. in §. in ueditione. ff. de re iudi.

Int. Pro simplici contumacia non debet pœna infligi, siue audientia denegari secundum glo. in l.i. in §. fi. ff. si quis ius di. non obtempe. quid si comminatio præcedat.

Res. Isto casu denegaretur. l. titia. ff. de accu. l. si ea. C. qui ac. non po. l. si eo tempore. C. de remi. pi. l. diffamari. C. de inge. ma. l. non alienum. ff. de inter. ac. Bar. in l. ii. in i. lect. nu. 2. C. de eden.

Int. Quare est quod in auth. hoc amplius. C. de fideicom. non implens uoluntatem defuncti intra annum monitus à iudice pęnam patitur quia priuatur hæreditatis lucro, & tamen secus est in l. fi. C. si mancip. ita fue. alie?

Res. Quia in d. auth. hoc amplius. iudicium & uoluntas defuncti non erat lege representata, in d. l. fi. autem sic, idest impleta, quod implementum fit ipso iure & ipso facto l. cum uero. §. subuentũ ff. de fideicom. lib. l. causam ff. de manumissio, & implementum legis habetur pro implemento hominis l. si pecuniam. §. i. ff. de cond. ob cau. & est casus clarus in d. l. fi. inductione non egens, not. in auth. præallega. hoc amplius, & in corpo. unde sumitur.

Int. Mirũ est quod in d. l. fi. C. si man. ita fue. alie. ruptę fidei pœna conuentionalis non debeatur, quod tamen est regulare, l. qui Roma. §. Flauius. ff. de uer. ob. l. seruus ea lege. ff. de seruis exportã.

Res. Admiratio cesset, quoniam uno casu (ut proxime diximus) implementum legis est pro implemento hominis, ideo pœna non debetur, quia perinde est ac si promissa impleuisset, alio non, uel & aliter, ut not. in d. l. fi.

Int. In l. ii. C. de eden. dicitur, quod acta tam criminalia quam ciuilia sunt publica, sed nonne etiã sunt communia?

Res. Sunt utique, quia non ita generaliter dixisset tex. exhiberi debere, ad inspiciendam ueritatis fidem, & est casus ad literam in l. ii. C. ut lite penden.

Int. Nummisma quod mihi Palladis heri Argenteũ ostendisti, quod sibi uult, habens à tergo Noctuam, uas inuersum, & inane ac sine uino, Calcantem?

Res. Nil aliud nisi uigilantiã sobrietatemque maxime necessariam, his qui studiis & disciplinis operam nauigant. Noctua enim uigil est, uas inuersum uero & siue uino, sobrietas, & hoc est qđ identidem dicit tex. in l. pupillus in fi. ff. quæ in frau. cred. uigilauit melioremque suam conditionem fecit.

Int. Quid sibi uult quod Sene. dicit in ep. lib. vi. uocare scilicet seruos ad pileum?

Res. Nil aliud nisi eos donare libertate, & manumittere quippe qđ pileus libertatis erat insigne, deq; seruis pileatis, in l. i. in §. sed & qui. C. de lati. lib. tol. & nos alibi fusius, nouissime hinc Galbe nummisma, à tergo pileum habet inscriptis circumquaque litteris *libertas Publica*. & cum pileum accepisset seruus olim simulatque dominũ salutabat, dicens. *Salue mi Patrone*.

Int. Est ne uerum id, quod iã factum est trito sermone prouerbium, totidem nos hostes habere, quot seruos?

Res. Non, quia facimus nõ habemus, si curabimus igitur potius dominos colant, quam timeãt, eos ita nobis cõciliabimus, ut salute propria spreta, ea sola sibi charior sit, quæ solis etiam nobis dominis sit profutura.

Int. Notarius qui acta tenetur edere & exhibere petenti, poterit ne petere mercedẽ, quę sibi solet ex consuetudine solui, et si potest, debebit ne per officium iudicis, uel utili actione locati, idem facere?

Res. Absque dubio poterit, non per officium iudicis, ad quod tamen facere uidebatur tex. in l. i. ff. de uar. & extraord. co. sed utili actioni locati l. licet, l. excepto. C. loca. per quæ iura signanter ita dixit Bal. in l. item quia lectu. i. col. ii. ff. de pac.

Int. Appellatione actorum uenit ne sententia?

Res. Tex. in l. ii. C. ut li. pẽ. ibi nisi uel actorũ cõiũ, pronũtiationis editio denegetur innuere uidetur quod nõ, ex quo alternatiua est inter acta & pronunciationem, & sic inter diuersa ut de copula etiam dici solet uulga. glo. in rub. de iu. & fac. igno. l. si is qui ducenta. ff. de reb. dub. tamen contrarium uerius est ut not. in l. actorũ & in l. acta. ff. de re iud. & in c. quoniam contra. de prob. ad argumentum respondet. Pau. cast. quod alternatiua ponitur ibi inter genus & speciem, ut de seru. & aqua, & iuxta illud. dixit discipulis & Petro, sed melius ultra eum in l. ubi pactum. C. de trãsa. & in rub. si ager uectiga. uel emphi. pet.

Int. Quando sententia transiuit in rem iudicatam, certum est, amplius appellari non posse. c. quod ad consultationem. de re iudica. an saltim possit supplicari?

Res. Non, imò si is contra quem est lata supplicaret in pœnã incideret. d. l. ii. & ibi plene per Doc.

Int. Appellatione pendente nil est innouandum toto titu. ff. nil no. appel. pen. an idem sit pendente lite?

Res. Idem casus est in l. ii. & ibi not. C. ut lit. pen.

Int. Natura dictionis uel, est ne ut ponatur inter diuersa ut copula et, iuxta glo. in rub. ff. de iur. & fact. igno.?

Res. Communiter poni solet. l. hęc uerba. ff. de uerborum significatio. Fulgo. consil. xxvii. col. ii. sed aliquando (ut etiam diximus supra) reperitur posita uel poni solet inter genus & speciem, ut in titu. si ager uectiga. & in l. ubi pactum. C. de transac. Pau. Cast. in l. ii. C. ut lit. pen.

Int. Sententia rectè lata est, non reperitur tamen quod iudex dixerit uisis actis, an ualeat?

Res.

Res. Non, l. hæc autem. §. i. & ibi Barto. ff. quibus ex cau. in poss. ea. idem Barto. in l. ii. nume. 5. C. de eden.

Int. Mirū mihi uidetur, quod si quid difficultatis emerserit super processu, iudici non credatur. c. quoniam contra. de proba. & tamen credatur qđ uiderit acta, quandoquidem satis sit, quod dicat uisis actis.

Res. Admiratio cesset, quoniā uerisimile est, alias sententiam ferre non potuisset. l. cum apud iudi. sol. l. Titianus. ff. quod cum eo.

Int. Si iudex moriatur, an coram successore acta sint reproducenda?

Res. Aliqui uoluerunt quod non, quia idem est iudicium, idem tribunal, & eadem instantia. l. mortuo. l. proponebatur. ff. de iudi. l. seruitutes. §. si sublatum. ff. de serui. urba. prædio. tamen consilium est quod reproducātur, quia abundans cautela non nocet. l. testamentum. C. de testa. tradit Bar. in l. ii. nu. 6. C. de eden.

Int. Lazarus resuscitatus tunc potuit ne bona recuperare?

Res. Potuit, quia licet nō fuerit idem numero, idē tamen fictione iuris intelligi debuit, ita Flor. de S. Pet. in l. seruitutes. in §. si sublatum. ff. de serui. urba. prædio.

Int. Quare est quod qui de sua conditione dubitat hæreditatem adire potest, & sibi acquirere, & tñ secus est si dubitet seu ignoret conditionē testatoris. l. hæres institutus. ff. de acquir. hære.?

Res. Tex. pulcherrimus assignat tibi rationem in l. sed & si de sua. ff. eo. id esse quia qui ignorat conditionem testatoris an ualeat testamētū dubitat, qui uero suam, de testamento certus est.

Int. Quid est dare operam iudicio, ut dicit Iurecon. in l. si longius. in prin. ff. de iudi.?

Res. Non aliud, quàm ius dicere, deq; causa prius cognoscere per inspectionem actorum ut in simili inquit in l. i. ibi iuri operam daturum prius noscere oportet &c. ff. de iusti. & iur. quod ex uerbis ibi positis etiam colligitur, quæ sunt si forte occupatio aliqua iudicem non patiatur iudicio operam dare.

Int. Differunt ne acta, facta, & gesta?

Res. Valde, ut dicit tex. in l. Labeo. in §. fin. ff. de uerbo. signifi. glo. in l. ii. ff. de cura. bon. dan. quia acta fiunt in iudicio, facta extra & uerbis quidē, gesta uerò sine, & ut latius in dictis locis, tamē reperio quod gesta etiam alibi acta seu pro actis ponuntur in l. fi. C. de re indi.

Int. Solet dici, quod de modo non curamus dummodo effectum rei cōsequamur. l. iij. C. de iusti. quid si modus seu forma desideretur?

Res. Isto casu regula non procederet, nec modus siue forma esset prætermittenda, ita Bal. in l. si eū dotem in §. prin. ff. sol. mat. plenius Bar. in l. Gallus, in §. et quid si tantū col. ii. ff. de lib. & posthu.

Int. Quid uult dicere tex. in l. iii. ibi sententiam pater meruit. C. de institutio.? allega. proxime.

Res. Nil aliud nisi deportatus est, & sic mortuus ciuiliter, quia subiicit postea, uel aliter defunctus, quod ad mortem naturalem refertur. alibi tamen dicit Iureconsul. deportatos loco mortuorum habendos esse in l. i. in §. deportatos. ff. de bon. pos. contra tab.

Int. Si quis fecit, quod fecisset quilibet diligentissimus paterfamilias, erit ne semotus ab omni culpa?

Res. Sine dubio, ut uolunt omnes, & præcipuè Bar. in l. quod nerua. ff. depo. Corn. ubi multa consil. xii. nu. 10. uol. iiii.

Int. Mala fides auctoris quæ nocet hæredi. l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præscrip. an noceat in præscriptione xxx. uel xl. anno.

Res. Non, quia eorum tempore non erat cognita, quo. d. l. cum hęres condita est. l. sicut. l. omnes. l. si quis emptionis titulo. C. de præscrip. xxx. aun. Corn. consi. lvj. col. ii. uol. iiij.

Int. Si campsor pro alio promittat, habebit ne beneficium excussionis de quo alias in auth. præsente. C. de fideiussō.?

Res. Glo. in §. argentariorum. in auth. eo. titu. dicit quod non, imò quod nec etiam habet exceptionem non numeratæ pecuniæ, & utrunq; dictū ponit Bal. in l. frustra per illum text. C. de non numera. pecunia.

Int. Ad propositū d. auth. præsente. si quis fideiussit, seq; in instrumento principalem debitorem constituit & obligauit, an debitur ne renunciasse beneficio illius?

Res. Non, habebitq; locum omnino ordinis exceptio, ex quo beneficio d. auth. renunciari non potest, ut not. glo. in auth. de fideiussō. Contrarium sensit Bar. in l. si mācipiū. in §. j. ff. de euic. primū tamē uerius est, ut in decis. Tholos. dicitur lxxx. & ita ēt singu. ciiij. tradit Guid. Papæ, & benè.

Int. Quę est uulgaris formula de qua in l. filiusfamilias in §. secūdū uulgarē formulā. ff. de lega. j?

Res. Ne quis possit in plus grauari quàm acceperit. l. ab eo. C. de fideicom. l. planè. §. fina. ff. de lega. j.

Int. Testamentum ruit nemine existente hærede, quid si in eo foret clausula codicillaris?

Res. Isto casu sustineretur. l. eam quam. C. de fidei com. Bar. in l. j. q. xij. & xiij. de iure codicil. Cor. latè consi. cclxxiij. nu. 6. uol. iiij.

Int. Donatio inter patrem & filium non ualet. l. ij. C. de inoffi. dona. not. in l. frater à fratre. ff. de cond. inde. quid si dos donata fit?

Res. Valebit isto casu donatio. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. hercisc.

Int. De uidua sæpissimè fit mentio, & maxime in l. filij in §. uidua. ff. ad municip. unde dicta est?

Res. Quasi ualde idua idest ualde diuisa, unde idua re ethrusca lingua alias est diuidere, aut quemadmodum Macrob. in Saturnal. aic. Vidua à uiro diuisa dicitur, ueteres uerò hinc diuidentes pecuniam publicam diribitores appellabant.

Int. Qui sunt celeres de quibus in l. ij. in §. in initio. ff. de orig. iur.?

Res. Hij, quos nunc nos uocamus æquites à Celere interfectore Remi, qui initio his præpositus fuit à Romulo fratre, exq; singulis curiis, Deni electi fuerũt, treceñtiq; (ut iquit Val. Flac.) fuere.

Int. Apocha debitorem liberat. l. plures apochis. C. de fide instr. sed quid ab acceptilatione differt quæ eadem esse uidetur. §. item per acceptilationem. insti. quib. mod. tol. obli.?

Res. Per acceptilationem fit liberatio ipso iure, absque interuentu pecuniæ, apocha uerò non, si non sit soluta. l. si non acceptolatum. ff. de acceptila. not. in d. l. plures apochis.

Int. Instrumentum est probata probatio. l. cum precibus. C. de probatio. sed quid si testes eidem contradicant?

Res. Absq; dubio uacillabit etiam si unus sit. l. in exercendis. & ibi not. C. de fid. inst. c. cum Ioannes. eo. ti. Bar. in l. j. in §. fin. ff. quemadmo. testa. ape. Corn. cons. ccxvi. a. l fi. uol iiii.

Int. Quare finium regundorum mentio fit in plurali numero, & non in singulari?

Res. Quia non solet unus terminus possessionis uicinas terminare, vt olim, sed plures. l. i. l. iij. C. fin. regundo. Corn. cons. xxvii. col. ii. uol. iii.

Int. Quare est quod gorgiam leontinũ, cuncti Philosophi & Oratores lacerant quod ausus sit publice, sella posita polliceri, se responsurũ (non secus ac Pet. ille Baylardus relatus per glo. in l. quinq; pedum. C. fin. regun.) de qua quisque re interrogare uoluisset?

Res. Quia profundum scientię & sapientię, magis mirari debemus, quam (ut dicebat Apostol.) sic inani iactantia quadam, seu mauis arrogantia loqui præsumere, & hinc D. Hiero. in ep. nõ ab re, homunculos quosdã deridebat, qui de cunctis ecclesiæ quæstionibus, identidem uno linguæ rotatu audent sole clarius corruscare.

Int. Duo sunt obligati principaliter creditor uni succedit, an alter liberetur?

Res. Non, liberatur enim ille, quia successio est loco solutionis, iste autem nullo modo soluit, ergo non erit liberatus. l. Vrãnius. ff. de fideiust. Corn. cons. ccciii. col. iii. uol. iiii.

Int. Statuta sæpissimè faciunt mentionem de gradibus, computatio quo modo fieri debet, secundum ius ciuile, uel secundum ius canonicum?

Res. Deberet fieri secundum ius canonicum, quia est nouius & recentius, ac posterius, & posteriora derogans prioribus. l. pacta nouissima. C. de pac. Tamen contrarium uerius est, ex quo etiam statuta sunt de iure ciuili. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. tradit Bal. in l. fi. col. fi. C. de suc. edic. & in statu. gradus. nu. 1.

Int. Sententia debet esse conformis libello. l. ut fundus. ff. commu. diui. l. fi. C. de fideicom. lib. c. licet hely. de simo. & Lucæ xxii. c. ibi, adiudicauit Pilatus secundum petitionem eorum. & hoc idẽ in iudice, quid in arbitro, qui iurisdictionem nõ habet, sed notionem tãtum. l. prætor ait. in prin. ff. de re iudi.?

Res. Idem quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorũ. l. i. ff. de arb. Corn. cõs. cxlviii. nu. 3. uol. ii.

Int. Quare homo est dignissima creaturarum ut dicitur in l. iustissimè. ff. de edili. edic. cui hac de re æquiparat etiam Iurecon. peculium, quod scilicet nascatur, crescat, decrescat, & moriatur, ut homo. l. peculium nascitur. ff. de pecu.?

Res. Quia conuenit cum Angelis intelligendo, cũ brutis sentiendo, cum plantis uegetando, & cum lapidibus essendo, & breuiter (ut alibi etiam dixi satis) quia factus & creatus est ad imaginem & similitudinem Dei omnipotentis. c. j. Gen.

Int. Si res donata euincatur tãquã aliena, habebitne donatarius regressum aduersus donantem?

Res. Non, l. aristo. ff. de dona. etiam si magnos fecerit sumptus in re donata, quos per retentionẽ seruare poterit ut ibi, nisi dolo, id fecerit (adhuc subiicit tex.) sed allegari & probari debebit, ex quo non præsumitur. l. dolum. C. de dolo. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probatio.

Int. Quare est quod Dyserestia id est litigium, & Δυσεϱις litigiosus, quam maximo habetur odio, ut toto titu. de litigio. quodque nemo promptus esse debet ad litigandum?

Res. Abb. alibi in praxi sua in prin. col. iii. dicebat hoc ideò esse, ne litigans faciat se contemptibilẽ, propter dubium euentum litis. l. quod debetur. ff. de pecu. & propter periculum animæ, & subiicit longe melius esse, si se promptiorem ostendat ad transigendum, & habetur etiam in c. clericum in §. illud. xj. q. j. nonnihil Pau. Ap. j. ad Corin. vj.

Int. Si rescriptum ad lites impetretur, poterit ne alterari ante præsentationem?

Res. Poterit, sed non post ad præiudiciũ partis, cõtra quam impetratum est, nec eidẽ renuntiari, ita Bal. in l. petendæ. col. ii. C. de temp. in inte. resti. pet. Pau. Cas. in l. ea quę. in prin. C. eo. ambo post Inno. in c. ex conquestione. de resti. spol.

Int. In criminalibus fit ne publicatio testium?

Res. Secundum aliquos in l. ii. C. de eden. non, & malè ac contra text. quem ipsi pro se allegant in c. cum clamor. de testi. tradit Bart. pulchrè in l. unius. in §. i. ff. de quæstio.

Int. Si ante publicationem testium, notarius eorũ dicta exhiberet, teneretur ne de falso?

Res. Absq; dubio, & præberet occasionẽ delinquẽdi & malè. l. conuenire. ff. de pac. dota. & est casus in l. i. in §. si is qui deposita. ff. ad legem Corn. de fal. & in l. si quis aliquid. in §. si quis instrumentum. ff. de pœn.

Int. Quid adhuc si eidem iudex iuberet, & ipse obediret?

Res. Aliqui senserũt hoc casu qđ possit & culpa careat, nec teneatur. l. liber hõ. ij. ff. ad leg. Aquil. l. is damnũ. ff. de reg. iur. meoq; iudicio malè, quia mandatũ iniustũ est. l. i. §. quotiens. ff. de ui & ui arma. nec ad oppositum adducta faciunt, quia loquũtur in eo qui obedire tenetur rõne subiectionis, at notarius nõ est iudici subiectus, nisi tñ rõne officij. c. quoniam contra. de proba. ergo.

Int.

Int. Consensus patris de quo in l.fi.in §.necessitate C.de bonisq; lib. est ne in quacunque prouincia & loco adhibendus seruandaq; d. §. solemnitas, vt filius legitimã personã habeat stãdi in iudicio?

Ref. Sicuti non seruatur in aliquibus casibus, puta quando officium iudicis implorat.l. eum filiusfamilias uiaticum.ff.si cer.pet.uel si agatur de falso.l.post legatum.§.filiusfamilias.ff. de his quib. ut indi.& aliis saue multis, ut alibi diximus, pari modo nec in omnibus locis seruari debet,quo niam quælibet prouincia abundat in sensu suo.c. certificari. de sepul. non seruatur igitur in curia Delphina.ut testatur Neuiza.cõs.xviij.nu. 11.

Int. Per solutionem annui cẽsus, probatur ne possessio ecclesiæ?

Ref. Non,tex.est in argumentum tamen in l.ii. ff. de superficie.& in l. i. ff. si ager uectiga. tradit Corn.cons.cccxv.nu.3.uol.iiii.

Int. Ius uniuersale fideicommissi potest ne cedi?

Ref. Non.l.mulier.§.ex asse.ff. de iure dot. not. in l. apud Iulianum.in §.utrum ff.ad Treb.

Int. His diebus mulier habens amplum patrimonium,nupsit pauperi,ipsius comparatione, nulla dotis facta mentione, an omnia sua bona sibi in dotem dedisse uideatur?

Ref. Aristoteles uolebat quod sic,uerum quia eius auctoritas non probatur iure,contrarium tenendum est.l.mulier bona.ff.de iur.dot. l. nulla. C. eod. tradit Bal. & declarat in l.fin.C.de sen.quæ si.cer.quan.

Int. Quid uult sibi dictum illud Paul.Aposto. j. ad Corinth.c.ix.pugnis aerem nerberas?

Ref. Nil aliud nisi (ut D.Hiero.ait in epist.) quod stulta est uerbositas si uerba nõ operantur, & garruli potius quàm eloquentis uiri loquutio, & argumentum ut dicimus nos in l. si quando. ff. de lega.i.& in c.si Papa.de priuileg.in vj.

Int. Clericus citatus coram iudice laico,tenetur ne comparere,priuilegium allegaturus?

Ref. Non, nisi in citatione exprimatur causa, quæ concludat laicum ipsum esse iudicem clerici,exẽpli gratia, quia conueniatur ratione feudi. l. si quis ex aliena.ff.de iudi.Bar.in l.iii.ff.eo. But.in c. præterea. col. vii. de dila.Feli.in c.ueniens.ad fi.de accusa.

Int. Quia alibi sic dicit tex. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius ciuitatis proprium est, usque adeò quando statutum loquitur, & sic populi lex,ut populus ipse loquatur secundum Bal. in statu.represaliç.nu.2.sed ad propositum quot faciant populum quæro.

Ref. Quatuor faciunt gentem, decem uerò populum,& scitu dignum est hinc, notorium fore, id quod fit coram decem uiris, quia sic factum dicetur coram populo.l.i.in prin.& ibi Bar.ff.de proba.glo.in c.i.de elec.idem Bar.in l.prætor ait. ff. ui bo.rap.Bal.in Marga.gens.nu.1.& notorium. nu.2.post Dy.in l.ea quidem.C. de accusa.

Int. Quid sibi uult uerbum pauperies,in rub.& in l.i.io §.cum arietes. ff. si quadrupe. paupe. fecisse dicatur?

Ref. In lege xij.tab. qui iniuriam afferebat leuem, assibus.xx.mulctabatur,si grauior erat, decernebatur talio,postea crescente audacia iudicium recuperatorium inductum est,hincq; recuperatores tres,à prætore urbano electi,id est damni æsti matores,damnumq; pauperiem uocabant, unde Hora.(cuius meminimus etiam supra, licet ad aliud) per mare pauperiem fugiens, per saxa per ignes.

Int. Quare olim inuenta est talionis pœna?

Ref. In magna ueterum paupertate.§.pœna.institu.de iniur. unde dictum est etiam ad idem & in simili,qui non habet in ære luat in corpus.l.quicunque. C. de ser. fugiti. hodie tamen est secus, ut per Bar.in l.pe.in §.ad crimen.nu.2.ff. de publi.iudi.

Int. Si quis contraxisset nuptias incestas, postea licitas & à iure approbatas, esset ne (quod enim non puniatur,certum est. l. Gracchus. C. ad legem Iuliam de adulte.) episcopi consensus requirendus?

Ref. Si nollet,mos ei gerendus esset.l.circa.ubi simile.ff.de probatio. sed necesse non est, ex quo frustra precibus imploratur, quod à iure communi conceditur.l.i.C.de thesau.lib.x.Bal. consil.cxviij.uol.j.

Int. Si quis corruperit edictum positum in albo prætoris, qua pœna puniatur certum est.l.si quis id quod.ff.de iurisd.om. iudi.& qui abraserit instrumentum publicum, pœna scilicet quinquaginta solidorum & etiam falsi,ut ibi not.sed quid si alias imaginem deliniatam,seu picturam ad alicuius infamiam publico in loco positam (ut Bononiæ in foro uisitur) corrupisset?

Ref. Eadẽ pœna ueniret puniendus, ut inquit Marti.Laud.in tracta.de cri.læsæ maiesta. q. xxvj. ex not.adhuc in d.l.si quis id quod.

Centuria Decimaseptima.

Int. QVID sibi uult id quod apud Pinda. legitur, in Atalyrio monte Rhodi boues Aeneas esse, quæ si quid absurdi factum fuisset, eo in loco mugiebant statim?

Ref. Non aliud nisi absurdum ita omnibus odio esse, ut id etiam utpote male ac perperam factum, mugitu reprehendere uideantur, nimirum igitur si nos,quam sæpissimè ab absurdo nitando arguimus.l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de eden. l. eum qui edes. ff. de usucapio. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum. l. uam absurdum.ff.de bon.lib.

Int. Quam expositionem habet uerbum à primo, positum in l. in actionibus.ff.de in litem iur. ibi licuit ei à primo non deferre?

Ref. A primo id est à principio, aduerbiumq; est

quo etiam utitur Comic. quanquam aliqui à principio legant, sed ut prius elegantius.

Int. Sunt etiam uerba hæc in l. si duo patroni. in §. fi. ff. de iureiur. & ita ei superdici. προπιτες μη ομνυε. quid significant?

Res. Ne periuri iurent temere, quia sic fustibus cæsis superdici solebat, temere ne iura, nec aliud sibi uolunt uerba Græce scripta ut supra. Sicque etiam in l. fustibus. C. ex quib. cau. infa. irro. dici solebat, hoc est. Sycophanta es, calumniator es. & de Turrino quodam Lamprid. in Seuero. Fumum uendidit, fumo necatus est.

Int. Donatio facta filio ualet ne?

Res. Non, morte tamen (quanquam nulla) confirmatur & in legitimam imputatur. l. ii. C. de inoff. ficio. dona. l. filium quem habentem. C. fam. her. Bar. in l. in quartam. ff. ad legem Falcid.

Int. Natus post testamentum posthumus dicitur. l. iii. in prin. ff. de lib. & posthu. quid si nascatur uiuente testatore adhuc tamen post testamentum?

Res. Non ideò minus posthumus dicetur, ut ibidē, estq; figura quam Græci prolepsim appellant, id est anticipationem, sed propriè posthumus est, qui nascitur post mortem patris ut ibi. Vnde Syluius qui regnauit in Italia annos xxviij. posthumus dictus est, quia sic etiam est natus (ut memoriæ proditum est) post mortem patris.

Int. Si filius, uel libertus in ius uocant sine uenia, ille patrem iste dominum, punitur quisque pœna 50. solidorum, sed non tamen si postea eos pœnituisset. l. quique. §. i. l. quanuis. l. pen. ff. de in ius uoc. sed quid delicto consumato?

Res. Secus. l. qui ea mente. ff. de fur. l. hi qui sanctā fidem. C. de aposta. l. quis sit fugitiuus. ff. de edili. edict.

Int. Scriptura est ne de essentia legis?

Res. Multi multa dicunt in rub. de cōstitu. ego uerò (ut inquit Pet. de Bellapert.) peccatū non esse, tenere quod sic. l. humanū. C. de legi. Rota decis. j. de consti. alias ccxlvj. in nouis. dixiq; alibi satis.

Int. Si prohibitio sit facta hæredi transibit ne ad hæredem hæredis?

Res. Non, si sit facta cū expresione nominis proprij. l. Lucius. §. Sēproniæ. & ibi Bar. ff. de leg. iii.

Int Dicimus quod libellus ineptus est lacerandus. l. i. & ibi not. ff. de offi. asse. quo mō cognoscitur?

Res. Quando aptæ non concludit, nanq; uirtus in conclusione consistit. l. si uoluntate. C. de rescin. uend. & not. alias in l. i. de obli. in prin. & in l. ii. in §. circa. ff. de excep. do. & in c. cum dilecti. de emp. & uendi.

Int. Sententia lata in loco honesto, quanquam maiorum non sit, ualet ne?

Res. Valet, & ita seruatur de consuetudine, minimèq; sunt mutanda quæ longam interpretationē habuerunt. l. minime. ff. de legi. Odof. in l. cum sententiam. C. de senten.

Int. Potest ne iudex super accusatione instituta, examinare testes à partibus non productos?

Res. Potest utique pro absentibus tamen, ut not. in l. iiii. in §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & probatur in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. & in l. ampliorem. in princip. C. de appella.

Int. Si testis deposuerit pro una parte, & interrogatus pro alia dixerit nolo respondere, adhibebitur ne fides eidē pro ea parte, pro qua deposuit?

Res. Non, quia dolosè ueritatem suppressisse uidebitur, imò quod de falso tenebitur criminaliter, & ad interesse poterit secum agi etiam ciuiliter, ut per Fell. in c. i. de testi. cogen. post Bal. in l. nullum. C. de testi.

Int. Sunt ne acta probanda?

Res. Non, sed alleganda tantum, quia notorium inducunt ut per Bald. in l. i. col. ii. C. quomodo & quando iudi. melius Abb. in c. causamque col. penulti. de testi. & Bald. in c. dudum. in prin. de electio. Et omnibus innotescunt. l. pupillus. §. proscribere. ff. de instito. & quod allegatio sufficiat hoc casu probatur per glo. in clem. appellanti. de appel. & in l. si adulterium cum incestu. in §. idem pollioni. ff. ad legem Iul. de adulte.

Int. Acta facta in uno iudicio faciunt ne fidem in alio?

Res. Faciunt si de facto tantum quæratur ratione supra dicta, quia non aliud quæritur nisi an factum sit, tradit Bartol. in l. secunda. nu. 12. C. de eden. & in l. secunda. nume. quarto. ff. iudi. sol. & utrobique exemplum.

Int. Quem intelligit Cice. cum hominem processiuum dicit?

Res. Litigiosum, qua de re habebant ueteres forū sub diuo, ut à litibus homines abstinerent, seque citò expedirent, ut dixi in commentario c. forus. de uerbo. signifi.

Int. Res litigiosa potest ne alienari?

Res. Bar. in l. i. in §. fin. ff. de litigio. dicit quod sic, sed contra tex. in l. fin. C. eo. nisi dicamus olim potuisse & ita loquatur Bar. hodie non, & ita procedat tex. in d. l. fi.

Int. Si res litigiosa sit alienata, poterit ne ille, in quem alienatio facta est, connumerare tempora sui auctoris, in præscriptione?

Res. Non, casus est in l. i. C. de prescr. lon. tempo.

Int. Perempta instantia pereunt acta, l. cū lite mortua. ff. iudi. sol. an resurgant si habeatur recursus ad principem?

Res. Vtique, quia sic insufflabit eis spiritum uitæ, ut Lazaro CHRISTVS. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ubi glo. ff. ex quib. cau. maio. Bar. in l. si ab hostibus. nu. 5. C. eo. Gramma. decisio. lxix. plene.

Int. Comes decessit relictis duobus filiis Comitibus insolidum, unus proditor principis fuit, alter uerò fidelis, tenebitur ne is soluere partē æstimationis comitatus fratrem rebellem tangentem?

Res. Non, quia sic à principe uideretur feudū, & malè ac absurdum, ex quo auarus & uenalis esse non debet potentissimaque principis dos liberalitas & clementia. l. i. C. de summa Trini. & fid.

fid. catho. & quia etiam quod non potest diuidi per contractum, non potest quoq; diuidi per delictum. l. omnem. ff. de iudi. tradit pulchrè Bal. in c. j. in §. præterea. de prohib. feu. alie. per fed. in usib. qui tamen subiicit, quod poterit maius seruitium imponi obtinenti totum, nec ab re, quia si duplicatur emolumentum, æquè conuenit, ut ei etiam duplicetur onus: argumentum in l. i. in §. si cohæredis. ff. ad leg. Fal. & in l. it. in §. si quis nemine. ff. ne quid in loc. publi.

Int. Quare ad sanandum reguli filium ire noluit CHRISTVS, ut Ioann. iiij. legitur, & tamen Cēturioni dixit ueniam & curabo eum, Matth. viij.

Res. Id ne diuites diuitiasq; magni facere uideretur, istud uerò, ut cuicunq; innotesceret seruilem conditionem (pro puero suo enim rogabat Centurio) haud contemnere. quod ex eo licet etiam uidere, quia ipse quoque quandoque serui personam assumpsit ut ad Philip. ij.

Int. Quare cum sibi dixisset Scriba nescio quis. Magister sequar te, quocunque ieris, respondit, uulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet suū Matth. viij?

Res. Quia putabat ille ditari, CHRISTVS uerò eum quasi uulpem sic respondendo reiecit, cum esset pauper, nec ditari potuisset.

Int. Quare ibi dixit rursum, sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos, discipulo hoc ipsum exposcenti, cum enim esset opus pietatis negari non debuit?

Res. Quia (ut dicimus etiam nos) mora erat periculo allatura. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de nou. ope. nun. ad quod facit etiam illud Poe.

Rumpe moras nocuit differre paratis.

Vel quia id erat impedimento sibi, maius consequeretur bonum.

Int. Quare adhuc uidemus & legimus q in nauicula ascēdit, nō onerariā, negotiatorū uel pyratarum, sed piscatorum tantū, quodq; imperauit tūc uentis & mari ut rursum Matth. viij. legitur?

Res. Vt ex eo humilitas commendaretur, iuxta illud Psal. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Et Io. xij. ibi, & inuenit IESVS asellū & sedit sup eū. & lyri. Poe. lingua nostra Italica.

L'humiltate esaltar sempre gli piacque.

Imperauit autem uentis & mari ut se non modo terræ, uerum etiam mari ostenderet dominum.

Int. Quare est quod ueteres Mercurium iuxta Venerem collocabant?

Res. Quia (ut Plutar. ait) nuptialis uoluptas cū ratione tum sermone maximè indigere uidetur.

Int. Cur ad idē ferè non prius spōsam cū spōso congredi licebat olim quā cotoneū delibasset malū?

Res. Vt quod primum ab ore demanabat, bene cōpositum esset, aptum atque suaue.

Int. Que enim ueluti naturæ dos quædā in homine est quæ non posit nisi sumopere cōmēdari?

Res. In senibus grauitas, alacritas in iuuenibus, & ī adolescētib. deniq; uerecūdia, ut dicebat Ambr.

Int. Sententia super notorio lata est, poterit ne statim executioni mādari, an uerò expectari debebit decennium, datum ad deliberandum illi, contra quem lata est, an uelit appellare nec ne, ut in authen. hodie. C. de appel.?

Res. Poterit, q a si de iure notorietas appellationē impedit. c. cū sit Romana. c. peruenit. c. cōsuluit. de appel. frustra expectatur euentus rei cuius effectus expectanti futuros est nullus. l. aliquando. §. fi. ff. ad Velleia. Old. conf. xviii. nu. 3.

Int. Res furtiua usucapi non potest. §. furtiuę. inst. de usucap. sed quid si debitor pignoratā surripuerit creditori, eāq; uendiderit, poterit ne usucapi?

Res. Poterit, quamuis surripiens furtum faciat, & teneatur furti, casus est ad literam in l. sequitur. in §. si rem. ff. eo.

Int. Adoratio latriæ & duliæ differunt ne?

Res. Quam maximè, illa enim Dei est, ista aūt creaturis impenditur, qualis Iosue, qui adorauit Angelum. Solomonis qui matrem, matris uerò qui Dauid regem, histo. nota est, deq; his Matth. viij. ibi adorabit eum.

Int. Si in lege prohibitum erat leprosum tangere cur Mar. ix. dicitur, quod CHRISTVS tetigit eum dicens uolo mundare?

Res. Quia maculari non poterat, tactu autem eum sanare sic.

Int. Verum ad idem, quia re tactu, si sine manus extensione poterat?

Res. Quia humano modo agere uoluit, cum etiā humanitatem nostram assumpsisset.

Int. Vnde insurgit admiratio?

Res. Ex inspectione effectus ignorata causa nanq; magnes ad se ferrum trahit, Gallū perhorrescit leo, & nihilominus causam ignoramus. & ideò viij. Matth. nō ab re, cum imperasset CHRISTVS uentis & mari, homines mirati sunt, qualis est hic, quia uenti & mare obediunt ei.

Int. Quid sibi uult illud sanè quasi puerbiali schēmate dictum, Sol Boream superauit?

Res. Ratione potius quā ui & armis uincendū esse; hō enim cū ei uentus niteretur auferre palliū, uehementiusq; spiraret, ipsum magis atq; magis cōstrinxit, & arctius continuit, feruente uerò post flatum uenti sole, incalescens & æstuans, exuit una cum pallio etiam tunicam. Sic Plutar. in præcep. connubial.

Int. Quare Eliēsibus phidas (ut memoriæ proditū est) Venerem sculpsit testudinem calcantem?

Res. Quia mulierum munus est, & ædes custodire, & silentium, nec debet uxor nisi cum marito, uel per maritum loqui, sicq; aliena lingua tanquam Tibicen grauius.

Int. Quid sibi uult nomē Simō, quo primū uocatus est Petrus Apostolus, postea Petrus & Cephas?

Res. Simon obediens, Cephas caput & primus, siue principalis ut inquit Dionysi.

Int. Quare uocati identidem à CHRISTO fuerunt, Iacobus Maior, & Ioann. Euangelista fratres, filijq; Zebedei, Bouanerges?

Reſ. Quia uim maximam in Euangelio prædicando habebant, erantq; ueluti fulmina, concionatores egregij, nec aliud ſonat dictum uerbũ, niſi eos non Zebedei, ſed tonitrui filios fuiſſe.

Int. Quare eſt ubi agitur de confiſcatione bonorum, in atrocioribus, quod præſides non poſſunt ſine licentia principis idem facere. l. i. C. ne ſi. iud. prin.?

Reſ. Quia extraordinaria eſt & nõ in caſu expreſſo à lege, nulliq; niſi ipſi principi conceſſa, alias ſic, & cuicunque quidem, habenti merum imperium, atq; ratione territorij. l. fin. C. ubi & apud quem. Old. conſ. xvii. nu. 10.

Int. Fuga ſi poſsit aliqua iuſta cauſa colorari, facit ne indicium ad torturam?

Reſ. Non, ut ex multis probat Brun. in tracta. de indi. & tor. col. viii. & ix. Adde quod ſic CHRISTVS fugit in Aegiptum, Sic Petrus de carcere ab Angelo liberatus, relicta Hyeroſolima, ſic Paulo à Damaſco, ſic fideles Stephano lapidato diſperſi ſunt in regiones Iudææ.

Int. Quare dicitur Lucæ vj. Ve uobis qui ridetis, quia flebitis?

Reſ. Quia rebus ſeriis ſermonibuſq; eccleſiaſticis, non ſunt ioci intermiſcendi, nec uſurpanda, quæ in ſcripturis ſanctis haud reperiuntur.

Int. Communiter ſapere & perfectè, differunt ne?

Reſ. Valde, quia ſapit communiter qui ſibi ſoli ſapit, perfectè qui omnibus, quique utilitatem publicam præfert priuatę. l. unica. §. fi. C. de cad. tol. Vnde Paul. Apoſto. ad Philippen. ij. non quę ſua ſunt ſinguli conſiderent ſed quæ aliorum.

Int. Princeps priuilegium conceſsit Titio in loco, aliis tamen onerato, quorum mentio facta non eſt, obiicitur priuilegiũ ſurreptitiũ eſſe, qd iuris?

Reſ. Eſt ſine dubio, quia ſi princeps ſciuiſſet uerisimiliter, nouum grauamen nõ indixiſſet ſubditis, argumentum in l. Titia cum teſtamẽto. in §. qui inuita. ff. de lega. ii. in terminis Old. conſ. xxii. ad fi. dixi ego in c. ſuper literis. de reſcrip.

Int. Qui fuerunt x. uiri cõſcribẽdis legibus electi?

Reſ. Illi de quibus in c. fi. vii. diſt. quorum nomina nunc non recordor.

Int. Quare ad idem eas in libris inſtituere uoluit tunc Pompeius, primus conſul ſed nõ tamen perſeuerauit imò nec cœpit?

Reſ. Obtrectatorum metu ut ibi legitur ad finem, & male iudicio quidem meo egit, quãdoquidem magni animi ſit, ad conuitia horum hominũ nõ habere aures uel linguam, tueriq; poſsit ſemper ueritas obtrectationibus ſpretis, ex quo apud Platonem quoque Glauco uituperata iuſtitia, Socratem ad defenſionem eius prouocauit.

Int. De duobus malis minus eſt eligendum. c. j. & ij. xiij. diſt. l. fi. C. de fruc. & lit. expen. & ibi Cyn. ſed nunquid minus ſit committendum ut uitetur maius?

Reſ. Non, alias in malis admitteretur compenſatio, & malè, nec imitandus Loth, qui perturbatus filias proſtituere uoluit, hac compenſatione, ne hoſpites horrendum paterentur facinus à Sodomitis. c. quod ait. xiiii. diſt.

Int. Quid in iudiciis & foro fori, iſtud enim procedit in foro poli?

Reſ. Secus ſi tamen excipiendo uel replicando fiat l. uiro. ff. ſol. matri. not. in d. c. quod ait.

Int. Quomodo intelligitur quod dicitur in l. nulli. C. de iudi. quod continentia cauſæ diuidi non debet?

Reſ. Quo ad cognitionem, non quod non poſsit quo ad utilitatem id fieri, ut in pulchro caſu declarat Old. conſ. xvii. nu. 12.

Int. Canones conciliorum generalium quo tempore cœperunt?

Reſ. Conſtantini. c. j. xv. diſt.

Int. Præcæteris quæ nanq; ſunt præcipua cõcilia?

Reſ. Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinũ, & Calcedonenſe, quaſi quatuor Euangelia, uel totidẽ Paradiſi flumina, ut in præalle. c. j. legitur.

Int. In hiſce conciliis tunc quid actum eſt?

Reſ. In Niceno de peruerſo Arrij dogmate, deque errore Eunomij, Macedonij, in Conſtantinopolitano, de impietae Neſtorij in Epheſino, & de Euticetis denique prauitate, in Calcedonenſi, & fuſius ut in c. ſicut ſancti. xv. diſt.

Int. Concilia poſſunt ne fieri abſque legato Rom. eccleſiæ?

Reſ. Non, imò quod nec ullum ratum eſſet, unquã eius auctoritate haud fulcitum, ut ſignãter dicitur in c. regula. xvii. diſt.

Int. Poſſunt ne celebrari abſque ſententia Romani Pontificis?

Reſ. Minus, alias non concilium ſed conuenticulum ſeu conciliabulum diceretur, irritumq; foret, caſſum, & inane, quicquid in eo actum fuiſſet, c. multis. xvii. diſt.

Int. Quare eſt quod CHRISTVS dicturus Petro, quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatũ & in cęlis, prius dedit ſibi claues regni cęlorũ?

Reſ. Quia in negociis diffiniendis ſcientia nõ modo neceſſaria eſt uerum etiam ptãs. c. j. xx. diſt.

Int. Maiorum & minorum ſacerdotũ diſcretio in nouo teſtamento unde habuit initium?

Reſ. A CHRISTO, qui xij. Apoſtolos, & lxxij. diſcipulos inſtituit ut illi eſſent maiores, iſti uerò minorrs, Petrum autem quaſi in ſummum ſacerdotem elegit. c. i. ad fi. xxj. diſt.

Int. Eccleſia Romana primum tenet locum eſtque omnium caput, ut Roma ipſa caput mundi, quæ tenet orbis fræna, quæ ſecundum & tertium?

Reſ. Alexandrina, & Antiochena. c. i. xxii. diſt.

Int. Epiſcopus qui eligitur, qũo eſt examinandus?

Reſ. Si natura ſit prudens.
Si docilis.
Si moribus ſit temperatus.
Si uita caſtus.
Si ſobrius.
Si peruigil.
Si humilis.
Si affabilis.

Si

Si misericors,
Si literatus.
Si in lege Domini instructus.
Si in scripturarum sensibus acutus.
Si in dogmatibus ecclesiasticis,exercitatus.
Si fidei documenta uerbis simplicibus afferat & reliqua habeat de quibus in c. qui episcopus. xxiii.d.quem tex.quotiens ad idē lego toto corpore contremisco,quanquam episcopus nō sim.

Int. Quare in ueteri testamento,inter cętera Ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur,manifestatio & ueritas?

Res. Quia in pectore pontificis manifesta debet esse ueritatis cognitio,oportet que sacrarum literarum episcopus habere peritiam ut proxime dixi,& legitur in c.qui ecclesiasticis disciplinis. xxxvi.d.vnde Saluator noster prius sedit in medio Doctorum audiens illos & interrogans,postea prædicare cœpit.posuitque prius uerba in ore prophetæ, deinde eum cōstituit super gentes & regna,et Apostolos rursum docuit prius post ea eos misit ad prædicandum,& ut in prædallega. loco fusis.

Int. Maxima fuit contentio his diebus inter monachos.S.Benedicti,& canonicos regulares S.Augustini. de primatu contendentes quid tibi uidetur?

Res. De iure monachos pręferendos esse absque dubio censeo, subscripsique etiam elegantissimo Pancirolii responso,qui ad ipsorum monachorū fauorem multa cum eleganter tū acute,& copiose scribendo affirmauit,sed quicquid sit de iure, audi Io.Chrisosto.in c.fi.ad.fi.iiii.d.sic dicentē. quicunque desiderauerit primatum in terra inueniet confusionem in cœlo, nec inter seruos CHRISTI computabitur,qui de primatu tractauerit,& non qui fuerit maior in honore inter homines erit iustior,sed qui fuerit iustior erit maior.

Int. Quare est in l.pactum quod dotali,C.de pac. quod pactum inter patrem & filiā de succedēdo æqualiter cum fratre non ualet, & tamen reducit rem eosq; ad dispositionem iuris communis l.maximum uicium.C.de lib.pręt.?

Res. Quia (ut ibi not.)erat contra bonos mores, auferebat liberam testandi facultatem;inducebat que uotum captandæ mortis & male deq; his late in l.fi. C.de pac.& in l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de uer.ob.

Int. Quare Bombardis seu tormentis ęneis in hominum perniciem inuentis varia serpentum nomina imponuntur basilici scilicet,serpentinæ,colubrinæ & id genus plura?

Res. Ad terrorē (ut inquit Lupan.de magistratib. F.)& bene.

Int. Qui sunt remiges forsati & uolones?

Res. illi quippe,qui ad remigium coacti uocantur quique etiam ablegantur in triremes, illi uero qui se sponte pugnaturos offerunt, ut olim pro dominis seruos,idem Lupan.autor est,imò quod serui erant coacti(ut dixi)& uoluntarii pro dominis pugnantes.

Int. In xii.tabularum legibus,quę nanque annaria erat,his uerbis condita. *Acuitatem annali lege Seruanto.*

Res. Senio confectis munia publica deferri non debere,seu maiores natu muneribus publicis haud esse præficiendos, quoniam repuerascunt, vnde in fastis Oui.

Pars putat ut ferrent iuuenes suffragia soli,
Pontibus infirmos præcipitaſſe senes.

Int. Quare in buxo scribendum est(ut ait scriptura)scio enim aliàs quod exprimendis elementorum apicibus utilis est?

Res. Vt admoneamur ipsa materia quæ semper uiret,nec foliis suis unquam exuitur,in nobis germinet semper spes salutis(ut inquit Ambrosius) per fidem.

Int. Quod nanque simbolum seu dicere malimus speculum humanæ uitæ esse potest? heri enim interrogauit me nescio quis, cui uere nō succurit quid à me respondendum foret.

Res. Rosa(ni fallor) quādoquidē nostrū quisq; decurso ætatis flore,marcescat, dunq; uiuimus uel patria,uel genere,uel elegantia morum & uirtutibus splendescimus,semper nobis tamen,spina (ut rosę)proxima est,& uita nostra sollicitudinibus ac curis obsepta, tristitięq; adiuncta gratiæ.

Int. Quare dicitur in Psal.Initium sapientię est timor domini.vel signanter & Sapien.in maliuolā animam non introibit sapientia?

Res. Quia uita priusquā doctrina quærenda est, ut clarius & adhuc in psal.legitur ibi.Beati inmaculati qui ambulant in lege domini, quia (subdit postea)Beati qui scrutantur testimonia eius.

Int. Quæ est ratio si quis se constituat pro alio soluturū,quod primus debitor non liberatur.l.ubi quis.ff.de consti. pe.

Res. Quia actio de constituta rei persecutoria est, augetque obligationem non autem tollit. l. item illa.§.fi.ff.eo.

Int. In rep. bene instituta, quæ est corpus quoddam fictum & represētatū, quis est in ea caput, quod nanque corpus ipsum,quæ bracchia, qui denique pedes?

Res. Princeps est caput, consiliarii, (ut paucis tibi concludam omnia) corpus,brachia milites,artifices uero pedes esse dicuntur.

Int. Libellus obscurus & generalis, non procedit si à parte opponatur.l.fi.C.de anna.excep.not.in l.edita.C. de eden. sed quomodo opponitur?

Res. Duobus modis ut in d. l. edita not. si petat reus se absolui ab obseruationem iudicii, uel qđ declaretur.

Int. Quæ flumina sunt orbis præcipua ac nobilia & egregia,obseruasti ne unquam?

Res. Vtique est enim in Lusitania Tagus.
In Aegypto Nilus.
Danubius in Germania.
Rhodanus in Gallia.

Padus

Padus Ferrariæ.
Medoacus Pataui.
Veronę Athesis.
Alphæus in Arcadia.
Idaspes in parthia.
Amphrisius in Thessalia.de letheo non loquor quia (ut scis) illud est apud inferos.

Int. Exemplum non probat nisi sit solemniter sumptum iuxta not.in auth.si quis in aliquo documēto.C.de eden.quid si decennium lapsum fuisset?

Res. Isto casu secus quia tunc sumptum fuisse præsumeretur solemniter ut ibi not.& in l.ii.ff.de fi. instru.& est argumentum in l.si filius C.de peti. hæred.

Int. Quare Hercules Alcides.appellatus est?

Res. Quia ob egregias eius cum animi tum corporis dotes in deorum numero relatus est,ut fabulantur Poetæ,nec sibi uult aliud Grece ἀλκὴ uerbum,quam uirtus.

Int. Cur olim prisci templorum ædiumque sacrarum vestibulis pictum aut fictum (ut Trimegistus ait)Sphingis simbolum habebāt,monstrum Athenis aliàs,vnde uel ænigmata soluere debebant transeuntes,uel mori si respondere ne sciuissent?

Res. Non alia rōne nisi ut ostenderent diuina non facile uulgāda eē,sed parabolis uel enygmatibus (ut CHRISTVS faciebat) docenda potius, & ut uidētes nō uiderēt nec audiētes intelligerent,sed illis tm̄,quibus datū erat nosse cęlorum mysteria.

Int. Quid sibi uolunt uerba psal.xlviii. ibi, homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis,?

Res. Hominē ratione carentem & intellectu quia uoluptatibus se dedat à Belluis non differe.l.i.§. i.ff.si quad.paup. fe.di.

Int. In accusationibus,hominis statum respicientibus,si labatur tempus à iudice præfixum,debebit ne accusatus amplius audiri?

Res. Non.l.titia, ff.de accusa.l.diffamari C.de inge.ma.l.si ea.C.qui accu.non po.et dixi alibi satis,nouissime Old.cons.iii.col.i.

Int. Superueniens dignitas soluit ne uinculum præcedentis obligationis?

Res. Sine dubio etiam quod uoluntarie contracta sit,casus est singularis in l.interdum ad fi. ff. de ope.lib.Old.met consi.iiii.nu.i.

Int. Si quis Beneficium curatum habeat, eique aliud conferatur possessionemq; adeptus sit, uel per eum stet, vacabit ne primum?

Res. Ipso iure quidem, poteritque conferri. c. de multa de præben.tradit rursum Old.consi. xiii. numero.2.

Int. In mulctis potest ne excedi modus & quātitas taxata à lege?

Res. Potest,dum modo excessiua nimis non sit, & hoc quando in præcepto iudicis compræhensa est, quo casu si contemnatur, committitur. l. si quis reum ubi glo. ff.de custo. reo.& declarat. tex.in l.eos.C.de modo mulcta.

Int. Cardinales quo tempore fuerunt?

Res. Archid.in c.ubi periculum col.i. de electio. in vj.ait,fuisse tempore Pontiani Papæ.alii tempore Siluestri,non eo tamen, quo sibi donationem fecit Constantinus,sed cum generalem celebrasset Synodum,& hoc est uerius.c.presul ii.q. iiii.Old.consi.lxiii.

Int. Quare sic Cardinales appellantur?

Res. A cardine ostii, quando quidem ecclesia eorum consilio grauissimo & sanctissimo, regatur non secus ac ostium cardine,ut tradit idem Archid.in d.c.ubi periculum.

Int. Si fiat electio Summi pontificis alibi quam in loco destinata ualebit ne?

Res. Non,imò erit nulla argumentum in l. pe.ff. de iusti. & iu.& not.in c.i.xxiii. distin.& in d.c. ubi periculum.

Int. Vt ualeat summi pontificis electio quot uotis opus est,seu quot Cardinales sufficient?

Res. Duo prima facie,cum de numero mentio nō fiat argumentum in l.ubi numerus.ff. de testi.& in c.pluralis de reg.iu.in vj.tamen maior pars requiritur et ille,electus intelligetur,qui maiorem uotorum habuerit partem,argumentum in l. qđ maior.ff.ad municip.c.licet de elec.not.in d.c. vbi periculum.

Int. Papa scribit prouideas titio, si pro aliis non scripsimus, scripsit pro uno tantum, an litteræ ualeant?

Res. Non,quia rescripta sunt ambitiosa, & restringendo, uerbumq; pro aliis in uno tantum uerificabitur argumentum in l. non est sine liberis. ff. de uerb.sig.& in terminis not.in c. quamuis. de præben.in vj.

Int. Condemnatio expensarum quando iudex dicit uictum uictori &c. ut in l. properandum. in §.si autem alterutra.C.de iudi.est ne pœna?

Res. Est respectu soluentis, secus recipientis, quia recipit pro suo interesse, ut not. Gemi. & Ioann.And.in c.i.in §.fi.de electio.in vj.

Int. Exceptio simoniæ potest ne opponi contra Cardinales?

Res. Non,sicuti nec hæresis uel excommunicatio, etiam si foret notoria,quod mirum uidetur.c. si quis.j.q.j.not.Imol.in elemen. ne Romani.col. iiii.de electio.

Int. Percutiens clericum etiam excommunicatum incidit in canonem si quis suadēte diabolo. xvii. q.iiii.c.super eo.& ibi Feli. de sent. excom. quid si foret hæreticus?

Res. Non incideret isto casu ut per Inno. in c. sacro. eod. titu. tradit Imol. in loco de quo supra. Vbi aliud annotatu dignum quoque dicit. quod nec Papæ electo hæresis obiici potest, & bene, quia si obiici non potest Cardinalibus,multo minus obiicietur Papæ.l.relegatorum.§.constitutū & ibi Bar.ff.de int.& relega.

Int. Dixisti supra,& ego pariter teipsum interrogaui nescio quid de electione pontificis, ponamus

mus quod Cardinales omnes moriantur, deque electione pontificis agatur, ad quem spectabit electio?

Res. Ad clerum Romanum, argumentum in c. licet de ele. pungit difficultatem glo. in cle. ne Romani. de elec. seq; remittit ad not. in d. c. licet sed Imol. ibi, ita decidit & bene col. vii.

Int. Proponens actionem ineptam succumbit imò quod non est audiendus. l. i. ff. si men. fal. mo. di. l. i. ff. de offi. assesso c. examinata de iudi. quid in exceptione?

Res. Idem, l. i. §. ab eo ff. de flum. Bar. in l. i. ff. de excep. Imo. in cle. constitutione. col. ii. de electio.

Int. Quando quis comparet pro suo interesse, potest ne in iudicio assistere?

Res. Potest utique uel in se assumendo instantiam uel assistere simpliciter ea nō assumpta, uel nouā inchoando, & fusius ut not. in c. cum super de re iud. & in c. ueniēs de testi. & in præallega. cle. constitutionem.

Int. Quid important hæc uerba plenam & liberā habeat potestatem, quæ sępe in compromissis apponuntur?

Res. Quod possit contra iura, & etiam absque causa, & sic potestatem inordinatam habeat cle. i. & ibi not. ut lite penden.

Int. Dici solet, pendente lite nihil esse innouandum, quando dicitur lis pendere?

Res. Imo in cle. fi. in prin. eo. ti. pulchrrime declarat, si citatio emanarit, à iudice competenti, si peruenerit ad notitiam citati, ex eaque plene instrui potuerit & si tempore debito emanarit, & ibi glo. ante eum.

Int. Quare est quod cōmunicamus iudæis & non excommunicatis?

Res. Vt illi conuertantur ad fidem, isti uero rubore reconciliētur, & not. in c. pia de excep. & in c. ad mensam. ii. q. iiii. & in cle. i. de testi.

Int. Publicatis attestationibus idem testes uel alii recipi non possunt auth. atqui semel C. de proba. sed quid si rite recepti non fuissent?

Res. Isto casu secus c. cum cām. c. urniens. c. præsentata. c. tua de testi. not. in cle. ii. eo. tit.

Int. Sed ad idem quando rite recipi dicuntur?

Res. Quando citati & iurati deponunt, & sic cum solemnitate iuris, ut per glo. in l. non putauit in §. non quæ uis. ff. de bon. poss. con. tab. not. in d. clem. ii.

Int. Quæ aduocatis desunt, supplet iudex de iure non de facto l. i. C. ut quæ de. aduoca. hoc idemque in ordinario intelligitur, sed q̄d in delegato uel arbitro?

Res. In delegato idem dicemus, quia iurisdictionem habet, fungiturque delegantis uice. l. i. §. qui mādatam. ff. offi. eius. sed in arbitro dubium est, quia notionem habet tunc. l. ait prætor. ff. de re iud. tamen quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum l. i. ff. de arbit. dicendum est quod ipse quoque possit, et firmat Spec. in §. satis nu. 8. de dispu. & allega.

Int. Quæ est ratio si iudæus cū Christiano litiget, & iuret de calumnia, ad quod faciendum tenetur de iure, quod tamen non iurat super Euangelia, sed super. x. preceptis Moysis. l. si qua C. de iudę.?

Res. Quia pertale iuramentum dicerent quicquid uellent, cum legem euangelicam non credant. c. qui sincera xlv. dist. Specu. in §. restat. nu. 17. de iura. cal.

Int. Si actor unam præsumptionem pro se habeat, reus aliam vel uterque semiplene probasset, cui deferendum esset iuramentum probationis?

Res. In ista quæstione, multi dicunt sed probabilior cæteris ea opi. iure reo potius quam actori deferendum esse quoniā promptiores esse debemus ad absoluendum quam ad condemnandum. l. arrianus. ff. de ac. & ob. Spec. in §. quoniam nu. 9. de iura. dela. & no. ultra eum in c. fi. de iureiu.

Int. Legatum est relictum clerico, ut esset tutor filii, puta testatoris legantis, qui tamen esse non poterat nunquid legatum ualeat?

Res. Vtiq; ualebit, fauore ultimę uoluntatis nihil est enim quod magis hominibus debeatur, quam ut supremę uoluntatis postquam iam aliud uellę nō possunt, liber sit stilus C. de sac. san. ec. & probatur io l. ab administratione. C. de lega. Archi. in c. Cypriaous xxi. q. iii.

Int. Filius potest os spōsalia ac matrimonium absque consensu patris contrahere?

Res. Licet tex. in c. literis ii. de spō. uideatur innuere quod non, tamen quia sunt uerba potius facti accidentiam denotantia quam iuris dispositionē ut in simili in l. pe. in §. fi. ibi triennio exacto ubi etiā Alex. ff. ad legem fal. secus dicendum est c. cum apud. de sponsa.

Int. Quare est adhuc in dicta materia, q̄ promissio facti alieni in sponsalibus & matrimoniis ualet, quod tamen non est regulare ut in d. c. ex literis?

Res. Quia (ut ibi not.) in p̄missione interuenit iurameotum, quod habet ecclesiam, seu clausulæ codicillaris uim ut ualeat omni meliori modo quo potest l. cum pater. §. filius matrem ff. de lega. ii.

Int. Promisi accipere unam ex filiis Titii, quam elegissem, consenserunt omnes & iuratum est, elegi unam, quam etiam carnaliter cognoui, an cum ea matrimonium contractum dicatur?

Res. Sine dubio, quia præter consensum, copula etiam conditio purificata est c. cum illis de cōd. ap. not. in d. c. ex literis, et bene estque opi. communiter recepta.

Int. Quæ est ratio q̄d sic omni finitur promissio ad certum tempus limitata eo elapso finitur, iuramētum si in ea interuenisset. l. ii. ff. de in di. ad. l. eum qui ita & ibi not. ff. de uer. ob.?

Res. Quia regulatur secundum naturam actus super quo interponitur l. fi. C. de non nume. pecu. not. in c. sicut de sponsa.

Int. Maritus potest ne adulteram uxorem absque superioris consensu dimittere?

Res.

Ref. Non, sed bene debitum negare auctoritate propria.c.intelleximus de adulte.not.in c.ex literarum de eo qui duxit in matri. quam pol. per ad.

Int. Qui allegat matrimonium mæticulosum, & postea consentit in copulam, uidetur ne metum purgare?

Ref. Sine dubio,c.consultationi & ibi.not.de spōsa.nonnihil etiam in c.significauit,de eo qui du. in mat.quam pol.per ad.

Int. Quæ est ratio quod excōicatus pōt matrimoniū cōtrahere ut dicunt Docto. Card. & omnes in c.significasti.de eo qui du. in mat. quam pol. per adulte.& nihilominus priuatus est communione fidelium & sacramentorum, eaque pœna nulla maior in ecclesia deberet l.hi qui sanctam fidem.C.de aposta.c.corripiantur, xxiiii.q.iii.?

Ref. Quia sapit naturam contractus,ut not. in d. c.significasti qui sibi non interdicitur.

Int. Fui interrogatus hoc mane an cum sponsa alterius de præsenti nondum tamen cognita adulterium committatur,& ex tempore respondi quod non quia cum adulterium sit accessus ad alienū, thorū nec ad huc cognita sit adulterium dici nō potest, quid iuris?

Ref. Male respondisti & contra tex.in c.discretionem & ibi in specie Prępo. Alexandrin.in prin. de eo qui cogno consangui.uxo.sue.& not.in.c. ii.de eo qui du.in mat.quam pol.per ad.

Int. Ista scientia nostra est multum uaria imò Papa met dicit alibi,in c.non debet de consangui. & affi.non debet reprehensibile iudicari si secundum uerietatem temporum statuta quoque uariantur humana usque adeo ut cogitarim sæpè, quod scientia propriè non sit, quoniam est in incorruptibilibus & in imposibilibus se aliter habere secundum philosophum. quid ad istud dicis tu?

Ref. Dico,& audacter teneo sciētiā esse, quia esto quod uarietur in constitutionibus particularibus in sui essentia tamen manet inuariabilis & in corruptibilis inque mente legislatoris est quid semper ꝙ rōne munitum est,& informatum traditionibus iuris, & ut nemini iniuria fiat, redatur que unicuique quod suum est & ut fusius in d.c.non debet not.

Int. Est ne differentia inter dicere sententiam & ferre?

Ref. Qui optimis studiis dediti sunt, humanioribusque literis nauant operam aiunt quod sic, qđ que fert iudex sedendo, senator uero stando tamen differentia consttiuunt nullam,ecce in l.iudex postea quam ff.de re iud.uerba sunt hæc, iudex posteaquam semel sententiam dixit.& in §. curare insti.de actio.curare debet iudex quantū posibile sit ei ut certe pecuniæ uel rei sententiā ferat,nec uideo rationem diuersitatis, maxime quia uerba deseruiunt intentioni non intentio uerbis.c.intelligentia de uer. sig.

Int. Quid est de scripto sentētiā dicere?ciceronis uerba sunt hæc,in familia,lib.x. à me de scripto dicta sententia est.

Ref. S.C.de quo ibi scribi debuisse ut Plancus,cuius gratia factum fuerat,uideret ex eoque cognosceret,quantum cice.pro illius dignitate contendisset,præmioque uirtutis & honore uerborum cohonestatum ornatumque fuisse, namque (ut aiunt) certior aure arbiter est oculus,l.si irruptione ff. fini.regun.Phillip.Beroal.in uita A.uitel. ad Tranquil.c.xv.rethor alioquin non ignobilis.

Int. Quid sibi uult prouerbiun illud uulgare,quo usus est adhuc Cice. *Bis ad eundem*? nil enim dicit (quod uiderim) Erasmus in chiliadibus.

Ref. Non aliud nisi errantem secundo non excusari, imò quod humanum est falli semel secundo inconsiderati,tertio fatui, est que (ut scis) argumentum in l.iii.C.de ep. aud.

Int. Quare Homerus non Aiacem nec Achillem sed Vlyssem appellauit πολίπορθον idest urbis expugnatorem?

Ref. Quia Vlysses consilio pollebat plurimum,eoque potius,quam bellatorum uiribus & armis pugnandum est.

Int. Habemus rub.de pub.& uectigalib.& rursum si ager uectiga.uocabant ne ueteres alio nomine uectigal?

Ref. Sine dubio,a portu portorium,ex aratione & agris decumas, & ex pastione denique scripturam appellabant hincque dictus est ager. scripturarius,quia publicanus certo ære locatis pascuis, cum pastoribus rationes inde etiam scribebat.

Int. Vetus prouerbium est οὔτι πάντα οὔτι παντοτε οὔτι παρὰ πάντων non omnia pasim nec ab omnibus Xenia accipienda esse, nisi quæ paucis consumi posint diebus,quare sic dixit Iurecon. in l.solent.in §.si.ff.de offi.procon.?

Ref. Ne muneribus iudicia euertantur, auarisimumq; alias ab omnibus accipere, inhumanum uerò à nemine maximè (ut diximus) Xenia. Et ferè idem in fam.inquit Cice.lib.xv.ibi.ergo ignosces alteras habebis, has breues, sed expecta παντα περὶ παντον. id est omnia de omnibus.

Int. Verbum ius capitur pluribus modis.l.pen.& fi.ff.de iusti.& iur.Verū quomodo capitur quando idem Cice.in famil.xii.sic dicit.Reipub. causa hortor (Cornificio enim scribit) ut ne cui quid quam iuris, in tua prouincia esse patiare. & xvj. Ius enim tibi dādum non fuit cum κακοσομαχος esses,hoc loco scribens Tironi egro?

Ref. Pro potestate primo loco, secundo hoc, pro succo frigido, quia Tiro mali stomachi erat, & difficilis digestionis,cui frigida maximè nocent ex sententia Corn.Celsi.

Int. Eidem cornificio scribens,dicit adhuc eo.lib. xii.scilicet.liberalibus literas accepisse. Et Quinquatribus frequenti senatu causam suam egisse non inuita Minerua,quid sibi uolunt uerba hęc?

Ref. Alterum die festo liberi patris, die uerò Mineruæ alterum,literas accepisse,causamque egisse suam

& suam studiose & eloquenter.

Int. Differunt ne profiteri & confiteri?

Res. Sentiunt aliqui, sola hac ratione moti, quod sic, quoniam ex uoluntate alterum est, necessario uero alterum, confiteri scilicet.

Int. Quid sibi uult prouerbium græcorum, Mihi prora & puppis?

Res. Totam curā alicui demandatā fuisse, negotii alicuius conficiendi.

Int. Quid illud à flamma extorqueas?

Res. A periculo, te libera.

Int. Quid sibi uult labrum in Balneo?

Res. Vasis genus erat ad lauandum apto, de quo Virgil.

Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis,
sole repercussum aut radiantis imagine lunæ,
Omnia peruolitat late loca, iamque sub auras
Erigitur, summique ferit laquearia tecti.

& alibi.

Tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager, spumat plenis uindemia labris.

& labrum quasi lauabrum.

Int. Quid est, seu quale Platonis conuicium. Facio enim me aliàs agere ne conuicium Platonis audiam inquit ad huc Cice.

Res. Est quidem si quis philosophia relicta & ueri inuestigatione ad domestica negotia & urbanorū rerū tractationē se trāsferat, uerbūq; facio id est fingo exponi debebit sensusque erit clarus.

Int. Tironi suo adhuc scribens Cice. dicit. Symphoniam lysonis uelim uitasses, ne in quartam Ebdomadam incideres, quid sibi uolunt uerba hæc?

Res. Perifrastice quartanam febrem intelligit in quam idem Tiro æger inciderat quia celebritati Lysonis interfuerat forte ab eo inuitatus, & ultra Symphoniam dicit, quia sic eiusmodi solemnia musico cantu fieri consueuerunt.

Int. Quid sibi illa, alio loco dicta quæ sunt huiusmodi. ad cuius rutam mihi tui sermonis utendū est pulegio?

Res. Leptam acerbū esse dicit, & Tironē suū suanē (Ruta enim amara est pulegium dulce & suaue) acerbitatē illis igitur suauitate sermonis istius, compensandam esse.

Int. De quinquatribus dixisti proxime, Mineruæ festum fieri consueuisse, quare sic quinquatribua

Res. Quia quinque diebus post idus celebrabatur. hinc Ouid.

Post fiunt sacra Mineruæ nomina, quæ à iunctis quinque diebus habent.

Int. Quid sibi uelit symbolum seu Nummisma M. Agrippe à cuis tergo nudus uisitur, manu dextra delphinum tenens sinistra Neptuni tridentē, non satis compertum habeo.

Res. Quia Sex. Pompeium Magni filium, latrociniis mare infestū reddentē classe cui præerat uicit. ab Octauio Cæsere, nauali corona donatus, qui honos nemini ante eum habitus est, hinc Maro. Aeneid. viij.

Tempora naualis, fulgent rostrata corona.

Int. Mirandū est maxime quare sic Inrecon. in l. si quis nec causam in §. i. ff. si cer. pet. & in l. inficiādo in §. fi. ff. de fur. lustri mentionem fecerit. qd si colonus scilicet post lustrum completum fructus perceperit furtum committit, quodque à domino, condici possunt, nec Alcia. ibi, alioquin studiosus antiquitatis (in ceteris clarus est) declarauerit.

Res. Admiratio cesset non ab re id dictum fuisse, quia in tot annos prædia locari de more solebāt & sic quinto anno quoque, cum uectigalia tum tributa exigi, Nimirum igitur si tempore quo Papyrius cursor samnitum exercitum fudit, Fabricius uero Censor. P. Cornelium Rufinum consularem, senatu mouit, petentique Hieroni Syracusanorum regi pax data, census actus est, lustrum conditum. & aliàs sæpe, ut est uidere apud Liuium.

Int. Quare utebantur olim Senatores calceis lunatis, seu lunæ imagine, seu (ut alii uolunt) litera C, insignitis?

Res. Lunatis, ut ostenderent uetustatis originem, ab Euandro & Arcadibus, qui se ante lunā fuisse prædicabant. uel litera C, insignitis, significantes à centum Senatoribus Romuli originem habuisse, de quibus aliàs in l. ii. ff. de ori. iur. & in l. fi. C. de peti. hæ.

Int. Io. iii. dicit nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, nō intrabit in regnum Dei. Valētinianus Imperator, baptizatus non fuit tempore diui Ambrosii, nec latro à dextris CHRISTI, & tamen uterque saluus fuit, quid iuris?

Res. Baptismus est fluminis, sanguinis & flaminis, fluminis, prodest paruulis, sanguinis profuit innocētibus, flaminis Valentiniano & latroni. & ut fusius post glo. not. Io. And. in c. ii. de presbit. non baptiza. Finis.

Int. Quare in §. nos autem insti. de atti. tuto. mandat Iustinia. tutorem creari à de fensoribus ciuitatum una cum religiosissimo ciuitatis antistite, si facultatates pupilli sint usque ad. 500. solidos?

Res. Quia etiā pupilli sunt sub protectione ecclesiæ c. ex tenore de fo. compe. et non antistite sed episcopo legit Theophilus & melius quoniā uerbū antistes generale est & alibi dicit. Beatissimo idem Iustinia. in proœ. ffotum. in §. illud & male, quandoquidem istud soli Papæ conueniat ex cōmuni usu loquendi, qui maxime attendendus est l. librorum §. quid tamen cassius. ff. de leg. iij.

Int. Dicitur quoq; in d. §. nos autem quod in creatione tutoris cautela præstanda est, non ne melius esset si cautionem dixisset?

Res. Vtique, nec aliter legit Theophilus quoniam cautela aliud sonat quàm cautio l. testamentum. C. de testa. l. Sancimus C. de uer. si. & cautio proprie est satisdatio rem pupilli saluam fore, quā tutor à magistratu admonitus præstare tenetur l. muto. §. i. ff. de tute.

Int. Illa cōstitutio cuius meminit adhuc iustiniā. in §. nos aūt, & quam non habemus, erat ne forte

te una de 50. decisionibus ipsius ut. l.ueteris.C. de cont.& com.stip.& l.fi.C.de pac.& l.fi.C. de dot.promisi.?

Res. Ego sanè dicerem quod sic,stantibus illis uer bis,huiusmodi difficultates hominum resecātes. & not.aliàs glo.in §.i.C.de emendi.Cod.

Int. Postquam de tutore loquimur,inquit tex.in l. muto in §. tutoris datio ff.de tu.quod tutoris da tio non est Imperii,ego intelligo nec meri nec mixti l.cum prætor ff.de iudi.l. Imperium.ff.de iu.om.Iud.nec iurisdictionis,quod ergo erit.?

Res. Specialis designatio legis postquam aliud esse non potest.ita Bal.in l. propter magistratum.ff. de execu.tuto.

Int. In l.aliquando (difficillima est) ff. de condi. & de.dicitur,quod aliquando legatum sub condi tione intelligitur purum. exēpli gratia instituo mihi hæredem titium si nauis ex asia uenerit,& seio sub eadem conditione,relinquo cētum. uel sic instituo mihi titium si hæreditatem adierit re linquo centum.namque purum quōesse potest? repugnat enim qđ sit cōditionale & purū.

Res. Purum est,quia conditio inerat in utroque ex emplo.nam nisi ueniat nauis ex asia,legatum cō sequi non potest,& minus si hæres hæditatem non adeat,ex quo de manu illius capit,& ideo etiam quod expræssum sit ista expræssio tamen nihil operatur.l.iii.ff.de lega.i.nec officit quo minus dicatur purum.& si rursum tacite inest, non est conditio quæ proueniat à testatore, sed extrinsecus,usque adeo ut rursum ut nec fiat legatū conditionale,sed purum sit & si moriatur legata rius interim legatum ad suos hæredes transmit tit.l.conditiones extrinsecus ff.de condi.& de mō.not.in l.unica in §.sinautē aliquid.C. de ca du.tollen.in ceteris clara est lex quod quandoq; purum efficiatur conditionale.

Int. Est uerum quod est clara si legatum pure re linquatur postea adimatur sub cōditione, quod intelligitur sub contraria conditione datum, ut ibi dicitur & in l.si legatum pure ff.de adi.lega. & in l.quod pure ff.quando di.lega.ced. & alibi sæpe,sed quare?

Res. Ut actus potius ualeat quā pereat,l.quotiens. ff.de reb.dub.& quia in legatis semper benigna interpretatio fieri debet l.seio.§.uxori & ibi Bar. ff.de annu.lega.

Int. Dicit alibi tex.in l.qui rem ff. depo. quod qui patitur rem propriam apud se deponi non tene bitur actione depositi nec commodati si uten dam roget igitur dominii questionē referre sic poterit quod tamen iure fieri nequit l. si quis cō ductionis titulo.C.loca.quid dicendum?

Res. Questio dominii alieni referri nō pōt,& ita in telligitur qđ dicitur in d.l.si quis cōductionis ti tulo,proprii aūt sic.l.i.§.si prædo.ff.depo.l.ita ut si fur.ff.commo.d.l.qui rem.& ibi Saly. not.

Int. Quomodo sic dixit Iureconsul. in l. quod filiofam.ff.mā. filiumfam.cui mādatū fuerat ut peteret,emancipatum postea exegisse,cum tamē habeamus eum qui ad petendum constitutus est, exigere non posse.l.hoc iure.ff.de sol.

Res. Mutilatus sermo est,seu Iurecon.species,ideo absurditatis huius uitandę gratia,deb et ad uerbū petere subaudiri uerbū & exigere.l. nam absur dū ff.de bo.lib.l.oratio ff.de sponsa. not. in l. i. ff.de testa.& in l.quęsitū.ff.de testi. & declarant scribē.in d.l.quod filiofam.ubi & ego in Aequi librio scholasticorum satis.

Int. Quare est quod mixtum Imperium nō delega tur.l.i.ff.de offi.eius cui man.est iu.?de mero sa tis clarum est ut ibidem.

Res. Eadē rōne qua meri delegatio prohibita est, quia scilicet spāliter & in spāle priuilegiū lege S.Con.& principū constitutione,maioribus ma gistratibus tribuuntur,usque adeo ut mandata iurisdictione non transferantur,inquit Iurecon. in d.l.i.electa industria personarū & quia gens sub maiori iudice constituta, maiorem etiam sentit prouidentiam deque maioribus magistra tibus cōfidit longe magis lex,quā de aliis uel quo ad mixtum dicamus nouissime,id esse quia assu mit natūrā extremi dignioris,hoc est Imperii,ut declarat Bal.in prohe. grego.col. iii.nec possit hac de re delegari sicuti nec Imperium.

Int. Flumina publica sunt.§.flumina inst.de re.di ui.nec fluminū ea rōne seruitus est l.iii.§.fi.ff. de ser.rust.præd. Cur igitur in lege uēditionis, seu traditionis,uel fundi vēditi,sic dicitur, *Fluminum & stillicidiorum ut nue sunt,ita sint.* l.si arborē.§.fi. ff.de ser.urb.præd.l.cū in lege.ff. de cont. emp.?

Res. Quia dicto casu pro aqua priuata capitur.l.fi. ff.de serui.nimirū igitur si à uerbi propria signi ficatione recedimus aliquādo,absurditatis uitādę grā.l.nā absurdū.ff.de bo. lib.& dixi in d. l. cū in lege.in lib. qui æquilib. scholasticū inscribitur.

Int. Quomō sic aiunt quod sapientis est mutare propositū in melius,& uariatio aliàs permissa in l.nonnumquam & ibi glo.ff.de colla.bo.contra rium uero in l.iiii.in §.i.& in l.pe.ff. de lege cō missō. quod si post diem præstitutum legis com missoriæ uenditor pretium petierit eidem legi renunciare uidetur,nec poterit uariare & ad cō missoriam redire.


Res. Illo casu est speciale propter hæreditatem quasi debitam filio,isto regluare. & sic nec id ge neraliter uerum,quod, sapientis sit mutare pro positum in melius cogita.

Alia adduci potuissent & sane quamplurima sed quia(ut par est)finiendum tandem,concludē dumque est,& Satietati occurendum,tanam sery phiam agam,& silebo, restat solum lector æqui boniq; consulas,& si quid quod utile sit in hisce tot tantisque decisionibus dictum est,non nihil que frugis senserit & consequetur; Deo optimo maximo gratias mecum agat quam maximas, sin minus ignoscat, quoniam uoluisse sat est, & si non potui quod uolui, id uolui saltem qđ potui.

ΠΕΝΤΑΡΕΤΩΝ LEGIS LIBELLVS



M. MANTVA BENAVIDIO PATAVINO IVRECON. AVTORE, Ad Lectorem.



LIBELLVM hunc inutilem fortè tibi prompto animo lector, dicat Mantua, vt tu qui iuri ciuili operam nauas, legis virtutes (quinque enim sunt (vt scis) tantum) inscriptusq; liber hac de re, πενταρέτων hoc est quinque virtutũ legis libellus,) breuissimo temporis spacio facilius cognoscas, cognosces autem facilè, si quæ in eo, diligentia qua potuit maiore conscripsit, videre, legere, & acuratè quidem haud recusabis. quod vt facias (videbis enim tui gratia non laboribus præter cætera aut vigiliis pepercisse vnquam) te etiam atque etiam rogat: Vale & calcar ingenio addas honoris & pudoris, & si mane cœpisti, sub meridie (quod sanè faciunt multi) ne torpeas caue.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ LEGVM INFRASCRIPTARVM.

Consilia legis.



LEGE is qui destinauit, ff. de rei uendi.
L. si pupilli. §. uideamus, ff. de nego. gest.
L. j. cum not. ibi de offi. assesso.
L. si alij, ff. de usuf. lega.
L. posthumus, §. fi. ff. de inoffi. testamen.
L. properandum, §. & si quidem, C. de iudi.
L. sequens quæstio. ff. de lega. ii.
L. finali, §. similiq; modo, C. de iure delibe.
L. finali, ff. de præto. stipula.
L. j. C. ad legem Corneliam de fiea.
L. seruus dotalis, ff. solu. matrimo.
L. reprehendenda, C. de insti.
L. filius emancipatus, ff. de ritu nup.
L. j. C. ut ne. priua.
L. j. C. de postulan.
L. qui petitorio, ff. de rei uendi.
L. j. C. de eden.
L. stipulatio ista, §. alteri, ff. de uerbo. obliga.
L. age, C. de transactio.
L. hæres, ff. de nego. gest.
L. iij. l. cum quærebatur, §. finali, ff. iudi. sol.
L. j. C. de ordi. iudi.
L. iam hoc iure, ff. de uulga. & pupilla. substi.
L. si debitor, ff. quibus modis pig. uel hypo. sol.
L. si auiam. C. de inge. ma.
L. non iccirco, C. de rescinden. uend.
L. inciuilem, C. de furtis.
L. j. C. eodem.
L. de alimentis, C. de transactio.

Indulgentia legis.

¶ L. qui mandatum, ff. manda.
L. in concubinatu, ff. de concubi.
L. quod ait lex, ff. ad legem Iuliam de adulte.
L. Gracchus, C. eodem.
L. ut uim, ff. de iusti. & iur.
L. ij. C. de pat. qui fil. distra.
Cap. si quis, de fur.
L. prætor ait, §. sed & si seruus, ff. de eden.
L. si mihi & tibi, §. regula, ff. de lega. j.
L. seruus, ff. de bon. pos.
L. lis nulla, ff. de iudi.
§. emancipatos, insti. de hære. quæ ab inte. defe.
L. j. C. ne quis in sua causa.
L. iij. C. de pat. pot.
L. j. C. de bonis mat.

L.j.(iterata est de industria) C.de bo.mat.
L.j.ad fi.ff.de bo.eo.
L.iubemus nulli.§.sanè.C.de sacrosanc. eccle.
Insti.de aucto.tut.in prin.
L.procurator cui.ff.de procu.
L.j.ff.quorum legato.
Auth.matri & auiæ.C.quan.mul.tut.offi.funga.
L.furem.ff.ad legem Cor.de sica.
L ij.C.de dolo.
§.fi.insti.de excep.
L.filiusfamilias.ff.de procura.
L.emancipari.ff.de adop.
L.& seruorum.in prin.ff.de sta ho.
L.habebat.ff.de instito.
L.j.C.de ingrat.lib.

Prohibitio legis.

¶ L.liber homo,ff.de uerbo.obli.
L.seruus.C.de iudi.
L.fi.C.de bonis q; libe.
L.j.ff.de reb.eo.
L.iubemus nulli,in prin.C.de sacrosanc.eccle.
L.j.ff.ad Macedonia.
L.j.ff.ad Velleia.
L.fin.ff. de tutel.
L.j.C.de eden.
L.j.§.sexum.ff.de postu.
C.j.de feu.firmi.
L.palam.§.non est ignoscendum. ff. de ritu nup.
L.j.ff.de fun. dota.
L.iij.in prin.ff.de bo.eo.qui sibi mor. consciue.
L.lis nulla.ff.de iudi.
L.j.ff.de mino.
L.nemo martires.C.de sacrosanc.eccle.
L.j.ff.de iniusto testa.
L.iiij.C.de procurato.
L.milites agrum.ff.de re mili.
L.filiusfamilias.§.ueterani.ff.de procurato.
L.j.§.ait prætor,de postulan.
L.j.§.casum.ff.eo.
L.j.C.ne li.poten.
L.j.C.de prohib.seq.pecu.
C.j.de prohib.feu.alie.per fed.
L.j.C.de in ius uoc.
L.liber homo.ff.ad legem Aquil.
L.fi.C.de iudæ.

Præcepta legis.

¶ §.iuris præcepta,insti.de iusti.& iure.
C.cum ex literis,de resti.in integ.
L.diuus.ff.eo. titu.
L.in nostræ.C.de statu.& imagi.
C.iudicantem . xxx. q.v.
L.j.C.de execu.rei iudi.
L.transactione matris.C.de transac.
L.stipulatio ista.§. alteri.ff.de uerbo.obl.
L.seruus ea lege.ff.de ser.expor.
C.cum æterni,de re iudi.in vj.
C.quanuis.de pact.eo.lib.
L.semel.C.de re milita.lib.x.
L.si qua.C.de iudæ.
L.nam absurdum,de bon.lib.
L.j.ff.quod met.cau.
L.iiff.de dolo.
L.quoniam.C.de episco.& cle.
L.rescripta.C.de preci.Impe.offe.
L.si postulauerit.§.qoni.ff.ad leg.Iul. de adulte.
L.si quis ex argentariis.§.prætor ait,ff.de eden.
L.ij.C.eo.
L.j.in prin ff.quorum legato.
§.sed & maiori.insti.de his qui sunt sui vel alie.iu.
L.parentes.ff.de in ius uo.
L.cunctos populos.C.de summa Tri.& fid.cath.
L.cum ratio.ff.de bon.damnato.
L.fi.C.de dot.promissio.
C.cum in contemplatione,de reg. iur.

Pœna legis.

¶ L.ita uulneratus.ff.ad legem Aquiliam.
§.fi.ad fi.insti.de pœna te.litigan.
L.j.C.de emenda.seruo.
L.j.ff.de concussio.
L.ij.§.diuus.ff.de iure fisci.
L.si quis uiduam.ff.de questio.
L.si quis id quod,ff.de iurisdictione om. iudi.
L.j.C.ne Christia. man.
Cap.hinc apparet,xxiij.q.v.
L.j.C.ne li.poten.
L.j.C.ne.li.si.saluato.
L.j.C.de nli ag.non rumpen.
L.lege Cornelia , §.pœna,ff.ad leg.Cor. de fal.
L.pœna,ff ad legem Pompe.de par.
L.si quis aliquid,§.qui abortionis, ff.de pœn.
L.capitalium,§.grassatores,& §.famosos,ff.eo.
L.capitalium,§.incendiarij,ff.eodem.
L.quanuis.C.ad legem Iuliam de adulte.
L.j.ff.ad legem Cornel.de sica.
Cap.ad falsariorum,de crimi.fal.
L.& si legibus,C.si contra ius uel utili.publi.
L.fina.ff.de sepulchro uiola.
L.j.C.de pœ.iud.qui ma. iudi.
L.quicunque,C.de ser.fugi.
L.si ecclesiæ,C.de episco.& cleri.
L.ij.C.de legi.
L.si quis non dicam rapere,C. de episco. & cleri.
L.i.C.de rapto.uirgi.
L.si quis in hoc genus,C.de episco.& cleri.
L.annonam,ff.de extraordi.cri.

τέλος.

Consilia legis.
Indulgentia legis.
Prohibitio legis.
Præcepta legis.
Pœnæ legis.

De consiliis legis.



LEGIS uirtus est (ut oēs sciūt) imperare, punire, permittere, & uetare. l. legis uirtus. ff. de legi. Bal. in rub. C. de cōd. ex lege in princ. & in c. quia propter. col. ij. de elec. hoc idemq; fecit semper, & ut inquit Anch. ad futura trahitur (obiterq; dictū sit) in rep. c. canonū statuta. col. cccix. de cōst. qa dicit hęc est. & qa hinc leges ēt hodie incipiētes ut in l. iurisgētiū. in §. fi. ff. de pac. & in l. hodie. ff. de pœ. & imperādo, puniēdo, permittēdo, & uetādo, nil aliud facere intēdit nisi remouere obstaculū qđ his oībus sit cōtrariū ue pulchrè declarat Bal. in l. si mutus, in prin. ff. de testa. & est tex. not. in l. si quādo. C. de inof. test. & breui exēpla habes ut per glo. in d. l. legis uirtus, melius in c. fi. iij. dist. & quādo est noua, bisq; modis procedit, semper oritur cōdictio ex legē, ut no. in l. j. ff. de cōd. ex lege, & ibi Bar. Bal. in statu. cōdictio, nu. 1. harūq; duas tm̄ explicat Cice. lib. j. de legi. ibi lex est rō summa insita in natura, quæ iubet ea quæ faciēda sunt: prohibetq; cōtraria. Et paulò inferius. Ea est em̄ naturę uis: ea mens ratioq; prudētis: ea iuris atq; iniuriæ regula. sed quoniā in populari rōne oīs nostra uersatur oratio: populariter interdū loqui necesse erit: & appellare eā legē, quę scripto sancit qđ uult, aut iubēdo, aut uetādo, ut uulgus appellat. est ēt alia legis uirtus reprobare scilicet, uerū quia istud est quodāmodo punire (irritatio em̄ actus dicitur pęna. l. testō Cēturio. ff. de ma. testa. c. quia propter. & ibi Bal. nu. 9. de elec. oblitus ad idem allegare tex. in d. l. qui testō Cēturio) trāseo. & addo (quāquā tex. in d. l. legis uirtus, nō dicat) aliā fore ipsius legis uirtutē, cōsulere scilicet, ut per gl. ibi, quę ex multis a nobis exornāda est, & nūc primū, quia consulit (ut ipsa met dicit & benè) ut prius possessorio agamus quā petitorio, tametsi postea sentire uideatur, qđ & istud quoq; sub uerbo permissionis cōtineatur, & non est uerū, nec mihi placet dictū hoc ut in seq. c. declarabo, de legis permissione, & dato qđ ita sit, & qđ paulò ante diximus de irritatione actus pariter, ex abūdātia & uerborū & rerū, nō ob id uitiari debet scriptio, l. nō solent. l. quæ dubitationis tollēdæ gratia. ff. de reg. iur. l. j. §. sed sciēdū. ff. de edil. edi. Bal. in l. j. ad fin. C. de iur. emphy. cōsiliū igitur ipsius est ad idē in l. is qui destinauit. ff. de rei uē. Is em̄ (inquit I. Con. ibi) qui destinauit rē petere animaduertere debet an aliquo interdicto possit nāctisci possessionē. ecce qđ cōsulit. & cōsilij sui rōnē adducit, qm̄ tyrānicū est cōdere legē, cuius aut nō possis, aut nolis rōnem reddere, præsertim docili & discendi cupido, quia longe cōmodius est ipsum possidere, & aduersariū ad onera petitoris cōpellere; quā alio possidēte petere. latè Alex. consil. xxiij. col. pe. & fi. uol. v. Idēq; dicitur in §. retinendæ & in §. commodum. insti. de interdi. & quia dominij probatio difficilis est, facilior aūt possessorij ut not. in l. ēt. in §. j. ff. de pet. hæ. & in l. cū rea. C. de proba. Bal. in c. statuimus. no. 7. de offi. del. Ancha. conf. xlii. in prin. & ex hoc redditur conclusio Bar. dubia in l. naturaliter. in §. nihil commune. ff. de acqui. pos. in iij. memb. j. cōbinatio. quādo proponitur interdictū retinēdę, dicentia; quod si actor pro iuribus incorporalibus, primo intentauerit petitoriū, poterit ipsum suspendere & trāsire ad possessoriū, petitorium est confessoria, possessoriū, retinendæ: quia imputandus est actor cur à principio non elegerit prudēs consiliū legis seu I. Con. in d. l. is qui destinauit, & tradit in d. §. nihil cōe. Ias. col. xviij. & ita dicit etiā Abb. in c. cū ecclesia Sutrina. col. iii. de cā pos. & prop. quod clerici de quibus ibi, qui cumularunt petitoriū & possessoriū simul male fecerunt ex quo a possessorio incipere debebāt, & nō spernere. d. legis cōsiliū. Et cautelam esse dicit Cepo. in suis cij. ponēdo d. l. is qui destinauit. de uerbo ad uerbū nihil addito uel diminuto ut supra. Sed (ut dixi) cōsilium potius est q̄ cautela, ex quo à lege prouenit ita cōsulēte, & de his aliàs ut dicā in titu. de cautelis. Et qđ magnū foret possessionis cōmodū pręter cętera ex eo ēt elicit, qđ in lege xlj. tab. si quis ex libertate in seruitutē fuisset accersitus, nō propterea libertatis cōmodo priuabatur, & possessione sed sub uadibus ad finē ad seruabatur. usq; adeò ut improbe (cum ipsius legis autor fuerit Appius Claudius) ac cōtra eā, pronūtiarit, uindiciasq; Virginiæ Virginij filiæ prorsus iniustissimus abdicarit iudex. l. ii. §. initium. ff. de ori. iur. Et quia si possideat quis, siue sit in possessione, poterit absq; dubio uim auferēti quocūq; mō resistere. l. quēadmodū & ibi Bal. lect. j. in prin. ff. ad leg. Aquil. Bar. in l. j. in §. interdictum. ff. uti pos. & in l. si uitā. in §. si ad ianuā. ff. qđ ui aut clā. Idē Bal. in l. si in arca. ff. de cōd. inde. & si duo testamēta uno eodēq; die facta reperiantur, quo casu neutrū propter incertitudinē ualet, sustinetur tamē illud in quo quis possessor inuenitur, ut no. in l. fi. C. de edi. di. Adr. tol. & ibi ēt dixi ego latè. Et hoc est qđ dicebat ēt in praxi sua Abb. c. xliiii. qđ melius pronuntiat iudex possessoriū restitui quam rē. Et sic cōsilium istud legis uocat pariter Spec. in §. sequitur. nu. 24. de actione seu petitione. & sequitur inde ēt, qđ possessor gaudeat fructibus, licet quādoq; subiaceāt restōni. l. nō utiq; ff. de rei uen. sed uulgā illud dici poterit, ad præsens oua: de quo in l. cū hij, ibi contenti modico præsenti. ff. de trāsa. & cui obuenit semel bonum non semper ei quicquam aduersabitur mali Bal. in l. fi. col. i. C. de edi. di. Adr. tol. Alex. cōs. lxxiii. col. i. uol. ii. & qđ ex possessione pręsumatur titulus cle. j. ut lit. pen. c. qđ autē. de iur. pat. c. ad aures. de præscrip. Et si Papa concederet legationē Bononiæ, seu Germaniæ, aut Venetiarum duobus eadem die, ut in simili de duobus testamentis dicebam proximè supra, præfertur is

qui reperitur possidere,l.i.in fi.ff. uti possid. & si duo denique probarent possessionem bonæ fidei,ille potior erit, qui prior est in possessione, ex quo possessio sua impedit ne alter possideat ut not.iii.q.i.in summa, & in c. licet causam, de proba.pulchrè Bal.in c.si diligenti.ad fi.de præscrip. & quia si secundus creditor possideat primus non præfertur,auth.hoc si debitor.C.de pigno.Guid.Papæ conf.cxliii.col.ii. & dicit Grat. conf.ii.nu.40.uol.ii.quod in dubio iudicandum est pro eo qui in possessione reperitur. Filia etiã quæ erat in pos.ratione existentiæ sui iuris,trãsfundit onus probandi contra patrem in l. Titia. ubi Bal.ff.sol.ma.Beatus igitur ille qui possidet, quia(ut subiicit Feli.in d.c.si diligenti,)uictoriæ palmam reportabit, & seruit ad ea quæ dicuntur in l.fi.præallega. C.de edic. diui Adri.tol. multa Bal.in c.i.col.xxiii.& xxiiii.de proba.extra.

Consulit etiam lex(eò redeundo unde discessimus)& secundo, ne sine actione experiamur in iudiciis,quoniam succumbemus aliàs imò quod & expelli poterimus,tametsi nec opponat à parte l.si pupilli.§.uideamus.ff.de neg.gest.l. quotiens §.item si temporali.ff.de admi.tut.c. examinata, de iudi.glo.in c.pastoralis,de cau.pos. & propr. est uerum si speraretur actio in contestatione litis,quod agi posset,l.Titius.ff.de uerb.obl.c.Raynaldus.de testa.Corse.singul.libellus.ij.Ias.plene insti.de actio.in prin.nu.106.sed à regu.non receditur.l.quemadmodum,ff.de iudi. not. in d.c. Raynaldus,& in l.stipulationes non diuiduntur, ff.de uer.ob.& hinc est ad propositum quod periurus qui uenit contra transactionem iuratã repellitur ab agendo, quia actione priuatus est in casu, l. si quis maior, ut ibi not.& in specie Ias. col.vj.C.de transa.Et quod quando expressè apparet creditorẽ esse usurarium, cui nec actio nec obligatio acquiritur propter suã turpitudinẽ, ẽt quod promissio iurata sit,ipse sine actione experitur si agat & repellitur, ut in d. c. debitorea, & ibi Feli.in prin. de iureiu. Et quod agens nomine alieno mandatum nõ habens sine actione adhuc experitur & malè inquit Bal.in c.cum M.Ferraren. col. iiii. de constitutio. & quod exceptio tua non interest impedit litis ingressum ut not. Bar.in d.§.uideamus,& in l.si unus,in §. ante omnia.ff.de pac.& in l.Papinianus,in §.si quis impubes,& ibi etiam Angel,ff. de inoffi. testa. ex quo apparet actori si eius non interest,actionem non competere,& consequenter uenit repellendus,ut etiam declarat per prędicta, Deci.conf.ccccii.col. ii.uol.ii.& actionem non habenti & agenti rursum opponi potest libellum non procedere secũ dum Bar.in l.cum quærebatur.ff.iudi.sol.not. in l.uir bonus.ff.eo. usque adeò ut exinde nec sententia ferri debeat aliàs lata nulla erit, nisi fuerit absolutoria.l.Bebius.ad fi.ff.de pact.dota.iuncta l.i.ff.si men.fal.mo.di.& hinc dici solet ex eo qđ quis non intentat,uel male uictoriam non reportat,l.de fideicommisso.C.de transac.Guid.Papæ sing.dclxxxxviij.Ad qđ tamen uidendus est quoque Alex.in l.ubi pactum.col.pe.C. de transa.& illud,quod quis, cũ actione siue actionẽ habens, experiatur aliàs non,respicit rectitudinẽ iudicij, inquit Feli.in c.ad aures,col.ij.de pręscri.allega. ẽt supra, ita ut possit iudex(quẽadmodũ paulò ante dixi (supplere & impartiri officiũ suũ ẽt nõ requisitus, quod pro limitatione in casu isto præ cęteris notãdũ est,l.iiii.§.hoc aũt iudicium,ff. de dam.infec.& sicuti exceptio tua non interest cuius paulò ante,mentio facta est,impedit litis ingressum,ita impedit ea quam uulgo appellamus intentionis & facti, quia sic præsupponit agentẽ experiri sine actione, & sic non est rei finitæ ut pulchrè tradit Ange.in d.l.uir bonus.ff. iudi.sol. & sicuti in ciuili nemo experitur sine actione,ita pariter dicendum est in criminali, quod nemo absque iure accusandi legis consilio, experiatur, argumentum in l.i.ff.de inoffi.testa. Bart.consil. 100.col.ii.& in l.ii.in §.publico.col.ii.ff. ad leg. Iul.de adul.vnde libellus hac de re,& rursum qui dẽ non procedit conditionalis, quia deficit actio dicta pro ut est apta ad agere, & nemo sine actio ne experitur ut declarat Bal.in c.dilecti.nu. 7. de iudi.& idò u t subiicit ẽt in c.i.nu.9.de ordi. cogni.in libello adhuc proponi debet,expressè uel tacitè. & est unus de modis quibus præcluditur aditus ad iudicium,si quis scilicet actione careat, alter uerò si habeat,exercitium aut non,ut adultus uel furiosus, & ultimo si persona sit inhabilis quẽadmodum uel pupillus uel seruus,ut pulchrè not.Bellame.decisi. ccccxxx.col.ii.& cũ una actio ne electa,altera tollitur,l.qđ in hęredẽ.§.eligere. ff.de tribu.l.cũ filius.§.uariis.ff.de lega. ii. uana hinc uidetur dubitatio an admittatur cumulatio quia nemo(ut dictũ est)sine actione experitur,& not.aliàs in l.edita.& ibi Deci.seni.col.vii.C.de eden. Qua ratione quoq; exceptio uere solutionis impedit litis ingressum,siue & melius litis cõ testationem,ut tenet Ange.instit.de except.uers. tertia regula. Capel.Tholosa.q.cccxxxv.& ad idẽ est etiam tex.in c.j.de lit.con.in vj.& in l.nam & postea.in prin. ibi actionem non dabo. ff. de inreiu.Nec aliud sibi uoluit text.ibi more iudiciorum in l.si pacto quo pœnã.C.de pac.ut declarat Bar.in l.ita stipulatus,col.x.ff.de uerb.obl.quod actionibus scilicet experiamur,ne inane iudiciũ ac frustratoriũ fiat.& à simili inquit Corn. quod qui sine actione experitur nulliter agit ut ille qui agit stipulatione sine cã de quo aliàs in l. ii. in §. circa.ff.de excep.dol.cons. xcix. nu.9.uol.iii.

Cõsulit tertio lex in propositione libelli ,nos bene & diligẽter aduerteremus(in eis enĩ ritè concipiẽdis,magnũ imminet periculũ, & tota iudiciorũ uis consistit c.examinata,de iudi. c.licet hely, de simo.Spe.in titu.de lib.con.in prin.nu. 6. & in §.sequitur,nu.2.Abb.in pra.sua,in proœ. Rex pacificus,ad fin.) ne ineptus sit quoniam à iudice reiicitur, pariter, sicut repellitur agens sine actione , & dentibus laceratur à iudice , in ex-

in expensis condemnatur proponens, & reus absoluitur ab obseruatione iudicij.l.j.& ibi not. ff.de offi.assesso.Imò quod etiam assessor qui nullam habet iurisdictionem idem facit, ut idē Spe. dicit in §.officium.in prin. de assesso. & ideò cū peritis deliberandum est.inquit adhuc Spe. in §. ad huius.in prin.de lib.concep.& hoc est ad propositum quod dicit rursum Bal.in l.quid ergo.in §.pœna grauior.in rep.col.ij.ff.de his qui not.in fa. ꝙ libellus debet esse formatus secūdū legem, quā iudex transgredi non pōt, exempli gratia cōdēnando in eo quod petitum non est, uel in plus quam sit petitum, quia tunc erit ineptus. d. l.j.ff. de offi.asse.l.vt fundus.ff.cōmu.diui.c.licet hely. de simo.l.non possumus.ff.si pars hæ.pet. Et reijcietur etiā parte non opponente ut per not.in locis de quibus supra declarat Soci.cons.cxlvj. col. v.uol.j.multa Bart. in l. si unus. in §. pactus. col. vij.ff.de páct.hæcq; omnia adeò uera sunt in materia ut absolutoria lata super libello inepto etiā in forma diffinitiuē non pariat exceptionem rei iudicatæ.l.nisi.& ibi Bal. ff. de tute.& ra.dist.& qui libellum sic ineptum lacerat, dissipat,& combutit ut not.in l.ij.ut ne.priua.C.& C. de iur. fis. in l.prohibitum.lib.x.nō tenebitur propterea in sindicatu dicebat Paris pute. in tracta. sindica. in §.iudex.nu.28.Et ad idem parificātur petitio inepta,& euidenter ac notoriè iniusta.c.j.& ibi Innocen.de offi.uica.glo.in l.qui cum maior: in §. si patris.ff.de bon.lib.Bal.in l.si unus.in §.pactus in uer.quod in specie.ff.de pac.Imò quod plus ui tiat ineptum quàm iniustū inquit idem Bal. in l. si duobus.in §.sed & si quis.col. iij.C. communia de lega.& in l.iam dubitari subiicit in prin.ff. de hære.insti. quod illud quod ineptum est dicitur impossibile,impossibilitas autē uitiat.§.impossibilis.insti.de inutil.stip.ergo. Et ineptus etiā dici potest libellus quando non habet nec esse nec formam esse,nec concludat uel contineat uitium patens.l.si unus.§.pactus.& ibi not. Rizar. Mal. ff.de pac.Iac.de Are.in l.qui bona.in §.damni.ff. de dam.infec.Inno.in c.Raynutius. in glo. si. de testa.Bal.in l.filius à patre.ad fi.ff.de peti.hære. Et hoc casu dicimus, qđ unus est de modis quibus instantia perit.c.examinata.de iudi. l.j. ff. si men.fal.mo.di.Io.Mona.in defenso. iuris. uersi. multis modis de instan.iud. Et quanquā aliàs mēdax puniatur, non punitur tamen si mendacium sit circa actum inualidum puta quia libellus ineptus sit ut not.Gom.olim Collega in §.ex malefi ciis.nu.8.insti.de actio.Inepta fuit petitio in l.j. C.de edeu.quia fœmina non potest esse argentaria ut declarat Barba.in c.j.col.xiiij. de proba. de quo tamen dixi ego latè in d.l.j. lectu. j. ij. iij. & iiij. Et quod conuentus ut dicebam supra, hac de re absoluatur ab obseruatione iudicij nouissimè tradit Flo.in l.si præcario.ff. communia præd. Et hoc est uirtualiter qđ dicit tex.in l. fi. & ibi not. Alex.ff.de libe.& posthu.quod qui ineptè agit nihil agit. Translatioq; imperfecta est per locum à qualitate,cum obiicitur libelli ineptitudo. libellus igitur edi debet iudici, ut uideat an aptus sit, ab actore bene perpendi, ut cognoscat sine actione agi non posse, reo uerò & rursum edi, ut deliberet nunquid uelit cedere uel contendere,& fusius ut not. in l.j.ff.de eden.& in c.j.de libel. obl. Ioan. de Blanas. insti. de actio. in prin. col. & breuiter ubi est defectus in libello omnia corruūt super eo fundata.l.hactenus.ff.de aqua plu. arcen.l.legi.ff.de excep.rei iudi. Pau.Cast. consil. lxv.nu.15.uol.j.& si super libello inepto fiat interrogatio interrogatus non tenebitur respondere inquit Bal.in Marga. sua interrogatio. nu. 9. Et per locum à speciali etiam probatur quia omnis condictio degenerat contra furem, & quāquā libellus fuerit ineptus contra eum sustinetur tamen,l.si usuf.quemadmo.caue.argu. in l.illicitas in prin. ff.de offi.præsi.Bal.in l.falsus,col.iiii.C. de fur.ergo ius cōe erit in cōtrarium & ut supra latius uulga.l.ius singulare, l. quod uerò contra, ff.de legi.c.præsenti, §. loca, de præben.in vj.

Quartò consulit lex, quibus uerbis testatores, uti debeāt in legando ne errore labantur quia errorum amica non est, ut inquit Bal.in c.in literis ad. fi.de test.spol. nanq; si uni legauerint usumfructū fundi, alteri uerò fundū, eo animo ut unus usumfructum, alter uerò nudam haberet proprietatem, errore labentur quoniam sic usufructus cōmunicabitur, oportet igitur ut detracto usufructu proprietatē legent,& legando sic dicant. Titio fundum detracto usufructu lego, Sei o eiusdem fundi usumfructum hæres dato, l.si alij, ff. de usuf.le.& annotatu dignū est, quoniā sermo abusiuus abusione magna tamen ut in d.l.si alij, & intolerabili, nocet ut per illum text. ultra alios dicit etiam Bal.in l.fi.col.iiii.C.de hæ.insti.& col. viii. ibidē, quod intellectus intrinsecus sine actu exteriori non ualet. Et quod si testator non distinxit legatum fundi, in eo usufructus includitur in quit adhuc ibidem col. x.& quod ubi lex clausulam refert ad omnia, contrarium probari potest ex mente loquentis, quia est quæstio uoluntatis quæ rursum probari potest tam in ascendendo ultra significationem uerborum, quàm in descendendo ab ipsa significatione, si non sit mens fortè contra uerba omninò ut in d.l. si alij, declarat idem Bald. in l.prima.ad finem.C. de libe. præte. Et quod si mens est in corde retenta recurritur ad uerba, ex quo sic non accommodatur actui hominum, & ità loquatur tex. in d.l.si alij, Si uerò mens ex uerbis colligi potest, tunc recurrimus potius ad mentem quàm ad uerba, l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de sup. lega. l. Gallus, §.primo, ff. de libe. & posthu. tradit idem Bald. adhuc in l.iurisgentium, in §.pactorum quædam, col.j.ff.de pact.& quod in dubio standum est uerbis, nec ab eorum rigore recedendum, l. qui quartam. in princip.& ibi not.ff.de legat.primo, idem Bald.consil.cccxxvii.col. ii. uolumi.primo. Qui dicit etiam cons.cclxii.col.ii. eod. lib. quod uerisimile

risimile omninò abstractum non est sequendum.

Quinto consulit lex, ut filius emancipatus si hæres instituatur, & libertatem pater seruis relinquat qui totum patrimonium fortè habebat in seruis quoniam libertates quartam minuunt sibi debitam iure naturæ.l.Papinianus.§.quarta. ff.de inoffi.testa. hæreditatem omittat eamq; ad substitutum transferat, & postea agat querela, petita prius bon.pos.gratia litis agnoscendæ, ut cognoscatur,iuxta not.in l.posthumus. in §. fin. ff.eo.& in §.emancipatos.ubi Por.col. iii. insti. de hære.quæ ab intesta.defe.Vel omissa causa testamenti hæreditatem adhuc habeat ab intestato citra edicti pœnam.Et notandum est si sic faciat, quod pœnam dicti edicti si quis omi. cau. testa. non incurrit,ex quo dolo malo non omittit,quomodo id intelligi debet,sed ut sibi consulat,consiliumq; legis sequatur argumentum in l.nullus. ff.de reg.iur.& in l.iii.in §.is potest.ff.de lib. ho. exhib.& in l. fluminum.in §.fi.ff.de dam.infec. & in l.Gracchus.C. ad legem Iul. de adulte .ubi uulgatum illud, nemini iniuriam facit, qui utitur iure suo,& quod fit lege permittente pœnam non meretur,& in simili in l.cum pater.in §. Titio.ff.de lega.ij. ibi. prudentius autem fecerit, si ex testamento fratris hæreditatem repudiauerit, & intestati possessionem acceperit. nec uidebitur dolo fecisse, cum fraudem excluserit. Nec ignorandum, quanuis eidem filio, ex quo erat emancipatus & de iure ciuili incognitus.§.emancipatos.insti.de hære.quę ab intesta.defe.& querela remedium iuris ciuilis. bon. pos. gratia litis agnoscendæ indulgeatur,ut dictum est,& cognoscatur,quod non tamen necessitati imponitur,ut pulchrè declarat Bal.in c.i.nu. 14.& 15. de postula. præla. nonnihil Por. in d. §. emancipatos. col.iii.citatus etiam supra.insti.de hære. quæ ab intesta. defe. bonum est tamen dicta de causa ut præcedat dicta bon. pos. quia sic etiam à simili præcedit & præcedere debet absolutio à iuramento,rescisionem contractus inquit idem Bal. in c. i.nu.10.de iureiu.

Sexto consulit lex,si nolit dominus contra quē agatur actione noxali, seruum defendere, fortè certus quod delictum commiserit, ut cedat iuri suo,imò quod facit pro domino eum non defendere, ne damnetur in expensis ratione uictoriæ actoris.l.properandum.§.& si quidem.C. de iudi.& plus quod nec cogitur suscipere iudicium si non uult,licet seruus sit infans. l. si reus paratus.ff.de procura.l.si reus paratus.ff.de procura. l.si cum usufructuario.ff.si ex noxa.cau.aga.l. ij. §.i.& ibi not.Ang.ff.eo.est uerum hoc casu, qđ humanitatis intuitu teneretur: argumētum in l. non tantum ibi. creat autem humanitatis ratio, omnem prouocationem audiri debere.ff. de ap. & in l.seruus ea lege.ff.de ser.expor.& ī l.ut uim. ff.de iusti.& iu.& in l.humanum.C.de legi. & in l.humanitatis intuitu.C.de impub.& aliis sub.

Septimò consulit lex, si quis faciat fideicommissum,& uelit aliqua in eo comprehendi, puta donata uxori, ut roget eam filiis suis restituere, quoniam aliàs si hæreditatem bonaq; sua restitui eisdem mandarit,rogaritq; bene ualebit fideicommissum,sed in eo(ut diximus) ea minime cōprehendentur.l.sequens quæstio.ff.de lega. ii. & mirū est quod sic uxor in rebus sibi donatis grauari potuerit, consilio legis insulso & contra ea quæ not.in l. iii. ff. de lega. iii. & in d. l. sequens quæstio.nisi replicetur uerumq; est, grauari potuisse eo casu,quoniam donatio erat facta constante matrimonio & non ualebat.l.j.ij. & iij. ff. de dona.inter uir.& uxo. qua de re grauādo eam onere fideicommissi reuocari uidetur,igitur non mirum si in eo comprehenduntur, quia expressum est,& pulchre declarat Bertran.cons.j.num. 68.uol. ij. & ita transit etiam Guid. Papæ consil. ccxviii.nu.6.& decisio.DCxiii.

Octauò consulit lex, si hæres fuerit certus de insufficientia hæreditatis,ut intra spacium trium mensium,iuri sibi competenti renuntiet.l.fin. §. similiq; modo.C.de iur.delib.& ibi Saly. in prin. Et hoc ideò quia in causa sunt creditores hæreditarij,aliàs perpetuo posset adiri.l.cū antiquioribus.C.eo.l.tutor qui repertorium.& ibi not. ff. de admi.tut.utileq; est scire,quia(ut inquit Pau. Cast.in l.qui se patris.col.j.C.unde libe.)per uerbum nolo adire, non inducitur repudiatio nisi post menses tres,quod tamen dubium est ex quo tex.in d.§. similiq; modo . loquitur de proposito in mente retento,inq; eo qui credidit hæreditatem repudiandam, quam tamen non repudiauit nisi intra menses tres. Et quanquam prolixius tēpus ad adeundam hæreditatem alibi requiri uideatur,sex mensium scilicet.l.pe.§. fin. C. de inoffi.testa. illud tamen alia ratione statutum est, hic propter creditores,id est in d.§.similiq; modo, ibi uerò propter quærelam inofficiosi testamenti,quæ sperabatur moueri.quæq; intra quinquennij spacium quoque debet intentari ut ibi rursum dicitur,& in l.si quis filium.in §.fi.C.eo. cur tam uarie autem ut dicitur in l. præfecti etiā prætorio.ff.de mino.& in l.huic scripturæ. in §. j.ff.ad legem Aquil. cogita tu ut not. in l. j. in §. pueritiam.in glo.ratus.ff.de postu.& est argumētum in l.non omnium.ff.de legi.

Nonò consulit lex, ut in stipulationibus quæ ad interesse committuntur,certam pœnam apponamus,quę sit loco ipsius interesse,ex quo difficilis probationis est, & quia plerunq; ad exiguam quandam deducitur summam.l.fi.ff.de præto.stipulatio.& idem dicit Iurecon.in transactione fieri debere in l.pacto.ff.de transac. & in causa status,quod tam ex parte actoris quam rei caueri debet, & certa etiam pœna apponi quoniam res id est libertas inestimabilis est, in l. procurator ad exhibendum.in §. fin.ff.rem ratam habe.& idem quod in d.l.fi.in §.non solum.insti.de uerbo.obliga.& in c.dilecti. ubi glo. not.de foro compe. Grāma. decis.lviij.nu.7.& ita quoq; dicūt D. de

Rota

Rota decis.ccclix.sub tit.de iureiu.in nouis. qđ quando damna principaliter petuntur, debent per testes probari,sed quod tamen utile est ratione supra dicta & de qua in d.l.fi.certam summam adiicere.uerum aduerte,consilium optimũ esse in obligationibus facti, in quibus regulare est quod succedat etiam obligatio ad interesse l. si quis ab alio §. fi. ff.de re iud.l. stipulationes non diuiduntur uer.celsus.ff.de uer. ob.sed non generaliter atque omni casu.nã pone quod ego dem tibi mutuo.x.eaque tu promittas,mihi reddere nundinis proximis in festo D.Antonii cõfessoris,& si dicto tempore reddita non fuerint, xv.adhuc promittis mihi, confiterisque ex nunc prout ex tunc tanti mea interesse per quo facis promissionem istam, ratione supra dicta, permissio hæc deberet ualere,& tamen non ualet,ut pote facta in fraudem argumentum in l.qui testamentum.ff. de proba.maxime quia non est aliquis actus in quo facilius præsumatur simulatio inter prohibitos, sicuti in confessione argementum in l.per diuersas.C.manda.& in l. cũ quis decedens in §. condicillos. ff.de lega. iii.tradit ad longum Bal.in l.rogati in §.si tibi col.ii. ff.si cer.peta.nisi(ut subiicit) tale interesse probetur per alias coniecturas ut in l.traiectitiæ. ff.de acti.& obliga. fideiussor etiam de iudicio sisti tenetur ad uerũ interesse,nisi pro certa quãtitate intercesserit,quam exprimere utile est, & frugiferum ut supra & not.aliàs in l.ii.in §.fi.ff. qui satisda.cogan.& quanquam pœnę couentionales peti non possint.c.suam de pęnis,petuntur tamen,si adiiciantur pro æstimatione interesse, ut in d.l.fi.& ratione præmissa & de qua ibi & maxime quia tex.in d.c.suam loquitur in debito quantitatis in qua non cadit interesse probabile ultra sortem.l.nummis & ibi not.ff.de in lit. iu. Corn.late cõsi.ccxx.ad fi.uol.i. imò quod pœna ipsa dici potest interesse conuentum ut per Bar. & Docto.in d.l.fi.idem Corn.consi.ii.col.v.uol. iii.Dicit etiam Bar.in l.ita stipulatus in uer. qđ sine dubio,in 7.oppo.ff.de uer.ob.quem ibi refert etiam Seyse.col.iiii.quod imputabit sibi qui minorem pęnam stipulatus est,ex quo lex pręsumit quod sit etiam sibi utilius,propter difficultatem(ut diximus) probationis ipsius interesse & Io.And.in regu.Bonafides in Mercurial. ad fi. de reg.iur.in vj.& Ange.in l. stipulatio ista in §.alteri ubi etiã Imo.col.iiii.ff. de uer.ob.quod pœna in dubio pręsumitur adiecta loco interesse usque adeo ut necesse non sit ipsum probare aliter ut pęna exigatur,& firmat pulchrè Alex.cõs. lxvj.col.iii.uol. vii.

Decimo cõsulit lex,quia semper homicidium præsumitur dolosum.l.i.C.ad legem cor.de sica. ut imputatus, probet se nõ animo occidendi,sed casu, hominẽ interfecisse,quoniam probatõ hoc eo modo quo docent Scribẽ. in d.l.i.pœnã legis Corneliæ de sica.deuitabit.& ideo dici solet, ꝙ sicuti in genere permissorum dolus non præsumitur nisi probetur,l.quotiens.§.quo dolo.ff.de proba. ita est contra in genere prohibitorum præsumitur, nisi probetur contrarium ut supra. & in d.l.i.C.ad legem Corne.de sica.Bar.in l.dolum in ii.lectu.C.de dolo.& in l.si non conuicii. C.de iniur.Flo.in l.quod dicitur,col.i.ff.ad legẽ aqui.& ad idem notandum est quod ad euidandã hanc doli præsumptionẽ hoc casu & in his quæ sunt naturaliter mala, & illicita,requiritur probatio per euidentes cõiecturas inquit Inn.& alii de præsump.not.in c.cum dilecti de accu. Areti. multa consi.lxx.col.i.Maxime semper odio delinquentis fit contra eum interpretatio, dicebat Flo.in l.interdum in prin.ff.ad legem aqui.& ad idem quod semper est præsumptio contra eum qui cœpit arma euaginare in l.qui cum aliter in prin.ff.eo. est uerum si de casu appareat, quod hæc generalis præsumptiõ quæ est cõtra homicidam tollitur concurrente iuramento c.significasti & ibi not.de homi.Seysel.ubi alia multa in l. celsus col.vj.ff. de usucap.

Vndecimo consulit lex,si seruus dotalis contemplatione mulieris institutus,ne maritus obligetur iudicio dotis uxori,ut ipsum coram testibus interroget,an uelit hæreditatem acquiri uel repudiari, & si repudiari dixerit, tunc mariti iussu repudiabit, si uero acquiri tunc reddetur seruus uxori,ea conditione tamen ut cum primũ acquisierit ad eundo hæreditatẽ, marito pariter reddatur,consiliumque saluberrimum erit,quoniam sic sollicitudini mariti consuletur,& uxoris desiderio parebitur.l.seruus dotalis ibi consulendum est ff.sol.mat.& reddi marito dictum est,quoniam cõstante matrimonio est Dominus dotis.l.doce ancillam.C.de rei uend.sibi datę.uo onera matrimonii sustineat.l.ubi adhuc.l.prs oneribus.C.de iu.dot.& ad intellectũ.d. l.seruus dotalis sciendum amplius quod si ille qui solutũ rediturus est,nullum est habiturus commodum ex traditione sibi facta,dominium non transfertur.l.qui sic.ff.de sol.alias sic,& ita loquatur tex. in d.l.seruus dotalis.declarat Bar.in d.l. qui sic, & Soci.in l.frater a fratre col.iiii. ff.de condic. indebi. clarius Pet.sanc. in singu. suis xxvj.in prin.quod.d.l.qui sic limitatur in casu d.l.seruus dotalis.ut non procedat scilicet,quando traditio fit ad finem retradendi ad aliquam cautelam,hoc est ut in illo momento aliquis causetur effectus, & liquet ex inductione. d. l. quam aliter non repeto.

Duodecimum consilium est legis, si bona materna uendat pater sua esse asserens,ut emptor fideiussorem sibi dari postulet,& præstetur exinde quoniam aliàs præscriptionem opponere nõ posset filiis eandem rem quandocunque uendicãtibus.l.i.ad fi.C.de Bon.mat.quasi(ut ibi dicit glo.& bene) immineat euictio in limine contractus,& in simili tex.in l.si post C.de euic.

Sed ad idem maxime mirandum est cur sic cõsulat quoque uenditorem patrem ibi,ut mendacium

cium dicat, rem scilicet suam esse, imò. doceat potius & instruat, argumentum in l. i. ff. de legi. & in c. erit autem lex. iiii. d. cum tamen sit filii, ipse uero administrator legitimus et alibi mendaciũ puniatur l. fi. ff. de rei uend. l. pe. C. si con. ius uel uti. pub. ideo cogitandum est.

Decimo tertio consulit lex, si mulier instituatur à matre, sub turpi conditione si à marito suo diuerterit, sique diuertat & hæreditatem adeat, ut ad maritum redeat, quia lucrum concordiæ maritali nõ est præferendum, & nihilominus hæreditatem retinebit. l. reprehendenda. C. de institutio. deque materia etiam in l. ii. C. de condi. inser. dixi. in l. i. ff. de offi. eius cui man. est iu. & annotatu dignum est, cõditiones turpes esse reiciendas, nec ideo minus imò ualeat actus, siue institutio. imò quod sic eisdem reiectis remanet pura l. i. l. quæ sub conditione. ff. de condi. insti. & quod quamuis pęnitentia non prosit ubi culpa executa est, ut in rub. quid iuris sit & ibi Bal. in usib. prodest tamen si res sit integra uel saltim purgetur incontinenti, ut ibidem not. & probatur ĩ d. l. reprehẽdẽda, ibi Redi igitur ad maritũ.

Decimo quarto consulit lex, quanquam filius emancipatus uxorem ducere possit sine consensu patris. ut tamen consensum exigat ipsius & requirat. l. filius emancipatus, & ibi glo. ff. de ritu nup. l. uiduæ. C. de nup. forte quia pater bonum semper consilium pariter capit pro filio l. nec in ea. ff. ad leg. Iul. de adul. diligit eum plus quã seipsum, l. isti quidẽ. ff. quod met. caus. unaq; & eadem persona fictione unitiua esse censetur l. fi. C. de imp. declarat Bal. in l. qui in prouincia in §. diuus col. i. ff. de ritu nup. non igitur consensus & uoluntas eius requiretur?

Decimo quinto cõsulit lex, admonitione quadam charitatiua, ne domibus nostris apponamus titulos Imperatorios, quoniam statim applicarẽtur fisco, quanquam de consuetudine non seruetur, sed tamen consilium legis sequendum est, quandoquidem prudentis hominis proprium est prospicere semper, quod euenire posset, quia esto q̃ de cõsuetudine id non seruetur, posset tñ seruari de iure, seu de facto, l. si quis domino. §. i. ff. loc. l. i. & ibi per Docto. C. ut nemo priua. & hoc ideo ad propositum est, quia nemo debet ibi temerario ausu assumere id, qđ regie maiestatis proprium est, ut inquit tex. in d. l. i. nimirum igitur si quis aliter agens non secus ac cornicula illa æsopica alienis plumis ornata, bonorum (ut diximus) seu ipsarum domorum confiscatione, in in pœnam compilandus est.

Decimo Sexto consulit lex, si quis tanquam præuaricator ab officio aduocatus fuisset remotus perpetuo, si non appellauerit à sententia contra ipsum lata ut iudici acquiescat, siue obtemperet, quoniam non appellando sententię sensisse uidetur, & ut latius habetur in l. i. C. de postul. & ita dicit etiam Pau. castren. consi. cxlv. col. ulti. uol. i. quod si à laudo non fuerit reclamatum, pars contra quam latum fuit, eidem acquieuisse uidetur & perpetuo dixi, q̃a (ut inquit Bal. signãter per tex. in. d. l. i.) præceptum factum cum causæ cognitione perpetuum est in l. more col. ii. ad si. ff. de iu. om. iud.

Decimo septimo consulit lex, ut qui petitorio iudicio agere uult, prius interroget eum cũ quo actionem instituit an sit possessor uel dolo desierit possidere, & hoc idem ne frustra experiatur. l. qui petitorio ubi casus ad literam ff. de rei uendica. pulchrè Ro. consi. cccxlii. col. ii. & si dixerit ante litem contestatam se possidere postea negarit tempore sentẽtię eidẽ nõ credetur aliàs esset in facultate ipsius iudicium eludere, quod tamen à iure permissum non est, ut ibi hoc est in d. l. q. petitorio declarat Odof. in l. siue possideris col. iii. C. de proba. intellectus est tamẽ frustra experiri respectu rei, si non possideat, sed nõ respectu sui, ut ibi per Bal. & Angel. & late post Areti. etiam in §. omnium insti. de actio. declarat Feli. in c. aduersario tuo col. v. de exceptio. deducẽdo ut per eum. & quomodo probetur reum dolo desiisse possidere, Ias. in d. §. omnium nu. 79, si eidem denunciauerit se uelle rem uendicare. & ipse postea alienarit uel si post datum porrectumque libellum idẽ fecerit, & in simili glo. in l. Fulcinius in §. quid sit latitare. ff. quib. ex cau. in po. ea. Dy. in regu. pro possesore de regu. iur. in vj. Spe. in §. nunc dicẽdum uer. sed nũquid. de emp. & uend. & ut ille fusius in loco præallega. multa Alexan. consil. lxxii. col. i. uol. iii. & adeo uerum est quod ex consilio legis dicitur in d. l. qui petitorio ut non aliàs locum habeat quod dicitur in l. fi. ff. eo. ti. in mendacii pœnam nisi id seruetur, ut in l. qui seruum in §. qui inter ff. de inter. ac. Gui. Papæ consi. iii. nu. 2. & cum d. interrogatio fiat ad propositum ratione dominii uel quasi, & actionis realis, & ad rei restitutionem fieri debebit ea de re quoque in publiciana, & in hypothecaria l. & quæ nondum. §. quod dicitur ff. de pigno. l. eum qui. §. qui petenti. & §. in publiciana. ff. de publicia. idem Gui. Papæ cõs. lxxxv. nu. 2. quia scilicet in utraq; actione de re, restituenda agitur & ad materiã notandum adhuc est, qđ si dolo desierit possidere reus, condemnabitur quanti in litem iurauerit actor, l. qui restituere. ff. de rei uendi. Idem Alex. cons. xcv. ad fi. uol. iiii. Et quo ad interrogationem decidit Capel. Tholosa. q. not. si petatur certa summa contra aliquẽ, & instet agens ut ante omnia interrogetur si hæres sit ipseq; respondeat petitioni, quod non dicetur lis ob id contestata decisio. xix. & decisio. clxvii. quod post litem contestatam interrogari non poterit an possideat nec ne. Et ibi quam utilitatem afferat interrogatio si fiat ante litem contestam declarat dic ut per eum.

Decimo octauo consulit lex, ut actor priusquam agat bene dispiciat quo modo possit probare id quod est fundamentum suæ intentionis ex quo reus non tenetur edere ipsi rationes suas

ad

ad dictam suam intentionem probandam. l. i. C. de eden. & ibi dixi ego & not. omnes. l. qui accusare l. fi. C. eo. l. actor quod asseuerat. C. de proba. l. cum actum, ff. de nego. gest. l. in illa & ubique per Docto. ff. de uer. ob. l. nimis graue. C. de testi. & hoc ne se sumptibus inanibus uexet ut in simili dicitur in l. i. ff. de inoffi. test. & tanquam temere litigans in expensis condemnetur, iusta tex. in l. eum quem temere. ff. de iudi. l. sacimus. l. properandum §. sinautem alterutra. C. eod. Imò quod hac de re interest minoris, non uexari scilicet litibus laboribus & expensis, usque adeo ut possit in integrum etiam restitui. l. minoribus xxv. an. ff. de mino.

Decimo nono cōsulit lex, si quis dederit dotem filiæ, pactus stipulationis interueniente, si prædecederet, maritus certam ipsius dotis partem retineret, aliam uero restitueret Iuliano cuidam si prędecisset mulier, nec maritus partem Iuliano restituisset, cum pater agere non possit quia sibi restitui, non erat stipulatus, nec Iulianus quia alteri nemo potest stipulari. l. stipulatio ista §. alteri ff. de uer. ob. ut præsidem prouinciæ adeat pater ipse quia examinatis partium allegationibus quanti sua intersit. d. Iuliano partem dotis fuisse restitutā maritum certe quātitatis summa prætaxata, condemnauit l. iii. C. de inuti. stip. & non ab re dicit certę quantitatis summa prætaxata, quia sententia debet esse certa, siue res petatur siue interesse. §. curare insti. de actio. Dy. in l. certi condictio. in prin. ff. si cer. pet. Bal. pulchrè, in l. cum propria per illum tex. & per tex. in d. l. iii. C. si quis alte. uel sibi.

Vigesimū legis consilium est, si adultus cū curatore agat finita cura & exinde trāsigat super pecunia male administrata, quod non ideo minus desistere debet, quominus experiatur adhuc, quoniam si obiicietur transactionis exceptio c. i. de lit. contesta. in vj. replicabitur super unò capiulo tātum factam fuisse, quanquam petitio fuerit generalis. quo casu præiudicare sibi non debet quo ad alia nec obiicienti prodesse. l. age cum Geminiano. C. de transac. & ideo, dicebat Alex. quod separabiliū separabiles sunt causę consi. xlviii. col. vii. uol. iiii. & quod ex separatis non infertur, & quod denique limitata causa limitatum producit effectum, ibidem & bene. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. cum actum. ff. de nego. gest. l. in agris ff. de acqui. re. do.

Vigesimo primo consulit lex. si maritus moriatur, & uxor habuerit constante matrimonio res aliquas ipsius, quas expilauerit, quod hæres eam non accuset crimine expilatę hæreditates, sed potius ad exhibendum agat, & postea actione reali, uel negotiorum. l. hæres. ff. de nego. gest. & nimirum quidem, quia non decet, imprudenterquè ageret alias, quandoquidem uir & uxor sint duo in carne una, unum corpus siue una anima in duobus corporibus, & socij diuinæ & humanæ domus, ut Gen. ii. & in c. sciscitatur. xx. q. iii. & in l. aduersus. C. de cri. expi. hæ. & in l. i. ff. eo. & est simile in actione de dolo, quæ uerbis temperāda est, nec datur in patrem. uel hominem consularem qui præcepte auctoritatis sit, & ut fusius in l. non debet ff. de dolo.

Vigesimo secundo consulit lex, si quis agat, & fideiussorem accipiat, de eo quod iudicatum fuerit à Titio iudice, ut in stipulatione adiiciatur (fideiussio enim regulariter non ualet absque stipulatione. l. blanditus. C. de fideiusso.) uel ab eo qui in titii locum substitutus fuerit, & nimirum quidem, quia non huiusmodi sententiæ substituti scilicet se fideiussor summiserat, & quia de alia re actum erat, deque alia stipulatio interposita l. iii. in prin. l. cum quęrebatur. §. fi. ff. iud. sol. estque planè argumentum apertissimū, fideiussorem stricte obligari, datumque in principali causa in appellatione non teneri ut in d. c. cum apud Deci. in l. ii. nu. 53. C. de eden. & sic non eadem est ratio in causa appellationis quæ in principali ut ex multis tradit idem Deci. in c. pastoralis col. fi. ubi etiā ego, de excep. & quod fideiussio est stricti iuris, quodque non extenditur de casu ad casum. l. i. § uerbis. ff. de ac. & obl. & qđ satisdatio iudicatū solui duret. si sit facta successoris mentio alias non, tradit Bal. in rub. de ap. ad fi. & quod maxime hoc idem habeat locū in satisdatione de iudicato soluendo declarat Abb. cōs. ccxxx. in prin. & ad fin. uol. i. Annotatuque dignum uidetur, quod quanquam fideiussor contractus non liberetur tempore, sed oportet quod instet ut liberetur. secus est tamen in fideiussore de iudicato soluendo & ideo consilium legis sequi oportet eū qui uult fideiussorē adhuc teneri ut supra & nouissime docet idem Abb. in c. constitutus in i. not. de fideiusso. nonnihil Soci. in l. multa testamento col. ii. ff. de condi. & de.

Vigesimo tertio consulit lex, si testator instituat sibi hæredem extraneum, & posthumum pręteream, ut tutores sibi dati à lege uel à iudice, dicant coram eo, testamentum agnatione posthumi ruptum esse, & consequenter contra scriptum hæredem agant petitione hæreditatis, quia nec officiet mota quæstio status, ex quo una cū ipsa petitione cognoscet, nec differretur in tempus pubertatis & super ipsa petitione tm̄ pronunciabitur, & sic uictoriam reportabunt. l. i. C. de ordi. iudicio. mirumque est quod super ipsa status quęstione emergenti, non pronuncietur, ut in crimine falsi. l. ubi C. ad legem Corne. de fal. declarat Ancha. consi. clxxiii. col. iii. & ita per d. l. i. declarat Bar. in extrauagan. ad reprimen. in uer. summariè col. v.

Vigesimo quarto consulit lex, quia substitutio facta duobus impuberibus reciproce, continet uulgarem & pupillraem, si uero disparibus uulgarem tantum, ut separatim fiat quoniam sic in persona pupilli continebitur utraque, vel euitandę quęstionis gratia, bonum erit specialiter in utrunque casum impuberi substituere, si hęres non

non erit scilicet, uel si intra annos pubertatis decesserit. l. iam hoc iure. ff. de uulga. & pup. sub. hinc uulgatum illud prodiit quod una terminatio respiciēs plura determinabilia debet pariformiter determinare, quodque substitutio facta pluribus personis inæqualibus, facta intelligitur eo modo quo posit omnibus æqualiter conuenire, idemque etiam in l. quanuis. C. de Imp. & al. sub. Bertran. pulchre consi. ccxlv. ad fi. uol. i. & idem est in determinatione unius uerbi determinante plura uerba, quia determinat uniuoce & non æquiuoce inquit Bal. in l. precibus col. xii. C. de impub. & al. sub. & quanquam indefinita oratio æquipolleat uniuersali quando est uniformis ratio inclusorum ut not. in l. si pluribus ff. de lega. ii. tradit Dy. in rub. de regu. iu. in vj. in determinatione tamen est secus, quæ uniformiter determinare debet omnia determinabilia ut in d. l. iā iure, & in l. lucius. ff. eo. ti. & in l. in testaamento. C. de mili. testa. idem Bal. in l. si necessarias in §. si annua col. ii. ff. de pigno. ac. Dicebat etiam alibi quod unitas sermonis diuisionem non recipit in c. licet causam col. v. de proba. quodque standum est determinationi legis, quando casus sunt dissimiles & dubitamus nunquid prouisio in unum facti, alium includat si per eam subintelligatur in l. si cum dotē in prin. col. fi. ff. sol. ma. & Bar. in l. cæsar col. x. ff. de publica. & uectiga. quod paria in dispositione debēt esse huiusmodi in effectu. annotatuque dignum est ultimo, propriam uerborū significationē colligi, ultra alios modos ex hoc, quod oēs casus, in oratione positi pariter determinantur, ut signanter declarat per tex. in d. l. iā hoc iure Steph. Fed. in tracta. de int. iu. par. iii. col. pe.

Vigesimo quinto consulit lex, si ueditioni pignoris consentiat debitor, ne ius quod in eo habet, remittere uideatur, sed sibi, saluum sit, ut protestetur, salua scilicet causa pignoris sui consentire. l. si debitor. §. i. ff. quib. mo. pi. uel hypothe. sol. argumētū in l. si quis in cōscribendo. C. de pac. & in l. si quis à filio in §. i. ff. de lega. i. & in l. at si quis in §. pleriq; . ff. de religio. & sump. fu. Alex. cons. lxxix. col. v. uol. i. pulchrè declarat Ro. ubi etiam tex. in d. l. si debitor dicit singu. cons. xciiii. col. pe. melius, & fusius Bal. in l. pacta nouissima col. ii. C. de pac. & ibidem pro intellectu d. l. si debitor, quod si protestatio facta ad aliquid reseruandum sit præter naturam actus, & compatibilis naturæ ipsius, tam actus quam protestatio ualebit. & utilis est etiam protestatio, imò necessaria, si non uult à simili creditor sibi præiudicari per subtilitatem. l. si creditores. C. de pac. ut ibi dicit idem Bal. ad fi. qđ non intendat diuidere, sed ius sibi saluū fore, aliàs facta diuisione (ut ibi rursum legitur) inter correos debē di per particularē receptionem, ius pristinæ obligationis resuscitari non potest. & si Dominus ab emphiteota, qui poterat expelli ob non solutū canonem intra triēnium, receperit pēsiones, nec fuerit protestatus quod non intendebat iuri suo præiudicare, uidebitur uoluisse perseuerare seq; arctasse ad perseuerandum in futurum, nec aliter d. emphiteotam uelle expellere, & ut latius per Alex. consi. ccvi. col. ii. uol. vii. & breuiter nugatio est, quia uerbis dicit debitor se consentire, & tamen protestatione dissentit. & ut not. glo in d. l. si debitor. & in l. si quis filio in prin. ff. de lega. i. & est argumentum in l. obligationum substantia. ff. de actio. & ob. & hinc etiam Plau. amphit. nugas Blactis?

Vigesimo sexto consulit lex, ne labamur errore ut cum peritioribus tractatum habeamus. l. si auiam tuam C. de ingen. ma. & est argu. in l. iuris ignorantiam. C. qui admī. & nimirum quidem, quoniam iuris ignorantia hoc casu non excusat ut ait Feli. in c. per tuas col. ii. de simo. quæ magnam hoībus attulit calamitatē, imò quod demētia quędam est animę, vnde audacia, & (ut in sophista inquit Plato, & ad Dionis ꝓpinquos) omnia mala pullulant, & errorū mater, qua de re est in ecclesia Dei illiteratus fatuus nescio quis, & ipso iure priuati, eligentes illiteratū prælatum & maledictus à Deo Papa illiteratos Episcopos & Cardinales, ad ordines & dignitates Epatus, & Cardinalatus promouēdo, quia splendere debet ecclesia, non ruere inquit Bal. in c. congregato ad fi. de electio. & ad propositum est etiam argumentum in c. ne innitaris de constitutio. & quod ab aliis discere debeamus, quod ignoramus nos, probatur in l. ii. in §. fi. ff. quis ordo in bo. po. ser. ibi, scientiam aut per se aut per alios assequatur consulendo prudentiores, ut diligentiorem patrē familias consulere dignum est. & ad idem si hoc nō fecerit actor imputabitur adhuc quod minus iustructus uenerit ad iudicium. l. si quando C. de dila. l. qui accusare. C. de eden. l. i. C. eo. & ibi in rub. not. Ferrariē. col. iii. dicturq; esse in lata culpa, domestica inquisitione non addiscere ea quæ addiscenda sunt. l. doli mali §. fi. ff. de noua. Bal. consi. cxliiii. col. i. uol. i. Non excusatur etiā qui dicit non credebam, quod credere debuit & peritiores consulere, inquit idem Bal. consil. cclxiii. col. ii. & minus homo nobilis si illiteratus, dicat ut supra se apices iuris nō intellexisse, ob id quia si cum peritioribus cōsiliū habuisset cognouisset facile, ut per eundem Bal. consi. clxv. col. ii. uol. iii. & in simili casu consi. ccccxxxvi. col. i. uol. v. & cum prosit multum conferre cū sapientibus, dicit rursum in c. quia propter nu. xx. de elect. & in c. exposuit nu. 2. de dila. & in c. quintaualllis, nu. 8. de iureiu. collatio omittēda nō est. & si eps fuerit, poterit habere consilium etiam a laico, quanquam causa spiritualis sit, ut adhuc tradit Bal. ubi alia multa in c. decernimus col. ii. de iud. si tamen indigeat ut supra dictum est, alias non oporteret. l. proxime ff. de his quæ in test. delen. idem Bal. in c. sciscitatus nu. 9. de rescrip. qui rursum dicit in c. fi. nu. 4. de postu. plat. quod idem est uehemens dubitatio, quod ignorantia nisi peritorum

peritorum consilio sedetur.

Vigesimo septimo consulit lex, si quis uendiderit rem suam non uili sed iusto precio, ob id quia debitum urgebat & rei familiaris necessitas, vt non quærat uenditionem rescindere, quia sic ab illicita petitione abstinebit, nec repulsam aliter patietur. l. non icirco. C. de rescinden. uend. quod ex eo etiam probatur, quia exceptio in uno casu firmat regulam in non exceptuatis. l. quæsitũ §. denique ff. de fun. inst. not. in c. cum dilecta de confir. uti. uel inuti. sed venditio dolo aut. metu facta rescinditur. l. i. l. si uolũtate. C. eo. vel si ignorarit uenditor. C. eo. ergo non si iusto precio, uel si scienter minus iusto precio facta sit d. l. uẽditor. & ut hic. & hoc casu quia uolenti (ut ibi dicitur & in l. i. in §. usque adeo. ff. de iniur.) non fit iniuria.

Vigesimo octauo consulit lex, si quis rem furtiuam emerit, eam restituat, nec retineat ut præcium sibi soluatur, quia sic non modo damnum incurret, uerum etiam in criminis incidet suspitionem, & cautius negotiari discat. l. inciuilem C. de fur. est uerum quod poterit emens rem furtiuam à latronibus uel à fure consequi precium a domino. l. mulier in opus. ff. de capti. uel si protestatus fuerit emere nomine domini, paratus ei rem restituere restituto sibi precio, ut pulchrè declarant Veronen. cautel. 10. & ad materiã sciẽdũ est, si res furtiua in domo alicuius inueniatur, si non fuerit ipse uir bonæ conditionis & famæ, uitęque inculpatæ, quod eam subtraxisse præsumetur. l. non omnes §. a barbaris. ff. de re mil. l. de minore. §. tormẽta. ff. de quęsti. Bal. in l. fi. in fi. ff. de hære. insti. & ita debet declarari quod dicit Fulgo. consi. clxxv. col. ii. melius & fusius declarat Bar. in d. l. inciuilem, & capella Tholosa. decisio. cli. & Bertran. consi. cvii. nu. 9. uol. i. pro indubitato habentes tandem dominum, rem suam posse à fure uendicare, etiam precio non oblato, ut inquit Abb. in c. iii. ad fi. de pigno. usque adeo ut mirum non sit si negociatoribus hic dicunt Se uc. & Anto. curate igit cautius negociari ne &c. & latrones (quod pro intelligentia notandum est) à furibus distingui, quoniam hii noctu furãtur, die uero illi bona diripiunt. l. i. ff. de fur. §. furtum inst. de ob. quæ ex del. Bertrã. consi. cclxviii. nu. 4. uol. iiii.

Vigesimo nono consulit lex, ne actiones cõtrariæ proponantur simul furti condictio furtiua, actio mandati, puta quia seruis mandatum sit ex pecunia mea prædia comparari, furti enim ad pœnam, condictio furtiua ad rem, & mandati ad implementum pertinet cõtractus ut unam ex his eligam, quoniam contrariæ sunt, una enim factũ improbarẽ altera uero approbarem. allegans autem contraria non est audiendus, ergo, & uidetur casus in l. i. C. de fur. multa Bal. in c. sollicitudinẽ nu. 12. & 13. de appella. ex quo hinc uidemus etiã quod hæreticus (& est not. dictum) non obiicit testi hæresim, quia in alio damnaret, quod in se ipso plurimum approbat ut idem Bal. declarat in c. testimoniũ col. iii. de testi. multa in. l. quoniã C. de hære. & si mandata à simili fuerint cõtraria neutrũ exequendũ est, quod tamen uerum intellige, quando contrarietas est in diuersis literis, ut puta quia unus impetrat iusticiam alter gratiam, uel unus quod procedatur summarie alter ordinarie, & contraria dixi quia simul obseruari nõ possunt, sicuti nec hic agi. & in diuersis literis rursum quia in eisdem aliàs finis corrigit principium. l. si tibi ff. si cer. pe. l. lecta. ff. eo. Bal. in c. sanè nu. 2. de offi. de. Sed uideo tamen si duę sint tabulæ, sique in una scriptũ sit aliquid in alia nihil, quod illi stabitur. l. si binæ. ff. de iniuſ. testa. Nisi dicamus, ut dicit Bal. in præallega. loco & uerissimum est, nihil non habere contrariũ, usq; adeo si uelit quis reprobare meram negatiuam, per cõtrarium, ut non posset quia non ens non habet obicem, & ut ille fusius. & quia alibi ad ornatum. d. l. i. C. de fur. multa congessimus & in lect. & in tractatibus & collectane. hic inde, trãseo, satque erit nunc dixisse consilium legis esse simul proponi nõ debere nec posse, ex quo (ut ibi dicitur) æquitas id pati non uidetur.

Trigesimo consulit lex, si super futuris alimentis transigatur à quibus uita hominis pendet, ut auctoritas prætoris seu pręsidis, interponatur, qm̃ (super præteritis enim libere transigi potest) aliàs transactio foret nulla. l. de alimentis. C. de trãsa. l. cum hi. ff. eo. deq; alimentis debitis iure actionis loquitur tex. utrobique, ex quo proditum est, si ex testamento mariti debeantur uiduę nec petantur certo tempore, quod non poterunt amplius peti, ut declarat Pau. cast. in l. diuortio in prin. ff. sol. mat. Debentur alimenta etiam Monacho, si contra eum Abbas inquirat uel uxori, si maritus pariter eam ad iudicium uocet petique poterunt ut per Abb. in c. cum cõtingat col. xvi. de fo. comp. utrumque dictum ponit Feli. in c. ex parte ad fi. de accusa. & consequenter super eisdẽ transigi, auctoritate prætoria siue (ut diximus) præsidis. nec ab re ad propositum, quia hi quibus relicta erant modico contenti de præsenti, facile transigebant. iuxta illud Claudia.

Omne futurum dispicitur suadentque præsentia fructum. & uulgatum dictũ Ad præsens oua, cras pullis sunt meliora, de quibus in d. l. cum hi iuncta. glo. ff. de transac. ubi alias prætoris seu præsidis interuentu omnia solemniter acta præsumentur. l. i. C. de præd. mino. siue decu. lib. x. rite & recte inquit per iura prædicta Corne. cõsi. cix. col. ii. uol. iii. imò quod bonum est habere iudicis auctoritatem etiam in casibus in quibus non requiritur, ut in not. dicit Bar. in l. creditores, in lectu. in prin. C. de pigno. & Bal. in l. i. in §. nunciatio. ff. de nou. ope. nun. & alibi idem Bal. quod decretum pretoris facit ualere etiam minus legitime gesta in l. ii. in §. si. per illum tex. ff. quod fal. tu. multa Ange. in l. si stipulatus in §. si lancem ff. de sol. & Ancha. consi. xlix. col. pe.

&

& Ro.consil.cclxvii.ad fin.uol.i. & Bald. consil. ccccxlviii.ad fi.& consi.ccccclxxv.col.ii. uol.i.cõsilium igitur legis(his omnibus stantibus & aliis quæ adduci potuissent similibus, de industria prætermissis,ut breuitati cõsulamus, imitatione Iurecon.dicentis alibi.ne res exemplis egeat paucis agam in l.i.ff.de præscrip.uer.& alibi unum proposuisse cõtentus ero in l.i.ad fi.ff.ad legem aquil.& in l.si quis obrepserit.ff. ad legem cor. de fal.unum argumenti causa sufficiat. & alibi. longum est si exequi uolueris in l.etiam ff.de manu.uin.& in l.i.in prin.ff.si cer.pet.ibi.Bene est priusquam ad interpretationem uerborum ueniamus pauca de significatione tituli referre)sequendum est,si id maxime utile sit & bonum, expediat que illi cui consulitur.c.ne innitaris de cõstitu.Areti.insti.de codicil.in prin.qnod tamen non fecit Pompeius nec Cicero, dum illi Sylla diceret caue à iuuene male præcincto. huic uero M.Brutus.ne plus æquo Octauii pucrili ingenio fideret,ciusque potentiam aleret quãquam bono quoniam fieri poterat ut immodica fortuna mutaretur & insolesceret, prout fecerunt postea quoniam illorum insidiis,uterque periit tunc,extinctusque est Si lex tamen permittat,iubeat,seu ualet ad propositum,legi consulẽti nihilominus derogabit,inquit Stepha.fed.in tracta. de int.iu. par.ii.subiiciens tamen postea,quod fatue facit qui consilium legis uon seruat,quodque in periculum incidit,& bene,sicq; fatui fuerunt Pompeius & Cicero ut supra qui amicorum cõsilia spernentes,pariter,se quasi uolentes morti deuouerunt. Finis.

DE INDVLGENTIA SIVE permissione legis & tolerantia.



QVANQVAM lex sit donum Dei,dogma sapientum, & omnium denique diuinarum atq; humanarum notitia, Sanctio sancta iubens honesta & prohibens contraria, & fusius ut in l.i.& ii.ff.de legi.& in c.erit autem lex.iiii.distin.& si has non habuerit partes,non lex sed pestis, & monstrum horrendum ac ingens, ut inquit Cur.iunior olim collega,cons.v.nu.28. permittit tamen aliqua, & non sine causa quidem quandoque quæ aliàs tamen non concederentur, tum maximè & primo quod quisque fœnus exerceat.l.eos.C.de usu.intra legitimum modũ tamen ut ibi dicitur,tametsi centesima olim usura,quoque solueretur,& usura usuræ,quam anatocismon uocant,& male,l.fi.ubi glo.ff.de magistra.conue.l. neque, ff. de usu. permittit igitur, sub dissimulatione quadam,&(ut aiunt) conniuentibus oculis.l.iiii.ff.de manumissio.gratia scilicet maioris mali uitandi,furta,rapinas, latrocinia,& id genus plura,ut pulchrè declarat Bar. in l.cunctos populos,in v.opposi.C.de summa Tri. & fide catho. & bene estq; argumentum in l. ita uulneratus,ibi.quod si quis absurde à nobis hoc constitui putauerit,cogitet longe absurdius constitui,neutrum lege Aquilia teneri. ff. ad legem Aquil.absurdum scilicet tolerari plerunque, ut euitetur absurdius.& in simili in l.fi.& ibi Cyn. C.de fruc.& lit.expẽ .hinc diximus quoq; minus malum esse quod lex sit elusoria quam captatoria,& tolerabile,l.i. §.i.C.de Iusti.cod.confir.Butigel.in l.i. col. iii. ff. de uerbo. obliga. Quia sic Loth etiam Angelis filias obtulit constuprandas, ut maius peccatum Sodomitarum deuitaret,Maluitq; peierare Dauit quàm hominem interficere,c.offerebat,xxxij.q.vij.c.dauit, xxij. q. iiij. c. duo,& seq.xiij.dist.& sic de duobus malis adhuc semper minus eligendum,l.si procurator rei, & ibi glo.ff.de excep.do.not.in l.quotiens nihil,ff. de reg.iur.Et ad usuræ propositum obiter dictũ sit quod collocare pecuniam in diem(ut alibi dicitur,in l.qui mandatum suscepit,ff.man. & in l. si bene,ff. de usu.) nil aliud est nisi dare mutuo sub usuris.& quod fœnus(ut dixi supra)etiã appellatur,quasi fœtus, quia nũmus nummum parit,quod est à natura alienum.eaque rõne τοκος Græcæ,quod est parere, hodie corrupto uocabulo,præposita litera,S,stocus,uerbaq; sunt Comici sic dicentis in amphitrio.

Nam si mutuas pecunias habere non potero, sumam fœnore, quasi dicat lingua Italica, non potendo hauer danari imprestito, ouero à cambio,io farò un stoco.

Secundò permittit lex pari mõ concubinas et cõcubinatũ,ut adulteria,stupra,incestus raptus, & similia uitẽtur,quia minus malum est istud,ex supradictis,& ut habetur in l.in cõcubinatu ff.de cõcubi.& per.Bar.in loco præallc.idest in d.l.cũctos populos.C.de summa tri.& fid.catho.Alex. cõs.i.col.iii.uol.ii. & hac de re forte nõ refert alibi,siue parui refert an uxori uel cõcubinę legata fiant eorum quę empta parataue erant. l.item legato.§.parui.ff. de lega.iii. & si uirtuose in uirginitate,in matrimonio caste,in concubinatu saltem tolerabiliter uiuitur.l.mulier §.cum proponeretur.ff.de condi. & de.c. Nycena Synodus. xxxi.dist.d.l.in concubin atu.& est simile(quod ad utrunque dictum facit & hic & supra)in exactione immoderata debiti,quæ est peccatum, sed id permittit potius Paulus quam fornicationẽ.c. si.xiij.dist.& plus qđ concubinatus est melioris conditionis, quam matrimonium putatiuum ut inquit Ange.in l.Paulus.in prin.ff.de statu hom. permisitq; Moyses potius libellum repudij uxoribus odiosum mitti, quàm uxoricidium committi,ut Deutorono.xxiiii.legitur.et inc.ii,ubi glo. not.x.dist.et quanquam (ut dixi supra) lex permittat concubinatum et usuras, sub dissimulatione quadam,et non sine causa(quod adhuc dictum est)non tamen istud uel illud probat,quoniam non omne quod licet honestum est.l.semper,ff.de ritu nup.c.magnæ.de uoto. Nanque sic

sic

sic quod Imperatori, vel Regi libet, licet, (vt mulier illa (hilsto. nota est) Caracalla dicebat) sed Antigoni exemplo, id sibi tantum licere dicemus, quod natura honestum rectumq; est. Et si permittit (quomodocunque sit) nec concubina vel vir punietur, quia quod fit lege permittente pœnam non meretur. l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adulte. c. qui peccat. xxiij. q. iiij. & ad rationem facit vtriusque dicti, quia sic rursum videmus quod in metu inest cōsensus & dissensus, dissensus ob libertatem animæ, consensus sensualitate, vt maius malū vitetur, estq; declaratio ad l. si mulier. §. si metu. ff. quod met cau. Bal. in c. cū inter. col. ij. de elect. Nihilominus quia & in concubinatu & in vsuris, ita lege humana seu ciuili decisum est, sciendum tamen arbitror de iure diuino secus esse hodieq; fore standum determinationi Sanctæ matris Ecclesiæ, cum vsuras tum concubinas & meretrices prohibentis. c. cum tu. c. quia frustra. de vsu. xiiij. q. iiij. per totum. c. meretrices. xxij. q. iiij. Abb. in c. clerici. in princi. de iudi. & ad propositum adhuc sciendum est, quod sobolis gratia olim habebatur potius concubina quam libidinis, eratq; viro vti vxor. d. l. item legato. §. parui refert. ff. de lega. iii. Imò quòd Corinthiis magno erant meretrices in precio, addentibus eorum solemnibus preces huiusmodi (vt memoriæ proditum est) Dii meretricum numerum augeant. Et quòd coitus concubinarius non puniatur tradit Bal. signanter per tex. in d. l. in cōcubinatu. ff. de concubi. & in l. si qua illustris. C. ad orficia. consi. ccclxxxi. in prin. vol. ii. Imò secundum quosdam (vt ibi subiicit) quod nec in meretrice, violentia punitur. l. verum. ff. de furt. Cyn. plene in l. i. C. de rapto. virgi. nonnihil nos consi. xxxi. nu. 3. vol. ii. & ad concubinatus licentiam facit, quòd Solon non alia ratione quàm adulterii concubinas instituit. duasq; & viginti habuit Gordianus, exq; omnibus filios suscepit, & Priamus sui tēporis appellatus est. Ioco verò Priapus, qđ natura esset prosperior. ride si placet.

Tertiò permittit lex, patri filiam inuentam in rebus veneris occidere, quæ sunt, visus & alloquium tactus post oscula factum quod tamē intelligi debet atque verum est, si eo tempore quo occidit eam habeat in potestate, aliàs non si matrimonio collocauerit, & si incontinenti occidat l. quod ait lex. in prin. & in §. j. ff. ad legem Iul. de adulter. & hoc est quod Solon & Draco aiunt vt. yu vt ibi. Et inuentam dixinus quia non sufficeret si conuicta testibus fuisset vt in simili de lusoribus inuentis in ludo, inquit Albe. q. cxviij. par. ij. in statu. Et ad propositum forte vt ipsius morte contumeliam arcere videatur. l. ij. §. initium. ff. de orig. iur. Ro. sing. o ccxlix. vel & melius quia plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. l. nec in ea. ad fi. ff. ad legem Iuliam de adulte. argumentū in l. isti quidem. ff. quod met. cau. est verum quod omnis licentia hoc quoque casu iure canonum correcta est, nec in foro seculari inq; terris ecclesiæ excusaretur pater vt declarat Imol. in l. quid ergo. in §. si hæres. ff. de lega. j. & Feli. in c. si verò. col. ij. de senten. excom.

Quartò permittit lex, quod maritus pariter vxorem interficiat, in adulterio inuentā. l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adulte. & impunè quidem, imò (vt dicebam proximè supra) quod ad id solet tex. iste allegari, quod pœnam non meretur quod lege permittente fit. Fortè quia difficilè est tam iustum dolorē tēperare vt ibi, & in l. si adulterium cum incestu. in §. Imperatores. ff. eo. glo. in c. si verò. de sent. excom. proximè etiam alleg. Et hoc est quod dicebat etiam Nel. quod prohibita, causaliter tamen licent, quanquā honesta nō sint, vsq; adeò vt nec sit locus querelæ, in j. par. iij. tempo. inq; tracta. banni. q. xij. & probatur in d. l. Gracchus. & in l. ij. C. de commer. & in c. ij. & iij. de homi. & plus quod adhuc permissione legis hoc ipsum pater filio committere potest, non alteri. d. l. Gracchus. vbi etiam Saly. not. & Bar. in l. non solum. in §. si mandato meo. ff. de iniur. & Iaco. Belui. in tit. de quæstio. col. xlv. Feli. in d. c. si verò. & φ iustus dolor sit, liquet ex eo quoniam in mente viri maius delictū est adulteriū, quàm filij mors, fuitq; verbū Bal. in l. in pecuniariis. col. pe. ff. de fer. & in c. ex parte. col. ij. de consue. & consi. clxxvj. col. ij & cōsi. cclxxvij. col. j. vol. v. dixi ego in l. transigere. lectu. ij. C. de trāsac. & probatur secundum cōem inductionē, in l. codicillis. in §. matre. ff. de leg. ij. pleriq; ēt putauerunt, ideò permitti hoc ipsum à lege præsertim Xenophon ille Socraticus, tantoperè collaudatur in lib. qui tyrānus inscribitur, quia sic amicitiam quę est inter virū & vxorem argu. in l. aduersus. C. de cri. expi. hæ. corrūpi putabat. Apud Aethiopas est de adultera quoque domestica vltio, illi enim quorum interest puniunt, adulter verò quadragesima parte mulctatur bonorum. Sub Romulo rursum (vt Cice. inquit) mulierem alterum virum attingentem, marito impunè occidi potuisse sancitum est. Osculaue propinquis non aliis dari potuisse. Et sic denique ab extrinseco, est argumentum iure sit quod sit lege permittente, vt in Topi. inquit ad idem etiam Cice. & cum non sit delictum seu delicti qualitas, quā publica permittit consuetudo, & (vt diximus) lex ipsa secundum Bal. in statut. carcer. nu. 1. non debet quoque quis sub clypeo legis decipi. d. l. Gracchus. l. nemo damnum. ff. de regul. iur. Corn. consil. xlv. col. ij volumi. j. est verum quod non simpliciter permissum est marito vxorem interficere, quanquam ratio videatur generalis, sed ita demum tātum si cum vili & humili persona inuenta sit, vt not. in d. l. Gracchus. & per Felin. in dicto capitulo si verò. subinde declarando etiam hanc licentiam iure canonum fuisse correctam. Et ad propositum adulterij, præter dicta supra, & aliis in locis, obiter nunc sciendum censeo, vt est videre apud Pin-

da. quòd Ixion adulter, rotæ alligatus est apud inferos. quodque adultera apud Cumanos in forum deduci solebat, saxoque imponi spectanda omnibus, inde asinum conscensa perque vrbem ducta, in eundem locum vnde educta fuerat, restitui, & ex illo infamia notatam ὀνόβατιν appellabant, lapidemq; illum ab eo tempore tanquam impurum & detestabilem vitabant.

Quintò permittit lex, vt posit quis vim vi repellere, & sic hominem etiam impunè se defendendo interficere. l. vt vim. & ibi dixi, vbi plenè etiam not. omnes. ff. de iusti. & iure. Et hac ratione vnicuique tenere arma licet, defensionis gratia scilicet. l. penult. §. fina. ff. ad legem Iuliam de vi pub. l. scientiam. ff. ad legem Aquiliam. l. prima. C. vnde vi. dicta l. vt vim. Iacob. Belui. in titu. de inuaso. col. secunda. Et quod si quis se defendat & hominem interficiat, excusetur, tradit Signo. de Homode. nouissimè in l. princeps. ad fin. ff. de legi. Bellumq; necessarium est & iustum ex septem generibus belli de quibus Archidia. in cap. primo. col. j. & ij. xxiii. q. ij. Si quis hinc infra pacis edictum alium vulnerauerit debet sibi manus amputari nisi se defendendo hoc fecerit super exceptione erit locus duello vt in capitulo primo. in §. si quis alium. de pace ten. & eius violato. Pet. Iaco. de monte pessula. in praxi sua de duello. col. prima & secunda. Milo vim à capite suo depulit, ergo Clodium iure occidit. Manulia meretrix cum Hostilium Mancinum noctu percussisset, eique ad populus Hostilius Aedilis curulis diem dixisset, vulnus ex eo lapide ostentans, à populo ad Trib. plebis ipsa prouocauit, & apud eos dixit. Mancinum cum vi irrupisset in ædes suas, vi etiam lapidibus depulsum fuisse, & illico absoluta est, Mancinus verò magistratu priuatus. Vicinus rursum si manus violentas iniecerit in vicinum venditorem perdit ius congrui nisi fecerit se defendendo inquit Afflict. in tracta. iuris congrui. in versi. licet enim. col. secunda. Et qui se defendit dat operam rei licitæ, licet incidèter sequatur illicitum, ait adhuc Bal. in capitulo sacris. de his quæ vi metusúe cau. fi. & si homicidium fuerit huiusmodi ecclesia non polluitur neque indiget reconciliatione, dicit Abb. in capitulo proposuisti. col. prima. de consecra. eccle. vel alta. quæstio hæc an vim vi repellere liceat infinita est, quam Græci θέσιν vocant Latini propositum, positionem, consultationem, quæstionem vniuersalem, siue ciuilem, quemadmodum illud quoque de quo supra, an adulterum vel adulteram occidere fas sit, finita verò quam Græci ὑπόθεσιν appellant, Latini verò causam, controuersiam, siue specialem quæstionem, puta an patri liceat adulterum pariter cum filia inuentum interficere. Imò quod adhuc si homicidium fiat dicta de causa, interficienti non imputatur ad culpam etiam quo ad pœnitentiam imponendam vt per Abb. in capitulo primo. de diuor. & hinc Phocilid. dicere etiam solebat. Ensem accinge non ad cædem sed ad defensionem. Et Albe. in l. ex hoc iure. in princip. ff. de iusti. & iure. quod arma sumere non licet absque licentia principis. l. prima. C. vt armo. vsus lib. x. fallit tamen ad vim iniuriamque propulsandam. & prædicta omnia in defensione extraiudiciali intelliguntur, quoniam de iudiciali habetur in l. defensionis. C. de iur. fis. lib. x. & ita demum vera fore si defensio facta sit cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt not. latè in l. prima. C. vnde vi. vbi etiam Albe. col. finali. & omnes in dicta l. vt vim. & quoniam ibi in collectan. in lectu. & alibi sæpè diximus, de materia ipsius, deque his de quibus hic satis superque nunc transeo, & id solum adde quod idem quod dicitur in dicta l. vt vim. dicitur etiā in l. prima. in §. cum qui. ff. de vi & vi arma. & in capitulo significasti, secundo. de homicid. pulchrè Bald. consil. cxj. in princip. vol. quarto. & cons. cccxij. eo. lib. col. j.

Sextò permittit lex, qđ pater propter nimiam paupertatē egestatēq; victus eū possit vēdere filiū filiamúe. l. ij. C. de pat. qui fil. dist. hoc idemq; etiam continebatur in legibus xij. tab. his verbis *Vendendi filium patri potestas esto*. Et plus quod sub Romulo etiam necessitate non instante famis & (vt dixi) victus vendi poterat his verbis. *Parentum liberos omne ius esto, relegandi. vendendi, & occidendi*. Et ad propositum de quo hic pulchrè Bald. consil. ccc. vj. col. secunda. volu. quinto. & licet filius in hoc grauatus sit, in alio tamen releuatur, quia emptor recuperato precio tenetur etiam inuitus eum patri vel alteri restituere vt in dicta l. secunda. ad finem. & casum singul. dicit Burg. in capitulo primo. num. vigesimo sexto. de emp. & vendi. & benè quoniam est contra regu. l. dudum. & l. inuitum. C. de contrahen. emp. Imò quod poterit cogere patrē vt eum redimat si peruenerit ad pinguiorem fortunam dicunt Bononien. in rub. de fideiuss. col. lij. & de necessitate famis & victus loquitur dicta l. secunda. quia alio casu simili eius decisio locum non haberet vt ibi not. pulchrè Bal. consil. præallega. ccccvj. & in l. si pupillorum. in §. si prætor. ff. de reb. eo. & Bartol. in l. si constante. nume. 38. ff. solu. matrimo. Roma. consil. cl. col. secunda. Ancha. in repe. c. canonum statuta. col. xlix. de constitu. Bononien. in tracta. de de sorte. col. xviij. idem Bald. in l. non dubium. col. secunda. C. de legi. Ias. in auth. res quæ. col. ix. C. communia de lega. est verum si filius esset clericus quod pater hoc idem facere non posset vt per Host. in c. indecorum. de æta. & quali. multa Bononien. singu. cj. & in rub. præallega. de fideiusso. col. xxvij. Et est simile vt declarat Barto. quia pater ius habet in filio, eidem iubet, ipsumque choerceat vt infra & tamen si fuerit clericus secus, cons. lxj. col. ij. & est argumen. in l. si seruus. C. de episco. & cleri. & eadem necessitate

te choactus vasallus poterit vendere feudum etiã domino irrequisito, quod tamen disputat Cur. iuni. olim collega, in feud. par. iiij. quæst. xvj. & adhuc redeundo vnde discessimus nimirum est si permittitur patri, quia necessitas facit licitum quod aliàs non esset maximè famis vt dictum est, nouissimè ad idem Bald. in capitulo si CHRISTVS. nume. quarto. de iureiuran. in casu necessitatis tamen, quanquam famis non sit & victus, dat pater filium pro obside, & Abbas monachum (quod nota) vt idem Bald. dicit & firmat in capitulo quemadmodum. nume. octauo. de iureiureiuran. Feli. in capitulo ex rescripto. col. secunda, & tertia. eod. titu. & omnia ista sunt effectus patriæ potestatis, quæ sacra est, & vtique talis est neque cogi possit pater ipse ad filium ipsum emancipandum si nolit, & inæstimabilis quidem. l. filiusfamilias. §. secundum vulgarem formulam. ff. de leg. primo. verum (quicquid sit) cogitabam ego aliàs, legem prædictam conditam esse, non quod putauerit autor verisimiliter patrem idem facturum, qui filium plus diligit quàm seipsum l. isti quidem. ff. quod met. cau. quique bonum consilium semper capit pro filio, sed vt ostenderet potius qusnta esset ipsius patris in filios potestas, nec ab re sanguinolentum eum vocat exinde in d. l. ij. si hoc faciat. Vel dicamus, sic sppellari vltra alios (in lib. variarum lectionum enim multa scite admodum eleganter & copiosè congerit Couaruuias Rererendissimus) quia vendendo pater filium suum, quãquam prætextu famis & victus, sanguini suo non pepercit, quasi se ipsum vendiderit, l. si. C. de impube. & ali. sub. Bal. in l. qui in prouincia. in §. diuus. col. j. ff. de ritu nup.

Septimò permittit lex, quod necessitate famis & victus causa, possit quis furari. c. si quis. de fur. cum tamen furtum sit cõtractatio rei alienæ fraudulosa, & inuito quidem domino facta. l. j. ff. de fur. §. furtum. institu. de obli. quæ ex delic. nas. §. dupli. §. quadrupli. institu. de actio. & nimirum quia necessitas nulli legi subiecta est. l. j. ff. de offic. consu. l. quarta. §. fina. l. aliquando. ff. de offic. procon. cap. remissionem. j. q. j. c. consilium. de obserua. ieiu c. quod non est. de regul. iur. Feriis caret inquit Pallad. de agricultu. c. vj. ingens telum est, & (vt lingua Italica dicitur) can per fame fa forame. & quia tempore necessitatis omnia debent esse communia: c. sicur. xxx. dist. tradit ad propositũ Iacob. de Nig. in l. j. in gloss. non aliter. vbi & nos sliquando in j. ij. & iij. lectu. ff. de offi. eius. Ancha. cons. ccccix. col. penul. Abb. in c. si læserit. de iniur. sentiunt Bononien. singu. cj. & hoc est quod dicitur Prouerbiorum sexto. ibi. non grandis est culpa cum quis furatus fuerit, furatur enim vt esurientem impleat animam. Et ex multis ad idẽ dicit Rom. quod actus ex necessitate factus non comprehenditur sub lege prohibente actum fieri, cons. ccxix. nu. 9. est verum quod hæc necessitas mulierem à fornicatione non excusat vt not. in d. l. si quis. Flo. in l. item quàuis. in §. j. ff. communi diui. & probatur in l. palam. in §. non est ignoscendum. ff. de ritu nup. horribilia tamẽ tua la facit (vt diximus) famis necessitas, acutissimus ensis. l. comparationem. C. quib. mune. lib. x. Bal. in l. pactum. ad fi. C. de colla. Tamen aduerte quia absolutè nõ permittit lex in loco prægal lega. d. c. si quis, sed cibaria tantum & similia. & plus quod punit etiam, quia furi pœnitentiam iniungit. Vel dic aliter, quod fur non sit neque propriè furtum, ex quo dicto tempore, cum omnia communia esse debeant vt supra facta est furantis iure poli, vt declarat Ias. in l. admonendi. col. vij. ff. de iureiu. multa Cassane. in consuetud. Burgun. Se aul. com. simp. lar. §. v. ver. primus ergo casus. col. ij. & cogita.

Octauò permittit lex, quod seruus possit esse argentarius. l. prætor ait. §. sed & si seruus. ff. de eden. not. in l. j. C. eo. & mirum est cum argentarij officium atque ministerium publicam habeat causam. l. argentarius. in princip. ff. eodem. ideò seruus tabellio esse non potest. l. generali. C. de tab. lib. x. Sed nihil est, quia aliud est quod sit publicum & publicam habeat causam. Publicum enim tabellionis est, publicam verò habet causam, id est medium tenens inter publicum & priuatum, Argentarij vt dixi ego in in dicta l. prima. C. de eden. Bal. pulchrè consil. cxlix. ad fi. volu. j Stant igitur ista simul quod non possit esse tabellio & tamen possit exercere officium argentarij. maximè quia iussu domini id facit vt dicitur in d. §. sed & si seruus. & est argumentum ad propositum in l. si mihi & tibi. in §. regula. ff. de lega. j. & in l. si quis mihi bona. in §. iussum. ff. de acquiren. hæredi. Imò quod olim etiam serui erat præpositi tabulis publicis (vt memoriæ proditum est) quanquam Archadius postea eos prohibuerit prouisione. d. l. generali. C. de tabul. lib. x. Est verum quod hodie argentarios non habemus, quodque eorum loco successerunt tabelliones, vt vult Bald. in l. prætor in princip. ff. de eden. nonnihil Cardi. in clemẽ. j. in §. cæterum. col. ij. de vsu. vel mercatores si eorum libris ex consuetudine credendum est, vt per Bald. in d. l. prætor. col. ij. deque argentariis aliàs (obiterque dictum sit) & nummulariis in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccle. & in l. si vnus. & in l. idem. ff. de pact. & in l. si plures. ff. eodem. & in l. si duo. ff. de arbi. & in l. quod priuilegium. ff. depo. Erantq; insuper argentarij qui publicis præerant mensis, & apud quos pecuniæ deponebantur, nec aliud eorum officiũ quàm rationes inscribendi in actionibus & aliis hominum contractibus. Nummularij verò qui priuatas habebant mensas, nihil distantes ab argentariis, nisi quod illi publico muneri præficiebantur isti verò priuatis quæstibus insudabant. Et hinc Mensarij etiam appellati fuerunt, & vulgo ab aliquibus;

Trapezite. quanquam argentarium pro fœneratore vt plurimun vsurpet Comic. Quare tamen Augusti pater Octauius, hoc nomine fuerit vocatus, ipse verò Corinthiarius, ad statuamque eius sic proscriptum, *Pater Argentarins, ego Corinthiarius*. Ioco potius quàm serio, Beroal. lege, in vita Augusti, de nota preciose suppellectilis & ride si placet.

Nonò permittit lex adhuc, quod adeat hæreditatem, & bono. pos. agnoscat. l. si mihi & tibi. §. regula. ff. de lega. j. l. neque. l. cum proponas. C. de hære. insti. l. non minus. ff. eod. l. seruus. ff. de bon. pos. primo casu tamen iussus præcedere debet. l. si quis bona. §. iussum. l. qui in aliena. ff. de acquiren. hæredi. Secundò verò ratihabitio sequi, & si de conditione serui prætor etiam certus, quoniam absenti quoque & non petenti dari potest. d. l. seruus, & idem in filio cum hæreditatis ratione tum bono. pos. quod primo casu, casu iussus pariter præcedat secundò verò pater ratum habeat. d. §. iussum. & d. l. qui in aliena. l. j. C. qui admi. ad bon. pos. possunt. Et ni mirum quanquam seruus legitimam personam standi in iudicio non habeat. l. seruus. C. de iudi. l. seruitutem. l. quod attinet. ff. de reg. iur. & inst. de obliga. in prin. nec filius absque consensu patris. l. fina. §. necessitate. C. de bonisque lib. quoniam non in forma iudicio fit aditio, vel bo. pos. agnoscitur. l. pro hærede. ff. de acquiren. hęredita. d. l. j. & ibi not. C. qui admi. l. fina. eod. tit. & ad propositum est argumentum in l. iij. in §. acquirere. ff. de bon. pos. Sed mirum videtur, quod per alium, hoc est per seruum, hęreditas adiri possit, vel agnosci bon. pos. vt supra, hæreditas autem per procuratorem non. l. per procuratorem. ff. de acquiren. hæredi. Nisi respondeamus vt per Alex. in l. bonorum. col. iij. C. qui admit. quod illud ideò fit, quia aditio non potest fieri per eum in quo non videatur representari persona hæredis, agnitio autem sic. d. §. acquirere. Verum ad serui propositum difficultatē moueo, quo modo esse possit quod ad bo. pos. agnoscendam admittatur, nanque sic erit facti, & non iuris, vt dicitur in l. tertia. in §. bonorum. ff. de bon. pos. nec ad ea quæ iuris sunt admittitur. l. quod attinet. ff. de regul. iur. §. sed cum factum. institu. de stipu. seruo. est iuris & in seruo tolerabile est quia nomine domini petit vt not. in d. l. seruus. Ro. sentit difficultatē perpendens in rub. qui admi. col. iij.

Decimò permittit lex, quod etiam fœmina, vt seruus & filius vel alius, agnoscat bonorum pos. dicta l. seruus. ff. de bon. pos. ibi ergo & fœmina. quæ illatio tamen (quanquam sit Iuriscon.) inepta mihi videtur, nam seruus potest officium argentarij exercere vt dixi supra. l. prætor ait. §. sed & si seruus. ff. de eden. & tamen in fœmina secus est. l. j. C. eod. l. fœminæ. ff. eod. & attento eo quod dicitur in d. l. seruus. sic etiam ibi dici debuisset, si seruus potest ergo & fœmina. Cogita. & ad propositum etiam mirum est, quod possit pro alio bo. po. agnoscere, & masculinum de quo in l. iij. in §. acquirere. ibi per semetipsum vel per alium. ff. eo. concipiat fœmininum, iuxta regu. l. j. ff. de ver. sig. cum non possit pro alio postulare. l. j. §. sexum. ff. de postu. neque esse in iudicio & officium procuratoris exercere. l. fœminis. ff. de procurato. neque esse tutrix. l. fina. ff. de tute. neque (vt dixi) argentaria. dicta l. fœminas. ff. de eden. neque cœtibus virorum aliter se immiscere. c. mulieres. de iudi. in vj. Nisi dicamus vt supra. & not. in d. rub. & l. j. C. qui admi. id forte esse & permitti, quia non in forma iudicij petitur, & à ratione cessante, tolerabile est, vt in seruo, filio, & aliis. vulga. l. adigere. §. quanuis. de iu. pat. c. cum cessante. de appel.

Vndecimò permittit lex, quod filius emancipatus agat contra patrem (iudicium enim inter eum & filium esse non potest. l. lis nulla. ff. de iudi.) & nimirum quia iudicia sunt iuris ciuilis, vt not. insti. de obl. in prin. & patria potestas huiusmodi. l. nam & ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. emācipati verò incogniti, & extranei vt in §. emancipatos. insti. de hære. quæ ab inte. def. ideò in potestate existentes patris nō agūt, emancipati autem sic permissione legis, & ob id, dicit Bal. alibi quod à nexu patriæ potestatis, id est ab obligatione (nexus enim idem est quod obligatio, & nexus homo obligatus, hinc Cice. j. de ora. Nexorum iura versantur in causis centum viralibus) liberatus, post emancipationem dicitur paterfamilias, duasq; familias esse, duosq; patres familias, cons. cxxxviij. vol. j. & confert ad tex. in l. pronuntiatio. in §. familiæ. ff. de ver. sig. est verū quod non simpliciter agit, sed venia petita prius quasi præambulo quodam, quo ad agendum foret habilis, & nō temere patrē in ius vocaret, cui reuerentia debita est & honor, ēt si naturalis sit filius & vulgo quæsitus. l. parētes. ff. de in ius vo. l. j. §. quę oneranda. ff. qua. re. actio. nō de. & qua ratione etiam petitur, si aduersus matrē agere velit, nō habentem filiū in potestate, & ob id nec in ea cadant emancipatio & nexus. §. fœminæ. insti. de adop. l. illud. §. ad testamenta fœminarū. ff. de bo. pos. con. tab. Bal. in l. fi. in fin. C. qui & aduer. quos. & probatur ad propositum vtrunq; dictū in l. fi. C. de in ius vo. & idem quod in filio hic dicitur seu hoc casu, non aliter dicitur etiam in liberto, qui si absque venia his patronū, ille patrē, in ius vocauerit obiicietur eis punientur pœna 50. solidorum nec ad agendum admittentur. l. fi. ff. eo. & appellatur translatio imperfecta (vt dicunt Rhetores) per locum à qualitate. & idem in fisco. l. bene à Zenone. C. de quad. pręscr. Bald. in Marga. fiscus. nu. 2. non totum tamen vt dicit postea in c. j. ad fin. de mili. vasal. qui contu. est in vsib. est verum si quis velit agere contra principem, quod teneretur petere veniam vt per glo. in d. l. bene à Zenone, inquit Feli. in c. j. col. v. de proba.

Duode-

Duodecimò permittit lex, quod ius quis aliquando sibi dicat, quãquam aliter habeatur in l. j. C. ne quis in sua causa. & in l. pe. ff. de arbi. & in l. nullus. C. de iudæ. & speciale sit in principe. l. proximè. ff. de his quæ in testa. del. quia videmus quod creditor auctoritate propria debitorem fugitiuum capit. l. ait prætor. §. si debitorem. & ibi not. ff. quæ in frau. cred. multa Bal. in Marga. fugitiuus. nu. 3. & 4. quodq; pro mercede exceptor aut quiuis alius librum retinet vel aliam rem, vt inquit gloss. in l. si non sortem. in §. si centum. de condi. inde. donec sibi soluatur debitum. Vel si bos vicini à domino fundi in eo inuentus, donec damnum emendet, secundum Bart. in l. hoc amplius. in §. de his autem. ad fi. ff. de dam. infec. & quod si iniuria iudicialiter fiat iudici, quæ sit notoria, ipse met punit iniuriantem, dicit Cyn. in dicta l. j. C. ne quis in sua cau. & Innocen. in c. ex parte. de verbo. significa. & Henric. Boich in c. j. de offic. deleg. & in singu. suis iudex. nu. 1. & idem in famulo qui potest spoliari auctoritate propria pariter, nisi vestes fuissent datę sibi æstimatæ, & rationem assignat pulchrè Bald. post Bartol. in l. in his. in §. seruis. col. ij. ff. solu. matri. Permissione legis occupantur quoque bona eorum qui statuta faciunt contra libertatem ecclesiasticam. authen. cassa. C. de sacrosanct. eccle. de quo non est recordatus. Soci. regu. cxcv. Obiterque dictum sit, quod ciclopibus, apud quos aliquando fuit Vlisses Homericus, nec fora sunt, neque iudicia, imò quod quisque sibi auctoritate propria ius dicit. Idemque Home. auctor est Odysseæ lib. ix.

Decimo tertiò permittit lex, filium si pietatem patriam non agnouerit, ab ipso patre, iure patriæ potestatis posse castigari, & si in pari contumacia perseuerauerit, posse rursum offerri præsidi prouinciæ, sententiam dicturo, prout ipse pater voluerit, casus est in l. tertia. C. de pat. potesta. Et ideò (quod quàm maximè est notandum) hac ratione, quia talis castigatio permissa est, non licet filio eidem patri resistere, vt pulchrè declarat Bartol. & alij in l. vt vim. in gloss. prima. ff. de iusti. & iure & idem quod in filio dicunt etiam ibidem esse in seruo: argumentum in §. idem iuris. institu. de stipulatio. seruo. Solon quoque Atheniensibus legem tulit qua permittebant patribus proprios interficere filios, de quo nonnihil etiam in l. in suis. ad finem. ff. de libe. & posthu. dictumque est supra licet ad aliud, olim etiam in legibus duodecim tabularum. Et sub Romulo, parentum liberos omne ius esto relegandi, vendendi, & occidendi: qui mos tamen exsoleuit, sed & melius audi quod in Deutorono. dicebatur cap. vigesimoprimo. ibi, Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris & matris imperium, & choercitus obedire contempserit, apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius & ad portam iudicij, dicentq; ad eos. Filius videtur iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vocat, & luxuriæ atque conuiuiis, lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatur malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat. nonnihil Felin. in cap. licet hely. in princip. de simo. Boer. decisio. cclxxv. nume. 3. par. secunda. & decisio. ccciiij. nume. tertio, ead. par. Est verum si pater nimium seuiat, quod cogetur cũ emãcipare, l. fi. ff. si quis à pa. fue. ma. l. si lenones. C. de epis. aud. Por. institu. de his qui sunt sui vel alie. iu. in prin. col. ij.

Decimo quartò permittit lex, imò docet patrem mentiri in l. j. C. de bon. mater. & nihilominus in pœnam mendacis nonnihil etiam statutum est. l. fina. ff. de rei vendi. vt si de mendacio conuincatur reus, possessio in actorem transferatur vt ibi. & in l. & si legibus. C. si con. ius vel vtil. publi. quod mendax precator careat pœnitus impetratis. Et verè mendax similis est furi. l. hæreditatum. §. fina. ff. ad legem Falci. dicit etiam Solomon Prouerb. vj. Sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima, oculus sublimes, & linguam mendacem quod & fabella Aesopica indicat, pauperis egrotantis, qui diis bobus. c. obtulit si conualuisset à morbo liberatus cap. ex pacta formatos sacrificauit, cumque iussu illorum ad littus applicuisset thesaurum repertum à piratis captus venditus est. quia mendacium dixerat. Et sic ex his mirum videtur. sed nihil est, quoniam bene permittit sed non docet, vt ibi dicit gloss. & malè, estque intellectus ad text. in dicta l. prima. C. de bon. mat. vt dicimus sic & ipsum exponamus. Docere enim pater debet, id est solet proprij iuris cã rem esse &c. l. j. in princip. iuncta gloss. ff. de hæred. instituen. Aliàs docendo (vt dicebatur) pręberet occasionem delinquendi & rursum malè. l. conuenire. ff. de pact. dota. igitur & rursum, sic dictum verbum exponi debet ne in absurditatem incidamus. l. nam absurdum. ff. de bon. lib. pulchrè Abb. in c. j. de clandest. despon. Cogita.

Decimo quintò permittit lex, qđ pater possit bona filij sui materna in quibus habet vsumfructum, & quarum est etiam legitimus administrator, ea alienare. l. j. C. de bo. mat. proximè allega. & ibi dixi latè, & nimirum, quia si ipsum corrigit & castigat. l. iij. C. de pat. potesta. & dictum fuit supra, si poterat olim ipsum rursus occidere. l. in suis. ad fin. ff. de lib. & posthu. & vt in l. duodecim tabula. ibidem recitata. Si vendere necessitate famis & victus. l. secunda. C. de pat. qui fil. distra. (quod adhuc superius tactum est) & si ipsi denique iniuriam factam remittere, eumque ab actione excludere. l. sed & si. §. filiofamilias. & ibi not. ff. de iniur. plene Boer. decision. cxx. par. prima. multo magis debet posse alienare bona filij,

quanquam sua non sint, & quanquam ut sua distrahat, l. quanto magis. ff. de iureiu. auth. multo magis. C. de sacrosanc. eccle. & maximè quoniam omninò possunt semper uendicari, nec ulla præscriptione acquiri emptori, qua de re cõsulit lex præter cætera dicta supra (& erit consilium vltra præfinitum numerũ. xxxj.) vt sibi prouideat emptor, & fideiussorem accipiat in patre etiam inuito, quasi euictio immineat in limine cõtractus. l. si post. C. de euictio. & vt per glo. in d. l. j. & bene, ex quo alienatio in præiudicium filij fieri non potest vt etiam inquit Corn. cons. ccxlv. col. iij. vol. iiij. & Bal. pulchrè in l. j. ad fi. C. ad exhiben. Bertran. cons. xxiij. in prin. vol. j. & consil. xxxv. nu. 16. eo. vol. Alex. cons. xxvj. col. j. vol. v. & cõs. xxviij. col. pe. eo. lib.

Decimosextò permittit lex, quod possit quis redimere sanguinem suum qualitercunq; l. j. ad fi. ff. de bo. eo. qui sibi ip. mor. conscine. ponderandaq; est dictio geminata qualitercunque, vt ponderat Saly. in l. si serui vestri. C. de noxal. act. latè Alex. cons. ccj. col. iij. vol. vij. & Gemi. cons. xxxv. col. ii. Gozadi. Bononien. consil. i. nu. 19. & cons. xiiii. nu. 22. & ideò Christianus hac ratione poterit vti sine peccato ad sui defensionem auxilio, & adiutorio etiam infidelium, vt ex multis tradit Old. cõs. lxxi. col. i. & trãsigi vel pacisci de crimine capitali pœnã sanguinis ingerente exceptio adulterio tñ. l. trãsigere. & ibi nos multa maximè in ij. lectu. C. de transac. & nimirum quia si permittit quod quis sibi ius dicat auctoritate propria, & quod hominem interficiat. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. & in l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adulte. quanto fortius permittere videtur quod transigat & pacifcatur, auth. multo magis. C. de sacrosanc. eccle. l. quanto magis. ff. de iureiur. c. cum in cunctis. in prin. de elec. & intellige (vt in vsura diximus, & in concubinatu) quod permittat conniuentibus oculis. l. iiii. ff. de manu. non quod expresse hoc ipsum probet & admittat, vt inquit Bal. in d. l. transigere. col. ii. & ad propositum longe facilius hoc idem permittitur redemptio scilicet quam impugnatio. l. quoniam Alexandrum. C. ad legem Iul. de adulte. c. cum inter de excep. Imo. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. hinc captus etiam & carceratus si fugiat redire non tenetur, vt inquit Feli. in c. j. col. xiiii. de consti. & Areti. in c. accedens. nu. 15. quod reus non potest in causa capitali, temerarius vel calumniosus litigator hac ratione videri, de accusa. & alibi Ferrarien. in l. ij. col. x. C. de eden. quod reus poterit acta originalia etiam occultare. Et in d. l. trãsigere. col. ii. C. de transa. post Bal. in l. generaliter. C. de episco. & cle. quod in criminalibus nõ debet reus adhuc in expen. condemnari. & licet in reo considerari uideatur ratio hæc, attamen in actore quoque locum sibi vendicat propter pœnam talionis in quam actor incurreret vt subiiciunt in d. l. transigere. col. v. & quia (vt dixi supra) multa à me ibidem, ad materiam conscripta fuerunt, transeo nunc ad reliqua.

Decimo septimò permittit lex, quod quis locupletetur cum aliena iactura, imò ecclesia ipsa etiam, quæ tamen iustitiæ est cultrix. c. j. de alie. feu. in usib. et est ad idem tex. in l. iubemus nulli in §. sanè iuncta glo. C. de sacrosanc. ec. & nihilominus est hoc idẽ à natura penitus alienum. l. nã hoc natura. ff. de cõd. ind. c. locupletari de regu. iu. in vj. forte quia summa est rõ quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de religio. & sump. fu. Tolerabile quoque atque legis permissione, in usucapione propter donum publicum, & ne dñia diu & fere semper sint incerta ut in l. i. ff. de usucap. & est casus in quo æquitas derogat æquitati ut inquit Io. And. in addi. Spec. ad rub. de suc. ab int. & Cy. in l. i. C. ad legẽ Iul. de ad. & Pau. Cast. cons. lxxxiii. col. i. uol. ii. Nec secus dicimus in casu. l. fi. C. de neg. gest. & ibi not. Alexan. col. i. ubi prohibitio domini tollit actionem negotiorum gestorum, in his quæ post prohibitionem gesta sunt, & sic cum iactura negotiorum gestoris locuples fit & nimirum quia imputandum est ei qui contra prohibitionem facit vt etiam dicit Pau. Cast. cons. ccxlviii. col. i. vol. i. Iactura afficit reus quoque actorem, cui non edit, & hac ratione ius suum amittit actor, quia nec intentionem potest fundare, rei editione destitutus, cui rursum indulget lex, atque sic permittit ut cum actoris locupletetur iactura, l. i. l. fi. C. de eden. nec abre quoniam actor ipse debet venire ad iudicium instructus. l. si quando. C. de dila. nec sunt sumenda arma de aduersarij domo, ne dicat Heu patior telis vulnera facta meis. l. nimis graue. C. de testi. sicq; lex vetabat olim testem a defensore accusatori dari, vt in verrem aiunt quidam & bene, desumptumq; id est forte à decisione. d. l. nimis graue, de quo etiam in l. de minore. in §. tormenta. ff. de quæstio. Sicq; etiã alibi dicitur, quod si hæres agnoscat legatum inualidum idq; promittat, præstare cogitur, & pari modo locupletabitur sic legatarius cum ipsius hæredis incommodo & iactura. l. non dubium. & ibi Bar. in prin. C. de testa. Imò quod licitum est cuilibet sibi prospicere & suam cõditionem facere meliorem, citra & extra rem, etiã cum aliena iactura, legis permissione. l. Proculus. ff. de dam. infec. Stepha. fed. in tracta. de int. iu. par. i. & in casu l. fin. C. ad legem Falcid. si hæres falcidiam non retineat. Et quando annone caritas durauit modico tẽpore ne debitor ad æstimationem quanti plurimi teneatur, vt declarat Imol. in l. precia rerum. ad fi. ff. eo. di. x i ego in l. vinum. ff. si cer. peta.

Decimo octauò permittit lex vt pupillus, etiã sine tutore, meliorem conditionem suam faciat, casus est insti. de aucto. tuto. in prin. & si quis cũ eo contrahat, sibi contrahentem obligat, & non obligatur, contractusque sic claudicabit, vt ibi gl. declarat, & probatur in l. Iulianus. in §. si quis à pupillo. ff. de ac. emp. mero ipsius pupilli fauore, qui non potest absque tutoris auctoritate obligari

ligari nisi obligatio redundet ad sui commodum puta quia sit per acceptilationem liberatus vt in l.ii.ff.de acceptila.& ibi not.Corset.in singu.suis pupillus.j.& ad propositum multa Ro.congerit, cons.cccxvi.col.i.& Nel.de banni.in iii.par.ii.tē po.q.lxxi.col.ii.& idem in procuratore dicimus permitti pariter quod domini conditionem faciat meliorem ipso ignorante,non deteriorem.l. ignorantis,& seq.ff.de procur. Nec secus in alienante rem ecclesiasticam, sine licentia superioris,vt per Bal.in l.contra iuris.in prin.ff.de pac. & in l.cum hi.in §.causa.ff. de transac. Corse. in loco præallega.

Decimonono permittit lex ferè ad idē, quod procurator possit exigere nouare, & aliud pro alio permutare,& creditoribus etiam soluere, & breuiter omnia facere,quæ posset dominus ipse, si tamen sit cum libera, aliàs non nisi habeat speciale mandatum.l.procurator cui.ff.de procu.& nimirum quia mandatum habet indefinitum, & sine vlla choartatione,vt statuto à simili, concedente prioribus generalem Bailiam in omnibus agendis ciuitatis exēplificat Bal.cons.ccclxxxiii. col.i.uol.iii.aliàs non differret à mandato generali,cum aliquali limitatione,quod ad aliam speciem non trahitur.l.cuicunque.§.non tamen. ff. de instito.ac.exemplificat Bal. in loco præalleg. vbi multa.Nec aliud verbum cum libera sibi vult nisi prærogatiuam quandam absolutam, & dominium supra actum cui additur, vt signāter per tex.in d.l.procurator cui.dicit Ancha.cons. lvl. col.i.& Abb.in c.ex parte decani.ad fi. de rescri. quod poterit etiam literas impetrare.est bene verum quanquam iste etiam possit transigere quāquam dictum non sit,in l.præallega. quia exempla non restringunt regulam.§.hactenus.institu. de gradi.quod tamen hoc idem nō permittit lex prælato,aliàs etiam posset alienare quod est absurdum,vt per Bar.in l.nulli.ff.de transac.& in l. Imperatores.ff.de pac.glo.in l.præses.C.de transac.omnes in c.contingit.extra eo.Feli.in c.edoceri.col.iiii.de rescrip.

Vigesimò permittit lex, quod aliquo casu legatarius qui legatum capere debet de manu hæredis.l.j.ff.quorum legato. capiat tamen auctoritate propria,si id iusserit testator, cuius voluntatis executor est lex.l.j.§.j.& ibi not.ff.eod.l.pe. in fi.prin.C.de necessa.ser.hær. insti. ibi semper vestigia sequimur voluntatis testatorum. Et ad idem facit tex.in l.Titia cum testamento.in §. j. ff.de leg.ij.quod propria auctoritate aliquando capiat.Et si prohibeat testator detractionem falcidia hoc ipsum voluisse videtur vt per Alex. in l.j.in §.substituere.col.iiij.de vulga.& pupil.sub. & in l.si filius.col.vj.ff.de lib.& posthu. Vel si dixerit vim fieri veto legatariis meis.l. pen. §. species.& ibi Seysel.ad fi.ff.de acqui.pos. Institutus quoque in re certa dato sibi cohærede vniuersali,habetur legatarij loco. l. j. §. si ex fundo.ff. de hære.insti.& legatū adhuc capit auctoritate propria quia sibi licētia data videtur à testatore, hoc idemque(vt dixi)permittit lex, & tradit Ias. in l. quotiens.col.vlti.C.de hæ.inst.dixi ego in auth. ex causa.C.de libe.præte.& si alicui seruitus legata sit ipso iure constituitur,vsque adeò ut legatarius eundo licentiam nō petat ab hærede.l. seruū filij.§.fi.ff.de lega.j.Flo.in l.si iter.ff.de serui. & est simile in filia,si testator relinquat,quod domum redeat si remanserit vidua, vt sibi licētiam dedisse videatur,redeundi auctoritate propria,ex quo verba executiua diriguntur sibi, & declarat Bal.cons.lxxxvj.vol.j.& in tutore qui sine decreto nō administrat nisi testator iusserit,vt per Bar. in l.legitimos.in prin.ff.de legi.tuto. & in l. tutor qui repertorium. ff. de administra. tuto. Ias. in l.non dubium.C. de lega. Bertran. cons. clxij. nu.2.vol.ij.

Vigesimo primò permittit lex, quod auia & mater,tutrices esse possint,quanquam tutela regulariter fœminis(vt suo loco dicemus)prohibita sit,auth.matri & auiæ.C.quando mul.tute.of. fi.funda.Imò quod signanter tutela permissa dicitur,ad differentiam eius,quæ iusta est,agnatorum scilicet,vt declarat Bal.cōs.ccxxiiij. in prin. vol.j. & plus quod olim & hodie legitima dicebatur vt illa agnatorum, quoniam olim deferebatur auctoritate legis animatæ,concedebaturq́; rescripto principis vt in l.fi.ff.de tute.hodie autem auctoritate legis mortuæ vt per Cy.in d.auth. matri & auiæ.col. iij. & tutori testamentario etiam præferetur mater,secundum Bald.cons.ccccclxx. col.j.vol.iij.multa tamen Corn.cons.clxxv.col.j. & ij.vol.iij. Est verum quod ad tutelam suscipiēdam non compellitur legitimi autem sic.d. auth. matri & auiæ.l.legitimos.ff.de legi.tuto.l.j. ff.de admi.tuto.Ancha.cons.ciiij.col.j.vel pro declaratione dicamus quod iure veteri tutrix esse non poterat,etiam si maritus ei administrationem cōcessisset.de iure nouo verò sic, sed plura requirūtur vt in d.auth.matri & auię. Nouissimo autem quod pupillus non habeat tutorem testamentarium,quod mater sit ætatis legitimæ, & quod faciat duas renuntiationes tantum verbo, secundis nuptiis scilicet,& Velleiano.d.auth.matri & auię auth.sacramentum.eo.titu.Bal.in c. ex parte M. nu.3.de appel.Qui ad propositum subiicit etiam ibidem ad fi.Si pater dixerit relinquo filiū meū in potestate matris suæ,quod ipsam testamentariam facit, quāquā iure veteri & forum secus sit. Et quanquam tutrix esse possit legis permissione(vt diximus) filiis tamen substituere non poterit quia non habet eos in potestate, nec eisdē tutores in testamento relinquere, & si prætereantur,præteritio loco exhæredationis erit. l. illud. §.ad testamenta fœminarum.ff.de bon.pos. con. tab.dixi in l.posthumo.C.eo.Nec etiam de consuetudine seruatur quod renuntiet secundis nuptiis,Velleiano,& omni legum auxilio, prout dictum est supra,& latius in d.auth. matri & auiæ. & testator Boer.decisio.cxxiiij.nu.9.& 13.par.j. cui

cui credendum est vtpote illustri vt inquit Bart. in l.de quibus.in rep.nu.21.ff.de legi.

Vigesimo secundo permittit lex, quod quis nocturnum furem occidat, dummodo clamore eum insequatur, vel si parcere ei sine suo periculo non potuit.l.furem.ff. ad legem Corn. de sica. l. itaque.§. lex. ff. ad legem Aquil. & maximè quia tenebræ noctis visum impediunt. l. si cum exceptione.§.hæc autem actio.ff.quod met.cau. Bal. cons.clij.col.ij.vol.j.& ad propositum(vt supra) quod occidi posit,tradit Saly.in l.si vt allegas.C. ad legem Cor.de sica.& longe melius est hoc casu ipsum occidere,quam capere & ad iudicem ducere,quia tunc pœnam legalem perdit, seu commodum pœnæ legalis,dupli vel quadrupli. l. qui furem.& ibi Bar.(est q; tex.singularis) ff.de fur. vel arripere sibi rem,quoniam isto casu non perderet.l.qui vas.in prin ff.eo. Ias. vtrunque dictũ in prin.nu.71.insti.de actio.Imò quod est generalis & vera cõclusio quod potest occidi fur pro defensione rerum siue dies sit vel nox,quanquam in dubio sit magis excusabile homicidium furis factum de nocte propter maius periculum personæ & rerũ,vt pulchrè declarat Seysel.in l.vt vim. & ibi nos quoque col.xij.ff.de iusti.& iu. & quia alias posset aufugere per latebras,nec cognosceretur, sicq; nec posset accusari, vnde permittit ex(iterato dixerim)vt posit occidi ne delicta remaneant impunita.l.ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. c. vt famæ. de sen. excom.& not.etiam in §.ex maleficiis.insti.de actio.Seueri.in tract. debito.susp.in iiij.q.principali.col.ij.

Vigesimo tertiò permittit lex,quod quis, cui nulla alia competit actio, de dolo agat causa tamen cognita,casus est in l.ij.C.de dolo. & nõ abre dixi,cui nulla alia actio competat,quia de dolo cum alia actione non concurrit.l.j.§. ait prætor.ff.eo.vbi ad literam dicitur, quod non temere actio famosa decerni debet à prætore si sit ciuilis vel honoraria qua quis posit experiri, qđ tamen declara quod cum alia speciali non concurrat generali autem sic,vt not.in l.certi condictio.ff.si cer.peta.& in d. §. ait prætor. & exemplum est in certi condictione, quæ speciem non excludit,& cum qua concurrit vt ibi,& in l.si legatarius.ff.eo.vbi concurrit pariter cum condictione indebiti.Et est simile in edicto de no.ope. nunciatione,quod cum alio non concurrit pariter,speciali,generali autem sic, l. in prouinciali. §.j.ff.de nou.ope.nun.tradit Bar.in l. j. nu. 3. ff. eo.& in bonorum pos.vnde legitimi, quæ generalis est,nec excludit illam vt ex legibus quæ est specialis.l.iij.ff.vnde legi.l.j. ff. vt ex legi. Senatusũe con.bon.pos.det. declarat Ros. Beneuentan.in tracta.libello.de bon.pos.vnde legi.Concurrit etiam & præter hæc dicta actio de dolo cũ interdicto quod vi aut clam, vtpote generali secundum Bar.in l.Ateius.in prin.col.ij.ff.de aqua plu.arcen.Et seruit ad q. an simili modo querela inofficiosæ dotis siue donationis,cum alio remedio concurrat de quo dic vt per eundem Bart.in l.j.col.ij.C.de inoffi.dona.& in l.j. C. de inoffi. dotib.& quo ad primum (eò redeundo vnde discessimus) pulchrè exemplificat Bal. si quis soluisset asinum meum vt fugeretur, quod teneretur actione de dolo quandoquidem alia deficiat in l.eleganter.ad fin.ff. de dolo. & scitu dignum est,quod adhuc actio de dolo locum habet si dubitatur an alia competit sicuti si certum foret aliam non cõpetere,exemplificando vt per Bald. in l.arbitrio.col.ij.eo.tit.

Vigesimo quarto permittit lex,militi vt etiã post sententiam vtatur exceptionibus suis. l.j.C. de iu.& fac.igno.glo.in l.legis virtus. ff.de legi. quæ post litem contestatam opponi debebant.l. si quidem.C.de excep.l.peremptorias.C.senten.rescin.non posse.l.exceptionem.iuncta glo.C.de proba.§.appellantur autẽ.insti.de excep.& quas per ignorantiam iuris omisit, non excusantem alias.l.iuris ignorantiam.C.qui admi.l.error. l. regula.ff.de iur.& fac.igno.& nimirum hoc est à lege inductum seu permissum,propter simplicitatem armatæ militiæ vt dicitur in d. l. j. arma enim potius quã leges & iura milites scire oportere,sacratissimus Legislator existimauit,vt dicitur in l.fi.in prin.C.de iur. delibe.& est argumẽtum in l.j.ff.de mili.testa.& in l.pen.C.eo. & armata militia dicitur ad differentiam celestis vt not.in l.milites.ff.de re iudi. aduertendum est tamen quod non est priuilegiatus nisi in casibus à iure expressis,ex quo video aliàs quod ipsum cõprehendit etiam si lex si generaliter loquatur.l.in fraudem.& ibi Bal.§.fi.ff.de milita.testa.l. mulieri.ff.de condi.& demon.Ias.in l.ij.lectu.ij. col. j. C.quando non pet.par.l.cura.§.fi.ff.de mune. & hono.Cur.iun.olim collega cõns.lxix.nu.6. quorum vnus hic est præcipuus.Et quod forte priuilegio non gauderet militari ignominia missus: argumentum in l.testamenta eorum,ff.eod. not. glo.in d.l.miles.l.athletas.§.ignominię.ff.de his qui not. infa.

Vigesimo quintò permittit lex quod officium procuratoris exerceat quis etiam quod sit infamis,casus est in §.fi.insti.de excep. l. si quis procurationem.C.de decurio.lib.x.& nimirũ quoniam officium vilissimum est vt vtrobique not. pulchre Bal.in l.reum criminis.col.ij.C.de procura. Deci.in l.seruus.in prin.ff.de regu.iur. Io. And.in regu.quod alicui.col.ix.eo.titu. in mercuriali. & ideò non mirum est si contribuit ad subsidia,nec est immunis vt declarat Guid. Papæ decisio. lxxxix. & si iudæus pariter procurator esse potest priuati,qui dignitatis aliàs incapax est inquit Seysel.in rub.de iusti.& iur.col. j.& ideò Doctores qui dictum procurationis officiũ exercent hic & Vicentiæ & aliis in locis præterquam Brixiæ, vt intelligo merentur priuari dignitate Doctoratus,vt not.in d. l. si quis procurationẽ. C.de decu.lib.x.Bonicon.cur.til.in tracta.nobilita.par.iij.nu. 14. qui subiicit quod bene licentiatis

tiatis permissum est, sed non (vt diximus) Doctoribus, cum sit dignitas illustris. c. quanto. de magist. vsque adeò (vt suo loco dicemus) vt iudæus non possit esse doctor & examinari, siue approbari, insulisq; doctoralibus insigniri, non iuris quia leges sacræ sunt perq; ora principum promulgantur. l. 6. C. de præscrip. long. temp. Et me dice artis minus, quia medicū creauit altissimus, & medicinam de terra, vt dicitur Ecclesiastici c. xxxviij. ipsi verò profani, spurij, delinquentes, & Christianorum mancipia vt not. in c. iudæi. de sti. e. 6. qui fil. sint legi. Ro. in l. prætor ait. ff. de in ius voc. Alex. in l. multum interest, ad fin. ff. de verbo. obli. & vix tolerabile est mihi ipsiq; persuadere possum, qđ esse procurator priuati possit pariter, qui nec de consuetudine admitteretur facilè. Sed transeat quia nunc ad propositum redeundo, dicam quanquam permittat lex infamem posse officium prædictū procuratoris exercere, quod non poterit tamen id facere in curia Romana, vel principis vt per Bal. in l. sed & milites. in §. sed & ignominię. ff. de excu. tuto. Corset. in singu. testis. xiiij. & sic casus iste firmat regulam in non exceptuatis positam in d. §. fi. insti. de excep. & ideò infamis potest etiā esse notarius, quia notariatus non est dignitas sed munus, nisi sit assumptus ad scribenda negotia principis, vt pulchrè Alua. declarat. cons. lxvij. nu. 14. & 17. vol. j. criminal. vbi dicit etiam quod posset esse arbiter. Non permitteret etiam lex ad propositum officium procuratoris exerceri ab excommunicato (obiterq; dictum sit) quia non modo ab honorabili repellitur verum etiam vili vt facilius resipiscat. c. pia. de excep. in vj. Abb. in c. post cessionem. col. iij. de proba.

Vigesimo sextò permittit lex, quod filiusfamilias, qui alias non habet legitimam personam stādi in iudicio sine consensu patris. l. fin. §. licentia. C. de bonisq; lib. possit tamen si velit, & patre ē inuito, procuratoris officium exercere, l. filiusfamilias. ff. de procurato. Bald. in d. §. necessitate. col. ij. & nimirum quia si potest infamis (vt proximè dixi) multo fortius poterit filiusfamil. nulla infamiæ macula aspersus: argumētum in auth. multo magis. C. de sacrosanc. eccle. & quia patria potestas non extenditur ad casum istum, cū ex mero officio, patri nihil acquiratur, vt idem Bal. dicit in d. §. necessitate. & hac ratione (subiicit) quod potest etiam esse executor vltimæ voluntatis, adhuc inuito patre, & contra eum testificari, & benè mirumq; est tamen, c. qui generaliter. §. ne dum verò. de procura. in vj. & potest etiā alia ratione suaderi quia personam eius pro quo agit, gere dicit... l. j. in prin. ff. de procu. Specu. in §. j. nu. 34. de actore. Nec ab re (subiicit Bal. in d. §. necessitate) si potest etiam tutorio nomine in iudicio interesse, etiam contra patrem venia non petita. col. præallega. & rursum benè, quia est casus in l. quæsitum. ff. de in ius voc. & in l. si pater. in argumentum tamen. ff. de adop. & in l. tutorem. ff. de his quib. vt indig. & virtualiter sentit allegando d. l. quæsitum. Specu. in loco præallega. & ad materiam sciendum est procuratorem vindicem appellari, quia alterius causam vindicandam suscipit & Græcæ ἐπίτροπος. Et quod si esset miles, quanquam loco patrisfamilias sit. l. ij. ff. ad Macedo. & legitimam habeat personam si ne patre, nec curetur tunc patria potestas, procuratoris officium tamen adhuc exercere non posset (vt suo loco dicemus) & habetur interim in d. l. filiusfamilias. in §. veterani. ff. de procura. etiā si aduersarius suus (vt inquit Iurecon.) vellet. Est verum quod esse posset nisi per exceptionem declinatoriam repellatur, vt ibi in §. miles, declarat Bal. in l. si militem. in prin. C. de condi. ob cau. Vel si esset ex his qui quotidie in plateis deambulant more pauonum, caudam quatientibus, vt dicit Alex. in l. militem, C. de procurato. Vel in rem suam, aut pro suo collegio, vel & per facti patientiam (vt dicebam) pro alio, & nouissimè tradit Cyn. in l. j. col. iij. C. de iur. & fac. igno.

Vigesimo septimò permittit lex, quod pater emancipet filium, quocunque in loco, & consequenter in adoptionem det etiam apud proconsulem in ea prouincia, quam fortitus non est, l. emancipari. ff. de adop. Non alia ratione nisi vt de patria potestate exeat, quæ maxima est & inęstimabilis usque adeò vt nec cogatur pater si noluerit, hac ratione istud idem facere. l. filiusfamilias. §. secundum vulgarem formulam. ff. de lega. j. l. non potest. ff. de adop. & emancipatione ęqui parat Iureconsul. adoptioni vel è contra adoptio emancipationi, quoniam vtraque voluntariæ iurisdictionis esse dicitur, non contentiosè vt not. in d. l. emancipari. Et ad emancipationem redeuntes sciendum est, sicuti pater cogi non potest, qđ sic nec filius inuitus emancipat. §. & generaliter. in auth. quib. mod. natu. efh. sui. d. l. non potest. Pau. Cast. cons. cxlij. col. ij. vol. ij. rixosus sit, & pater etiam cogeretur, quando filio crudelis & durus esset eumq; (vt vulgo aiunt) malè tractaretur ita Albe. in l. si lenones. in prin. C. de epis. aud. & Por. insti. per quas perso. nobis acqui. in princi. nu. 4. & habetur in l. fi. ff. si quis à pa. fue. ma. nōnihil Ia. insulan. in l. quidam cum filium. ff. de verbo. obli. quem refert & sequitur Hiero. Paulus vicecorrector in lib. qui prouinciale inscribitur, fol. lv. & vtile est, quia pater qui non cogitur si aliquid ob id acceperit à filio, sibi in legitimā computabit, & è contra si patiatur filius se emancipari sibiq; det aliquid pater. l. j. §. si parens. ff. si quis à pa. fue. ma. declarat Old. cōs. cxxxviij. n. 6.

Vigesimooctauò permittit lex quem pati posse, se venundari ad precium participandum. l. & seruorum. in prin. ff. de sta. ho. & scitu dignū videtur quod sic possit facere se intestabilem non solum per actum laudabilem & virtuosum ac meritorium, puta ingrediēdo monasterium, verum etiam si detestabilis sit exempli gratia hoc casu vt pulchrè dicit Corn. consil. cclij. nu. 2. vol. iij.

Mirum

Mirum tamen videtur, quia hoc ſtante deberet quoque liber homo, pro debito proprio vel alterius, ſic poſſe etiam pignori dari, & tamen hoc idem fieri non poteſt. c. ij. de pigno. l. ob es. C. de ac. & obli. Imò quod qui pignori ipſum accipit, cadit à debito & tãtundem adiicere tenetur, ipſi homini libero pignorato, & ſi ſciens amplius id fecerit, quod relegabitur. auth. imò. C. de act. & obli. l. ſi. C. quæ res pig. obli. poſ. Sed nihil eſt, quoniam non ſimpliciter pati poteſt ſe venundari niſi concurrentibus requiſitis de quibus in d. l. & ſeruorum. & in §. ſerui. inſti. de iure perſona. quod ſit maior annis xx. quod gratia participandi precium patiatur ſe vendi, quod verè participet, quod qui emit credat eum eſſe ſeruum. Et quod denique is qui venditur ſuæ conditionis nõ ſit ignarus, & vt fuſius not. in locis prællega. Et ſi talia requiſita adfuerint, pignori quoque dari poterit quicquid dicatur, vt ſentit Ripa in l. obligatione generali. nu. 9. ad fin. ff. de pigno. ſed fuit opi. gl. poſitæ in d. l. & ſeruorũ. j. ad fi. dum allegat tex. in l. ſi vſumfructum. in §. j. ff. de lib. cau. & dum dicit, quod id quod ibi habetur, quando patitur ſe venundari, locum habet etiam ſi quolibet titulo ſe transferri patiatur.

Vigeſimo nonò permittit lex, ſi agens actione intentata ſuccumbat, vt ad alteram reuertatur, dummodo non ſit de his quæ electione tolluntur, & de quibus in l. quod in hæredem. in §. eligere. ff. de tribu. act. & in l. cum filius. in §. variis. ff. de lega. ij. not. in l. edita. C. de eden. & ad propoſitum eſt caſus in l. quod habebat. ff. de inſtito. & in l. ſcio. ff. de appella. & in §. ſi plures. in ſtitu. de excu. tuto. Bal. in l. non ſolum. in §. qui alieno. col. ij. ff. de procu. & argumentum in l. ſi domus. ff. de ſer. vrba. præd. & ſi quis, pro habendo beneficio, duas obtineat gratias à Papa, vſuſq; ſit ſecunda in eaq; ſuccumbat, poterit nihilominus vti prima, vt dicit Rota deciſio. xlix. in antiq. & deciſio. clxxx. inducit tex. d. l. habebat. ac pulcherrimum format caſum Bal. & declarat in l. error. col. ij. C. de iu. & fac. ign. & Ro. cõſ. ccccxlvj. in prin. & conſ. ccccxcvj. nonnihil Corn. conſil. cxxxj. nu. 1. vol. iiij. & dicit Abb. in c. ſignificantibus. col. vij. de lib. obl. & poſt eum Imol. in l. j. in §. j. col. iiij. ff. de pub. & vectiga. ſi quis egerit noxali actione contra dominum pro damno ſibi dato à ſeruo, quod non poterit ſi ſuccũbat poſtea agere contra eundem vti conſcium, quia eadem eſt actio, licet qualitas ſit diuerſa, ſed quod benè poterit petere reſtitutionem in integrum ex capite iuſtæ ignorantiæ. & ſcitu dignum eſt ac notandum ſemper.

Trigeſimò permittit lex, patrem filium ſuum, ſi fuerit ingratus, in patriam poteſtatem redigere. l. j. C. de ingra. lib. not. in l. ſi. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & idem in liberto dicimus qui pariter ſi ingratus extiterit, erga patronum, & iactantia quadam ac contumacia, ceruicem erexerit aduerſus eum, vel etiam leuis offenſæ culpam contraxerit, in ſeruitutem reuocatur. l. ij. C. de lib. & eo. libe. per actionem ingrati de qua etiam in l. ſeq. ibi quibus ingrati actio ipſis manumiſſoribus deferetur. eo. titu. & nimirum quoniam ingratitudinis vitio nihil eſt deteſtabilius inquit Abb. in c. propter. col. j. de dona. & ibi vnde proueniat quid ſit, & quibus caſibus eo prætextu donatio poſſit reuocari. hoc etiam (vt dixi alibi, & repeto, quia repetita lectio placet, ſi maximè ſit pulchritudine decorata vt inquit text. in l. j. in §. ſupradictis. C. de emenda. Cod.) Claudius ſanxit. Nero impetrauit, & Nerua (quod plus eſt) occidi iuſsit. Et populus Roma. in ſeruis quibuſdam proſcriptis etiam ſeruauit, & ad ingratitudinem redeuntes, miles neſcio quis naufragium paſſus, amanter & beneuole à Macedone quodam hoſpitio exceptus eſt, is à Philippo Rege domum Macedonis impetrat, donat rex, conquæritur Macedo, regiq; negotium narrat, reſtituitur, militi verò ſtygmata ingratum hoſpitem deſignantia. Inſcribitur fronti. Caueant igitur liberi, ab ingrati vicio abſtineant ſe liberti, idque abhorreant penitus non ſecus ac mendacium Achilles ille Homericus, ne iſti à patrono ſub imperio ditioneq; mittantur, illi verò emancipatione reſciſſa, damno libertatis immeritæ mulctentur, vt in d. l. ij. C. de lib. & eo. libe. & in d. l. j. C. de ingra. lib. dicitur. Finis.

DE PROHIBITIONE & reſiſtentia legis.



PROHIBET lex primum, ne merum imperium vẽdi poſsit, eaq; potiſsimum ratione, quia exercetur in libero homine, qui æſtimationem non recipit. l. liber homo. ff. de ver. obl. tradit Matth. Afflict. in c. j. in §. ex lege. col. ij. de lege Corra. in vſib. Iuriſdictio autem ſic, vt ibidẽ not. quia in ea ceſſat ratio ſupra dicta, qua ceſſante ceſſat etiam legis prohibitio, vulga. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. l. generaliter. C. de epiſ. & cleri. c. cum ceſſante. de appel. & omne id cenſetur permiſſum quod lege prohibitum non reperitur. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio. & confert ad not. rurſum in l. Imperium. ff. de iuriſ. om. iud. Eſt verum quanquam vẽdi ſeu emi non poſsit, quod tamen poteſt præſcribi, tanto tamen tempore vt memoria hominum non ſit in contrarium. tradit Corn. conſ. lxxxviij. nu. 4. & Balb. in tracta. præſcrip. inq; ij. par. v. par. princi. q. iij. & Alex. conſil. xvj. col. ix. vol. v. multa Reſtau. Caſtal. Peruſin. Iuriſcon. noſtri tẽporis erudítiſs. in tracta. de Imp. q. liiij. vbi etiam atteſtatur ita communiter teneri. Et nimirum ad propoſitum quia tanti temporis præſcriptio habet vim priuilegij & conſtituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſti. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verbo. ſigni. ſed priuilegio concedi poteſt

est à princip e.l.cum prætor.ff.de iudi.l. cum hij §.si prætor.ff.de transac.l. j. ff. de offi. eius . cum not.ibidem ergo.

Secundò prohibet lex ne seruus in iudicio esse possit quoniam iudicia sunt de iure ciuili, vt institu.de obliga.in prin.& ibi not.quo ad ius ciuile status eorum fuit annihilatus, & seruitutem morti comparamus,l.quod attinet.l.seruitutem. ff.de reg. iur. ergo. & quod esse non possit quia pro nihilo reputabatur, vileq; mancipium erat. l.ij.ff.ad legem Aquil.l.si ex duobus.ff. de noxa. act.probatur in l.seruus.C.de iud.sanguis serui-lis conditionis degener dicitur,quia per seruitutem degenerant à natura, & homines naturaliter sunt liberi inquit Boer. minimè mirum igitur si nec in iudicio esse potest, nec compromittere, quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum. l. j.ff.de arbi.Bar.in l.licet.in §.si seruus. ff. de pecu. & hac de re non mirum est, si dominus imò vnusquisque ad eum defendendum admittitur.l. si non defendantur.ff.de pœn.l.serui.ff. de appe. & si ad petendam seu agnoscendam bo.pos. quia tunc iudicium non est propriè.l.seruus.ff.de bo. pos. Areti. in l. j. C.qui admi.& si eadem ratione argẽtariam exercet.l.prætor ait.§.sed & si seruus. ff. de eden. & dictum est supra in tractatione de indulgentia legis.est verum, quod alimenta petit.ff.de ali.& ciba.lega. quodque admittitur rursum in causa momentaneæ possessionis, vt tradit Bar.in l.j.in prin.C.si per vim vel alio mo.& qđ procurator ad negotia esse potest, adhuc idem Bar.declarat in l.si collactaneus.ff. de ma. vindi. Imò supplicat,si rescriptum tamen datum sit ipsi supplicanti,vel delicti atrocitas, & fidei exemplum sit in causa.l.j.C.de precib.Impe. offe. aut Cæsaris fuerit seruus,vt in l.fi. & ibi per Docto. C.vbi cau.fisca. & fusius vt in l. vix certis. ff. de iudi. Sciendum tamen est, his omnibus casibus. quanquam stet in iudicio, & habilitatus videatur quod non tamen actiones in eo resident, sed audit iudex proponentẽ,& ius statuit, fortè quia actiones etiam erant de iure ciuili.l.ij. §. deinde. ff.de orig.iur.eoque iure status eorum (vt diximus) annihilatus,& nouissimè tradit Seysel. in l. ex hoc iure.col.xiiij.de iusti. & iur.

Tertiò prohibet lex, similiter ne filius agat, seu stet in iudicio absque consensu patris.l. fi. C. de bonisq; libe. Et hoc propter patriam potestatem,quæ maxima est in filium.l.iij.C.de pat.potest.& si de iudicio ordinario intelligamus,quoniam aliàs,vbi imploratur officiũ iudicis, & agitur, non tamen in figura iudicij exempli gratia cum petitur seu agnoscitur bon.pos.secus erit vt in seruo dictum est supra,& not.Alex.in l.j. col. v.C.qui admi.vbi & nos multa.nisi(subiicit ibidem)legitimus contradictor appareret quia tũc hoc casu requireretur, & bene. Est verum, licet pater cogatur consentire quantum ad solemnitatem iudicij vt in d.§.necessitate, quod tamen ipsum filium defendere non compellitur si nolit. l. acquiret.§.item & si.& ibi Bal.notat & dicit memoriæ commendandum esse.ff. de pact. Poterit quoque filius se compromittere, quia arbiter nõ habet iurisdictionem, nec est iudex, nec iudiciũ contemplatione ipsius dici potest.l. priuatorum consensu.C.de iuris.om.iudi.& declarat Gul. de Cun.in d.§.necessitate.& Bal. post eum. in l. ij. in §.si seruus.ad fi.ff.de procu.Filia etiam agit sine patre si dotem petat aduentitiam.auth. quod locum.vbi Bar.& alij,in prin.C.de colla.& fortè id fauore ipsius dotis inductum est, quæ præcipuum meretur fauorem.l.j.& ibi Pau.Cast.ff.solu.matri.Regulariter autem omnis alienatio viuente patre interdicta est,vsque adeò vt nec alienet delinquendo,de quo tamen aliàs Boer. decisio.vij.nu.13.par.j.Est habilitatus filius etiam in publicis iudiciis,quandoquidem tunc patria potestas non curetur.l.nam quod.ff. ad Treb. Bart. in l.inter liberas.in §.j.ff. ad legem Iul. de adult. & in l.filiusfam.ff.eo.& in l. post legatum. in §. filiusfam.ff.de his quib.vt indi. & ad propositum si non potest esse pro se sine consensu patris, nõ potest etiam esse pro alio vt in pulchro casu inquit Corn.cons.xvij.col.ij.vol.ij.nisi tutorio nomine agat quia tunc potest etiam patre inuito secundum Bal.in d.§.necessitate. idem Corn.cõsil.præallega.col. iij. Sciendumq; est generaliter patriam potestatem,consensumq; istum paternũ in curia Delphinatus non attendi,vt testatur Neuizan.cons.xviij.nu.11.ante eum Guid.Papæ decisio. liiij. Quod in filio dicitur tamen regulariter & in d.§.necessitate.extendit Bald.ad monachum in c.causam.nu.4.de iudi.& nimirum adhuc ac præter cætera, quia pater caput est filij, seu Abbas monachi,si non habent personam integram,vt per not.in d.§.necessitate. dicebat idẽ Gui.Papæ decisio.xlvj.col.ij.

Quartò prohibet lex, ne bona & res minoris alienentur,absque decreto prætoris.l.j.ff.de reb. eo.Imò(vt ibi not.)quod requiritur etiam tutoris auctoritas, & quod immineat æs alienum. & plus quod nec sine decreto tutor administrat, nisi necessitas incumbat,vel à testatore solemnitas hæc sibi remissa sit,vnumq; est ex septem requisitis de quibus mentionem facit Bal.in l.j.in §.solent.in ij.lectu.ff.de offi.præfec. vrb. quod personã curet,res custodiat,personam & res tueatur sine vlla cunctatione iuret, satisdet, inuentarium conficiat,&(vt dixi)iudicis decreto administret & vt ipse fusius. & quod bona sine decreto rursum alienari non possint prohibeatq; lex not.in l.legis virtus.ff.de legi.& ad idem quoque sciendum est causæ cognitionem requiri vt in d.l.j. & in terminis in l.magis puto.in §. non passim. ff. eo.& in l.non solum.& seq.C. de præd. mi. vsq; adeò vt alienatio non valeat nec decretum si statim & celeriter interponatur à iudice,ex quo nec præsumetur instructus breuitate temporis. c. tũ ex literis.§.nos igitur,de resti.in integ.Cyn.in l. actus.C.de fer.Bar.in l.prolatam.ad fi.C.de sen.

Ias.

Ias.in l.ne quicquam.in §.vbi decretum.col.xiij. ff.de offi.procon.& in l.mandata. in prin.ff. de offi.eius.& l. is apud quem. col. iiij. C.de eden. Adeóq; necessarium est, vt nec res etiam empta nomine minoris, possit obligari venditori, donec precium soluatur, absque eo, vt tenuit Ioan. And.in addi.Specu.de pact.quem refert & sequitur Cur.iun.collega olim,cons.cxlvij.in prin.est verum qd non requireretur,si contingeret actionem cedi secundum glo.in l.si potest.ff.de tutel. quam dicit sing.Bal.in Marga.cedere.nu. 3. Vel transferri bona in monasterium propter professionem quam faceret regulæ monachalis, vt firmat Ro.in auth.similiter.col.viij.C.ad leg.Falc. valetq; etiam alienatio sine decreto, iuramento vallata,auth.sacramenta puberum.C.si aduer. vẽdi.c.cum contingat.de iureiu.c.quanuis.de pac. in vj.Corn.cons.xxxvj.col.iij.vol.j.& cõs. xxxvj. col.j.vol ii.& cons.clxxxvj.col.vlti.eo. lib. Gui. Papæ.cons.xxiii.nu.7. Alex. cons. cxxv. col. iiii. vol.i. Et cum diuisio sit species alienationis. l. si pupillorum.in prin.ff.de reb.eo.Bal.in l. i. C. si aduer.transac.infertur necessariò tunc etiam decretum requiri.præallega.§.non passim.d.l. i. & aliis vt supra,& cum(vt dixi)causæ cognitionem desideret regulariter. d. §. non passim. infertur & aliud quod non poterit fieri die feriata.l.iii.§. si causa cognita.ff.de bo.po.l.ii.§.dies.ff. quis or. in bo.pos.ser.Bar.in l.nec mãdante. in §.fi.ff.de tu. & cur.dat.ab his.Gui.Papæ decis.ccxv. ad fi.

Quintò prohibet lex, ne alienatio bonorum ecclesiasticorum fiat, vt in l. iubemus nulli. in prin.C.de sacrosanc.eccle. not. in d. l. legis virtus.ff.de legi. Verbaq; generalia sunt in d.l. iubemus ibi.sub cuiuscunque alienationis specie. & ibi, sine vlla pœnitus immutatione conseruent. ne deferatur cultus, & ecclesiarum fauore, vt ibi dicitur, & quia summa etiam ratio est quæ pro religione facit.l. sunt personæ. ff. de religio. & sump.fun.& cum resistat lex prohibendo, sequitur quod prælatus ecclesiæ contrahendo præiudicare non poterit vt declarat Bal. signanter per tex.in d.l.iubemus nulli.in l.iubemus nullam.C. eo.de sacrosanc.eccle.& contrahendo dixi, quia negligendo potest.d.l.iubemus nullam, vel etiã delinquendo si delinquit cum consensu totius capituli.§.si quis rapuerit.in auth.de sanctis.episc. not in d.l.iubemus.Bal.in l.metum.in §.animaduertendum.ff.quod met.cau.& ad propositũ constitutio hæc iuris ciuilis prohibitiua approbatur iure canonum,vt in c.nulli.de reb.eccle.nõ alie. declarat Dec.in c.in præsentia.col.xxiiij.de probа.quæ debet extendi etiam ad bona relicta fraternitatibus & cõuertenda in pios vsus,vt hic charitatis,columbinorum S.Iacobi, & similium. & probat ex multis Alex.cons.cij.col. i. vol. vii. & hoc est quod dicit etiam cons.ix.col. vj. vol. ii. quod bona ecclesiæ non possunt alienari sine magna difficultate, vt res Cæsaris: argumentum in c.hoc ius.x.q.ii.& in c.sine exceptione.xii. q. ii. & in c.i.de reb.eccle.non alie. in vj. & in l. apud Iulianum.in §.fin.ff. de lega. i. Tamen sciendum est quanquam(vt dixi)difficulter fiat, quod nihilominus alienantur,si solemnitas seruetur posita in auth.hoc ius porrectum. C. de sacrosanct eccle.inuenta à iure canonico vt inquit Bald. in c.ex literis.ad fi.de consue. d. c. sine exceptione xii.q.ii.& cui derogari non potest per consuetudinem.c.i.de consue.c.i. de reb. eccle. non alie. in vj.nisi tanti temporis cuius initij memoria nõ extaret in contrarium,vt tradit Card. in clemen. ii.col.iiii.eo.titu.refert & eum sequitur Bertrã. cons.cliiii.nu.9.vol.iii.& ante eum Feli. in c. cũ causa. col. iiii. de re iudi. vbi alia multa & Gui. Papæ etiam quod in quinq; casibus alienatio fieri potest singu. cccel. Imò vt declarat Inno.in c. dudum.de reb.eccl.non alie.in vj.Io. And. But. & Henric.Boich in c.nulli.eo.titu. quod exactà illa forma & solemnitas non seruabitur posita in d.auth.hoc ius porrectum.quod & ibi etiam Cy. Bar.Bal & Ange.obseruant & dicunt,sed illa posita in d.c. sine exceptione. xii. q. ii. & post eos omnes.Gui.Papæ decisio.cxlix.col.i. & ii. & in hoc standum est iuri canonico, ex quo statuta ciuilia non ligant ecclesiam super rebus ecclesiasticis nisi ea acceptauerit.c.bene quidẽ. xcvj. dist. c.fi.de reb.eccl.non alie. Alex.cons.cxlv. nu. 11. vol.vii.& isto casu prælatus ecclesiæ præiudicabit,seruata forma scilicet legis, vt dicit Bald. in præallega.l.iubemus nullam. col.ii.C. de sacrosanct. eccle.

Sextò prohibet lex, vt mutuo detur filiofamilias,ipsumq; tuetur si temere quis eidem crediderit,exceptione Senatus Consulti Macedoniani.l. i.ff.ad S.Con.Macedo.ea potissimum ratione ne præbeatur occasio delinquendi, vt ibi dicit text. & in l.conuenire.ff.de pac. dota. Imò quod nec iuramentum daret robur contractui. l. non dubium.C.de legi.vtpotè contra bonos mores,præbens (vt dixi) filiofam. causam peccandi parentesq; depredandi & malè.c.non est obligatoriũ. de reg.iur.in vj. Ancha.in c.canonum statuta.in repe.col.cxl.de consti.Ad propositum tamẽ notandum est, quod exceptio Macedoniani odiosa est, seu inuenta principaliter creditorum odio, sed fauorabilis filiofamilias. Sicq; Velleiani è cõtra principaliter fauorabilis mulieri, quanquam damnum & odium inferat his pro quibus intercedit vt not.in l.qui exceptionem.ff. de cond.inde.Cal de.cons.xiii.de verb.signifi.& ita Vespasian. Impe. statuit vt in vita ipsius Tranquil. ait de quibusdam legibus per eum decretis ibi.Neue filiorumfamilias fœneratoribus exigendi crediti,ius vnquam esset,hoc est ne post patrum quidem mortem.Senatus Roma. etiam filiofam. nõ credi censuit.Et olim apud Athenis.Solon.Imò ante Cæsares & hoc idem in phormio.dicit Comic.& ex pseudolo Plau. elicitur legem. Quinã vicenariam fuisse, quæ mutuam pecuniam minoribus xxv.ann.dari prohibebat.& quod tollenda sit

sit occasio captandæ mortis paternæ vt dicitur in d.l.i.liquet ex verbis etiam.§.illud.insti.quod cum eo.Corn. consi.liiii.nu.12.vol. iiii. est verũ quod limitari solet hoc idem pluribus modis, vt Pet.à Duen. refert regu. ccclxix. sed potissimum id mihi & pæcipuum quiddam visum est si castrense peculium habuerit quia tunc protinus Senatus con.de quo in d.l.i.cessabit,vt ibi in §.fi.& rationem assignat Iuriscon.in l.ii.ff.ad Macedo. Et quanquam prohibeat lex,fœneratotibus, alia ex parte tamen permittit exceptionem vt supra & nouissimè per Bal.in rub.C. de condic. ex lege. col. i. & præter hæc lex etiam Claudia à Cl. Cæsare lata est de fœnore, creditores (vt diximus) in mortem parentum pecunias (autor est Corne.tacitus)filiisfam.ne darent fœnori. & in casu isto Macedo fœnerator dedit causam edicto vt alibi Caia afrania (ita enim legi debet & non Calphurnia)in l.iij.in §.sexum.ff.de postu.præal lega.l.j.ff.ad Macedo.& licet naturam ibidem dixerit Iuriscon. illi administrasse causas sceleris, cum tamen nihil mali faciat, quandoquidem sit idem natura, quod Deus, non ita ruditer tamen intelligi debet.c.marchion. j. q. j. sed exponi (vt ibi etiam per glo.)natura id est consuetudo,quę est altera natura.l.si quis posthumos. ibi natura & consuetudo spectanda est.ff.de lib. & posthu.

Septimò prohibet lex, ne mulier pro alio intercedat seu iubeat, ipsamq; tuetur, si aliter non certiorata intercesserit seu fideiusserit, exceptione pariter vt supra in filio dictum est, Senatuscon.Velleiani.l.j.ff.ad Velleia.vbi testatur Iurecon.sicut fœminis ciuilia officia adempta sunt, multo magis id fore adimendum, eis in quo non solum opera nudumq; ministerium earum versatur,verum etiã periculum rei familiaris. & hoc idem propter sexus imbecillitatem,vt postea dicitur in l.ij.in §. verba. ff. eo. Est verum si callide versate fuissent intercedendo, quia deceptis & non decipientibus iura subueniunt vt ibi dicitur clare,& in c.cum vniuersorum.de rer.permu. vel si renunciassent Velleiano certiorate, Iuri enim sibi competenti quisque renuntiare potest si non resistat lex.l.si quis in conscribendo.C. de pact. argumentum in l.in re mandata.C.manda. quod Velleiano non iuuarentur.d.§.verba.l.fi.§.fin.ff. eo. ad quod vltimum etiam facit regula, beneficium in inuitum non conferri, quodque volenti nec etiam fit iniuria.l.inuito.ff.de reg.iur. l. hoc iure.§.non potest.ff.de dona.l.j.§.vsq; adeò.ff.de iniur. Quæ renuntiatio maxime est necessaria, quando tutelæ officio funguntur,præsertim mater & auia, quia mulieres regulariter prohibentur,vt infra auth.matri & auiæ & in corpore vnde sumitur.C.quando mul.tut.offi.fun.Aduerte tamen quod hoc casu non requiritur certioratio, ex quo renuntiatio fit de conscientia legis,vt per Bal.in l.j.ad fi.ff.si quis in ius vo.non ie.& Alex. in l.sciendum.col.ix.ff.de ver.obl. & insuper qđ quanuis mulier renuntiauerit aliàs sibi tamen nõ præiudicat,ex quo qua facilitate intercessit eadẽ facilitate renuntiauit argu.in l. doli mali. ff. de noua.not.in l.si iudex circunuentio.ff.de mino. Nec ob.tex.in d.§.fi. quia ibi nõ in instrumẽto fideiussionis renuntiauit,sed in iudicio per modũ contentiosæ iurisdictionis,conuentione facta ex post facto,& sic vigore iudicij.l.cũ ostẽdimus.§.fi.ff.de fideiuss.tut.satis alienũ à casu isto,& in terminis tradit Bar.in l.j.col.ij.C.eo.cogita.

Octauò ꝓhibet lex,ne mulier tutrix esse possit regulariter.l.fi.ff.de tute.& nimirũ (vt ibi subiicit tex.)quia id munus masculorũ est, & officiũ virile,vsq; adeò vt nec trãseat ad hæredes.l.tutela.ff.e. nisi à principe tutela filiorũ impetretur iure veteri,qm̃ nouo impetratio necessaria nõ est d.l.fi.auth.matri & auiæ.C.qñ mul.tut. offi. fun. l.ij.C.eo.verũ ad idẽ notãdum est, quod pôt esse testamẽtaria,legitima datiua,& anomala,& quomodocũq; sit,eamúe appellemus, tutrix erit volens nõ inuita & nolens, ex quo iura quæ loquũtur de tutela matris & auiæ ẽt non contineat Imperium sed permissionem,vt in d.auth. matri & auiæ,in verbo permittimus, Bald.pulchrè in l. si quis sub cõditione.col.fi.ff.de testa.tu.hæcq; oĩa & longe plura dicit ẽt Deci. quẽ tamen prius nõ viderã in l.ij.col.iij.ff.de reg.iur.est nihilominus aduertendũ ad tex.in d.l.fi.redeũtes,qđ quanuis mulier tutrix regulariter esse non possit aliorũ filiorum,potest tamen mandare testator vt mulieris cõsilio tutela administretur.l. quidã decedẽs. §.j.ff.de adm.tu.not.Bal.in c.decernimus. col.ij. de iudi.idẽ Dec.vbi supra. Adde tu nõ posse tñ arctari tutorẽ vt eius consiliũ sequatur, quia sic esset tutrix per indirectũ & fieret fraus legi & male.l.nõ dubiũ.C.de legi.declarat Bal.in loco pal lega.& in rub.C.de exercito.act.col. ij. in simili Bar.in trac.Minorica.lib.iij.dist.iij.c.j. & alia ẽt rõne vt infra.Imò per tex.in d.§.j.inquit Ancha. quod qui prohibetur actũ per se gerere,prohibetur ẽt illi actui consentire,cons.cciiij.in prin. ex quo tex.ibi dicit,bonis viris cõuenire salubre cõsiliũ matris(loquitur enim de iure veteri) admittere quasi dicat de honestate, nõ qđ tutor arctetur.Et si statutũ dicat,qđ in cõtractu interueniat auctoritas vel consiliũ propinquorũ, non intelligitur de fœminis,quia consiliũ habent inualidũ, vt inquit Bal.in c.significauit.col.j.de rescrip.& in c.j.col.ix.de iudi.Deci.multa cons. clxxxviij. col.j.vol.j.ea de re tutrix esse non potest(vt diximus)mulier,nisi vt dictum est pariter supra hoc idem à principe impetrasset. d. l. fina.ff.de tute. nouissime Deci.in loco præallega.Bertran. consil. lxxxix. nume.primo.vol.secundo. Corn. consil.xx.col.j.vol. ij.

Nono prohibet lex, ne mulier officium argentarij exerceat, quoniam ea opera virilis est. l. prima. C. de eden. & ibi not. l. fœminæ. ff. eodem. l. secunda. ff. de regul. iur. argumentum in l. fin. ff. de tute. & dictum fuit proximè. Et ad propositum ait Barba. in c. j. col. xiiij. de

proba, quod lata sententia iuris est, quod fœmina argentariam non exerceat. & Ro. quod honestas non patitur muliebris, eam alicui negotiationi præesse, ex qua posśit lucrum facere, consi. cccxvj. col. vlti. est verum quod poterit saltim per seruum. l. prætor ait. §. sed & si seruus. ff. de eden. not. in l. j. C. eo. & est opi. communis. Sed mirum videtur, quoniam à partibus sufficienter enumeratis, volumus quod hoc idem sit (vt dictum fuit & est ratio Iurisconsul. in d. l. fœminæ) quia opera virilis sit, & tunc male, quia etiam tutela, virile officium est, d. l. fi. ff. de tute. & tamen fœmina non excluditur ex toto, authen. matri & auiæ. C. quan. mul. tut. offi. fun. aut etiam ne se virorum cœtibus immisceat. l. j. §. sexũ. ff. de postu. l. j. C. de his qui ve. æta. imp. c. ij. de iud. & rursum male, quia nec posset hac de re aliquando in iudicio esse, nec tutelam gerere, & tamen potest. l. fœminis. ff. de procu. d. auth. matri & auiæ. Aut quia officiũ publicã habet cãm. l. argentarius. in prin. ff. de eden. & adhuc male quia tutela ẽt auctoritate publica est. l. j. ff. de tut. & quia etiam ex cõsuetudine potest, & admittitur vt in Gallia, & Ianuæ & vt ẽt dicit Barba. in d. c. j. aliàs consuetudo non esset, & vtpotè irrationabilis reiicienda. c. j. de cõsue. c. dilecti. de arbi. vbi iudicat & arbitratur. & dato quod non posśit per se dici etiam & probari potest, id facere nec posse per seruũ, ex quo lex resistit negatiua dictione præposita verbo põt, quæ priuat potentiam & inducit necesśitatẽ præcisam vulgatumq́; dictum est, glo. in c. j. de regu. iur. in vj. & quia agitur etiam de magno præiudicio, factaq́; dispensatione à lege in masculo. l. prætor. præalleg. §. j. ff. de eden. non intelligetur facta in fœmina, neq; d. §. decisio ad eam extendetur. l. tutori. C. de nego. gest. l. si non lex Aelia Sẽtia. ff. de hær. inst. c. iudæi. de iudæ. Bar. in l. quid ergo. in §. pœna grauior. col. iij. ff. de his qui not. infa. Et quia per seruũ, quis actũ facit vbi de modico agitur præiudicio. l. seruus. ff. de bo. po. l. j. §. per seruum. ff. de acqu. po. l. cũ aliquis. C. de iure delib. à clara decisione legum tamen non recede & à communibus opinionibus, quia hæc solum ingenij tui acuendi gratia disputando vt inquit alibi glo. in l. si pecuniam. in prin. ff. de condi. ob cau. dicta fuerunt.

Decimò prohibet lex, mulierem postulare. l. j. §. sexum. ff. de postu. ne cõtra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceat, ne virilibus fungatur officiis, vt ibi dicitur, estq́; ratio legis impulsiua non finalis, nanq; (vt adhuc subiicit) eiusdem rei origo, introducta est à Calphurnia (Caia enim Affrania dici debet, autore Vale. maxi. lib. viij. quæ mul. apud. mag. pro se vel pro aliis causas ege. c. iij. quã Licinij Bructionis vxorem fuisse dicit) improbisśima fœmina, quæ inuerecunde postulans, & magistratum inquietans causam dedit edicto. ea de re, Vale. rursum dicit ibidem, mulierem illam impudentia abundasse quam maxima. Et vt hic mulier edicto dedit causam, sic dedit opusculo Bar. varietatum iuris ciuilis & longobardi, aduocatelus quidam, vt ipse in proœ. eiusdem libri ad fi. testatur. Et alibi Sp. Carbi. ruga cum diuortium coniugis sterilitate fecisset (autor est Gelli. in noctib. attic.) Seruio Sulpitio, vt primum rei vxorie cautiones necessarias esse videns (quingentis ferè annis post Romam conditam, nullæ rei vxoriæ erant actiones aut cautiones, nec Romæ nec in latio, ex quo nihil desiderabatur, nec diuortia matrimoniorum fiebant) librum scriberet quem de dotibus composuit. Ante Cæsarem Augustum nihil lege in adulteros cautum est, nemo causam de adulterio dixit, Clodius de pollutis sacris Bone Dee postulatus est, deinde postea quasi & ipse causam edicto dedisset, Augustus legem Iuliam de adulterio tulit in viros, de pudicitia in fœminas: postea in vtrunq; sexum data est actio. estq́; maxime mirandum quod aliqui dicunt nos vti debere in narrationibus historia, sumpto argumento ex hoc ipso loco, cum nõ historia sit, sed factum potius mulieris impudentisśimæ, reprehensione dignum, nec ab re (vt diximus) causam dedit edicto, vt olim, & nouisśimè quidem præter alia dicta supra, Sergius natione Romanus, qui os porci tunc vocatus est quique sic effecit vt in Pontificis maximi creatione, mutaretur nomen, & tradit Gemi. in proœ. decreta. in prin. nu. 14. in vj.

Vndecimò si fœmina nobilis offensa pugnam offerat offensori potest reprobari, & sine dubio refelli, quia pugna (vt proximè dictum est à simili) virile officium est, & fœmina persona imbecillis. c. j. de feu. fœmi. in vsib. c. j. an mut. uel aliter imperf. eo. lib. & quia pugnare non potest nimirum est si in feudo non succedit, quia nec pro sexus fragilitate audent mulieres, id quod masculi l. si quis. §. ad filias. C. ad legem Iul. maiesta. l. ij. ff. de iniur. & sic resistit lex ne istud ipsum faciat. Est verum (vt diximus in argentariæ officio supra) quod posset pugnare per campionem, maritum, filium, vel generum, & vt fusius tradit Paris de Puteo in tracta. de re mili. lib. vj. an mulier offerens pugnam posśit repulsari.

Duodecimò prohibet lex ne fornicetur. l. palam. §. non est ignoscendum. ff. de ritu nup. etiam si obtentu paupertatis id faciat vt ibi dicitur, & mirum est, quia à furto excusatur quis, & non à fornicatione. c. si quis. de fur. Nisi respondeamus (vt ibi dicit glo.) necesśitate oĩa effici cõia vsque adeò vt hac ratione furtum dici nõ posśit, in fornicatione autem debet mulier potius omnia mala pati, quã malo cõsentire. c. ita ne. xxxij. q. v. q̃ paupertas in illicitis nõ excusat. d. §. nõ est ignoscẽdũ. l. illicitas. §. fi. ff. de offi. præsi. Bal. in l. acceptã. col. pe. C. de vsur. & ita furtũ à fornicatione etiam distinguit Flo. in l. item quamuis. in §. j. ff. cõi diui, multa Benincas. in tract. pauper. Specia. ix. q. vij. nu. 26. vtcũq; sit tñ, & si prohibet lex, ad turpia nihilominus (vulgareq́; dictum est) nos cogit egestas. & vt adhuc Comicus ait. Hominẽ

experiri

experiri multa paupertas iubet.

Decimotertiò prohibet lex, ne mulier anhuc fundum dotalem alienet.l.j. ff. de fun. dot. quia interest reip.mulieres esse dotatas.l.j.ff.sol.mat. quæ si dotem non habent insuper, lugent, vt in l.assiduis.C.qui pot.in pig.hab.etiam si maritus mortuus sit superstetq; filia siue vxor fundo patri reddito, quia debent in sequens matrimoniũ reseruari.auth.sed quanuis.C.de sponsal.Bal.in l.rem quam.C.de iur.do.est verum quod cũ vniuersitate transiret alias,quanquã titulo singulari non vt in d.l.j.dicitur,& in l.quædã.ff.de acqui. rer.do.& in l.in modicis.ff.de cõt.emp. & est in simili id clare decisum in iure pat.ecclesię,quod similiter vendi non potest, nisi cum vniuersitate & vendendo omnia bona patris,vel hęreditatem in alium trãsferatur, vt per iura prædicta inquit Bal.in l.j.col.ij.C.de bo.lib. Et ad propositũ legis Iuliæ prohibentis de qua in d.l.j.eam non habemus vt in simili dicit glo.in l.admonendi .ff. de iureiu.& Signo.de Homode.in l.si æstimatis nu.1.ff.sol.mat.Est verum quod dicitur in d.l.j. vendicare sibi locum, in alienatione voluntaria,non in necessaria vt ibi habetur & plene per Alex.cons.clv.col.j.vol.ij.& nimirũ quia in qua cunque prohibitione generali casus necessitatis semper exceptus intelligitur vt ibi & in l. alienationes.ff.fam.her.& in l.pater filium.in prin. ff. da lega.iij.Ro.cons.cclxxx.& Alex.adhuc cons. ccxv.col.ij.vol.vj.Sauilia.cons.vj.nu.91. vol.j. Imò quod Bal.de Bartol.in l.j.nu.126. ff. sol. mat.enumerat xx.casus in quibus alienatio fieri potest fundi dotalis, vt per eum inter quos tamẽ illa non est quæ mihi semper præcipua visa est, an possit famis & victus causa, & videretur dicẽdum quod sic,quia necessitas legem non habet. l.ob æs.C.de præd.mino.l.j.ff.de offi.consu.Tamen Bal.cons.liij.ad fi.vol.v. determinat contrarium.Et in materia dictu mirũ videtur licet alienatio prohibita sit regulariter, facta tamen & à marito iurata, quod contrauenire ipse non poterit ex quo lex Iulia hoc idem non dicit,nec quis potest venire contra factum suum etiam inualidum.l.post mortem.ff.de adop.Corn.cõs.clxx. col.ii.vol.iiii.cogita.

Decimoquartò prohibet lex, mulierem coniugatam contrahere vel alium actum obligatorium facere,& si contraxerit sine consensu mariti,cõtractus erit nullus,auth.siue à me.C.ad Velleia.& ibi Cy.Ancha.cons.ccxlix. in prin.vsque adeò vt nec expromissor contractui siue obligationi accedens teneatur,sicuti nec fideiussor, vt in l.cum lex.ff.de fideiusso.& in l. non dubium. C.de legi.& rationem assignat Ancha. in loco præallega.quia si principale non tenuit, necessario etiam corruit accessorium.l.cum principalis ff.de reg.iur.præallega.l.cum lex , nisi cõtractus iuratus fuerit,quia tunc ad obseruantiam iuramenti teneretur.c.cum contingat.de iureiu.c.licet mulieres.eo.tit.in vj.c.quanuis. de pac. eod. lib.Are.cons.liiii.ad fi.Palaci. Ruuios in rub. de dona.inter vir.& vxo.fol.50.col.ij.& quia istud plusquam clarum est transeo.

Decimoquintò prohibet lex,ne quis seipsum occidat,alias hęredem non habebit,vt dicitur in l.iij.in prin.ff.de bo.eo.qui sibi mor.consciue. quod satis triste & miserrimum est.l.& quia. ff. de inst.ac.Bal.in proœ.decretal.in prin. Bar.in l. nemo potest.col.i.ff.de lega.j.quod tamen intelligi debet verum,in eo qui in ipso scelere inuentus metu criminis imminentis,vel si reus postulatus fuerit mortem sibi ipsi consciuisset, vt in d. l.iii.dicitur,quia aliter si reus criminis postulatus non fuerit,& sibi manum intulerit, vtiq; habebit hæredem,nec bona applicabuntur fisco. & idem dicitur in l.j.C.eo.& si longiorem distinctionem videre cupias, quid hodie seruetur sed de cõsuetudine Pet.de Bella perti. vide in q. suis lxxvj.qui testa.face.pos.vel conclusiue dicas, qđ communiter totus mundus seruat, bona non cõfiscari aliquo casu,nisi in crimine læsæ maiestatis & hæresis,quęque sit de iure, auth. bona damnatorum.in si.C.de bo.damna.c.vergentis. ibi cum longe sit grauius æternam quam temporalem lædere maiestatem.de hæret.Albe.in statut. par.iij.q.xviii.ad fi.Boer.decisio.cclxiiij.nu. 14. 15.par.ii.Vetuit nihilominus antiqua lex,& noua pariter,quia iniuria fit Deo,patriæ,& sibi,& cum hic sumus,velut in acie milites,maiore supplicio digni sunt desertores vitæ quàm militiæ, alia ex parte fatua eo casu quo sententiam contra mortuum ferri volebat.l.in summa.§.fi.ff. de re iudi.quoniam licet in duobus casibus tantum quando crimen contra Imp.committitur & contra remp.Romanam,deq; his aliàs in l.quisquis. C.ad legem Iul.maiesta.& in §. interdum . insti. de hære.quæ ab inte.defe. Gramma. nonissimè decisio.vj.nu.19.

Decimosextò prohibet lex,ne lis fiat seu iudicium instituatur inter patrem & filium.l. lis nulla.ff.de iudi.effectusq; est patriæ potestatis.l.qui in potestate.C.de in ius vo. vbi nec potest in ius vocari sine venia.Vel si contra alium experiri voluerit,adhuc propter patriam potestatem, consensum patris expectabit.l.fi.§.necessitate.C. de bonisq; lib.& idem dicimus in seruo & domino quod nec inter eos esse potest pariter pro rebus. pro persona,& pro libertate sic(quod nota)vt in l.fi.C.de ordi.cogni.Bal.in c.ex rescripto. num. 11.de iureiu.vbi etiam quod agit monachus contra abbatem vt eum ab obsidione liberet. Et filius rursum contra patrem, si ab eo venditus sit necessitate famis & victus,(vt dictum fuit supra & habetur in l.ii.C.de pat.qui fit.dist.)vt ipsum redimat si peruenisset ad pinguiorem fortunam, quia hoc est(licet ibi nõ dicat) pro libertate agere,quo fit sicut hoc casu agit seruus cõtra dñm,vt dictũ est, nulla rõ adduci põt, cur non ẽt agatur hac de re, contra patrem. Agit etiam pater vtili actione contra filium , habentem castrense peculium,

lium, si furtum sibi fecerit, quia habet vnde satisfaciat, vt signanter dicit Iurecon. in l. si quis vxori. in fi. prin. ff. de fur. & sensit glo. in d. l. lis nulla. Imò tex. ibi peculij castren. mentionem faciens. Et minime mirum, quia dicto casu non curatur neque est considerabilis patria potestas, quæ impedimento est, ne iudicium inter eos esse possit. aliisq; etiam modis limitat Soci. in regu. ccxliiij. tum maxime quod nec procedat istud, de iure canonico, adde tu, quia tunc nec patria potestas curatur. c. fi. de iudi. in vj. & glo. quam ad hoc allegat in c. si ecclesia. xxiiii. q. iiii. dicit singu. præter cætera Ro. in suis DCXV. vel si pro alio agat post glo. adhuc in d. l. lis nulla. quod tu declara verum, si ad commodum etiam alienum agat, nō si ad proprium, puta ex iure sibi cesso, quoniam tunc alter contra alterum, cesionem hanc recipere non posset. l. si pater. §. i. ff. de iur. do. l. actiones. & vtrobique glo. ff. de act. & obli. & licet ita transeat etiam Pau. Cast. in d. l. lis nulla. aliam declarationem tamen glo. in dictis locis recipit, secundum Bar. in d. l. actiones. & Bal. in præallega. l. si pater. intelligi debere in cesione scilicet, facta ex ea causa, ex qua iudicium inter eos consistere non posit, aliàs secus, & aduertit Pet. de Raue. in not. vtriusque iu. col. xiiii. & bene nec secus dici potest. Et ad veniæ propositum dictu mirabile est, si agat filia contra patrem & dotem petat officium iudicis implorando. quod nihilominus præcedere debet, & necessariò quidem, vt ex multis ostendit Bal. nouel. de dote in xvj. speciali col. i. & licet in restitutione fideicommissi, cum pater est rogatus scilicet, vt restituat ipsum filio, sentire videatur Seysel. in l. cogi. in §. si pater. ff. ad Treb. absolutè agi posse contra patrem, quia id æquum est, officiumq; iudicis imploratur, attamen credo & id intelligi debere venia petita ex prædictis, & sentit glo. in d. §. si pater. & aduertit quoq; Soci. in regu. præallega. in j. fallē.

Decimo septimò prohibet lex, ne cum minore contrahatur, quoniam constat fragile esse & infirmum eius ætatis consilium, & multis captionibus expositum, multorumq; insidiis vt inquit tex. in l. j. ff. de mino & Ancha. in pulchro casu cōsil. cccxxvij. col. j. & Fulgo. cons. ccxxxvij. col. j. ad fi. bonus tex. in l. si minor. in fi. ibi lex quippè consilio eius parum firmo resistit. ff. de seruis exportan. Antilochus enim Homericus: fer (inquit) æquo animo Menelae, longe quàm tu, iunior sum, tu verò prior, meliorq;, non ignoras iuuenum audaciam: promptior enim iis animus est, sed imbecillius consilium. Hinc veteribus mos erat, adulescentes bullam à pectore pendentem portare solitos, quam βουλὴν Græcæ vocabant, significantes ex eo eam ætatem consilio regendam fore non secus ac æquus fræno, ad quod fortè Saty. allusit, quando sic dixit pariter. Dic senior bulla dignissime. Subiicit ad hæc etiam Bal. alibi, quod iuuenes sunt omnia nimis, facilesq; ante maturam ætatem ad pecunias profundendas cons. ccclxiij. ad fi. vol. iij. dictumq; est Philosophi. Et hac ratione non iurant de calumnia vt not. in l. ij. C. de eden. & si testator vetuerit (vt quotidie fit) ne fratres diuidant intra certum tempus, valebit prohibitio, ne minores sua facilitate labantur, inquit idem Bald. vbi alia etiam multa consil. lxxij. col. ij. vol. ij. legem quoque tulit. Q. lectorius, quam etiam lectoriam ab auctore dixerunt, vt Falcidia, Publiciana, Fauia, & similes, qua pœnam prætoribus adiecit ne adulescentes in contractibus circumueniri sinerent. & si statutum dicat contractum minorum non valere, nisi certa solemnitate seruata, etiam si fuerit iuratus, valet & iusta eiusdem causa videtur, ne propter imbecillitatem decipiantur in quo versatur naturalis æquitas inquit Alex. cōs. clj. col. pe. vol. vij. & Bal. in rub. C. de re. permu. col. j. quod in rustico, muliere, & minore, simplicitas præsumitur, & si iurent quod iuramentum erit captiosum & iniustum, & per episcopum relaxandū, & qd' deniq; iuramentum tametsi repræsentet quem maiorem, non tamen facit eum sagacē & prudentē, vt etiā dicit Aristot. & tandem quod mulieris cōsilium inualidum est, rustici fatuum, & minoris infirmū quem refert & sequitur Deci. vbi alia multa ad idem cons. cccxlix. col. iiij. vol. iij.

Decimo octauò prohibet lex, ne reliquiæ S. Martyrum, & minus corpora, distrahātur, & mercentur. l. nemo martyres. & ibi diximus in Aequilib. scholasticorum, tomo ij. satis. C. de sac. sanc. eccle. ideò nunc ad alia transeo. & si quid addendum est, cū ibi dictum fuerit ea ratione venditionem prohiberi, neùe mercētur, quia sacrę nō sunt à locis sacris auellendæ, quandoquidem nec æstimationem recipiāt, sicuti nec liber homo. l. liber homo. ff. de ver. obl. §. nullius. insti. de re. diu. hoc vnum tantū addā. quod Auerni populi (vt memoriæ proditum est) cum Cæsaris ensem in templo appendissent, ceu ab illo ereptum spolium, subrisit Cæsar, ipsum conspicatus, & rursum eum ab amicis vt detraheret suaderetur, noluit, quippè quod rem sacram fore existimauit.

Decimononò prohibet lex, ne quis decedat cum duobus testamētis. l. j. ff. de iniust. testa. quāquā in milite tolerabile sit. l. quærebatur. l. militis. §. miles. ff. de mili. testa. not. in d. l. j. Sicuti videmus etiā quod potest sic prò parte mori testatus & pro parte intestatus. l. si duobus. ff. de mili. testa. l. vnica. §. his ita. C. de cad. tol. est verū quod primum per secundū nō rumpitur, nisi rite perfectum sit. §. posteriore. insti. quib. mod. test. infir. l. ij. ff. de iniust. testa. quod adhuc in milite (vt ibi dicitur) limitatur. Et ideò subiicit Iurecon. in l. si binæ. eo. titu. si duo testamenta reperiantur, septem testium signis signata, posterius autem apertum inuentum sit vacuum, id est nihil in eo scriptum, quod superius non erit ruptū, ex quo posterius est nullum, quem tex. ad propositum in resolutione magni contrarij pulcherrime inducit Bal. in c. sanè. nu. 2. de offi. dele. vel dici

potest

potest quo ad duo testamenta in priuato, quod loco vnius habeantur. l. i. §. sed in duobus. ff. de bo. pos. se. tab. not. in d. l. quærebatur. & sic quod ipse pariter cum duobus moriatur, quia quotiescunque duo sunt propter vnum, vtrobiq; vnum est tantum. l. qui libertatis. §. j. & ibi Bar. ff. de euic. l. tribunus. l. Iulianus. ff. de condi. & demõ. Rota decisio. cccclxv. col. ij. de testi. in nouis. sed vt prius melius. Et prohibitionis legalis ratio est quia facto vno testamento, non tollitur potestas, faciendi aliud, ex quo nemo potest sibi legem imponere à qua recedere non liceat. l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. iij. Nimirum igitur si posterius tollit primum. Et quia alia ratio est in sententiis (primæ enim semper stamus quandoquidem iudex benè vel malè functus est tunc officio suo. l. iudex posteaquam. ff. de re iudi. not. in d. §. posteriore. aliud quoque dicendum est, vt ibi) & quod licet non possit mori cum duobus testamentis quis, potest tamen cum duobus & pluribus codicillis. §. codicillos. institu. de codicil. not. in d. l. quærebatur. quia nullam solemnitatis ordinationem desiderant. §. fi. institu. eo. de codicil. nisi præcedenti posterior esset contrarius l. cum proponas. C. eod. Azo de codicil. nume. 5. in summa.

Vigesimò prohibet lex, ne mulier officium procuratoris exerceat, & aliena negotia gerat ẽt pro marito. l. iiij. C. de procu. & obiter dictum est supra in decima permissione legis, ideò transeundum est. nouissimè tamen mihi mirum videtur, quod lex ita statuerit, cum possit in rem suam agere vt ibi dicitur, & cum sint hinc duo in carne vna, sociiq; diuinæ & humanæ domus. c. sciscitatur. xxx. q. iiij. l. aduersus. C. de cri. expila. hære. & Gen. ij. legitur. Cogita.

Vigesimoprimò prohibet lex, ne miles in ea prouincia in qua opera bellica exercet, agros possit comparare ea potissimũ ratione (vt inquit Iurecon.) ne studio culturæ à militia auocentur, in l. milites agrum. ff. de re mili. Domum verò habere non prohibetur, in qua ratio prædicta cessat vt ibi dicitur, & pulchrum verbum in simili scribit Bal. in l. fi. C. si se. expor. ve. ad fi. quod pe rusinus qui non potest esse quæstor propter motam infamiam viræ suæ, non poterit etiam esse prior, quia eadem est ratio prohibendi, ergo si non eadem secus, & signanter per tex. in d. l. milites agrum. & dum ibi rursum assignatur ratio: argumentum erit nobis, quod vbi in statuto expressa est & scripta, illa semper debet attendi, aliàs verba longe magis, & declarat idem Bal. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. col. iiij. & in l. fi. vbi etiam Imol. de hære. insti. Alex. consil. xxxij. col. ij. vol. vij. & fortè hac de re procurator miles adhuc, esse pro alio non poterit, ex quo vix in duobus casibus admittitur siue tribus si ab initio exceptio opposita non sit, si sit in re sua, vel causam communem agat numeri sui, ne scilicet à militia auocetur pariter, vt dicitur in d. l. milites. & in l. militem. & in [illegible] pendia. C. de procu. & in l. fi. C. loca. & a[illegible] pro[illegible]m est [illegible]sus in l. filiusfamilias. in l. v[illegible] . de procu. est ve[illegible]ẽ ad mitt recur[illegible] veter[illegible] honestè missus est, [illegible]iam d[illegible] & quem alias rudiariũ a[illegible]pellamus, ab onere militiæ dimissum, quasi rude donatum (rudis enim virga erat rursum, qua gladiatores missionem accipiebant à sanguinario ludo) l. ij. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infa. l. j. ff. de vetera. & mili. suc.) d. §. veterani. vel si ex militibus esset qui quotidie in foro inq; plateis spatiantur, vt inquit Alex. in d. l. militem. quoniam tunc cessaret prohibitiua ratio, & sic etiam legis prohibitio. l. adigere. §. quãuis. ff. de iu. pat. c. cum cessante. de appel. Et sic erit vigesima secunda legis prohibitio, notanda quãquam breuis, quia nec etiam longas intendimus iliadas contexere.

Vigesimo tertiò igitur prohibet lex, ne infames ad postulandum admittantur, vt in l. j. in §. ait prætor. ff. de postulan. & nimirum quoniã patroni officium laudabile est & honorificum. l. laudabile. C. de aduo. di. iud. nec conuenit qđ ab infamibus exerceatur, & quia procuratorium hinc vilissimum est, non mirum si infamis admittitur vt suo loco diximus & habetur in §. fi. institu. de excep. assessor verò esse nõ poterit, sicuti nec aduocatus. l. ij ff. de offi. asse. & testis repelletur. l. iii. §. lege Iulia. de testi. Bal. in l. cum mulier. col. xii. ff. solu. mat. Imò quod postulare prohibetur ad propositum redeundo, etiam si aduersarius patiatur, vt inquit tex. ad idẽ singula. in l. quos prohibet. eo. titu. de postu. & in simili tex. in d. §. veterani. & non ab re, quia (vt dicit in d. l. j. in prin. & in d. l. quos prohibet not.) id decoris causa, & dignitatis tuendę gratia introductum est, ne sine delectu passim & ab omnibus postularetur, & benè, cum decor omnimodò seruãdus sit quãdoque & ideò ferè ad propositum, aduocatus etiam volens vilia ministeria suscipere non debet vt togæ decor fruetur. l. ne quis. C. de aduo. di. iud. & qui non seruat est vnum pecus inquit Bal. in c. intellecto. col. ii. de iureiu. argumentum in l. obseruãdum ff. de offi. præsid.

Vigesimoquartò prohibet lex, ne cæcus, ad nouum magistratum aspiret, & nouũ dixi, quia iam adeptũ retinet: argu. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuu. & probatur ad literam in l. i. in §. casum. ff. de postulan. exẽploq; est nobis, Appius Claudius cæcus, qui cõsiliis publicis intererat & qui in senatu, seuerissimã sniam dixit, de pirrhi captiuis non recipiendis, vt ibidẽ. & seuerissimã dixit Iurecõ. quia M. Attilius regulus palpebris resectis, machina in qua vndiq; præacuti eminebãt stimuli, inclusus, vigilãtia pariter, & continuo tractu doloris (historia nota) à Carthaginensibus necatus est. Et ita etiam declarat glo. in l. cæcus. ff. de iud. & ibi Bar. inquit, & bene, ob id, qđ poterit succedere baroni, vel habẽti aliam iurisdi-

iuriſdictionem, licet de nouo talis dignitas ſibi conferri non poſsit. Et ita in facto etiam conſului ex [illegible] cõſ.xlvii.vol.i.& potiſsimũ per tex.in d.§ [illegible] & [illegible] nobis argumentum ad vulgatum illud, quod facilius nobis retentio con[illegible] eſt, quam petitio.l.ſi in ar[illegible].ff. de cõdi.inde.l.i.C.etiam ob cyrographi.pe.l.per retentionem.C.de vſu.glo.in l.in debitore.ff. de pig. actio.& quo ad Appiũ (obiter dictum ſit) quia ſacerdotium potitiorum ſeruis dari ſuaſerat (Potitij enim ſacerdotes Herculis erant) Herois indignatione obcæcatus eſt.

Vigeſimoquintò prohibet lex, ne quis patrocinium potẽtiorum aduocet, & nimirum (vt inquit tex.) quia ſic potius lites ſuo marte diſcurrunt quam potentiorum domorum opibus nitantur, in l.i.C.ne lit.pot.& ſi ſecus factum fuerit, iactura cauſę is affici debet, vt ibi dicitur. Et hinc Bal. quod ſi ceſsio clerico à laico facta ſit, poterit impugnari tanquam ſimulata, ſi talis ſit vt poſsit aduerſarium terrere, in l. per diuerſas. col. vlti. C. manda.& prędicta non ſine ratione, quia potentes præſumuntur violentiam inferre facilius quã alij.l.ad inuidiam.C.quod met.cau.l.illicitas. §. ne potentiores.ff.de offi.præſid. vnde Eccleſiaſt. c.viii.ne litiges cum homine potenti, ne fortè incidas in manus illius. Afflict. multa in tracta. iu. congrui.in §.prohibemus.col.ij.& ob hoc ſtatuta plerunque ſiunt, quod nobilis ſuſcipere non poſsit ceſsionem contra popularem, in quorum pœnam non incideret tamen quis, ſi ſucceſsiſſet in aliqua actione iure hæreditario, contra popularem ſecundum Bar.in l.i.in §. ſed ſi iure. ff. ad legem Cor. de fal. Curatq; proconſul ne potentes opprimant imbecilles l.ne quicquam.§. fi. ff. de offi.procon.vbi etiam dicitur potentium adhuc inuidiam eſſe reprimendam.& in d.§.ne potentiores quod potentes humiliores iniuria afficere non debent. Et facit vulgatum illud, vbi leo tenet pedem, animalia cætera ſilent, de quo in d. l.j.C.ne lit.pot.Ancha.conſ.cciiij.col.j. eſt verũ (quod pro intellectu nota) d.l.j.non habere locũ in quocunq; habente iuriſdictionem, ſed in eo qui habet merum Imperium vt per Bal.conſ.clj. in prin. vol. j. & plus ſi ſtudẽtes qui ſunt priuilegiati, in potentiorem ceſsionem faciant, ratione priuilegiorum ſuorum, nihilominus in fraudem facta videbitur, inquit Gui. Papæ deciſi.cclxxiij. & nihil aliud eſt dicere quod lites ſuo marte diſcurrere debent, niſi ſuis viribus, non aliunde accerſitis adminiculis.

Vigeſimoſextò prohibet lex, ſequeſtrationem fieri debere.l.j.ibi ſequeſtrationis neceſsitas conquieſcat.C.de prohibi.ſeq.pecu. non modo ciuilis verum etiã canonica, vt in c.j. de prohib. ſeq. poſ.& fruc. Ancha.conſ.cxl.col. ij. etiam in bonis proprijs debitoris, multoq; minus ſi non ſit debitor ex quo infertur repreſalias eſſe contra iura, imò quod Impe.facere non poteſt, quod quis ſoluat debitum alterius, & ſi non Imp. qui eſt dominus orbis.l.deprecatio. ff. ad legem Rhod.de iac.l.bene à Zenone. C.de quad. præſcrip. multo minus poterit inferior iudex.l.quotiens.l.nec damnoſa.l.reſcripta.C.de precib. Impe. offe. Ioã. And.in regu.non debet.col.vj.de reg.iur. in mercuria. Eſt verum quanquam prohibita ſit in cauſa principali, quod tamen in ap.admittitur vt per Abb.in c.ab eo.col.j.de ſeq.po.& fruc. & aliis caſibus ſanè multis de quibus Io.And.in regu. locupletari.col.ij.& iij.de reg.iur. in mercuria. qui tamen dicit in c. examinata quod euitatur ſatiſdatione, de iudi.& ibi Feli. col. vj. vbi multa etiã ad huius dicti limitationem, ſed quoniam dixi in materia aliàs ſatis ego quoque maximè in locis communibus, lib.iij.loco xliij trãſeo, etiam quo ad iſtud. Nouiſsimè tamen addendo (quod ibi dictum non eſt) prohiberi, vt ordo iuris ſeruetur d.l.j.C. eo. vel quia lite pendente nihil eſt innouandum, niſi quatenus perpetui edicti monet auctoritas, vel ius dicentis decernit æquitas, vel cõtumacis requirit proteruitas, vel ſi ſuſpicio dilationis incidat.& quia ſequeſtratio eſt ſimilis executioni, quæ non debet fieri ex abrupto.l.j. C.de execu.rei iudi.& vt per Bal.latius in d.c.j.nu.11. & 12.de ſeq. poſ. & fruct. & ad propoſitum alibi quod fieri poteſt ſubſiſtente cauſa.in.c.olim.nu. 3.de reſcrip. & quòd vbi fit propter contumaciã ea purgata reuocatur vt ibidem. Et quòd aliàs in caſibus in quibus fieri poteſt, durat vſque quo lis finitur & ſi reuocetur, quod debet fideiuberi vt per Cy.in d.l.j.C.de prohib.ſeq.pe.& cano. in c. ij.extra eo.tradit Abb.conſ.xxiij.col.ij.vol. j. & quod illo caſu quo fieri poteſt, quando ſcandalũ timetur, ne partes veniãt ad arma, vulga.l.ęquiſſimum.ff.de vſufru.ſummariè ſaltem liquere debeat iudici pulchrè poſt multa oſtendit Dec.cõſil.cclxvj.col.vj.vol.iij. hæcq; ſufficiant pariter præter dicta in loco præallega.

Vigeſimo ſeptimò prohibet lex, ne feudum abſque conſenſu domini alienetur, quia ſi ſecus actum fuerit alienatio non valebit, & vaſallus cadet à iure ſuo, caſus eſt in c.j.in prin. de prohib. feu.alie.per fed. in vſib. & adeò verum eſt vt nec pęnam amiſsionis iuris ſui euadat tametſi ipſum redimat antequam dominus agat, quia momento (vt ibi dicit glo.) ad dominum reddit argumentum in l.qui res.in §.aream.ff.de ſolu. & quia facta executione à lege ipſo iure, mora purgari nõ poteſt.l.ſi is qui.ff de lega.ij.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verbo.obli.Bar.in l.ſi inſulam.ff.eo.tit. Imò quod nec pater, cuius onus eſt dotare filiam l.fi.C.de dot.promiſ.l.obligamur. §. lege. ff. de act.& obli. poteſt etiam ſi nõ habeat modum aliter dotandi eam, ſibi dare feudum in dotem. c. j. §.donate qual.feu.olim alie.poſ. in vſib. & mirũ videtur, quoniam dos ſui natura fauorabilis eſt, deberetq; poſſe omninò hac ratione dari. l. j. ff. ſolu.matri.auth.res quæ. C. communia dele. ſed admiratio ceſſet, quoniã (vt inquit Bald.& benè) in d.c.j.col.iii. (& eſt quæſtio quotidiana) hoc

idem

idem ratione non caret, ex quo in feudis prohibitio alienationis fit non intuitu personæ sed rei quæ non erat in pleno dominio dotantis, ergo de alieno dotare non potuit. Et ita in simili dicit etiam in auth. ex causa. col. xj. C. de lib. præte. & quoniam diuisio est species alienationis. l. i. C. communia vtri. iud. l. si pupillorũ. in prin. ff. de reb. eo. Alex. cõs. xlvj. ad fi. vol. j. prohibet etiam lex ibidem, hoc est in d. c. j. in §. præterea. de prohib. feu. alie. per Fed. feudũm adhuc diuidi, Marchionatus tamen, Ducatus, & Comitatus. Et nimirum quia (vt dicitur in Euangel. & ibi idem Bald. pulchrè refert) omne regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. & quia (inquit etiam Philosophus) entia nolunt male disponi, pluralitas principum odiosa, vnus ergo princeps. c. in apibus. vii. q. i. l. ii. §. nouissimè. ibi per vnum. ff. de orig. iur. & quia denique non minui debet dignitas sed augeri potius. l. obseruandum. ff. de offi. præsid. & hoc est quod idem Bal. dicit conf. xxv. vol. iij. quod omne diuisum laceratum est. & vltra eum adde tu, quod à simili sic diuisio præbendarum prohibita est. c. maioribus. de præb. quodque factum est iam tritum sermone prouerbium ad propositum. Si diuidis, nec tu nec socius habebitis. nanq; Cæsellius consultori dicenti, nauim diuidere volo, perdes inquit ille de precio nauis mercibusq; cõsulebat, hic aliud respondit. Nam ipsam diuidere nauim est nauim perdere. Macrobius ita refert, si diuidis, nec tu nec socius habebitis, erat autẽ duorum negotiatorum nauis communis. Et hinc est quod primogenitus succedit in regno. c. licet. de voto, quodque pater filium priuare non posset cum talia proueniant à genere, vt post Inno. & alios dicit Albe. in proœm. ffornm. in §. discipuli col. ii. quod tamen debet intelligi quo ad dignitatem & titulum, quoniam aliàs bona temporalia possunt diuidi, vt ex multis ostendit Boer. decisio. cciiij. nu. 29. & 30. par. ij. & maximè si in diuisione, consortum omnium & domini, consensus interueniat, & ita præter intellectum istũ indistincte sic. d. §. præterea. limitat Io. Bap. à S. Bla. conciuis meus, in vol. consil feudali. lxvj. nu. 9. vbi alias etiam ponit limitationes, sed vt supra melius, & ad propositum probatur in d. §. præterea. ibi si consortes cõsenserint, pulchre Abb. cõsil. lxxxij. col. pe. vol. j. posset quoque dici, quanquam dignitas, & titulus, seu iurisdictio, & imperium, diuidi non possit, sed indiuiduum sit, qđ tamen poterit diuidi exercitium vt not. in d. §. præterea. tradit Bar. in l. inter tutores. ad fi. ff. de admi. tuto. adde simile quia præsentatio literarũ non requiritur quo ad acquisitionem iurisdictionis, quia sola principis voluntate transfunditur in aliquem etiam inuitum & ignorantẽ, sed quo ad exercitium iurisdictionis sic. c. super eo. ad fi. de appel. Feli. in c. fi. col. vlti. de præsump. & hoc est quod dicit Alex. conf. xviii. col. ii. vol. ii. post Io. And. in addi. Spec. in rub. de feu. col. pe. quod in Italia de consuetudine dispositio. d. §. præterea. non seruatur.

Vigesimo octauò prohibet lex, ne libertus in ius vocet patronam suam absque venia, & nimirum quidem, quia ea [illegible] reuerentia quæ marito debita est, debetur etiã vxori. l. i. C. de in ius vo. Imò vt ibi dicit glo. quod est generale in omnibu, quibus reuerentia debetur. l. generaliter. l. quique. §. prætor ait. ff. eod. & vir & vxor duo in carne vna. c. sciscitatur. xxx. q. iiii. Socij diuinæ & humanæ domus. l. aduersus. C. de cri. expi. hæredi. & vxor rursum quodammodo domina. l. i. ff. de act. rerum amota. Et si temere secus egerit, obiicietur sibi primum istud, appellaturq; trãslatio imperfecta (vt dicunt Rethores) per locum à qualitate, & mox punietur. l. pe. ff. de in ius voc. pœna scilicet quinquaginta solidorum. quæ tamen locum non habet in aliis personis (obiterq; dictum sit declarationis gratia) sed dumtaxat in his, qui positi & descripti reperiuntur in edicto prætoris, & de quibus in d. §. prætor ait. ex quo sunt quidam, qui non possunt in ius vocari ratione reuerẽtiæ, vt pater & dominus, patronus & patrona, alij ratione ætatis, vt impuberes, alii ratione dignitatis, vt personæ egregiæ, & alij ratione iusti impedimenti. d. §. prætor ait. l. ad egregias. ff. de iureiu. l. nec impuberes. l. ii. §. fi. & l. seq. ff. eo. idcircò cum non reperiatur alicubi decisum, pœna erit arbitraria. l. j. §. effractores. ff. de effracto. argumentum in l. j. ff. de iur. delibe. Ias. in §. pœnales. nu. 86. insti. de actio. Et dictu mirabile est, quamuis Doctor sit iudex ordinarius scholarium, auth. habita. & ibi dixi. C. ne fil. pro par. qđ non tamen est de comprehensis in edicto prædicto, vt inquit idem Ias. in d. §. pœnales. nu. 79. & est verum quia egregia persona est quique ratione dignitatis non potest in ius vocari vt supra. Duoq; etiam ad materiam obseruanda sunt, quãquam edictum in prætore loquatur, quod tamen venia impetrari potest coram quocunque iudice. l. ea quæ. §. magistratibus. ff. ad municipa. Cy. in d. l. j. C. de in ius vo. Seysel. in l. fi. ad fi. C. eo. & dato quod vocans in pœnam incidat, quod nõ fisco sed parti minus solemniter vocatæ, applicabitur hoc est patrono seu patronæ, vt in l. pe. & fi. ff. de litigio. Imol. in rub. de pub. iud. & sensit glo. in l. ii. quam sic intelligit & declarat ibi Deci. seni. C. de in ius vo. si quis vellet agere contra principem vel in Gallia contra Magistrum hospitij (is enim est qui pœni Regiæ, seu rei familiari dispensandæ præest, quem nos magistrum domus, seu maiorem domus, vocamus) oporteret veniam petere, nec absque ea agit quis contra fiscum. vt not. in l. bene à Zenone. C. de quad. præscrip. Feli. in c. i. col. v. de iudi. Bal. in Marga. sua fiscus. nu. 2. quo ad Magistrum hospitii, nemini licet illum in ius vocare, per leges Francorũ vt testatur Lupan. de magistratibus Francorum sub rub. inscripta. Magistri hospitij. Est verum pro complemento, quod edictum & prohibitio legis nõ habet locũ

in v-

in vasallo vocante in ius dominum suum vt per eundem Bal. in c.j. ad fi. de mil. vasal. qui cõtu. est in vsib. & in c.j. in §. præterea. col. v. de prohib. feu. alie. per Fed. co. lib.

Vigesimo nonò prohibet lex, ne quis renuntiet defensionibus suis, in causa criminali, ex quo nemo etiam est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad legem Aquil. c. si quis absciderit lv. dist. & est glo. ad propositum in l. pactum inter hæredem. ff. de pac. Feli. in c. cum dilecti. col. iii. de accusa. & fortè hac ratione dixit alibi Bar. quod non licet libero homini, dare se in quæstionem alicui, seu ad torturã simpliciter suis defensionibus renuntiando, vel alteri permittere quod ipsum percutiat, seu corpus eius excruciet, & affligat. in l. cum seruus. ad fi. ff. de cond. ob cau. & Cuma. conf. cxlvj. col. pe. quod non poterit quis sponte se obligare ad carceres & bene, l. iniquissimum. l. paterfamilias. ff. de iur. & fac. igno. l. ij. ff. de noxa. l. iij. ff. de custo. reo. Nec ista ratione rursum, Jonas volens & iubens, à nautis debuit in mari proiici, qui tamen (histo. nota est) mergitur sine mersus est, verum dic sanctorum exempla referenda esse, sed non ad consequentias trahenda. c. quæ à iure. de reg. iur. in vj. & quod ex pacto non possit quoq; quis se obligare ad pœnam corporalem, nisi tamen eam sit omninò ex legis dispositione subiturus tradit Areti. in c. super his. nu. 27. de accusa. Multa Feli. in c. inter cæteras. col. iiii. de rescrip. Dictu mirum est tamen his nõ obstantibus, quod possit quis pati, se venundari ad precium participandum. l. & seruorum. ff. de sta. ho. §. fi. insti. de iur. perso. fortè multis cõcurrentibus de quibus ibi. & quoniam dixi supra loco suo, satis superq; transeo.

Trigesimò prohibet lex ne iudæus possit esse Doctor. l. fi. C. de iudæ. & ibi Bar. notat. aliàs haberet etiam sic iurisdictionem in scholares iuxta not. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. & male nec permittendum. nanq; seruus supra dominum (iudæi enim Christianorũ serui sunt, vt tradit Abb. in c. iudęi. de testi.) esse nõ debet: & maxime quia Doctoratus est dignitas. c. c. quanto. de magist. iudæus autem dignitatem habere nõ potest. d. l. fi. vbi Bar. rursum attestatur se tũc ita dixisse, quia iudæus quidam doctorari volebat. & idem in l. omnes. iij. C. de decurio. lib. x. potissimum ratio ne dignitatis, quodq; Doctor habeat iurisdictionem in scholares fusius probat & dicit in proœ. Cod. seu aliàs in l. j. C. de nouo Cod. faciẽ. nu. 10. signanter per tex. in d. c. quanto. Idemq; Ioan. de Ana. in rub. de iudæ. & Seysel. in rub. pariter de iusti. & iur. col. j. & cum doctor adhuc, sit nobilis. l. ij. §. fi. ff. de excu. tuto. Bar. in l. iudices. C. de digni. lib. xij. Alex. conf. xciiij. col. ij. vol. j. & conf. ccxiij. ad fi. vol. vj. Iudæus verò ignobilis, seruus, imò infamis & spurius. c. fi. qui fil. sint legi. Ro. in l. prætor ait. col. iij. ff. de in ius vo. non mirum est, si huiusce dignitatis cõsequenter est incapax. Est bene verum licet doctor artium & medicinæ (de iurisprudentia non loquor, quoniam expeditissimi iuris est, eam esse supra omnem dignitatem. l. j. ibi cuius meritò nos sacerdotes appellãt. ff. de iusti. & iur. Theologica tamen semper excepta & sacræ paginæ) dicatur habere dignitatem, vt per glo. in l. lege Iulia. ff. ad legem Iul. de vi pub. Idem Alex. cõs. præalleg. xciiij. & cõs. xxiiij. col. vj. vol. ij. quod tamẽ poterit esse medicus simpliciter sine doctoratu, quoniã medicina est ars, non dignitas quam exercet etiam seruus. l. j. §. ne autem. C. de communi ser. ma. tradit Io. de Ana. in rub. de iudæ. col. ij. Seysel. in rub. præallega. de iusti. & iu. col. vlti. Finis.

DE IVSSV ET PRAECEPTIS *seu imperio legis.*



Praecepta etiam legis (vltra prædicta) plurima sunt. Primò enim præcipit nobis, vt honeste viuamus, lædamus neminem, & ius suum vnicuiq; tribuamus, hæcq; tria potissima atque præcipua sunt, vt in §. iuris præcepta. insti. de iusti. & iur. & quod præcipitur Imperatur, quod imperatur necesse est fieri, si non fiat pœnam habet. c. si. xiiij. q. j. deq; pœnis infra. & honeste viuere dixit, quia sicut in legendis rosis sentes vitamus, sic quoque turpia, inhonesta, & noxia, vitare debemus. Imò quod mors est appetenda potius quàm turpiter aliquid agere. frater à fratre exhæredatus turpi persona instituta, querelã habet & testamentum fratris subuertit. l. fratres. C. de inoffi. testa. Et idem in patre si à filio præterea tur pariter, & meretrix instituatur hæres. l. Pantonius. ff. si quis à pa. fue. ma. Ea de re offi. iij. ait Cice. Nullum esse malũ turpitudine maius neuie res turpes rogemus, nec rogati faciamus in lib. de amicitia. Et si maritus ad idem concubinam habeat compellitur officio iudicis eam dimittere vt honeste viuat inquit Pau. Cast. in l. iustitia. ff. de iusti. & iu. & si conductor domus inhoneste viuat, potest expelli, vt inquit etiam Bal. in l. ædem. ad fi. C. loca. & facit regu. l. semper. & ibi de honestate multa Deci. ff. de reg. iur. & hinc Iurecon. in l. filius. ff. de condi. insti. quæ facta lædunt æstimationem, verecundiamq; nostram & honestatẽ & (vt generaliter dixerim) quæ contra bonos mores fiunt nec facere nos posse credẽdum est. Nec aliud honestas secundum Isido. nisi quę nihil turpitudinis habeat, quæq; ibi est, vbi est dignitas, in officio colendo sita vt in negligendo turpitudo. Dixit rursum, alterum nõ lædere, quia (vt ibi inquit glo.) regula est quasi de cœlo delapsa. & naturæ impressa, quod tibi non vis fieri alteri fecisse caueto. c. j. j. dist. c. ponderet. l. dist. & securitas nata cum ipso homine, cum sic dictum est. In qua iustitiæ summa consistit vt dicebat etiam Lactan. & Xistus Pitagoricus his verbis, quod pati non vis ab alio, neque id facias. Et Cartusian. in

lib.

lib.Iob.quod hæc extrema operationia humanę, sunt prima principia in operabilibus.est verum quod ad nostram defensionem tamen, id permittit,quod vetuerat primum,l.vt vim.ff.de iust. & iur.l.scientiam.§.qui cum aliter.ff.ad leg. Aquil. l.j.§.eum qui.ff.de vi & vi arma.c.significasti. ij. ad fi.de homi.& dixi ego satis in d.l.vt vim.& ad præceptum istud facit optimè text. in l. rescripta ibi nisi sit fortè aliquid quod alium non lædat. C.de precib.Impe.offeren.& in l. fina.C.de prępo.sac.cub.lib.x. & quanquam dixerit alterum, non tamen seipsum quis poterit lædere.l.ij.ff.de bo.eo.qui sibi mor.consciue.ex quo non est dominus membrorum suorum.l. liber homo. ff. ad legem Aquil.Fab.Io.de Plat.Ang. & alij in d. §. iuris præcepta. Tertiò dixit ius suum vnicuique tribuere,vt officiū designaret, quo iustitia à prudentia differre videtur, quia subiecto etiam differunt,nanque iustitiæ voluntas est,prudentiæ verò,intellectus,officium igitur iustitiæ est (vt diximus)ius suum cuique tribuere, prudentiæ verò præsentia,præterita, atq; futura tantum prospicere. Imò ad propositū, qđ munus principale iustitiæ est,alterū nō lædere(vt supra) & ius suū vnicuiq; tribuere,quiq; iustus est bonus est, pq; reciprocationē quandam conuenit vt & qui bonus est, vtique etiam sit iustus. Menander hac de re,terram iustam,(quia bona est)vocar. Et mores iusti,id est boni dicuntur,eorumq; possessio preciosissima, πρῶτος δικαίοις κτῆμα τιμιώτατον. & ad propositum facit tex.not.in c.ex ore.de priuile.ibi ex ore sedētis, rectissima debet exire sententia,quæ contra iustitiam nulli parcat, & reddat vnicuiq; quod suum est. Hinc Veneti illustrissimi principes nostri, initio vrbis, Tribuni (vt memoriæ proditum est)appellabantur, quasi tribuentes cuique quod suum est. nec minus hoc idem moribus conuenire videtur, quam illud honestè viuere,& reddere legibus,ac magistratibus debita officia.estq; ex duobus principiis,pratico scilicet & speculatiuo,praticum istud. Et adhuc Plato dicebat de legib.lib. xxxiiij. oportere lucē esse inter ciues,inque eorum moribus non tenebras, quia tunc nec honores pro dignitate, nec magistratus rectè dabuntur, nec ius suum cuique tribui poterit.& Abb.in prati. sua. in prin. quod tria hæc præcepta maximè fuerunt necessaria, ex quo homo multiplicato genere humano se multis immiscuit quæstionibus.

Quartò igitur præcipit lex,ne iudex in sententia ferenda sit celer,quoniam præsumeretur lata non visis actis,& consequenter non valeret, casus est in c. tum ex literis. ibi quia non plene de meritis ipsius causæ videbatur instructus.de rest. in integ.& in l.prolatam.C.de sen. pulchrè Ancha.cons.clxiiij.col.iij.& cons.clxxxviij.col.j. ēt si foret Papæ vel Imperatoris inquit idē Ancha. cons.cclv.col.j.& nimirum quia egem[?]s tempore vt aliquid maturius agamus.c.sit rector. xliij. dist.c.ponderet.l.dist.tertiū; inde debet cū magna maturitate consilij,vt patet ex toto titu.C.de sen.ex peri.recitan.vnde prouerbium ortum est, A temerario iudice sententia præceps,sententiaquè est aurea,quod ad pœnitēdum properat,qui cito iudicat. Et quod sic lata sit nulla,tradit Abb. in c.iurgantum.ad fi.de re iudi.& Feli.in c.eccle sia S.Mariæ.col.vj.de constitu.& Alex.in l.sed & si.col.ij.ff.de acqui.hæ.& cons.cxxj. col. ix. vol. iiij.& cons.xlv.ad fi.vol.vj.Si tamē instructus esset & appareret vtique,celeritas non officeret,vt ex multis nititur ostendere tradendo etiam intellectum ad tex.in d.c.tum ex literis. idem Alexā. cōs.ccxiij.col.j.& ij.vol.vij. & excusaretur si iussu principis hominem suspenderet absque causæ cognitione,vt not.in c.qui resistit.xj.q.iii. quod dictum tamen tempero ego,& dico aliter non esse verum,nisi xxx. diebus post supersedeat.l.si vindicari.C.de pœn.l.puniri.C.si cont.ius vel vtili. pub.& ibi Ias.c.cum apud xj.q.iij.idem Ias. in l. debitoribus.col.iij.de re iudi.& in l.i.lectu.ij.C. de summa Tri.& fid.catho. & sic omninò celeritas vitatur,& ad propositum quod mature ferenda sit, exemplo nobis est CHRISTVS, cuius actio nostra est etiam instructio.c.significasti. de electio. quia in adultere causa, inclinatus digito scribebat in terra,non aliud ea ratione significās sed audi pulcherrimum Theodo.Impe.exemplū, sane perpetua obseruatione dignū. Is enim multos ciues suos occidi mandarat,cumque Mediolanum profectus,ecclesiam ingredi vellet, his verbis à D.Ambrosio repulsus est,exi exi demon maledicte, quod audiens Theod. respōdit & Dauid quoque tum adulter tum homicida fuit & sanguinarius. Cui Ambrosius, si tu errantem sequutus es,eum quoque seipsum corrigentē sequere.quo audito ingemuit lachrymas fudit, & publicā etiā pœnitentiam egit,statuitq; superinde morti neminem condemnandum, nisi (vt dictum est etiā supra)post xxx. dierum lapsum, & habetur in d. c.cum apud.xj.q.iii.

Quintò pręcipit lex,vt ęquitatem iudex adhuc præ oculis habeat semper,ex solemnibus nihil immutandum est,vbi tamen æquitas euidens suadet subueniendum est.l.diuus.ff.de resti. in integ. l. & si nihil. ff. de reg. iur. & probatur in l. quod si Ephesi.vulga.ff.de eo quod cer.lo.& in l.ii. in §. item Varus.ff.de aqua plu.arcen.& in l. respiciendum.ff.de pœn. Deq; æquitate intelligitur, quæ sit à iure informata, quoniam lege clementior esse non debet.§.oportet.in auth. de iudi. declarat Abb.in c.ex parte. in iij. not. de offi. deleg. aliàs perniciose erraret(vt ibi subiicit,& Bart.ante eū in l.vbicunque.col.iii.ff.de int.act.) quia lex est fundata super rationabili æquitate pariter quam sequi(iterato dixerim)omninò debet, & quanquam oculis caligantibus aliquando secus agat & iudicet,ex quo præceptū legis est,vt dicit glo. in l.inter filios.C.famil.her. Mediaq; est inter rigorem & dispensationem,vt dicit Specu. in §.dispensatio.nu.4.de lega.& istam æquitatem præoculis

culis habere debet, maxime super rebus suo iudicio reseruatis inquit Ancha.cōs.lvii.ad fi. & cōs. cclxxxix.col.j. Nimirum igitur, si edicta in æquitate etiam fundata sunt, quod quisque iuris, de edendo, de restitutione in integrum, de minoribus, & id genus plura. Sique desideria singulorū perpendere debet in his quæ ex charitate sanguinis & æquitate descendunt, vt dicitur in l.si quis à liberis.in prin.ff. de libe. agno. & si in diffinitione iurisdictionis aiunt omnes, quod est potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ, in l.i.& in l.Imperium.ff.de iuris.om.iudi. Nec aliud sibi vuult Iureconſ.in l.quod dicitur.in §.fina.ibi propter æquitatem, Marcelli sententia admittenda est. ff. de impen. in reb. dotal. fac. & in l. vulgo.ibi æquum est aduersarium non decipi. ff. de admi. tuto.& in l.si seruus communis. ibi æquitatis ratio suggerit.ff.de vulga.& pupilla.substitu.& de æquitate iuris scripti intelligi debet, siue (vt dicebam supra) à iure informata, quoniam non scripti, spectat ad principem.l.j.C.de legi.Bar.in d. l.vbicunque.col.vii.ff.de int.ac.hæc est æquitas, à qua nunquam iuris ciuilis rationem seiunxisse Gallum Aquilium ferunt. Et ad quā Seruius Sulpitius referebat omnia, quæ à legibus & iure ciuili, proficiscebantur. Rerum publicarum quoque seruatrix vt dicebat Pinda.eamque Themin vocans. Et Socrate docente Plato, quod in ea iustitiæ vis maxime consistit sique eam rursus ad superos referamus pietas erit, si ad manes sanctitas & si denique ad homines, suum retinebit nomen, siue iustitia vocabitur quod tamen præceptum non sit ratione probat Cy.in d.l.j.col.iij.C.de legi.sed replicabo ego, cum à iure informata esse debeat vt supra, ipsumq; ius præceptum sit, vtiq; non aliud quam præceptum erit quoque æquitas. cogita.

Sextò præcipit lex, ne cum statua in honorem principis erigitur, aliquid conferatur à populo. l.in nostræ.C. de statu. & imagi. & nimirū quidem quia quorundam honores etiam si principū sint, aliis damnorum occasionem afferre non debent, vt inquit tex.in l.seq.ibidem.& quia expensis propriis collocari adhuc ꝑcipit.ibi.ad fi. eius, ad cuius honorem erigi petitur. & quia denique non aliud desideratur, nisi iudicis præsentia, l.si quando.eo.titu.& hoc est quod dicitur, in auth. de quæsto. in prin. ibi vt subiecti à nobis diuina clementia traditi, illæsi seruentur. & in auth. de arm.in prin.ibi, studemus, subiectos nostros, quorum regimen credidit nobis Deus, illæsos custodire.& melius quam alibi ad propositū in auth. vt iud. si. quoquo suffra. ibi rursum. quærentes vtilitatem subiectis nostris, eos omni onere, & omni damno extrinsecus illato, citra publicum censum, & iustam legitimamque collationem liberent. Et quia dixi satis in d. l. in nostræ, nunc ad alia transeo. Id vnum tamen haud prætermittens obiter, quia in honorem principis erigi statuas diximus, sic Iulio Cæsari qui in Triumpho pontico tantopere erat gloriatus hoc titulo. Veni, Vidi, Vici. Rc. honoris summi loco, statuam ipsi in templo Quirini dicasse, his inscriptis literis. Deo inuicto. A Mithridate vero Platoni, sic inscribente pariter.

Mithridates Rhodobati filius Mausis Platonis imaginem dicauit. Ratus tamen præclara facinora monumentum esse virorum fortium, Agesilaus moriens sibi erigi vetuit, cum vilis ac nullius rei opificum opera, haud esset sui memoriam, illustratura. dicēs amplius, quod eximia virtus suū consequitur decus, quodque nulla speciosior statua est, quàm honorifica bene actæ vitæ memoria. Et cum multorum adhuc statuas videret Cato, Malo de me (dicebant) homines quærant, cur statua Catoni posita non sit, quam aliter & cur posita sit.

Septimò igitur præcipit lex (ad iudicem redeūtes) vt cuncta rimetur, priusquam sententiam ferat, & ordinem rerum plena inquisitione discutiat.c.iudicantem.xxx.q.v. faciuntque dicta supra præcep. iiij. & nouissime quod hinc potest interrogare partes quandocunque sibi visum fuerit, & etiam testes, si obscure deposuissent, quanquam publicatos, & sic post publicationem, vt hic, & in l.vbicunque.ff.de int.ac.quodque officium suum latissimum est, l. j. ff. de iurisdi. om. iudi.not.glo.in c.cum Io.de fid.instru.& Abb.in c.j.col.ij.de iudi.hæcque omnia, ad eruendam veritatem quæ sæpe & sæpius exagitata, magis splēdescit in lucem, vt dicit glo.præallega.& Ias. in l.admonendi.in rep.col.cxx vij.ff.de iureiu.Ancha.conſ.cxciiij.ad fi.& Ro.conſ.cccclxxix.ad fi. quæq; erroribus gestarum vitiari non debet.l. illicitas.§.veritas.ff.de offi.præsi.idem Ancha.cōs. cxcj.col.j.& quod sententiam præcedere debeat solemnis & exacta discussio, ac iuris ordo, probatur etiam in l.prolatam.C. de sen. tradit idem Ancha.conſ.cxcvij.col.ij. vsq; adeò vt expediat puritati conscientiæ non deesse quoque iudiciū rationis, quæ dictat (vt supra) cuncta rimari debere.c.non solum.de reg.iur.in vj.d.c.iudicantem. l.j.& ij.C.de sen.ex peri.reci.Idem Ancha. conſ. cclv.col.j.& motum animi sui, ex perspicuis coniecturis atque iudiciis etiam informet, dicit adhuc conſ.cccxxxvij.col.iii.& probatur in l.dolū. C.de dolo.& in c.in præsentia.de renun. Et alibi Ro.quod quamuis iurgantium controuersias celeri sententia terminari, & æquitati expediat & rigori.c.iurgantium.de re iudi.non ita tamen accelerandа est, quo minus iudex cuncta iudicii merita expendat & rimetur, conſ.cccclxiii.col. pen. quia sic veritatem occultari non patietur, ipsique potius (ad instar diuini iudicii) adherebit vt etiā inquit Soci.in c.fraternitatis.col.ix.de testi. Exēploque instruimur, atque edocemur, Dei optimi maximi, qui cum momento temporis, omnia facere potuisset, septem dierum tamen spacio, perfecit. Et seruatoris nostri CHRISTI, in causa

adultere,

adultere, qui inclinatus digito scribebat in terra. Deque hic multa dixi aliàs in dialogis cxxxj. & in collectan. in l. quod dictum. ff. de pac. idcircò quantum ad istud quoque transeo. hoc tantum addēdo quod ratio est illuminatio veritatis, quæ semper esse debet in pectore iudicis, inquit Bal. in l. fi. col. iiij. C. de eden.

Octauò præcipit lex, ne ab executione incipiamus nos, agentes seu agere volentes, nec sine reprehensione alibi inquit nimis propere Marcellæ agis in l. j. C. de execu. rei iudi. tradit Ias. in l. ne quicquam. in §. vbi decretum. col. iii. ff. de offi. procon. cum sit necesse sententiam præcedere, nisi in notorio simus quia tunc secus cum id vim sentētiæ habeat, vt per Bart. in l. ictus fustium. in prin. ff. de his qui not. infa. Qui hac ratione dicit, si peteretur quem cogi & compelli, quod libellus non valeret, petita ante sententiam sic executione & male, in l. si cum nulla. ff. de re iudi. & alibi Bal. quod præposterum esset prius exequi quam cognoscere cons. xcviij. in prin. vol. iij. & cons. cccclxix. col. j. vol. ij. & ita in legato quoq; dicimus, si in diem sit vel sub conditione, quod ante diei euentum venditionis perperam peteretur, l. cedere diem. ff. de verbo. signifi. l. pecuniā. ff. si cer. pet. l. j. C. de plus peti. §. plus. insti. de ac. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. tol. nisi tamen sit alimētorum annuum. l. i. C. de fideicom. Ang. pulchrè in §. si quis autē m. col. j. in auth. de hære. & fal. Imò quod nec iudex facere potest, quod ab executione incipiatur præallega. l. si cum nulla. ff. de re iudi. Bal. cons. cclxxiiij. vol. iij. & nimirū quia executio via extraordinaria est, quæ non cōpetit, vbi ordinaria locum habet. l. in causæ. ff. de mino. l. iudices. C. de iudi. Imol. cons. cxij. col. ij. Et plus licet statutum dicat procedendum esse iuris ordine prætermisso, sitq; in arbitrio iudicis seruare vel non seruare ordinem iudiciarium, qđ tamen naturalis aliquis seruandus est ne fiat præposteratio & perplexitas euitetur, vt declarat Bal. in rub. de offi. iud. nu. 30. & ad idem conducit quod dicit glo. in regu. nullus pluribus de regul. iur. in vj. quod carruca ante bouem poni non debet. Sicq; Galli. la carrue va deuant le boeuff. hoc est currus trahit bouem. & frænum ad caudam positum est, inquit Odof. in l. vt debitum. C. de hæredita. ac. & ideò capturæ nō sunt sine grauamine & opprobrio, quo casu non permittuntur de iure per modum executionis, nisi contra condemnatos contumaces, secundum Bal. in statut. capere. nu. 11. vel si essemus in præstationibus publicis. l. ii. C. de appa. præfec. anno. lib. xij. Bar. in l. cum eo. ff. ad legem Iul. pecul. Gui. Papæ singu. cccxiiij. Manus regia olim etiam ordinem non seruabat, & male, ac contra regu. d. l. j. & declarat Bar. in extrauag. ad reprimen. in ver. videbitur. & Corne. post eum cons. cxiiii. nu. 8. vol. ij. quique sic agit lege agere dicitur. tamen vt supra præcepto legis standum est.

Nonò præcipit lex, ne alteri per alterum iniqua afferatur conditio, vt in regu. non debet. ff. de regul. iur. Et ideò hinc status liberorum, ex cōtractu matris, non læditur. l. transactione matris. C. de transac. vbi glo. signanter hanc regu. ponit cum qua adducitur alia etiam posita in c. non debet aliquis, eo. titu. in vj. ne filius tenetur pro patre, nec vxor (hac ratione) pro marito, vt toto titu. ne fil. pro pat. & ne vxor pro mari. tradit Cor. cons. l. col. i. vol. iiii. & licet vnus ex pluribus fratribus dixerit testamentum inofficiosum, nō propterea alios substitutionis commodo priuabit de quo tamen Paul. Cast. cons. xxxi. col. ii. & iii. vol. ii. Qui dicit alibi etiam, quod quanuis consensus patris, faciat valere legitimationem in terris ecclesiæ, quæ aliàs esset inualida, quantum ad bona quæ sint in libera ipsius dispositione, consentire tamen non potuit quo ad ea quæ pauperibus veniebant restituenda, cōs. cccxliii. col. i. eo. lib. & Soci. alibi, quod hæc regu. siue præceptum legis, fundatum est in illis tribus de quibus supra. & in §. iuris præcepta. insti. de iusti. & iure. quæ sunt honeste viuere, alterum non lædere, & ius suum vnicuique tribuere in l. Iulianus. col. ii. ff. de condi. & demon. & quia in reliquis diximus satis, inq; d. regu. non debet, ad ibi dicta (omissis multis) amplius me remitto.

Decimò præcipit lex, ne alter alteri stipuletur l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obli. §. alteri. insti. de inuti. stipu. l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cer. peta. quod tamen directo intelligi debet si dicatur, promittis Titio, quoniam licebit alias alicui promittere pro Titio, vt pulcherrimè declarat Bal. in procem. Grego. col. ii. vel si stipulātis interfit vt in d. §. alteri. l. & hæredi. §. fin. ff. de pac. Bar. cons. lviii. col. ii. l. iii. in prin. C. de inutil. stipu. multa Ias. in l. huiusmodi. nu. 19. ff. de lega. i. vel si ex consuetudine liceat, vt inquit Bal. in l. de quibus. col. xiii. ff. de legi. Soci. in d. l. certi conditio. in §. si nummos. in prin. aut fauor dotis, sit in causa vel mutui. l. Gaius. & ibi Bald. col. ii. ff. solu. mat. l. ii. C. per quas perso. nob. acqui. l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cer. peta. not. in l. singularis. ff. eo. vel si sacerdos sit qui alteri stipuletur in pertinentibus tamen ad suum officium vt declarat Ange. in l. i. in §. i. col. ii. ff. de iusti. & iur. & est simile in c. cum parati. de appella. aut notarius, quoniam absenti quoque stipulari potest & acquirere. l. nō aliter. ff. de adop. §. si quis. insti. de inuti. stipu. Gui. Papæ decisio. cccxvij. vel si in stipulatione apponatur iuramentum, quia habet vim clausulæ si non valet quod ego valeat saltem vt valere potest. l. cū. pater. §. filius matrem. ff. de lega. ii. Cor. cons. cxcii. col. ii. vol. i. Ro. in d. §. alteri. Idem Corn. consil. ccxx. col. pe. & maxime ius canonicum considerantes, vt idem Corn. declarat cons. præalleg. col. ii. aut etiam causa pia sit. c. quotiens cordis oculus de iureiu. ubi etiam glo. quam alibi non reperiri dicit idem Corn. adhuc consi. cxxxix. ad fi. uol. iii. tangit Bal. in l. generaliter. C. de non nume. pec.

Rom.

Ro.in auth.similiter.col.v.C.ad legem Falci.qui casus & alij sanè multi,de quibus in d.§.alteri. firmat regulam in casibus non exceptuatis.l. quæsi tum.§.denique.ff.de fun.instruc. c. cum dilecta. & ibi not.de confir.vtil,vel inutil.à qua commu niter recedere non debemus.l.ab ea parte. ff. de proba.adeò vera vt nec inde etiam naturalis obli gatio oriatur sola,vt inquit Soci.in d.§. quoniam col.ij.de quo tamen Bar.& alij in d.§.alteri.& di ctu mirabile est, quod nec amicus quanquam ma gna amicitia coniunctus, amico stipulari potest secundum Ias. in d.§. alteri. nu. 12. nec priuatus (quod plus est) fisco.l.arbiter.ff.de arbi.l.j.& ibi Albe.in prin.ff.de iure fisci.

Vndecimò præcipit lex,hominē homini Deū esse debere,non lupum.l.seruus ea lege.ff.de ser. expor. Et quod bene facienti bene faciamus.l.sed si lege.§.consuluit.ff.de peti.hære.quod quanquā consilium esse videatur vim tamen præcepti habet.& officiū propriè est inter homines.l. ij. vbi glo.ff.de interdi.vt inter patrem & filium pietas sive(vt inquit etiam glo.in l.officio. C. de nego. gest.) obsequium inter patronum & libertum. & notandum est,lupum fore,cum qualis sit, minime noscit.& hoc est quod dicit rursum Iuriscon.in d.l.seruus.quod beneficio hominem affi ci,interest hominis,quodq; natura inter nos cognationem quandam constituit(in l.vt vim.ff.de iusti.& iur.)vt quodammodo nefas sit, hominē homini insidiari.Imò quod lex naturæ præcipiē tis esse potius videtur, ex quo (inquit etiam Ci.) homo naturæ obediens homini nocere non potest,officio.j.& Bal.refert in l.j.in prin.ff. ad Ma cedo.Et obligationem hanc,de qua,in d.l.seruus & in d.§.consuluit.Theologi pactum charitatiuū vocant.officiumq; non minus ab homine homini(iterato dixerim) debitum,quam maioribus si ue magistratibus obedientia, Seruitus domino, senioribus reuerentia,& viro denique ab vxoribus famulatus atque fidelitas.Et si homines homi nibus beneficia conferre non possunt tanta quāta dij,proxime tamen & secundum Deos,homines hominibus maxime vtiles esse possunt.Antiquitas Deos quoque ex beneficiis finxit, & brutas,quidem animantes,maxime Aegyptij, canes, boues & feles.Deus nobis hæc ocia fecit.

Nanque erit ille mihi semper Deus, Illius arā
Sæpè tener nostris ab ouilibus imbuet agnus,

inquit Maro in bucolic.Aethiopes verò,qui Nili insulas inhabitant,duos(vt memoriæ proditum est) colunt Deos, alterum qui immortalis sit & æternus,mortalem verò alterum, ille Deus est, ilte autem à quo beneficia suscepimus.

Duodecimò præcipit lex iudicibus, vt staterā gestent in manibus,lanceq; appendant æquo libramine,inque sententiis ferendis,præ oculis so lum Deum habeant.c.cum æterni.de re iudi. in vj qui vult testis esse,ne contra iustitiam iudicēt inquit Bal.in c.j.ad fi.quali.do.à prop. feu. pri pe.in vsib.& alibi si datum sit arbitrium iudici cō tra turbatores status, possitq; pœnam minuere ordinariam cum causa quod cauere tamen debet ne sit nimis gratiosus,in l.obseruare.in §. profici sci.col.pe.ff.de offi.procon.& in l.si fugitiui. ad fi.C.de seru.fugi.cum etiā in arbitriis (subiicit) possit dolus committi.Et Abb.in c.j.ad fi.de cō stitutio.quod vbi non datur communis opinio propter rationes hinc inde, bonum est habere iu dicem propitium, sed quod cauere ipse debet à pœna.c.cum æterni. de re iudi. in vj. prællega. quæ est suspensionis & in c. dilecti. de priuileg. ad fi.quod si prælatus negligat iustitiam facere, pœnam.c.incurret.& Rota decisio.ccccxliii. col. i.de rescrip.in nouis.quod delegatus, ordinarius vel executor,& generaliter quilibet Christianus, secundum rectam & veram conscientiam procedere debet,facere,& loqui,aliàs ædificat ad Gehennam & sæpè incurrit pœnam à iure inflictā. Dicit etiam Marā.in disputa.suis.j.nu.16.quod iustitia est Deo acceptior quam hostias imolare. & Bal.alibi,quod cauere debent iudices ne con tra conscientiam aliquid agant, quoniam qua mē sura metientur,eadem quoq; remetientur, cons. cccx.vol.i. & probatur in l. rem non nouam. C. de iudi.Stateram igitur in manu habeant vt in d. c.cum æterni.in ore veritatem, quæ iustitiæ est mater inquit Bal.in l. libertini.ff.de sta.ho.argu mentum in l.ii.& in l.non est nouum.C.de edē. & in c,iudicantem.xxx.q.v.

Decimo tertiò præcipit lex,iuramentum si in contractu appositum fuerit,seruadum esse, si ma xime seruari possit sine interitu salutis æternæ.c. quanuis.de pac.in vj.c.cum contingat.de iureiu ran.c.licet mulieres.eo.titu.in vj.auth.sacramen ta puberum,& vbique not.C.si aduer.ven.& quā uis damnum ex ipsius obseruantia quis patiatur, vt inquit Ancha. cons. clix. col. iii. Siue minor fuerit iurans d.auth.sacramenta puberum. idem Ancha.cons.clxxx. col. i. Qui dicit etiam consil. cxcii.col.ii.quod nec locum habet quod dicitur in l.si conuenerit,ff.de iurisdi.om.iudi.si pactum fuerit iuratum,nosq; ibidem satis.Arctissimumque vinculum est, quo omni iure non modo iurans ligatur proximo,verum etiam Deo,vt ad ob seruantiam promissorum teneatur ex multisque idem Ancha.probat,consil. ccxxvj.in prin. Imò quod præceptum diuinum quoque est vt in c. & si CHRISTVS. de iureiur.ibi iurate & reddite domino iuramenta vestra. vsque adeò, vt non solum habeat locum quod dicitur in d.c.quāuis, si filia renuntiet successioni paternæ, dotata tamen in ipsius patris manibus, verum etiam si re nūtiatio facta sit fratri vt declarat Ro.cons. cxc. col.i.& hac ratione si non vergat scilicet in dispē dium salutis æternæ, quando est facta renuntiatio iuri de futuro cum iuramento quod valeat seruandumq; sit,firmat Alex.in l,ei qui. in prin. col.ii.ff.de acqui.hære. & donatio simul, quanquam insinuata non fuerit ex multis idem consi. xii.col.ii.vol. i. & hanc regulam ad propositum,

licet

licet aliquas limitationes patiatur decisio. d. c. quanuis. vt ibi per Doct. & dixi etiam ego satis in dialog. lxxx. lib. iiii. infallibilem dicit Bal. in c. quintauallis. nu. 20. de iureiu. vergeret autem in dispendium salutis æternæ, nec tunc seruandum esset, legis præcepto, quando iuramentum in se malum esset, puta de delicto perpetrando, vel si indifferens sit, accidentaliter tamen inde possit resultare delictum, vel si excludat opus pietatis, aut sit etiam contra bonum publicum, vel excludit rursum, id quod est de genere bonorum, aut non sit meritorium vel demeritorium, & latius vbi habes etiam exempla iuribus & auctoritatibus egregie comprobata, per Bal. in statutis, iuramentum. nu. 6.

Decimoquartò præcipit lex peritis in arte, si de aliqua re sit contentio inter litigantes, quę iudicio ipsorũ dirimi debeat, iuxta vulgatũ illud.

Artem quam quisque norit in ea se exerceat, standum esse. l. semel. C. de re mili. lib. x. quodq; iudex vulnerati cicatricem videat, sed quod non sine medicorum iudicio iudicet, declarat Bal. in rub. de proba. C. col. iii. nec ab re ius ciuile, credit Hypocrati, septimo mense perfectum partum nasci posse, vt in l. septimo mense. ff. de sta. hom. Et quoniam multi fingunt furorem, vt impunè delinquant, iudex debet esse cautus, & adhibere medicos, qui hoc cognoscant. l. obseruare. & ibi post Iaco. de Are. & Old. Bal. ff. de cura. furio. Quorum iudicio standum est adhuc, si vulnus sit letale & incurabile, nec ne, ut per Bar. in proœ. ffor. in prin. nu. 8. Idem Bal. cons. cccxxxvii. col. i. uol. ii. Qui dicit etiam & bene, quod argumenta in ista materia uulnerum, & ad propositum, à tribus communiter sumi solent, à natura scilicet, ab experientia, & ab arte, ac à medicorum iudicio, cons. ccccxxviii. eo. lib. & ueterinariorum, si equus uenditus morbosus sit uel sanus, consil. cccccxcix. uol. v. Est uerum quanuis iuramento deponant medici, an ex uulnere cicatrix sit remansura, quod tamen ulterius idem iudex, inuestigare debet, secundum Roma. in l. qui bona. in §. qui damni. ad fi. ff. de damno infec. & si dubitetur an quis ex vulnere sit mortuus, mediciq; sint pauciores quàm vulgares, emperici, & idiotæ, quod medicis potius, quàm alij credendum est & deferendum vt ex multis probat Alex. consil. cxlviij. col. i. & ii. vol. ii. Et quod peritorum dicto standum sit, si bibens aquam in sublimata argenti lamina, decoctam, potuit mori firmat Alexan. dum euenisset casus iste de facto consil. cxv. col. j. vol. iij. & in simili Paul. Cast. cons. ccxcix. col. ii. vol. ii. haud prætermittentes etiam quod medici interrogandi sunt, eorumq; dictis standum, si taliter vulnerati pręcepta medicorum obseruantes euadere consueuerunt, vt tradunt nouissimi in l. diuus. ad fin. ff. ad legem Cornel. de sica. quodque non est generaliter verum vulgatum illud de quo in l. i. & ibi Soci. col. iiij. ff. si certum peta. quod vicinus scire præsumatur facta vicini, ex quo plerumque dicitur quem esse diuitem cum tamen sit pauper. & sanus qui non est, maximè (& nunc ad propositum) quia standum est quoad istud doctorum hominum iudicio. Est verum (vt inquit Corn. con. cxciiii. col. ii. vol. ij.) dum tex. maximè in d. l. semel. dicit (& nos sæpè) peritis in arte standum est, quod ex his verbis plures requiri videntur, ergo vni tantum non credetur. l. iurisiurandi. C. de testi. l. vbi numerus. ff. eo. & latius ille, qđ tamen omni casu, & generaliter non est verum, hoc idemque tribus limitat modis Feli. in c. significasti. col. ij. de homici. vt ibi per eum. Et si febre vulneratus perierit, idque medici testificentur non debet vulnerans de occiso condemnari, vt decidit Bar. in tracta. percussio. col. ij. deponẽtes tantum super his quæ in facto consistunt quia ad eos iudicare non spectat ait in l. i. ad fin. C. de vsu. & in l. sciendum. col. ii. ff. de verbo. obliga. Deci. cons. ccccii. col. pe. vol. iij. Ad saturitatem Bon. Curtil. in tracta. nobilita. par. iij. nu. 57.

Decimo quintò præcipit lex, si qua contentio sit inter Christianum & Iudæum, quod non à senioribus Iudæorum, dirimi debeat, sed à iudicibus ordinariis, casus est in l. si qua. C. de iudæ. Verum quia dixi in æquilib. satis transeo. Et si quid addendum est, id vnum tantum nouissime addemus, longe conuenientius esse, quod iudæi à Christianis iudicentur, quàm è contra Christiani à iudæis, argumentum in capitulo quod in dubiis. de consecra. eccle. vel alta. & in l. fi. C. de ordi. co. & in l. per minorem. ff. de iudi. Ange. in l. si quis aliam. in prin. ff. de sol. vbi vulgatum illud vbiq;, quod magis dignum trahit ad se minus. Et bene, quia nec inferior est supra superiorem, nec minus potens potentiorem, (vt ita dicam) vincere debet. c. cum inferior. de maiori. & obed. clem. ne Romani. de electio. Cald. cons. xxj. col. ij. de præben. Maximè quia præsumptio est pro iudice Christiano, (etiam quod Iudęum iudicet) quod iustitiam administrabit. l. vir bonus. ff. iud. sol. c. cum æterni. de re iud. in vj. l. insulam. §. j. ff. loca. l. pe. ff. de procura. pro senioribus Iudęorum autem non, si Christianos iudicarent, ex quo nominis nostri inimici sunt capitales, & fidei Christianæ hostes acerrimi ab inimicis & hostibus iudicari haud conuenit, capitulo cum P. Manconella. capitulo meminimus. capitulo cum oporteat. de accusa. quia inimicus & hostis de inimico & hoste male cogitat semper vt ibi, & in authen. si dicatur. & ibi Bald. col. secunda. C. de testib. Et à simili hinc est, si parens ad fidem conuertatur, alter verò remaneat in Iudaismo, quod pueri sequi tenebuntur illum & non istum. capitulo Iudæi. vigesima octaua quæstio. prima. cætera dic vt in præallegata l. si qua. C. de Iudæis.

Decimo sextò præcipit lex, absurdum vitari debere toto posse. l. nã absurdũ. ff. de bo. lib. l. ii. ibi alioquin. ff. si cer. pet. l. qui negotia. ff. manda.

l.traiectitię.ff.de act.& obl.l.diuus Traianns. ad fi.ff.de mili.testa.l.filiusfa.§.i.ad fi.ff.de lega.i.l.cum pater.§.libertis,ff.de lega.ii.l.si cum dies.§.si arbiter.ad fi.ff.de arbi.l.consulta diualia.C.de testa.l.i.§.si pater.ff.de coniungen.cum eman.lib.Alexan.in l.si plures.in fi.ff.de pac.& nimirum ne sequatur aliud vt dicit glo.in l.diuortio.in prin.ff.solu.mat.Bal.in l.sancimus.in prin.C.de vsu.rei iud.& hinc Alex.adhuc in l.ij.in §.libe ros.col.i.ff.de in ius vo.quod verba extenduntur vbi absurdum resultare potest, non alia ratione nisi vt cesset & vitetur. Et Ange.hac de re,legem ad futura non trahi, cuius tamen natura hæc est.l.leges.C.de legi.c.fi.de constitutio.si contineat indulgentiam præteritorum delictorum,in l.cũ lex.ff.de legi.& glo.in l.ii.ff.de condi.inser.Imò tex.ad idē allegari solitus ibi quod nec argumentum à contrario sumitur in lege, si sequatur absurdũ,& Bar.in l.ab hostibus.in §.sed quod simpliciter.col.iii.ff.ex quib.cau.ma.quod nec hoc casu indefinita æquipollebit vniuersali. Et istud argumentum sumitur à discretione naturali quę est immutabilis.l.Pomponius scribit, de nego.gest.Bal.consi.xxix.ad fi.vol.j.plus dicit Abb. in c.i.de cland.despon.quod pro absurditate vitanda dispositio debet intelligi cum aliquali impropriatione.& Alex.alibi quod dictio si,conditionem inducit & bene vt per Bar.in l.i.ff.de cond.& demon.nisi sequatur absurdum,quia exponetur si,id est quanuis,consi.lxj.col.ii.vol.iiii. adde tu not.in l.i.ff.de offi.eius.Et in simili Fel.quod ad vitandum absurdum vniuersalis dictio in particularem resoluitur,in c.nemo.ad fi.de simo.tradit glo.in c.si vero.de sentem.ex cõmu.Est verum quod minus est absurdum quam iniquum.l.qui stipendia.C.de procu.quodq; non curatur si scripta reperiatur in lege,inquit Bar.in l.Cęsar.col.viij de publica.& est argumentum in l.prospexit ff.qui & à quib.& quod denique non vitiatur si sequatur absurdius.l.ita vulneratus.& ibi etiam Albe.col.j.ff.ad legem Aquil.Cyn.in l.fi.adhuc per illum tex.C.de fruc.& lit,expen.& ad absurdi propositum omittendum non est. In Atabirio monte(vt ait Pinda.) Rhodi, boues Aeneas esse, quę si quid absurdi factũ fuisset,mugiebant,quasi id vtpotè male ac perperam factum reprehendentes.Non secus ac si nothi imperent legitimis,aduentitij indigenis,& iuuenes senioribus, præferanturq; imperiti magistris noui antiquis & rudes emeritis,quo quid absurdius? etiam si clitella boui imposita sit, vel equus iungatur aratro. Et quia dixi etiam aliqua in obseruatio. quadragesimaquinta, lib. v.hæc pro nunc quantum ad istud sufficiant.

Decimo septimò præcipit lex, ne quid metu fiat, seu ne quid metu fieri cogamur, quoniã qđ metus causa gestum erit, ratum non habebit.l.j.ff.quod met.cau.metum accipiendo,non vani hominis(vt inquit Iuriscon.in l.metum.ff.eo.) sed qui merito etiam in homine constantissimo cadat.actioq; tunc,& hac ratione, quod metus causa inuenta est,vbi aliàs officium iudicis implora-tur,si fuerit metus verecundiæ & reuerentiæ, de quo alias in l.j.in §.quæ onerandæ.ff.qua.re.act.non da.& in l.fi.ff.quod met.cau.estq; vis compulsiua hæc.ad differentiam ablatiuę,quæ locum habet in rebus mobilibus, inuentaq; est actio vi bon.rapto.eo casu, & legis Iuliæ de vi.l.j.ff.vi bo.rapto.l.j.ff.ad legem Iul.de vi.& nimirum quia nostra interest habere plures agendi formulas & remedia,quibus experiamur.l.non est nouum.ff.de actio.emp.l.cum filius.§.variis.ff.de lega.ij.Est etiam vis inquietatiua, cuius gratia interdictum quod vi aut clam inuentum est.l.j.ff.eo.& turbatiua,tam in re mobili,quàm immobili, cui pariter subuenitur duplici interdicto pro ut etiam duo sunt bonorum genera, vti possidetis scilicet & vtrobi.& formula pronuntiandi est in illo.(obiterq; dictum sit alia clara sunt & suis locis declarata) vti possidetis nunc fundum nec vi,nec clam,nec precario,alter ab altero,ita possideatis, aduersus ea, vim fieri veto.& hic verba sunt pro possidente concepta, vtrobi vero contra turbantem, in isto igitur sic formula est pariter,vtrobi habuistis ita habeatis,hoc est vti venistis ita recedatis. quorum alterum declarat Sext.de verb.signi.alterum verò Beneuentan.in tracta.libellor.vtrobi.nume.2. Haud prætermittentes etiam,quod in dicto interdicto, vti possidetis in quo est maior dubitatio, quatuor faciũt obtinere victoriam,pluralitas testium,depositionis qualitas, possessionis prioritas, & tituli denique probatio,& fusius vt declarat Feli.in c.licet causam.col.v.de proba. Est & denique eò redeundo vnde discessimus,vis alia expulsiua scilicet; quæ in re immobili tantum habet locum & pro qua remedium est inuentum pariter interdicti vnde vi,vt in l.& toto titu.de vi & vi ar.& iudices hinc constituti,(inquit Ci.) recuperatores vocabantur,vt quisque suum(etiam si ex possessione deiectus sit)recuperaret,in partition.sed ad compulsiuam redeuntes,& de qua nunc,sciendum est qđ nec adhuc dicta actio quod met.causa,daretur in casu.l.medicus.ff.de var.& extraordi.cogni. sed officium iudicis potius vt ibi not.Bar.& amplius quod metus est de futuro,dolor verò de præterito.vt Aeneid.vj.Poe.ait,ibi,cum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus.quo verbo (declarat ibi Serui.)dolorem de præterito dixit, metumq; de futuro. Et plus dico etiam vnum, quod non modo actio quod met.causa datur, inuentaque est, verum etiam exceptio, & actio in rem vtilis vt per gloss.in l.tertia.C.eodem. Et quod duæ sententiæ ferri debent, prima vt rem reddat qui metum intulit, secunda, si non reddat vt quadruplum soluat in quo tamen res insit, vt adhuc dicitur in l.iiij.& ibi glo.C.eo. Metusquoq; probatur,(quod ad materiam facit) per locũ à verisimilibus.c.bonæ.& ibi Io.And.de appel,per effectum,per quem probatur animi affectus.l.licet.

l.non

l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbi. & per catenas deniq; præsumitur impressio. l. quæ neque. ff. de ver. sig. l. j. C. de custo. reo. Bal. consi. cccl xiiij. col. ij. vol. iij. Qui dixit alibi etiam quod verbum hoc legis, quod metus causa gestum erit (vt supra & in d. l. j. ff. quod met. cau.) ratum non habebo, vox Dei est per hominem prolata post Ray. in l. nominationes. col. j. C. de app. & Mará. disputa. vj. nu. 16. quod preces superiorum inducunt iustum metum, vultusq; terribilis, si maxime sint tales, quales illę, vt Poe. lyricus ait.

Che alciando il dito con la morte scherza.

quoniam tunc soluitur venter, & (ride si placet) libido vrinæ lacessit.

Decimo octauò præcipit lex, nec dolo malo cum aliquo agendum esse, cuius verba pariter sunt hæc: quæ dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus, alia actio non erit, & iusta causa esse videbitur iudicium dabo. l. j. in prin. ff. de dolo. & nimirum, inquit Bald. cons. clxxxij. col. ij. vol. j. quia dolus & fraus pugnant contra naturã. Imò quod dolo semper inest fraus. l. iurisgentiũ. §. sed eleganter. ff. de pac. & ad materiã sciendũ est, qđ actio de dolo à C. Aquilio malitiarum vetriculũ appellatur, quo fraudes hominum euertuntur è vi ta ciuili, vnde verrem ita carpebat Cice. quod vnquam (inquit) iudices huiuscemodi euerriculum in illa prouincia fuit? Dolumq; dicimus nos, Græci sophisma, & appellatur quoq; circumuentio, hinc ille in eum, qui male olebat (ioco potius quam serio) video me à te circumueniri. Vbi est dolus ibi etiam est maleficium. l. ad ea. ff. de reg. iur. l. si ambo. ff. de compen. Bal. cons. ccccx. col. j. vol. ij. dolusq; adhuc, non seruare formam quæ ad lumen veritatis adducat & pręsumitur semper si quis legis terminos trãsgrediatur, c. nos in quẽquam. ii. q. i. l. leges sacratissimæ. C. de legi. Bald. met cons. xxxv. ad fi. vol. iij. & cij. col. ij. eod. lib. Nemini igitur debet patrocinari. l. itaq; fullo. ff. de fur. l. siue hæreditaria. ff. de nego. gest. l. nõ dubium. C. de legi. Bal. in c. ex tenore, nu. 1. de rescrip. Quo augetur delictum, nec pœna minui debet. l. quicunq;. C. de ser. fugi. Non etiam doloso si cesserit bonis, quia luet in corpus. d. l. quicunque. Idem Bal. in c. quod translationem. nu. 10. de offi. lega. Dictumq; est mirabile vbi interuenit, quia si id quod agitur non valet vt agitur, nec etiam valebit vt valere potest inquit adhuc Bald. in c. super literis. nu. 14. de rescrip. qui ad materiã dicit rursum, quod qui agit & impetrat, plus delinquit quam qui impetrat dolo tantum, in c. sedes Apostolica. nu. 2. eo. tit. Præsumitur quoque in viro literato faciente contra iustitiam. c. in nostra. & ibi not. de procura. nec statuts valerẽt, quibus inesset dolus. l. j. ad fi. de excep. do. quem vnicum dicit adhuc Bal. in c. peruenit. nu. 4. de iureiuran. Nec omittendum est, nostra interesse teneri potius actione præscriptis verbis quanquam perpetua quam de dolo temporali quoniã infamat, vt not. Ias. in l. cum mota. col. penul. C. de transactio. quodque doli præsumptio facilius insurgit ex lucro quam ex damno. l. eleganter. §. fin. & l. sequen. ff. de dolo. Fulgo. consil. clxxiij. col. ij. Dolum sustinet vinum, si eo potius, vel aqua admisceatur. sustinet aurum, si cum argento & ære coeat, sustinet veritas, si verbis falsa connectantur inquit Magnus Basili. Bonorum est rursum iustitia, improborum dolus. δόλων Græcè, Latine dolosus dicitur, & Dedali gladius metaphorice dolus & fraus.

Decimo nonò præcipit lex, vt hæretici quorũ damnosa aboleatur memoria, & in specie Eutbicetis, iusti vero laudabilis recordatio releuetur, & memoriæ commendetur amplius. l. quoniam. C. de episco. & cle. de quo Euthiceto fusius in l. quicunque. C. de hæret. & nimirum ad propositum, quoniam hæresi nullum scelus maius, alia enim crimina in rem Dei committuntur, quia eius est terra, & plenitudo eius, hæresis vero in Deum, & sic in omnes. l. Manicheos. C. de hære. l. j. C. de summa Trini. & fid. catho. c. i. eo. titu. c. ad abolendam. c. vergentis. de hæret. hæreticus à Deo maledictus est, mortuus, blasfemus, profanus, & sacrilegus. c. si quis inquit. §. j. j. q. j. & ita in simili dixit Feli. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. col. xlvij. de constitutio. si statutum sit contra ecclesiasticam libertatem, quod ab episcopo debet aboleri, ne de facto seruetur neue posteris ipsius memoria relinquatur. Quis autem sit hęreticus liquet ex eo, si cõtra fidem CHRISTI, vel articulos, vel alterum ex septem sacramentis ecclesię abertauerit, & latius vt not. in d. c. i. de summa Trini. & fid. catho. adde tu aliquos not. casus, & primò, quod qui credit canones non ligare, tanquam factos à non habente potestatem legis condendę hęresis suspicione non caret. clem. 1. & ibi Cardi. not. de ęta. & quali. multa Feli. in c. i. col. iii. de constitu. Secundò, si dicat quis fornicationem non esse peccatum, vt tenuit Collects. in c. j. de heret. vel vsuram, & tertiò, seu fœnus exercere, Christiano homini permissum fore, cle. i. in fi. de vsu. Corn. cons. clxiiii. in prin. vol. iii. Quarto si dixerit donationem Constantini non valere, factã ecclesię, vt in extrauagan. Bonifacij vnã sanctam Bal. in procem. fforum. ad fi. Abb. consi. lxxxiiii. col. i. vol. i. Quintò si quotannis non suscipiat sacratissimum CHRISTI corpus iuxta formã traditã in c. omnis vtriusq; sexus. de pęni. & re. tradit Feli. in d. c. ad abolendã. col. ii. de hęre. Sextò qui credit animam esse mortalẽ, & vnitatẽ intellectus, vt Epycuri, che l'anima (vt Dãtes aligerius dicebat) col corpo morta fanno, ea de re anno M D XIII. 14. Kal. Ianua. Alexander & Auerroes, che'l gran commento feo (vt idem Aligerius ait) idem tenentes damnati fuerunt in concilio Lateranen. Romę, sessione octaua, Leone Decimo Pont. sedente. Septimò Sacerdos sortilegus, seu dans amatoria pocula de quibus in l. si quis aliquid. in §. qui abortionis. ff. de pęn. cum inuocationibus demonum. Vel & octauò

si hostia non consecrata celebrarit. Vel & nonò, si dubius in fide fuerit. aut decimo asserat hominem in senectute pœnitere non posse. Vel vndecimò, quòd à solo Deo absq; potestate clauiū peccata remittātur. Siue (duodecimo & vltimo) vt supra nunc verò latius, si deuiauerit errans à doctrina CHRISTI, Sanctæ Matris Ecclesiæ, vel Apostolorum, inq; articulis fidei male sentiens, vel sacramentis ecclesiæ, fuerit pertinax, & vt per eundem Feli. latius in rub. de hære. & in c. pe. eo. titu.

Vigesimò præcipit lex rescripta, contra ius elicita, refutari debere, l. rescripta. C. de precib. Impe. offeren. c. rescripta. xxv. q. ij. puta quia absorbeant ius alterius, vt declarat Ancha. cons. ccxl. in prin. & ita dicit etiam in priuilegio si in materia à iure funditus reprobata concedatur quod nullum est ipso iure veluti contra iura. indultum consil. cclx. col. j. & consil. cclxx. quod possessio & dominium rerum possessoribus, nec à Papa nec ab Imperatore absque culpa auferri potest, col. ij. & probatur in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & in d. l. rescripta. & in l. quotiens. & vtrobique not. C. eod. & breuiter hoc idem generaliter verum esse dicitur, quanquam regis & principis supremi sint, puta Papæ vel Imperatoris vt non valeant, si fuerint iuri communi contraria, quod nouissimè declarat Corn. cōsil. clxix. col. j. vol. j. Nec locum tenens, nec gubernator, nec legatus de latere potest rescribere contra ius commune. l. formam. C. de offi. præfecti præto. Idem Corne. cons. ccxxxvj. nu. 5. eod. lib. Et hinc est quod ipsorum rescriptorum verba debent reduci ad ius commune, quanuis natura verborum non patiatur vt inquit glo. in c. paratus. xxiij. q. v. Et quod omnes clausulæ rescriptorum, recipiunt omnes interpretationes quas recipit ius commune secundum Gemi. in c. licet canon. in §. fin. de elec. in vj. Deci. cons. ccix. col. iij. vol. ij. Et licet Papa, possit tollere statutum ecclesiæ de certo canonicorum numero, si tamen impetratio fiat rescripti, non facta mentione dicti statuti, non valebit. c. constitutus. de rescrip. Bal. in d. l. rescripta. col. ij. idem Dec. cōs. ccxiij. col. ij. eo. lib. & quod male dictum de principe, quod aliquid facere non potuerit, non est punibile, si allegetur ratio, quod id de iure facere nō poterat. c. si quando. de rescrip. c. cum teneamur, de præben. Deci. adhuc cons. cclvj. col. ij. eo. lib.

Vigesimo primò præcipit lex (vt inquit glo. in l. legis virtus, quam ex his exornandam amplificandamq; esse putamus. ff. de legib.) quæstioni interesse reum reamúe patronos eorum, & qui detulit crimen, (adulterij intelligas & dum serui hoc casu torquentur) datq; facultatem patronis interrogandi seruos. l. si postulauerit. §. quæstioni. ff. ad legem Iul. de adul. vbi Bar. multa, scias tu tamen (quicquid ibi dicat) ex prisco more, fuisse inductum, accusatores & patronos, cum suos tū aduersarij testes, palā & publicè interrogare potuisse. & not. etiam in l. si fine. in §. j. ff. de inter. ac. sed quo ad præceptum legis nihil facit, obiterq; dictum sit ad declarationem saltem. §. prædicti. & ita ibi Bude, Parisien. declarat. Præcipit igitur etiamnum ibi lex, seruos quorum habita sit quæstio, publicari. in §. iubet. de quo etiam in l. patre. ff. de quæstio. ibi secuta verò damnatione quæ mancipia super sunt publicantur. ea ratione. vt hoc ipsum haud ignorantes verum dicant sine vllo metu, & nedum timent se in reorum potestatem regressuros obdurent in quæstione vt signanter dicit tex in d. §. iubet. Imò quod publicari præcipit rursum, etiam si negauerint. & si de seruis accusatoris quoque quæstio habita sit, illud ne dum sperant se in potestatem dominorū reuersuros si negauerint, spe meriti collocādi in mendacio perseuerent, istud verò ne mentiantur vt ab eorum dominio recedant, & vt ibi fusius. & declarandus est ille tex. dum dicit, publicos esse seu exponendus publicos id est publicandos, secuta damnatione, vt dicitur in præallega. l. patre. & proximè retuli. Et nimirum, quia vna lex alteram declarat. l. verum. ff. de peti. hære. Soci. plenè in l. j. in prin. ff. de reb. dub. c. super quæstionum. in prin. de offi. deleg.

Vigesimo secundò præcipit lex, argentario, quanquam à seipso instructus esse possit, instrumento suæ professionis, absurdumq; sit eum qui edere debet, petere vt sibi edatur, causa cognita nihilominus rationes edi, id est non sine causa, quæ in quacunque dispositione semper excepta videtur. l. si hominem. ff. manda. l. si mater. ad fin. ibi ex causa succurrendum est ei. ff. de excep. rei iudi. l. inter omnes. l. qui iurato. ff. qui satisda. cogan. l. minor autem. §. deniq;. iuncta glo. ff. de mino. & ad propositum est tex. in l. si quis ex argentariis. in §. prætor ait. ibi nam ex causa & ipsi argentario ratio edenda est. ff. de eden. Imò quod ei iterum postulanti ex causa adhuc, edi debet, primò si naufragio, vel ruina, vel incendio, vel alia simili causa rationes perdidisse se probet, aut in longinquo habere veluti trans mare. & iterum si peregre habere quod primū est doceat, vel minus plene editum, & fusius vt in d. §. prætor ait. & l. seq. Argentarius enim erat qui publice mensæ præfectus, pecuniis acceptis, quasi depositarius, rationes in actionibus hominum, inq; eorum cōtractibus scribebat, vnde etiam nūmularius hinc, differentes tantum, quia ille mensæ publicæ, iste vero priuatæ præfectus erat, vnus priuatis quæstibus, insudabat, alter verò muneri publico seruiebat. & quanquā argentarij officiū publicā haberet cām (qđ nota) vt dicitur in l. argentarius. in prin. ff. eo. nō tñ erat publicum, quia seruus non potuisset esse argentarius siue officiū argentarij exercere. l. generali. C. de tabul. lib. x. & tamen potest. l. prætor ait. §. sed & si seruus. ff. de eden. dixi ego in l. prima. C. eodem satis in tertia lectu. qui argentarius, trapezita etiam vocatus est, Græce ἀργυροκόπος & τραπεζίτης

mensam

mensam nummulariorum portans, autor Cice. in famil. quos tamen non habemus hodie, sed eorum loco tabelliones, campsores, & mercatores, de quibus in d.l.i.& in l.singularia.ff.si cer.peta. Bal.in d.l.prætor ait.col.ii. ff. de eden. nonnihil Cardi.in cle.i.in §.cæterum.de vsu. haud omittētes etiam, quod argentarium pro fœneratore vt plurimum vsurpat Plaut. Est etiam argentarius vascularius.l.fi.ff.de act.& obli.& argentaria taberna.l.qui tabernas.ff.de cont.emp.& argentaria, locus vbi argentum foditur, vt de Scauro Cornel. nep. ibi an argentariam faceret. nostrorum principum agentarij quoque & quæstores Diæcetes appellantur, id est dispensatores siue procuratores. Argentariumq; vocant etiam hodie, portum Herculis, quippè quod benigno naturæ munere, argentariis fodinis ditescat plurimum. ipsoq;, in medio ferè totius Etrusci litoris spatio, nullum omnio maius atque porrectius promontorium uisitur, deque his aliàs.

Vigesimo tertio præcipit lex acta tā criminalia quā ciuilia edi debere pariter, ut rōnes ab argentariis, de quibus supra. l.ii.C. de eden. l.i.§. edenda.l.prætor ait in prin.ff.eo.& nimirū quo ad acta quia id præcipit ad inuestigandam ueritatis fidem, seu ut fides ueri constare posit ut dicitur in d.l.ii.& in l.non est nouum.eo. titul. quo ad rationes uero, quia æquum est id, quod mei causa confectum est, cum sit etiam quodammodo meum, mihi edi.l.prætor ait. Nec ab re aiunt ob id, titulum illum de edendo, in æquitate fundatum esse, ut ibi, & in l.i.eo.ti.ibi equissimū uidetur, eum qui acturus est actionē edere. quia sic etiam uidemus eadem equitate non edi ei qui à se ipso instructus esse potest, uel instructus uenire ad iudicium, l.i. l.fi.C.eo.l.si quoniā. C.de dila.l.argentarius.ff.de edē.& quo ad acta si non obediat præcepto legis, qui ad editionem tenetur, poterit appellari.l.ii.C.ut lite pen.c.G.perpetuus de fi.instru. & dictu mirabile est in materia, episcopum posse facere edictum, quod vnusquisque edat titulum beneficii sui, sub pœna priuationis, & ualebit, ut tradunt Docto. in c.ordinarij de offi.ord.in vj.qđ tamē nō est generaliter intelligendum, sed duntaxat in beneficiatis ex dispensatione, prout pulchrè declarat Feli. in c.licet hely.col.vj.de simo.post Anch.cōs. lx. in prin. nāq; si quis plura beneficia curata obtineat seu plures dignitates cōtra ipsum presumitur ne illicite teneat, quo fit ut arctari posit ad titulum ostendendum c.contra maiora.c.dist, ex quo infertur (ut subiicit ibi) quod si forēt simplicia, non teneretur obedire. ne posset spoliari ob id quia titulum nō exhibuisset, c.cū iam dudum. de præb. c.ex ore.de his quæ fi.à maio.par.cap.not.in d.c. ordinarij.& vt ipse fusius. Adde tu quod nec dictum istud de quo in d.l.ij.est generale, quia interrogatoria partis aduersæ non eduntur, non positiones, non si à reo conuento petantur, vel quia sint pœnes fiscum tanquam ipsius fisci priuata, vt pulchrè & per ordinem declarat Feli. in c. j. col. xiij. de probatio. sed quia diximus & ibi, & in dicta l. secunda. nunc transeo, & addo exceptionem his casibus firmare regu. in non exceptuatis. l. quæsitum. §. denique. ff. de fund.instruc. capitulo cum dilecta. & ibi not. de confirma. vtil. vel inutil.

Vigesimo quartò præcipit lex, vt legatarius capiat legatum de manu hæredis, neq; sibi ius dicat, & vt pulchrè in l.j.in prin.ff.quo. lega. & nimirum, quia non debetur nisi adita hæreditate.l. eam quam.C.de fideicom.l.si nemo, ff. de testa. tut. Bar.in l.quidam.in §.quotiens.ff.de leg.j.aditio autem fit ab hærede, ergo ab hærede capi debebit.& quia non debetur nisi deducto ære alieno, ad quod soluendum hæres tenetur & obligatus est.l.fi.§.licentia.C.de iure delib.est verum si quis fuerit institutus in re certa dato sibi cohærede vniuersali quod habetur loco legatarij. l. j. §. si ex fundo.ff. de hære.insti.& quod hoc casu auctoritate propria legatum capit, quia sic sibi videtur data licentia à testatore, nec præceptum legis spernere dicetur: argumentum in l. Gracchus C.ad legem Iuliam de adulte.& declarat ad propositum Ias.in l.quotiens.col.vlti.C.de hær. instituen. dixi ego in authen.ex causa.C.de lib.præte. Mulier etiam in casu, authen.præterea. C. vnde vir & vxor. quartam sibi debitam à iure capit auctoritate propria nec expectat hæreditatis aditionem. vt ibi not. vbi etiam dixi, nouissimè Corne. consil. iiij. col. ii. vol. iiii. & probatur quoque in d.§.quia verò. in authen. vt li. ma. & auiæ. Et maximè (vt dicitur in §.fina. de exhib. re. eo.) quia capit vt hæres & aduertit Corn. in loco præallega. & nimirum quo ad regu. quia si præceptum legis spreuerit legatarius, & propria auctoritate occupauerit legatum, eo priuabitur vt in d.l. j. ff. quo. lega.& in l. j. C. eod. & ibi not. & in l. non est dubium. C. de lega. Bar. in l. vexat. ff. quod met.cau. Imò si staret statutum legata deberi etiam hæreditate non adita, quod nec tunc possent occupari auctoritate propria.c. licet episcopus.de præben.in vj.Gozad.cons.xcj. nu.1.& ideò legatum, est donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præstanda.l.legatū parua.ff.de lega. ij. Et quod non debeatur nisi adita hæreditatē tradit Alex.cons.v.col.vlti.vol.ii. Et quod perdat legatarius ipsum occupans propria auctoritate, post aditam hæreditatem, Guid. Papæ consil. cxvi. nume.3.nisi licentiam habuisset à testatrice vt ibi subiicit, & probatur in l.Titia. in §. Lucius. ff. de lega. ij. Quocunque casu igitur contingat hæreditatem non adiri nec legata imò nec fideicommissa debebuntur de quo tamen plenè per Alexand. ad idem dubitantem quid si in testamento reperiretur apposita clausula codicillaris, consil. quadragesimotertio. vol. ij. dic vt per eum.

Vigesimo quintò præcipit lex, si intolerabilis dominorum seuitia fuerit, seruos vendi bonis conditio-

conditionibus, vt pretium eisdem dominis detur nec amplius in eorum potestate reuerIantur. §. sed & maior. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. ii. ff. eo. & admodum notandum est, ex his non propterea moderatam castigationem domino esse negatam, quia intolerabilis sæuitiæ mentionem facit tex. in d. §. sed & maior. & in d. l. ii. Vmbriciam matronam in quinquennium relegatam dicit, quod ex leuissimis causis, ancillas atrocissimè tractasset & ad propositum videtur casus in l. i. C. de emenda. ser. & in l. i. C. de emenda. propinq. vbi pater & dominus, filios & seruos contumaces corripiunt correctione domestica, tradit Bal. Idemq; dicit in præceptoribus & magistris in procem. ff. orum. col. ii. Et alibi ad torturã infert, quod talis esse debet vt natura eam possit ferre, & non seua crudelis & barbarica & bene in c. at si clerici. in prin. col. ii. de iudi. Imò quod eum causa ad propositum nõ modo castigari moderate poterat seruus verum etiam occidi. l. qui seruum. ff. de verbo. obli. sed (vt dixi) communiter moderata permissa est. Inq; omnibus rebus (vt ille etiam ait) modus est pulcherrima virtus. ea de re Fantinus Grammaticæ professor nescio quis hic, quia discipulum seuera castigatione corripuerat, capite mulctatus est. l. item quæritur. §. idem Iulianus. & ibi hoc dicit Saly. ff. loca. & ad idem est etiam tex. quod moderata permissio sit marito, patri, domino, prælato, præceptori, aliàs non careant culpa, in l. præceptoris. & in l. sed & si. in §. fi. ff. ad legem Aquil. Dicit etiam Bal. in l. in iudicio. col. j. C. loca. si quis locauerit puerum cerdoni, vel sutori vt instrueretur, is verò ei oculum effoderit, quod locati tenebitur, signanter per tex. in d. §. idem Iulianus. ex quo fuit lata culpa, à nimia sæuitia procedens, multa Boer. decisio. ccciiij. col. penul. par. ij. Alex. ante eum consi. lxxv. col. j. vol. iij. & cõs. exiij. col j. vol. iiij. Et hoc casu resisti potest, si seuera scilicet fuerit castigatio, aliàs si leuis & moderata non, de quo in l. vt vim. & ibi Scysel. col. xj.

Vigesimo sextò præcipit lex, parentes à quocunque revereri debere, etiam si filius naturalis sit tantum. l. parentes, ibi vna enim omnibus debita est reuerẽtia. ff. de in ius vo. & maximè quia non simpliciter dixit Iuriscon. parentibus, sed omnibus. l. Iulianus. ff. de lega. iij. c. solite. de maiori. & obe. ea de re, nõ possunt in ius vocari absq; venia vt ibi & in l. quique. in §. j. ff. eo. Nec iudicium esse eum eis aliter. l. lis nulla. ff. de iudi. nec contra eos actio infamans intentari, & si venia petita agatur verbis temperanda est. l. non debet. vbi not. tex. ff. de dolo. in actione de dolo loquẽs quæ maleficium est, licet in speciale nomen maleficij non cadat vt pulchrè declarat Bal. in statu. arbitrinm. nu. 31. & quod sit maleficum siue delictum probatur in l. iij. ff. de cri. stelio. Corn. cõsil. lxvij. col. ij. vol. iij. Imò quod dolosus demeretur semper. l. Lucius. §. Lucius. ff. de lega. ij. vsque adeò vt ad eum legata non trahãtur, quæ propter merita relinquuntur aliàs. l. nec adiecit. ff. pro socio. Idem Corn. consi. ccxl. col. pe. eo. lib. verbis ergo esset temperanda, (vt diximus) si contra patrem debito modo foret intentanda. Et dictu mirabile est quod filij appellatione, veniãt etiam naturales tantum, vt etiam dicitur in l. hos accusare. in §. omnibus. ff. de accusa. & in l. Lucius. in fi. ff. de lega. ij. cum tamen alibi videamus, qđ imò veniunt legitimi & naturales, nati ex iustis nuptiis. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. lege Iulia. §. nec distinguitur. ff. de ritu nup. l. verba. ff. ad legem Iul. de adult. non alia ratione in iuribus illis, nisi quia consideratur tunc causa naturalis quæ est ipsa reuerentia, præcepto legis patri debita. in istis vero accidentalis, vt pulcherrimè docet Gul. Bal. & Ange. in d. l. parentes. vbi & nos quoque in æquilibrio satis. ff. de in ius vo. nouissimè Corn. consi. ix. nume. 3. vol. iiij. Alex. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. col. xvj. ff. ad treb. Ias. in §. pœnales. nu. 57. institu. de actio. est verum (vt alibi etiam dixi) sicuti pater non potest in ius vocari ratione reuerentiæ, quod nec pariter vocabitur, alius, ratione ætatis vel dignitatis, vel iusti & legitimi impedimenti. l. neque impuberes. ff. de in ius vo. l. ad egregias. ff. de iureiuran. l. ij. §. fi. cum l. seq. ff. eo. de in ius voc. idem Ias. vbi supra nu. 8. Sed aduertendum est, quia in hoc æquiparantur, quo ad aliud differre mihi videntur, quoniam pater petita venia vocatur, alij non.

Vigesimo septimò præcipit lex, vt in religione versemur, parentibus & principi, seu patriæ pareamus. l. cunctos populos. C. de summa Trini. & fid. catho. l. veluti. ff. de iusti. & iur. argumentum in l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fun. & nimirum quidẽ, quia Deus optimus maximus (ipsum enim colere religio est) nobis vt pater, multa & magna elargitur, vt dominus verò, castigandi & puniendi maximam potestatem habet. Et si parentibus pareamus, (hoc enim modo honorantur pariter) gaudet Deus, alioquin nos minimè exaudit vt inquit Plato de legib. lib. xxxiiij. Nec minus si pro patria sanguinem effundamus quoniam sic Themistocles & Aristides, quanquam exules illi magno adiumento fuere. Neque Lacedæmonius ille ex exul preter meritum quæri quidem de patria sustinebit. submisit q; iustissimum dolorem auctoritati matris, Coriolanus. Et patriæ salutem rursus, saluti filij. T. Manlius Torquatus antepossuit. & cum bonum simpliciter hominis sit, domus melius, & patriæ optimum, non dubitarunt Romæ Curtius, Menecheus Thebis, nec Athenis Codrus pro patria ipsa mortem oppeterr. Cuius quidem charitas, meo quidem iudicio (dicebat in familia. Cice.) maxima est. quique alienam adamat suam quodammodo vitupe rat. Imò nemo est tam perditus tanque rationis ignarus, qui non intelligat insitam esse in nobis patriæ pietatem, quæ semper tacita quadã ac vehementissima naturæ vi humanis pectoribus infunditur

funditur vt idem Cice. dicebat alibi. Et plus qđ patriæ deesse denique quo ad vita suppetit alij turpe, Camillo autem (testis est Liui.) nefas esse videbatur.

Vigesimo octauò præcipit lex, parentibus vt filiis legitimam relinquant, sibi debitam instinctu naturæ, qua fraudari non possunt, tertia pars eius quod essent habituri ab intestato, loco alimentorum succedens.l.cum ratio.ff. de bo. dam. l.parentibus.C.de inoffi. testa. auth. nouissima. & ibi glo.C.eo.l.Papinianus.§.si quis mortis. ff. eo.l.pe.C.de colla.l.iij.§.sed vtrum. ff. de mino. Imò si minus quam ipsa sit, sibi relinquatur, qđ supplementum peti poterit.l.si quando. §. & generaliter.C. de inoffi. testa. est verum quod filij adhuc non habent obligata bona parentum cum nec ipsis viuentibus debeatur. l. j. §. si impuberi. ff.de colla. bo. sed habent condictionem ex lege, contra hæredes.§.cæterum.in auth. vt cum de appel.cogno. Docto.in l.in quartam.ff.ad leg.Falc. Imol.& alij in l.suus quoque.in fi.prin.ff. de hęre.insti. Ange.in l.Papinianus.in §.si conditioni. ff.de inoffi.testa. Saly. in l.omni modo. in prin. C.eo. Alex.consl.lxxviij.col.vlti.vol.iij.quodque possunt vendere, quacunque rem, & quam voluerint ad instar creditoris, etiam si parentes eis fecissent præcariam substitutionem.l. creditoris arbitrio.& ibi Bal.ff.de distrac.pigno.post Iacob. But.in l.Marcellus.in §.res quę.ff.ad Treb. Estq; adeò fauorabilis hæc filiorum legitima vt in ea quoque procedat libellus incertus & veniant fructus absque alia specificatione.l.nõ est ambiguũ. C.famil.her.idem Bal.in c.conquerente. post Innocen.nu.7.de offi. ordi. & plus quod debentur etiam bona fide consumpti.d.§.si consumptioni. Idem Bal.in d.l.non est ambiguum. Alex. consil. cxxxiiij.nu.42.vol.vj. & si dixerit pater se esse debitorem alicuius, non propterea ipsius confessio sibi præiudicabit, quoniam sic maliciis aperiretur via vt per Spe.in titu.de confess.in §.nunc videndum.But.in c.quãuis.col.iij.de re iud. Alex. consl.xlv.ad fi. vol.j.& dictu mirabile est, cũ dos succedat loco legitimè.d.§.sed vtrum.l.Titio centum.§.Titio genero.& ibi Bar.col.iiij.ff. de condi.& demõ.& patrimonium filiæ sit.l.j.§.fi.C. de rei vxo.ac. quod in substantia testatoris considératur vt æs alienum, quodque non comprehenditur in fideicommisso vniuersali, si ipsa filia fuisset grauata vt not.in l.Lucius.in §.maritus.ff.ad Treb.& in l.à filia.in prin.ff.eo.titu. & in l. fi. in §.filiæ.ff.de lega.ij.Areti.cõsl.cliij.col. j. Et quod peccat pater si minus quàm sit congrua dos, & legitima, filio seu filiæ relinquat, quodq; hæres paternam cõscientiam exonerare tenetur, vt inquit Fab.in §.intestatorum autem.insti.de hære.quæ ab inte.defe.de quo dicto mentionem facit Grãma.decisio.cj. nu. 59. Sed aduertendum est quia Fab.de legitima non loquitur, verum de hæreditate aliis relicta, quã his quibus ab intestato erat debita, & quando rãcore animi iniusto relinquit extraneis.dictum tamen verum putarem, quia licet in ea filius non sit proprie creditor, etiam qđ pater viuat, est tamen quasi, & quasi debita ipsi filio, filiæue, præallega.§.si impuberi. Et ideò si bona patris forent publicata ob delictum, reseruaretur filiis, & peculium profectitium, & ius patronatus, & vt latius tradit Flo.in l. noxali. nu. 2. & 3.ff.de noxa.ac.

Vigesimo nonò præcipit lex patri, (quod ferè idem est de quo supra) vt dotet filiam, auo verò neptem.l.fi.C.de dot.promi.l.obligamur.§.lege. ff.de act.& obli.l.dedit dotem. ff. de colla. bo.l. Caius.ff.solu.matrimo.l. qui liberos. ff. de ritu nup.& vtrunque dictum ponit Bal.in l.si res domino.in §.fi.per illum tex.ff.de in rem ver. Bart. in auth.resq;. nu. 3. C. communia de lega. Idem Bal.vbi etiam alia multa in d.l. qui liberos. Imò quod eorum officium est etiam eam datam conseruare vt declarat Alex.in l.si cum dotem.in §.j. col.ii.ff.solu.matrimo.& sicuti pater & auus carnales tenentur ad id, ita tenetur fundans ecclesiã, vel eam consecrari faciens iam fundatam, ad illi dotem competentem dandam, ex quo hic quoq; pater vel auus esse censetur, cum ipsam ecclesiam deduxerit de non esse ad esse. c. cum sicut. & ibi not.Abb.de consecra.eccle.vel alta.quod tamen ad propositum de patre dictum, intelligi debet, legitimo & naturali, quoniam si naturalis tantũ esset vtique non teneretur vt tradit Bar. in l. vxorem.in §.pater naturalis.ff.de lega.iii. Alex. in l. i.col. vj.ff.solu.matri.vel si pauper, quoniam (vt vulgo dicitur) inanis est actio quam inopia debitoris excludit.l.nam his.ff.de dolo. Impossibilium q; obligatio nulla.l.impossibilium.ff.de regul.iur.idem Alex.in d.l.i.col.præallega. Et plus si dotauerit pater pro vt eius est officium eamq; dotem filia amiserit, si tamen culpa sibi imputari non possit, quod iterum dotari debebit, vt not. in d.l.fi.Bar.in d.l.si cum dotem.in §.i.in princi. adeòq; verùm est, officium peternum fore istud, vt teneatur etiam si filia ipsa esset ditissima habẽs puta bona materna & aduentitia, vt pulchrè tradit Cy.in l.i.in §.videamus.col. i. C. de rei vxor. ac. Imò quod non modo iudex patrem ipsum cõpellit ad dotandum, verum etiam compellere potest ipsum ad se obligandum pro dote, quæ datur filio, ne vxore careat, nisi vilem fœminam accipiat, quia isto casu etiam requisitus, officiũ suũ non impertiretur.l.si filia. §. i. & ibi Flo. not.ff. fam.her.col.ii. & plus quo ad dotem filiæ, quod cogitur etiam si expediat plus ei dare quam sit legitima, auth.res quæ.C.communia de lega. Pau. Cast.consl.l.x.col.ii.vol. i. tenetur quoque pater quanquam tempore matrimonij contracti, nullã dotis promissionem fecerit, ex præcepto legis generaliter loquentis vt supra, & maximè in d.l. fi. C.de dot.prom.quicquid dixerit Bar.in d.l. obligamur.in §.lege.vt ibi per glo.quę ordinaria est, & sequitur eam ibi Ange. & omnes, nouissimè sentit Corn.consl.xxxix.col.i.vol.iiii. & si nubat etiam

etiam sine consensu ipsius, nisi nubat indigno vt dictum est in filio.l.j.§.emancipatos.ff.de bo.po. cont.tab.Alex.cons.xcvij.col.iij.vol.j. Qui dicit alibi etiam quod ita ingredientem monasterium dotat & dotare compellitur, vt nubentem consil. cxxxix.col.iij.vol.ij.& fuit dictum Bal.in d.l. fi. & Bar.in l.j.in §.si parens.ff.si quis à pa.fue.ma. & nimirum quia de matrimonio spirituali ad carnale argumentũ valet.c.inter corporalia.de trãsla.prælato.quanquam Alex.ibidem nõ dicat, sed notandum est ingredienti, non sub nomine dotis verum eleemosynæ dari debere, alioquin pacto cum Abbatissa facto, simoniæ grauissimum committeretur crimen, & de hoc aliás in c. non satis. de simo.vbi Abb.& cæteri.

Trigesimò præcipit lex iudici, ne in causis criminalibus à tormentis incipiat, quoniam prius exequeretur quàm cognosceretur & male.c.cum in contemplatione.de reg.iur. & ibi plene diximus glo.in c.non solent pe.ij.q.vj.hac de re nũc transeundum est, & quia à simili rursum diximus etiam supra arg.sumpto, ex his quæ habentur in l.j.C.de execu.rei iud.huiusq; loco pro complemento addendũ existimauimus aliud, a lege scilicet præcipi, vt si quid per cõcussionem ablatum fuerit id restituatur.l.j. ff. de concussio. Crimen enim concussionis est, vt declarat glo. in l. quod cuitandi.C.de cond.ob tur.cau.cum aliquis occasione publici officij quod habet, nonnihil à subiectis extorquet. Et hinc est, quod nec in loco in quo officium gerit, & administrationem habet, contrahere potest, neque per se neque per alium. l.non licet.ff.de contrahen.emp. quodque notarius in causa scribens, iudici delegato commissa, in salario exigendo pariter non debet excedere rationis metas, quia quodammodo crimen concussionis esset id, ratione officij scilicet, aliquid vltra debitum petendo, vt dicitur in c. statutum, in §.notarium.vbi etiam glo.de rescrip. in vj. Et quod deniq; qui recipit contra legis prohibitionem illud restituere tenetur vsque adeò, vt gratuita remissio non sufficiat ex quo lex expresse ita dicit, maxime in d.l.j.ff.de cõcussio.& in c. quia plerique.de immuni.eccle.est verum quod mercatores, vendentes res suas vltra debitum, & aduocati ac medici magna salaria extorquentes nõ tenentur ad istam restitutionem de necessitate, quia cum acquisitio in se consensum habeat non est peccatum de iure naturali vt not. Inno. in c. cum olim.da censi.& in d.c.quia plerique. Bald. pulchrè post eum in authen.ad hæc.col.vj. C. de vsu.Imò quod quanquam non liceat fraudare collectas & gabellas, quæ imponuntur per communitates terrarum præsupposita iurisdictione imponentium. l.uectigalia & ibi Barto.ff. de publica.secus est tamen si in se magnas habeant extorsiones, ut idem Inno, ait in loco præalleg.& Bal. met in l.ii.ad fi. C.de iu.au.anul.alias authen. ad supradicta redentes, teneretur ad restitutionem quis, si dolo & fraude aliquid acquisiuisset vt in ludo azardi, de quo glo.in l.fi.ff.de alea.Ange. in §.pretereà insti.de re.diui. & Bal. in anth. ex testamento.col.5.C.de coll.Capel.Tholosa. decisio.cxcii.col.i.& ii.& casus est singularis etiã, quo neque quis ad restitutionem tenetur, si creditor scilicet probare non possit, quod sibi debetur, ut possit furari, & surripere debitoris bona, etiam in foro poli, ut adhuc dixit Innocen. in prẹalleg.c.quia plerique, quem refert & sequitur Alex.consi.cxxv.col.ii.uol.v.post Bal. in l.i. col.ii.C.de testa. Finis.

DE PVNITIONE SEV DE *pœnis legibus*.



ODERVNT peccare boni virtutis amore; Oderunt peccare mali formidine pęnæ.inquit glo.in l.j ff.de iusti.& iu.Ideò factæ sunt leges, vt humana choerceatur audacia, & vt inter improbos, tuta sit innocentia.c. factæ sunt leges.iiii.dist. Pœnæq; constitutæ, ne delicta remanent impunita.l.ita vulneratus.ff. ad leg. Aquil. c.vt famæ. de sent. excommu. Et ad idem Cice. pro Roscio Ameri. ait. Accusatores multos esse in ciuitate vtile fore, vt metu contineatur audacia. Ex quo bonis viris non scribuntur adhuc leges quandoquidem moderatione & moribus nõ metu ipsi pareant honestati.& ad propositum Iurisconsul.in præallega.l.i.Iustitiam namque colimus boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernẽtes, bonos non solum metu pœnarum verum præmiorum quoque exhortatione efficere cupiẽtes. ff.de iust.& iur.pœnaq; vnius metus multorum est vt ibi & in l.i.C. ad legem Iuliam rep. & in l. aut facta.in §.fi.ff.de pœn.& ita expostulat rigor publice disciplinæ vt etiam inquit Ange. in disputatione extra ciuitatem.col.i.& Alex. in ea incip.Sigismundus.col.lxii. ea de re quintam hanc virtutem consistentem in punitione delictorum vt not.in d.l.legis virtus.allega.loco suo.ff.de legi.prosequi volentes, tandem dicimus, & primus quidem hinc, quod punit lex, (pœna enim ex eo dicta est, quod puniat.c.pœnitentia.ii. de pœni. dist. iii.) quemcunque non obedientem principi morte, iuxta illud de quo in libris regum, & in c. si quis.de maio.& obedi. qui non obedierit principi morte moriatur.& in c.pe.& fin.xiiii.q.i.& non modo si præceptum iustum, sit verum etiam si dubitetur, vt in dictis locis not. & tradit Rom. cons.lix.col.ii.Et ad idem dicebat Abb.in c.nam concupiscentiam.in prin.de constitutio. & in disputatione stante statuto, col. i. quando certum est de mente legis, & princeps præcipit, qđ obligat contrauenientem ad mortale; & ita subiicit intelligi debere quod habetur in præallega.c. si quis.& pe.ac fi & Deci. in c. quæ in ecclesiarum; col.vj.co.tit.quod contumacia est digna morte,

Et

Et idem quod Abb. in d.c. nam concupiscentiā, Ancha. in repe.c. canonum statuta. col. cxlj. eo. titu. quod sic contrahens scilicet peccat mortaliter, si contrahat contra præceptum legis municipalis, & Alex. cons. cxxxij. col. ij. vol. j. & consi. liij. col. iiii. vol. iij. & cons. xxxviij. col. ij. vol. iiij. Et alibi Bal. quod violator legis est, qui mandata non seruat regis, quodque contemptores mandati regij, sunt rebelles, & quod ratione cōtemptus nullum peccatum est ita paruum, quod non fiat magnum, cons. clix. col. pe. & fi. vol. iij. & probatur in l. iii. in §. in bello. & in l. omne delictum. in §. contumacia. ff. de re mili. & in §. hæc considerantes. in auth. vt omnes obedi. iud. prouin. idem Bal. cons. ccclxvij. col. ii. eod. lib. Et dicit rursum Fulg. quod non tam audax quam temerarius est, & grauissima pœna puniendus, qui sic præcepto Papæ contra ire, & non obedire nititur consil. cxlviij. col. ii. & Gemi. cons. lxxii. col. pen. quod non soluens decimas delinquit contra præceptū diuinæ legis. & Feli. in c. ecclesia S. Mariæ. col. xxxiiii. de consti. quod subditus non potest etiā cum non subdito contrahere spreta lege superioris. Est verum quod mandatum principis ad propositum debet esse iustum, vel saltim non iniustum. exempli gratia si mandaret alicui subdito suo se ipsum occidere, vel iugulandum filium hostibus præbere, & tale quid aliud vt idem Bal. dicit cons. prealllega. clix. Item & honestum, quoniam dicit Bal. met quod ius honestatis ab omni superioritate est exemptum in l. quod ex liberta; per illum tex. C. de ope. lib. exemplificādo vt per eum, in principe inuitantes puellas subditas ad tripudia, cui hoc casū obedire non tenetur, si maxime ipse sit iuuenis & sine vxore, nonnihil Ias. in l. reprehendenda. C. de institutio. & in l. admonendi. ff. de iureiuran. estq; argumentum in l. isti quidē. ff. quod met. cau. & in l. Iulianus. ff. si quis omis. cau. testa. Obedientia nimirum igitur necessaria, ne puniatur inobediens, quia præceptū præsupponit pariter. l. si quis mihi bona. §. iussam. ff. de acqui. hære. Bal. cons. cccxxxiiii. col. i. vol. i. Imò quod duo sunt in ciuitate seditiones excludentia, & concordiam nutrientia, imperiū & obedientia & non tam quia reges imperent, quam quod ciues obediant, respublice conseruantur. Si mandat Papa rursum conferri beneficium illiterato, non est ei obediendum, vt tradit Feli. in c. si quando. de rescrip. nec ab re quoniam est omnium errorum mater ignorantia, c. ignorantia. xxxviii. dist. ecclesiaq; indiget viris literatis non asinis deserratis, & splendescere literatorum hominum claritate, non obscurari tenebris ignorantium, vt inquit Io. Monach. in c. cum ex eo. de electio. & in c. fi. de verbo. signi. Obedientia rursum floruit qui Petrus postea appellatus est, cum primum Simon, id est obediens vocaretur. verum obediens moras nescit, nec mandatū procrastinat inquit Bernardus, Bethaniaq; domus obedientiæ dicta est, figuram ecclesię militantis tenens. & qui legibus, edictis, & mandatis pręter hęc non obedit & non obtemperat, in legem edictumq; (T. Manlij, histo. nota est) incidit. exemploq; multiplici instruimur, & admonemur, ecce, nutū Dei campi florent, terra imbribus fecundatur, frondibus syluę crispantur, & arbores, cytharizant & perstrebunt auiculę vndiq;, concordiam hinc etiam in angelis conseruat, pacem nutrit in monachis, tranquillitatem in ciuibus generat, eoq; magis quia inobedientia Lucifer cœlum amisit, homo paradisum, Saul regnum, & Solomon denique amorem diuinum.

Secundò punit lex, filium siue libertum in ius vocantes, patrem seu patronum absque venia, pœna solidorum quinquaginta, id est aureorum, sed solidum vocabant veteres à soliditate auri puri puti, quia nunquam diminuitur. l. i. C. de vet. nu. po. lib. xj. Albe. in l. fi. ff. de in ius vo. l. quicunq;. C. de ser. fugi. l. si quis id quod. ff. de iurisdi. om. iudi. l. pe. C. de dona. l. quotienscunque. C. de susceptio. & archa. lib. x. & probatur ad propositum in §. fi. in fi. institu. de pœna te. liti. & in d. l. fi. est verum si in ius vocantem pœniteat, vel quia vocatus non veniat, vel non inuitus veniat, & remittatur actio, quod moderabitur iurisdictio, quanquam edicti verba non patiantur de quibus in l. quique. in §. i. ff. de in ius vo. casus est in l. quanuis. ff. eo. & nimirum quia verba quantumcunq; generalia semper ad id restringūtur quod rationis est, vt per d. tex. inquit Bal. in auth. ingressi. col. ii. C. de sacrosanc. eccle. & istud in pœna legali verum est, & in parentibus ac patronis, speciale, seu filiis & libertis quorum gratia faciliua admittitur pœnitentia quam aliorum vt pulchrè tradit Bar. in l. qui ea mente. col. ii. ff. de fur. sed non in cōuentionali quod tamen disputat Alex. in l. vbi pactum. col. iij. ad fi. C. de trāsac. & quod neque regulariter in delictis consumatis locum habeat probari videtur in d. l. qui ea mente. & in l. quis sit fugitiuus. ff. de edil. edic. firmat Corne. cons. clx. ad fi. vol. ii. & Bal. ante eum de quo tamen mentionem non facit in l. iii. in §. i. (dubitatiue tamen locutus quod sit speciale in d. l. quāuis) ff. quod quisque iur. vel dicas quod indicio attentato seu initiato, non habet locum pœnitentia, nisi in casu d. l. quanuis. pro excessu vero in iudicio non consumato sic, quia delictum est in fieri. l. l. ad fi. C. de asser. tol. l. qui cum maior. §. accusasse. ff. de bo. lib. idem Bald. in l. statuimus. col. i. C. de episco. & cleri. Si non pœniteat igitur soluere compelletur, & si nō habuerit in ere, luet in corpus vt dicitur in d. l. fi. & in d. l. quicunque. & in c. fi. de dolo & contu. quod tamen non est generaliter verum, sed in persona vilitātum, & si voluerit pater, seu dominus, & vt latius in l. si quis id quod vbi Ias. col. vii. ff. de iurisdi. om. iudi. Feli. multa etiam in c. ad liberandam, col. ii. de iudę. Et veniam intellige (ad tex. vbi edicti verba ponuntur, redeuntes) id est licentiam, vt illa, qua priuilegio fit quia maior tamen ann.

xxv,

xxv. vel quod mutus testamenti factionem habeat. l. mutus. ff. de testa. vel quod mulier posit esse tutrix filiorum suorum. l. fi. ff. de tute. vel qd posit eisdem pupillariter substituere. l. ex facto. & ibi not. ff. de vulga. & pupilla. substi. ad differentiam veniæ, id est indulgentiæ quæ à principe cõceditur, ratione delicti, & vt habetur aliàs in l. pe. C. de sen. pasis. & in l. Manicheos. C. de hær.

Tertiò punit lex, dominum immoderate castigantem seruum suum. l. j. C. de emenda. seruo. vbi reus homicidij est, & ea pœna plectendus venit, & ibi dicit Bal. quod ratione excessus talis pœna debet imponi, & ex multis reasumit & confirmat Deci. in l. vt vim. nu. 18. ff. de iusti. & iu. & idem in patre, marito, prælato, & præceptore, quod modice posint, aliàs non, absque culpa, & qui fatuus est in culpa, sapiens fit in pœna: inquit Bal. in c. nisi. nu. 2. de offi. lega. & probatur ad propositum in l. sed & si in §. fi. & in l. præceptoris. ff. ad legem Aquil. & in l. item quæritur. in §. idem Iulianus. & ibi Saly. de magistro Fantino professore Gramuatice, qui hac de causa fuit capite, id est vltimo supplicio affectus, nonnihil Bald. in procem. ff. orum. col. ij. & in l. in iudicio. col. ij. C. loca. Alex. cons. lxxv. col. i. vol. iii. & cons. cxiii. col. i. vol. iiii. & quia dixi etiam supra, licet ad aliud in præceptis legis, vigesimo quintò, transeo nunc ad reliqua.

Quartò punit lex, si quis in concussionis crimen incidisset (hæc enim interuenit simulato præsidis iussu exemplificando vt per glo. in loco statim allegando) pœna extraordinaria tamen. l. j. iuncta glo. ff. de concussio. l. fi. ff. de fur. l. fi. ff. de priua. del. & ideò dicit alibi Iuriscon. in l. non licet. ff. de cont. emp. si officialis in loco administrationis aliquid emerit, quod non modo rem amittet, sed etiam in quadruplum tenebitur, & quod ad idem conueniri poterit, qua pœna quis pro furto quoque manifesto punitur, & in actione quod met. cau. ratione contumaciæ locum habet, & in factum de calumniatoribus, & ex condictitia lege, condemnante litium executores si à reis quicquam exegissent. §. quadrupli, §. item actio. insti. da actio. §. tripli. ad fi. eo. titu. & lib. §. hoc quoque. in auth. vt lit. iu. in exor. lit. & quod extra ordinem puniatur, videri etiam potest in l. quod euitandi. C. de condi. ob tur. cau. Imò quod tenetur etiam falsi legeq; Iulia repetundarum & fusius vt Bonifa. vital. declarat in tracta. malefi. de crimi. concusio. per totum.

Quintò punit lex, seruos dominorum delatores, seuerisima pœna, etiam si probassent (quod videtur mirabile) l. ii. §. diuus. ver. Imperator noster. ff. de iure fis. & hoc idem forte, quia tenentur dominum tueri & defendere, & salutem eorum propriæ antefferre, non prodere. l. i. §. serui quotiens. ff. ad Sillania. l. fi. C. de delato. lib. x. & seuerisima intellige mortis, vt sentit ibi glo. & bene. l. pe. & fi. C. qui accu. non pos. vbi si seruus, vel libertus, ille dominum accusare fuerit ausus, iste patronum, vel eius hæredem, vltore gladio feriendus est. addo ego tex. in l. i. ad fi. magis in terminis iuncta glo. tamen. C. ne lic. po. & hoc subiicit tex. in d. l. fi. C. de dela. & exemplum proditorum omnium, hoc est vt cæteris transeat in exemplum, & pœna vnius sit metus multorum. l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. l. i. C. ad legem Iul. repe. & est simile in c. placuit. xv. q. j. ibi vt indignam facti refricet memoriam, & de quo aliàs in l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. Est verum quod criminis læsæ maiestatis casus, excipitur vtrobique, hoc est in d. l. fi. C. de delato. lib. x. & in d. l. pe. C. qui accu. non pos. & nimirum quoniã tunc exorbitat leges & iuris communis dispositio. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta. l. famosi. §. i. ff. eod. vsque adeo (præcæteris) vt omnis qui etiam sit inhabilis ad accusandum, hoc casu tamen admittatur, exempli gratia mulier. l. in quæstionibus. ff. eo. quæ lex sola maiestatem læsam dicit, cæterę crimen vt in l. i. ff. & C. eo. & in d. l. pe. C. qui accu. non pos. & fi. de delato. prællega. alibi vero perduellionis reum in l. Pantonius. in §. i. ff. de acqui. hære. vbi alius est etiam specialis casus, quod hæreditas eius, qui de hoc crimine fuerit suspectus, etiam pendente siue suspẽsa cognitione poterit adiri. multa in l. quos nos. ff. de ver. sig. & si cet crimina morte extinguantur, nec sententia in mortuum lata valeat. c. quosdam. xxiii. dist. nor. in c. causamq; qui fil. sint legi. & in c. à nobis. de senten. excommu. & in l. in summa. in §. fi. ff. de re iudi. attamen potest etiam irretitus hoc crimine accusari & post mortem condemnari seu eius memoria damnari l. fi. C. de accu. §. interdum. insti. de hæred. quæ ab inte-sta. defe. argumentum in l. quoniam. C. de episco. & cleri.

Sextò punit lex, corrumpentem viduam, vel cognatam alij nuptam, cum qua nuptias contrahere non potuisset: pęna deportationis in insulam, quæ successit loco interdictionis aquæ & igni. l. ii. §. i. ff. de pœn. l. iii. ff. ad legem Iul. pecu. & ad propositum est tex. in l. si quis viduam. ff. de quæstio. eoq; magis (vt ibi dicitur) duplex est crimen, incestus, & adulterij, seu stupri: de quibus etiam in l. si adulterium cum incestu. in prin. ff. ad legem Iuliam de adulte. Et obiter dictum sit quod sub hoc verbo adulterij, & stuprum, & incestus continetur, l. inter stuprum. ff. de verb. signi. positaq; est sub. generalis ad legem Iul. de adult. & olim his notis. L. I. D. A. C. hoc est lex Iulia de adulteriis choercendis. § item lex Iulia. insti. de pub. iud. vbi nouisimo loco pœnam etiam irrogat peccatoribus si honesti sint, publicationis dimidiæ partis bonorum suorum, si humiles, corporis choertionis cum relegatione.

Septimò punit lex, corrumpentem edictum, & sic babens causam permanentem, positum in albo prætoris, pœna scilicet quinquaginta solidorum l. si quis id quod. in prin. ff. de iurisdi. om. iudi. si tamen id dolo malo factum sit, vt ibi dicitur & non aliter, iudiciumq; est populare, & si seruus

id

id fecerit, nec à domino defendatur, torquebitur, quique inopia dignoscetur laborare, sicuti diximus etiam supra de non impetrantibus veniam, cum in ius vocant eos, quibus reuerentia debita est nec repeto. & edictum causam permanentem habens dixi, ad differentiam trāseuntis, sicut vox præconia est, de quo intelligi non potest, vt pulchrè declarat Bar. in auth. qui semel. num. 16. C. quomodo & quando iud. est verum (licet adhuc supra nō dixerim) impropriā fore locutionē hāc qui non habet in ære luat in corpus, vt dici solet per tex. in d. l. si quis id quod. & in l. l. fi. ff. de in ius vo. & in l. quicunque. C. de ser. fugi. quia luere est soluere pœnam, nec babebant Prisci nisi pœnas pecuniarias, & quia corporis prætextu solutio considerari non potest, cum in eo non cadat, ridenda est potius verborum formula quàm sequenda. vt cumque sit tamen, dic quod qui sic torquetur inopia laborās perpetuo liberatur, vt not. Alex. in d. l. fin. obseruandumq; est ad imitationem. c. Odoardus. de solu. & ad propositum dubitatum est aliquando, nunquid decisio prædictæ. l. si quis id quod, extendatur ad eos qui dolo malo furcas latronum diruunt, & decisum quoque quod sic, ita Iacob. Pet. de monte pessula. in praxi sua de actio. in fac. ex albo corrupto. col. j. Et idem si quis corrupisset pariter imaginem factā in infamiam alicuius proditoris, vt post Docto. in d. l. si quis id quod. inquit Laud. in tracta. crimi. læsæ maiest. q. xxvj. ad saturitatem bæc & alia longe plura Areti. in §. pœnales. col. j. & ij. insti. de acti. Nec secus in abrasione instrumenti, tametsi is etiam de falso teneatur vt concludit Rof. Beneuentan. in tracta. lib. de albo corrup. & post eum Bal. in Marga. sua abradere.

Octauò punit lex Iudæum, ex quacunque causa mancipium Christianum possidētem, alterius sectæ, seu nationis autem non, nisi id circuncidat, capitali pœna scilicet, mancipio verò libertatem donat. l. j. C. ne Christia. mancip. quod tamē intellige, (quoad Christianum) procedere nisi sit seruus ascriptitius, quis tunc sibi licebit impunè ipsum babere. c. multorum. de iudæ. quem tex. ad idem dicit stupēdum Bauerius in §. testes. nu. 15. insti. de testa. nonnihil Barba. in l. ij. in §. ex his. col. xvj. ff. de verbo. obli. & sic ratione adiuncti quid conceditur, quod alias & simpliciter non concederetur. d. l. j. argumentum in l. si communem. ff. quemadmodum serui. amit. dixi ego lib. j. obserua. iij. de adiuncto. Deq; pœna ad propositum exilij perpetui in mitiorem partem. l. interpretatione. l. si præses. ff. de pœn. vnde Ioann. ij. dicitur CHRISTVM cuius actio, nostra instructio est. c. significasti. de elec. quando eiecit emētes & vendentes de templo, non funiculum fecisse sed quasi, vt nobis exemplo esset in mitiorē partem, (vt diximus) fore semper inclinandum, verbumq; positum in d. l. j. capitali indicio, cum tribus modis possit intelligi. l. ij. ff. de pœn. l. ij. ff. de pub. iud. l. edicto. §. rei autem capitalis. ff. de bo. pos. l. j. §. fi. ff. de bo. pos. contra tab. ita fore interpretandum, & dixi aliàs in l. imperium. lectu. iiii. in glo. ii. imò in omnibus, sed fusius in vno quàm in alio loco. ff. de iurisdi. om. iudi. & ita cōmuniter tenetur, quanquam dubitauerit Deci. in d. l. imperium. nu. 15. sed aute eum ita firmat Feli. in c. qualiter & quando. in §. ad corrigendos. col. fi. de accusa. vbi etiam Areti. nu. 152. & d. gl. limitat ibidem pluribus modis, pulchrè Boer. decisio. ccliiii. nu. 10. par. ii. Et adeò verū est quod iudæus non potest habere regulariter mancipiū Christianum vt vana & inutilis sit promissio ēt, si sibi à Christiano fiat. l. multum. ff. de verb. obl. argumen. in l. apud Iulianum. in §. i. ff. de lega. i. Idem Feli. in c. j. de iudæ. in prin. Et dictu mirabile est, quod sic iudæis interdicta sint mancipia Christianorum, cum tamen seruus sit tātum æstimationis solidorum duodecim casus est in d. c. j. eumq; pecudi comparemus, & seruorum status quoque anihilatus sit ciuili iure. l. quod attinet. l. seruitutem. ff. de reg. iur. l. ii. ff. ad legem Aquil. sed nihil facit quanquam ita sit, quoniam resistit lex & expressè prohibet, ita vt etiā obolaris Christianus seruus à iudæo possideri seu haberi minimè possit. Et magis mirum mihi videtur, odio iudæorum siue sectæ iudaicę, quod sic in mitiorem partem interpretatio fiat. Nisi dicamus (& verum est) quod cum pœna sit delicto commensuranda. l. sancimus. C. de pœn. fore satis quod perpetuo damnentur exilio vt diximus supra. & nouissimè dictam gloss. singu. dicit Imol. in l. ii. col. iiii. ff. de pub. iud. Alex. cons. ciiii. col. i. vol. i. & cons. cxv. col. ii. vol. ii. & consil. cxxj. col. ii. vol. vii. Deci. seni. in l. transigere. col. iii. C. de trāsac. & ita transeundum est.

Nonò punit lex adhuc iudæum cognoscentē Christianam carnaliter, vel è contra Christianus homo, Iudęā, pœna mortis. c. hinc apparet. xxiii. q. v. c. reos. §. palam. §. multa enim. ii. q. vij. Feli. in c. in nonnullis. ad fi. de iudæ. & multo magis si eā in vxorem duxisset. l. ne quis Christianam. C. eo. Corn. cons. cxiiii. in prin. vol. i. & potissimum ea ratione, quia coniunctio maris & fœminę, est cōmunicatio vitæ diuini & humani iuris. l. i. ff. de ritu nup. argumentum in l. aduersus. C. de crim. exp. hæredi. & in c. i. de iudæ. Est verum quod si Christiana esset meretrix prostituta, quod tunc nullam pateretur pęnam, ex quo lex simpliciter prohibet, ne iudæus cum Christiana muliere cōmercium habeat, nec vllibi pœnam imponit, quo fit vt locum habeat igitur in casibus tantum à iure expressis. l. i. in fi. ff. ne quis eum qui. argumentum in c. fi. vbi glo. fingu. de iure pat. Et uidetur probari clarè in l. quæ adulterium commisit. C. ad legem Iul. de adulte. ibi, he autem immunes à iudiciaria seueritate, & stupri, & adulterij præstentur, quas uitæ uilitas dignas legum obseruatione non credidit. ubi etiam Bar. latè Alex. cōs. xcix. col. ii. uol. vj. & cons. xiii. col. iii. uol. vii. & ita tenuerunt aliqui, & malè, ueriorq; mihi uidetur

detur opinio, quod extra ordinem (si non extet statutum in loco vbi crimen commissum est) puniatur, arbitrio tamen iudicis vt per Old. consil. cccxxxiij. vbi attestatur amplus D. R. apulum & D. Anto. à Cruce præsidentes tunc Auinioni, Pādonum nescio quem, Iudæum hac de re condemnasse in amissione testium, eosq; ante palatiū sic præcisos vidisse. Et cum eo sic tenendo Boer. hanc esse communem dixit decisio. cccxvj. nu. 6. par. ii. Nouissime tamen Hip. Marsi. cons. cj. primam tenuisse videtur, maximè quia nec aliter sen sit Old. in loco præallega. secundum eum: tametsi referat supra dicta de testibus Pandoni. Et rursum male, quia imò hoc sentit, quanquam iudidices hortetur, non seueritate, sed temperamento benignitatis, sibi gloriam comparent, & certe, quia res est mali exempli vt inquit Iurecon. in l. si quis aliquid. in §. qui abortionis poculum. ff. de pœn. & quia verbis tam efficacibus Christianorum commercium prohibitum est iudæis vt supra, crimen non omninò impunitum esse debet, & ita facerem si mihi iudicare debenti, occurreret casus, & forte peius. Nec facit quod vitæ vilitas eas faciat indignas legum obseruatione, quia verum est ipsarum meretricum persona inspecta, sed non iudæi, qui saltem pœna (vt diximus) arbitraria venit castigandus & ita transit etiam Barba. testatus pariter Ferrariæ fuisse sic obseruatū suo tempore, pœnaq; pecuniaria iudicis arbitrio hac de causa iudæum quendam fuisse multatum, cons. lxiij. col. iiii. vol. iiii. & Deci. post eum & Old. in cons. præallega. in c. i. col. vii. de consti. & in c. consuluit. col. i. de appel.

Decimò punit lex, si quis potentiorum patrocinium aduocarit, vt aduersarium terreat, neúe lites iudiciarię metu hoc proposito, suo) vt aiūt) Marte discurrant, hunc iactura causæ primum, mox pręstantem iudicis arbitrio mandat condemnari debere. l. i. C. ne li. poten. & nimirum quia potentes præsumuntur facilius iniuriam inferre tenuioribus, imò violentiam quàm alij. l. ad inuidiam. C. quod met. cau. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præsi. l. i. §. nec solum. ff. de postu. ea de re Ecclesiasti. dicitur c. viij. ne litiges cū homine potenti, ne forte incidas in manus illius. Et hoc idem curat proconsul, ne imbecilles à potentibus opprimātur, inquit Iurecō. in l. ne quicquam. in §. fi. ff. de offi. procon. Et alibi Bar. in l. j. in §. sed si iure. ff. ad legem Fal. quod ob hoc statuta plerumque fiunt, nobilem suscipere nō posse cessionem contra popularem. Et si facta fuerit poterit tanquam simulata impugnari, si cessionarius sit talis qui verisimiliter possit aduersarium cedentis terrere, præalleg. l. ad inuidiam. C. quod met. cau. Bal. in l. per diuersas. ad fi. C. manda. gl. in c. ii. de alie. iud. mut. cau. fac. Spe. in tit. de cessio. ac. in §. i. in prin. Guid. Papę decisio. cclxxiii. quia vulgo etiam dici solet. quod vbi leo figit pedem, cætera animalia quiescunt, vt signanter per tex. in d. l. i. inquit Ancha. cons. cciiii. col. i. qđq; potentioribus pares esse non possumus. d. l. i. Et quod dicitur in d. l. i. non modo in actore vt ibi dicit Bar. verum etiam in reo procedit, aliter vero glo. in rub. de his qui poten. no. & male. Idēq; S. Blasi. conciuis meus in tracta. correlatiuo. ver. centesimo. nu. 32. Et loquendi modus notandus est, dum dicit. Iactura causæ afficiatur, qualis ille causa cadere, de quo in §. si quis agens. institu. de actio. id est in iudicio vinci & condemnari. Sic Cice. pro Mure. & in famil. vii. & simile est, & in l. fraudem. in §. neque. ff. de iur. fis. ibi & si vsus his contra interdictum fuerit, causa cadat. & in l. vnica. ad fi. C. de sen. quæ pro eo. ibi, ne dum in infinitum computatio deducitur pro sua impossibilitate cadat. dixiq; ibi ego & quo ad aliud in l. edita. C. de eden. nec omittendus alius, paulò supra, & ibidem, inque illis verbis, cum dicit. lites iudiciarias suo marte discurrere debere, de quibus etiam in l. properandum. in §. illo. C. de iudi. quod sensus sit, nos, nostris viribus nō aliis aliunde accersitis, niti debere, iuxta illud.

Nam genus et proauos et quæ non fecimus ipsi.
Vix ea nostra voco.

Vndecimò punit lex, scribentem, vel sculpentem signum saluatoris humo ita quod pedibus possit calcari pœna mortis, quia dicit text. grauissima in l. vnica. C. nemi. li. si. Salua. CHRISTI humo &c. Et in §. illud. in auth. vt iud. sine quoquo suffra. multa ponderando dictum verbum Boer. decisio. cccj. nu. 18. par. ii. Alia tamen est glo. in l. i. C. de seditio. quam allegat Bal. in l. data opera. col. i. C. qui accu. non pos. dicens ciuiliorem fore interpretationem, quod exponatur dictum verbum, atque intelligatur de pœna mortis vel alia capitali secundum qualitatem personarum, & ita transit etiam Areti. in c. qualiter & quando, in §. ad corrigendos. nu. 154. de accusa. & Deci. seni. in l. transigere. col. iii. C. de transa. sed ego non recederem ab opiniu. prima, maxime in detestationem eorum quia faciunt in opprobrium CHRISTI & Sacrosanctæ religionis Christianæ, & longe magis in casibus de quibus Boer. decisio. præalleg. dic vt per eum. Et ad propositum amplius, quod communis est iniuria, si quid in Deum committitur, inque religionem diuinam. l. Manicheos. C. de hære. curaq; legis siue principis diligens esse debet, superni numinis religionem tueri. d. l. j. C. nemi. li. sig. Salua. Ancha. cons. cxcvj. ad fin. Et ita transit etiam Seysel. dicens verbum prædictum superlatiuum esse & bene aliàs à cōparatiuo non defferret haud dicendum. l. ii. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. §. fi. in sti. eo. titu. & vt ille fusius in d. l. transigere. col. iii. & est argumentum in l. vbi autem non apparet. ff. de verbo. obli.

Duodecimò punit lex, rumpentes nili aggeres, pœna ignis, & complices sine aliqua spe veniæ, deportatione in insulam. l. i. C. de nili ag. nō rumpen. quæ, licet in aggeribus nili loquatur (tāto enim studio Ro. homines otini rem frumentariam

tariam colucre, vt Alucos à singulis regionibus
Aegypti, ære publico in Nilum deducendos cura
rint, quibus frumenti ingens vis, Alexandriam
ac demum Romam veheretur, incredibiliq; sum
ptu eosdē Alucos seruari curarint, ea lege (quod
aiunt quidam) vt si quis aggeres Nili qui erant
alucorum ripæ rupisset, capite plecteretur, & ma
le quo ad illud ac contra tex. in d. l. j. in cæteris
eisdem assentio) habet nihilominus locum quo-
que in aggeribus alterius fluminis, Medoaci, Pa
di, Athelis, & similium vt dicit glo. in d. l. j. vbi ēt
& egregie quidem Cyn. ex quo diuersitatis ratio
assignari non potest, deque illis Nili gratia fre-
quentioris vsus dictum est, vt in simili not. in l. j.
C. de rap. vir. & in l. j. C. de his qui ad ecc. confu.
plene Corset. in singu. frequentia. Io. And. in ad-
di. Spe. de loca. in §. j. in prin. Ro. in l. apud Treba
tium. ff. de aqua plu. arcen. qui allegat ibi bonum
tex. in l. cum supra. C. de re mili. lib. x. Nonnihil
in simili Alex. cons. lxv. in fi. vol. vj. & cons. cxix.
ad fi. eo. lib. Cur. cons. vj. nu. 3. Est verum quod
prædicta forte non procederent in rumpentibus,
siue infringentibus alias res, quæ non essent simi
les, puta (vt alibi dicit Guido Papæ) salua guar-
diam Delphinalem, vel Ducis Florentiæ, (adde
tu) seu alterius principis, quia tunc ex quo certa
pœna statuta non est. l. i. ff. de effracto. extra ordi
nem punirentur iudicis & curiæ arbitrio argu-
mentum in l. hodie. ff. de pœn. & in l. quid ergo.
in §. pœna grauior. & ibi not. ff. de his qui not. in
fam. & dictum fuit supra, & vt ille fusius decisio.
cccccxviij. Ad Nili propositum tamen redeuntes,
d. l. j. contrariari videtur tex. in l. sacculatij. in §.
in Aegypto. ff. de extraordi. cri. vbi qui chomata
(cum aspiratione enim legi debet) id est agge-
res Niloticam continentes aquam rumpit extra
ordinem punitur non leui pœna tamen, inquit
Iurecon. & pro conditione personæ, & admissi
criminis, quandoque in metallum, & in opus me
talli, de quo alias in l. damnum. in §. inter eos. ff.
de pœn. ergo non comburetur vt dicitur in d. l. j.
& eo in loco quidem, in quo (subiicit) vetustatis
reuerentiam, & propemodum ipsius imperij se-
curitatem appetit. Sed pro solu. dici posset, quod
tex. in d. §. in Aegypto forte per ius nouum Co-
dicis corrigatur, argumentum in l. non est nouū
& in l. sed & posteriores. ff. de legi. Tamen corre
ctio vitanda est quando expresse non apparet fa
ctam fuisse. l. fi. C. de indic. vid. tol. & iura potius
aliter concordanda. l. sancimus. C. de testa. l. præ
cipimus. C. de appel. l. j. C. de inoffi. doc. c. cū ex-
pediat. de elec. in vj. Aliter igitur dicendum est,
quod contrarium non in aggeribus Nili loqua-
tur, sed in illis qui aquam Niloticā continebant,
inq; prædiis culturæ gratia existentibus, quo ca-
su cum diuersi sint, ab aggeribus Nili, diuersaq;
rumpentiū crimina & vnū altero grauius, nō mi
rū est si diuersę etiam pœnę fuerunt cōstitutæ, &
sensit quoq; glo. in d. §. In Aegypto. & bene.

Decimo tertiò punit lex, comittentem crimē
falsi, quod publicum est. l. lege cornelia. §. pœna
ff. ad leg. Corne. de fal. Cald. cons. j. de accusa. l. j.
ff. de pub. iud. §. item lex Cornelia, de falsis. insti.
eo. aduerte tamen quod illud ad duos casus tan-
tum restringitur, ad quod non aduertit Caldc. si
de falsa moneta agatur. l. j. C. de fal. mon. deq; te
stamento falso. §. item lex Cornelia prællega.
Ros. Beneuenta. de senat. Con. libonia. in tracta.
lib. ad fi. cōmittiturq; tribus modis, scriptura, di
cto, vel facto. l. j. §. qui in rationibus. & in prin. l.
quicunq;. l. pe. §. j. ff. ad leg. Cor. de fal. & largè, lar
gissimè, ac strictè capitur declarando vt per Bar.
in l. nec exēplum. C. eo. latè Bononien. in rub. ff.
eo. & breuiter vt dicitur in §. j. in auth. de instru.
caute. & fi. & not. in locis præallega. nil aliud est
quam mutatio veritatis dolose & ex certa scien-
tia facta, & ad propositū pœna est deportatio in
insulā, oīum bonorū publicatio, intellige si liber
eorū quid admiserit quę lege Cornelia prohiben
tur, fuerit, quoniā si seruus vltimo afficietur sup-
plicio. l. j. §. fi. ff. ad leg. Cor. de fal. quia cū bona
non habeat ei publicari non possunt. l. decem. ff.
de verb. obl. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet.
nec deportari vt ciuitatem amittat, ex quo non
est ciuis. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. di-
xi in l. imperiū. ff. de iur. om. iud. in ij. lectu. & in
l. qd̓ attinet. ff. de reg. iur. & ad propositū quoq;
sciendum est quod Cornelius Sylla, quæstiones
de falso publicas proposuit, & quod hac de re lex
Cornelia appellata est. l. ij. §. deinde Cornelius
Sylla. ff. de orig. iur. quodq; libonius pretextu fal
si fecit ēt S. Con. Libonianū, de quo intelligi de-
bet, cū leges multæ sint in titu. ad leg. Cor. de fal.
eiusdē S. cō. mentionē facientes non tn̄ nomē di-
centes, quod ex rub. ibidē elicitur, secundū quam
intelligi hoc ipsum debet & sic d. leges declarari
argu. in l. Imperatores. ff. de in di. ad. Est verū q
in Regno Franciæ pœna mortis constituta est, vt
testatur Boer. decisio. lxxxij. nu. 9. par. j. & sic in
regno Neapolitano, vt ibidē, & decisio. xxj. Af-
flic. & Luc. de pe. in l. si quis. col. ij. C. vt ne. ad suū
pat. lib. xj. & aliquibus in locis pœna pecuniaria
& manus. Nec omittendū censeo quod in crimen
falsi incidit allegans leges correctas, ad decisio-
nē eārum tamen, non si docendi gratia, arg. insti.
de testa. in prin. & in c. fuerunt. vij. dist. glo. in c.
Romanorū. xix. dist. vel & aliter & plenius vt per
Bar. in l. fi. ff. ad leg. Cor. de fal. Feli. in c. fraterni
tatis. col. j. de hære. Et qd̓ quasi reuelatio diuina
est alias qn̄ falsitas deregit. l. si ex falsis. C. de trā-
sa. Ferrariē. cōs. j. n. 19. vol. j. & q deniq; nō inci
dit in crimē illud quis, si falsitas nemini noceat l.
damus & ibi Bal. Saly. & alij. C. ad leg. Cor. de fal.
Are. in §. pęnales. nu. 2. ad fi. inst. de ac. Fel. in c. j.
col. ij. de p̄sump. Bar. in l. i. i §. qui in rōnibus. ff.
e. ad leg. Cor. de fal. Alex. cōs. 74. col. pe. vol. i. &
cōs. 233. ad fi. vol. vj. & cōs. 53. n. 14. vol. 7. & cōs.
121. col. ii. e. li. & Pau. cast. cōs. 157. ī prin. vol. i.

Decimo quartò punit lex parricidam, id est
filium interficientem patrem proprium, (anti-

quitus enim veteres, parricidas non modo qui parentes occidissent, vocabant, verum etiam quẽ cunque qui hominẽ interfecisset quod lex Numę indicat, his verbis scripta, si quis hominem liberum dolo sciens, morti duit, id est dederit, parricida esto. Hinc quæstores qui capitalibus causis præerant, quiq; homicidia ac cedes vindicabant hac de re, vt inquit Sext. de verb. sig. parici appellati fuerunt) & pœna quidem seuerissima. Is enim virgis cæsus, Culleo insuebatur cum cane, Gallo Gallinaceo, vipera & simia, inq; profundũ mare iactus sic miser inter tot ferarum angustias vitam finiebat. l. pœna. ff. ad legem Põpe. de par. §. alia deinde. insti. de pub. iud. sed quia dixi alias satis in l. minime (ibi vide si lubet) ff. de religio. & sump. fun. pro nunc transeo hic, & ad alia pergo. Et si quid addendum est nouissime, id vnum addi potest tantum, quod hoc idem etiam Cice. in ora. pro Sex. Roscio testatur, ibi. Maiores nostri intelligentes nihil esse tam sanctum quod nõ aliquando violaret audacia, sapienter supplicium in parricidas singulare excogitarunt, vt quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, magnitudine pœnæ, maleficio summouerentur, insui voluerunt in Culleum viuos, atq; in flumen deiici. de Gallo Gallinaceo & aliis verbum nullum. At cum ita sit tamen præter hęc & dicta alias sciẽdum adhuc arbitror. cum cane & Gallo Gallinaceo insui tunc culleo parricidam consueuisse; quia ipsi quoque impie agere videntur, sorores & matres ipsas salientes. eaque ratione cum vipera & simia, quod illa maritum capite sibi mordicus amputato extinguat, ista vero filios necet, vt sic eiusdem criminis rei eodem simul afficiantur supplicio, & pœnas luant pares. mirandumq; est maxime, quod Bud. Parisien. tamen, velit Gallinaceum legi, sine adiectione galli, cum tamen sic legat idem Cice. pro L. Mure. ibi. nec minus delinquit is qui gallum gallinaceum eum opus non fuerit, quam qui patrẽ suffocauit & alibi sæpe. vult etiam in flumen deiici, & non in mare profundum, adhuc dici debere. & in hoc ipsi assentior, quia sic etiam scribit Cice. in loco præallega. & vt supra quoque relatum est. Vel quod in mare vicinum, vel in amnem proiici debeat, vt signanter dicit tex. in d. §. alia.

Decimo quintò igitur punit lex dantem amatorium poculum siue abortionis, pœna damnationis in metallum, si humilis persona fuerit, & ex plebe, si honesta vero amissa parte dimidia bonorum, deportationis in insulam perpetuo, & vltimo supplicio quoque si mas vel fœmina ex eo perierit. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. etiam si id dolo factum non sit, quia (inquit ibi Iurecon.) res est mali exempli, & ad idem facit tex. in l. exemplo. C. de proba. Bal. in l. edẽ. ad fi. C. loc. Anch. cõs. clxxiij. col. iij. & cõs. cclxxxvj in prin. & ꝙ quãquã in criminalibus dolus & lata culpa nõ æquiparentur, Fallit tñ si res sit mali exẽpli, vt dicunt Doct. in l. in actionibus & ibi in specie Ias. col. iiij. ff. de in lit. iur. bonus text. in l. quanuis. ff. de reb. eo. & tex. in d. §. qui abortionis dicit singula. Flo. in l. item si obstetrix. in prin. ff. ad leg. Aquil. ad instructionem maxime eorum qui ioco aliqua immiscẽt Ferculis, vt quis dormitat, vel somniet, aut tale quoddam agar, quoniã si ex hoc mors sequeretur, clara. d. §. decisione tenerentur, ideo caueant. Caligula enim à Cæsonia vxore, amatorio medicamento sic deceptus est, & in furorẽ versus (vt aiunt) continua mentis alienatione caruit intellectu, sicut de Aelio prisco dicit Iurecon. in l. diuus. ff. de offi. præsid. inq; delirium abiisse pariter T. Luchretium sic amatorio poculo hausto in libro temporum legimus, nec ab re, Vesaniæ libros inde etiam per interualla tñ aliquos couscripsisse, seq; tandem interemisse. cũ declaratione tamen (vt supra) tenebuntur, distinguẽturq; honestiores ab humilioribus, adde nũc tex. et in l. pedius. ff. de incen. rui. nauf. & in l. j. in fi. ff. ad leg. Cor. de sica. & not. in c. non cogantur. xlj. dist. pulchrè Bal. cõs. cccccxxvj. vol. j. Bar. in l. desertorem. ff. de re mil. Idem Bal. in c. j. in §. rusticus. de pace te. in vsib. Feli. in c. cum quidam col. iij. de iureiu. idem Bar. in l. j. in §. j. ff. de abige. Paulus Apostolus gladio occisus est in catacumbis, inque Vaticano doliorum loco, à Petrus. Paloq; istos Turcæ necant, illos gladio. Plato vero seeus agendum existimat, pœnasq; à tyrannide potius quàm à sapientibus excogitatas fuisse ait. & vult amplius, ciuem seuerius quã seruũ aut alium similem multari debere, ex quo parum isti bene ad virtutẽ erudiri, procliuiores sunt ad peccandum, ille vero in optima rep. institutus. ea de re mirum quod scelus admittat, seuerius (vt dictũ fuit) vindicandum, tu modo diiudica quis in hoc certamine iustius induat arma. quæ dixi quoque in l. ij. in collecta. C. vt ne. priua. & nouissime ẽt adde, cum istud crimen, sit diuersum ab hęresi, & alia pœna constituta quod sic dare poculum amatorium, viro aut mulieri, hæresim non sapiat de quo tamen dubitauit & sic decidit postea Alb. in rub. C. de hęre. col. iij. Old. cõs. xx, & Feli. in rub. col. ij. extra eo. tit. de hære. Et quod poculũ amatorium dictum est, potissimũ, quia à mulieribus diligi cupientibus plusquam satis, vt plurimum datur, vel & aliter vt post Iser. docet Boer. decisio. ccxvj. nu. 4. par. ij. & ꝙ philtrũ vocatur. iuxta illud ipsa virtus in se, philtrũ efficacissimũ hẽt.

Decimo sextò punit lex, grassatores & latrones famosos, illos capite, si cum ferro aggredi & spoliare instituissent, siq; sæpe & in itineribus hoc admisissent, alias in metallum damnari solent vel in insulam relegari. Istos vero furca quã quam ab aliquibus etiam quandoque fuerint damnati. l. capitalium. §. grassatores. & §. famosos. ff. de pœn. deque hic dixi etiam satis in locis communibus. lx. lib. iij. Adde tamen nunc grassatores esse, latrones vias obsidentes, tametsi veteres grassari, pro adulari ponerent, & vrbis initio hoc noĩe vocarint, quod M. Cato refert, Gel. in nocti.

in noct. atti. lib. xj. c. ij. Et Crini. de poe. lat. in prin. ego in l. transigere. lectu. ij. C. de transac. & ad propositum quia gradi (vnde grassari tractum est, ab impetu gradiendi) ambulare est, vt inquit Sex. de ver. sig. Et quod dicitur in locis præalleg. pulchrè declarat Corn. cons. xliij. col. ij. vol. iiij. & quod qui sepius scelus admisit famosus est, secundum Bar. in tracta. de iurisdictione. col. j. qd' in malam capitur partem, ex quo nomina in osus desinentia, vitium habent vt inquit Bal. in statu. percutere, nu. 3. vnde Luchre. j. quin contra sæpius illa religio peperit scelerosa, atque impia facta. Religentemq; esse oportet (vetus prouerbiũ est) religiosum nefas, deq; his nos alibi satis. Et est casus no. in d. §. famosos, quod his à furca pro prima vice veniam mereatur vt etiam in l. iij. de epi. aud. & not. in c. qualiter & quando. ij. de accu. Ias. multa in §. ex maleficiis. col. ij. insti. de ac. de quo tamen dubitauit Bal. cons. cclv. col. j. vol. iij. & latro rursum famosus, seu nomen eius deductum est ab ἀπὸ τοῦ αἵματος, id est à sanguine, quo ij quàm maxime gaudent, vt Mars qui est αἱμοχαρής, quasi sanguine gaudẽs appellatus est.

Decimo septimò punit lex incendiarios capite, & plerunque etiam viui exuruntur, d. l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœn. & pœna hæc infligenda potius est meo quidem iudicio, quam illa, vt discat in auctorem, ipsa redire suũ, quasi talionis, & vt quisque, quod in alterum statuit, ipse eodem iure vtatur, vt dicitur in §. pœna. insti. de iniur. & in rub. & in l. j. ff. quod quisque iur. & in c. j. j. dist. argu. in l. saccularij. in §. sunt quędam. ff. de extraor. cri. quinque tamen concurrentibus. primo si incendium dolo malo factum sit, secundo si in ciuitate vel oppido, tertiò si incendiarius sit vilis persona, quartò si incensa sit domus seu ædificium aliquod, aut taberna vel porticus, quinto & vltimo quod incendium magnum sit, quod ex d. §. incendiarij, satis colligi posse videtur. & ex l. qui ædes. ff. de incen. rui. nauf. pulchrè & fusius Bal. in l. data opera. col. j. C. qui accu. non po. dixi ego cons. iiij. col. j. & cccxiij. col. ij. vol. j. & certe ad propositum ij tanquam inimici naturæ rebus humanis eximendi sunt, nisi aliud vel personæ qualitas, vel incendij paruitas suadeat, vt ibidem Bal. ait & bene. deq; incendio malitia humana loquimus orto, quoniam alias secus si diuina vi puta fulmine aut negligentia habitatoris de quibus in l. fluminum. in §. vicium. ff. de dam. inf. & in l. si vendita insula. ff. de peri. & commo. rei ven. & in l. si seruus seruum. in §. si fornacarius. ff. ad legem Aquiliam. Bald. not. consi. lxxvij. col. j. vol. iij. & consi. clxxiiij. col. j. vol. ij. est etiam casus quem teneri, si ignem non extinxerit quando vadit dormitum vt inquit Bald. in dicto §. si fornacarius, per illum text. adeo odiosus & alij non absimiles ad propositum de quo supra vt publicati non absoluantur nisi per Sanctam Sedem Apostolicam, in ipsorum odium & aliorum terrorem & tradit Archidia. in c. inferior. col. j. xxj. distinc. Imò quod quasi incendiarius etiam hinc, capitis pœna plectendus est. l. si quis dolo. ff. ad legem Cornel. de sica.

Decimo octauò punit lex adulteros gladio. l. quamuis. C. ad legem Iul. de adul. §. item lex Iulia de adulteriis. insti. de pub. iud. Et qui cum masculis nephandam libidinem exercere audent vt ibi de. & in l. cũ vir. C. eo. ad leg. Iul. de adul. Ancha. cons. cclxviij. in prin. Scatinius tamen legem tulit, quia puerorum concubitores (autor est Modestus de re mili. ad Theodosium) graui supplicio afficiuntur. quo ad adulterium dixi ego satis in l. transigere. lectu. ii. C. de transa. & nouissime addo pœnam hanc hodie à lege infligi, Codicis iure, aliam olim & de iure fforum vt ex legibus supra allega. elicitur, declarat Cuma. consil. cliiii. col. ii. idemq; Fulgo. cons. xxiii. col. i. Alex. consi. ccxxix. col. i. & ii. vol. vij. Boer. decisio. cccxvi. nu. 5. & decisio. ccxcvii. ad fi. par. ii. & Corn. consil. xix. col. i. vol. iiii. Inq; muliere secus vt in authẽ. sed hodie. C. eo. ad legem Iul. de adul. idem Alexan. latè cons. xcix. col. i. vol. vj. est verum si esset nobilius adulter quoque, quod non gladio, & sic morte, sed deportatione seu exilio puniretur vt per glo. in l. si quis viduam. ff. de quæstio. argum. in l. si quis aliquid. in §. qui abortionis. ff. de pœ. & in l. i. ad fi. ff. ad legem Cor. de sica. & dictum est lupra, & nouissimè firmat Boer. decisio. præallega. ccxcvii. ad fi.

Decimo nonò punit lex homicidam morte, hoc est vltimo supplicio regulariter, nisi aliud suadeat (vt proximè dicebam) personæ qualitas, seu delicti. l. i. & ibi late Bononien. not. ff. ad leg. Cor. de sica. l. iii. §. pe. ff. eo. personę qualitas, quia altiores deportantur in insulam. honestiores vero bestiis subiiciuntur. d. §. pe. Alexan. cons. cxix. col. iiii. vol. vii. delicti vero, quia si ad defensionem fiat, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, pœnam non incurrit. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. & ibi diximus. l. i. C. vnde vi. c. significasti. de homi. vel si trasfuga fuerit is qui occisus est. d. l. i. §. fi. ff. ad legem Cor. de sica. propter reuelationem secretorum vt not. in d. l. vt vim. Bar. in disputatio. Lucanæ ciuitatis, col. vj. Bal. in l. si quis non dicam rapere. in prin. C. de epi. & cle. Alex. cons. ciii. col. ii. vol. i. & cons. xix. col. ii. vol. vii. Corn. cons. cccxii. col. pe. vol. i. Nec ab re, quoniam homicidam dolosum intelligere debemus, taleq; præsumitur semper, nisi contrarium probetur, quia est de genere prohibitorum. l. i. C. ad legem Cor. de sica. Et ideo in Nume legibus sic dicebatur.

Si quis hominem liberum sciens dolo morti duit, id est dederit (vt alibi etiam (licet ad aliud) dixi) parricida esto. quo verbo omnes homicidæ significabãtur, vt ait Sext. de ver. sig. & homicidiũ adeo graue ẽ atq; execrabile, vt alibi dixerit text. expectet homicida sẽper ꝗ fecit in l. iii. C. de ep. au. & iõ Gen. ix dr̃ qcũq; effuderit humanũ sãguinẽ fundet sãguis illius. & plus ꝗ qõ homicidiũ est

maior omni q. vulnerum. l. j. C. qui accu. non. po. & quod graue sit execrabile atrocissimũ & omni iure prohibitum tradit ẽt Ang. cõs. ccxvij. intelligendo adhuc, & præter cętera dicta supra de homicidio formali atq; causali, qm̃ aliud est formale nõ causale, qđ perficit furiosus, causale & non formale, si quis mandet cõmitti, & mandatũ exequatur, vt pulchrè per Bal. cons. ccclxxxiiij. col. j. vol. v. Est verum (obiterq; dictum sit) quanquam pœna capitis (Cornelius enim Sylla qõnes publicas de sicariis proposuit. l. ii. §. deinde Cornelius Sylla. ff. de ori. iu.) à lege statuta sit, quod in xij. tab. tamen erat pecuniaria. Nec secus à longobardis obseruatum fuisse accepimus, nisi seruus dñm occidisset, vel vxor maritũ. l. ij. de cõui. in longobar. lib. j. Bar. in varietatib. iur. ciui. & longobar. de homi. nu. 3. & vt in cõi lege seu iure (vt supra) statutũ erat, ita in illis Romuli, proditũ est dictũ, sancitumq; fuisse, parricidas oẽs capite puniẽdos

Vigesimo punit lex, clericũ falsificantẽ literas Papæ, curiæ seculari tradi debere, vt moriatur, quia ecclesia nõ habet iudiciũ sanguinis. c. sñiam sanguinis. ne clc. vel mo. & dictu mirabile est, qa hoc idẽ regulariter non fit, nisi deuenerit in profundum malorũ & factus sit pœnitus incorrigibilis. c. cum non ab hoĩe. & ibi not. de iudi. nõ alia ratione nisi ista quia cum in aliis literis secus sit. c. ad audientiam. de cri. fal. non potest dici nisi ꝙ sit speciale in istis, cõtẽplatione personæ, ex quo Papa est ordinarius oĩum ordinariorũ, princeps principum, vicarius CHRISTI, qui ptãtem habet à Deo, & cui resisti non põt obedireq; debet omnes principes orbis. c. cuncta per mundum. c. per principalem. ix. q. iij. Et ad propositum habetur in c. ad falsariorũ. de cri. fal. & dixi in dialog. xij. lib. j. ibi vide multa ad saturitatem, & adde nouissimẽ Feli. in c. at si clerici. in fi. prin. de iudi. latẽ. Et Alex. cons. ccv. ad fin. vol. vj. dicentem hoc casu ẽt à iudice incõpetenti capi posse vt prouideatur periculo fuge, & ne mora expectandi vel adeundi cõpetentem, periculum afferat, & vt per eum latius ibidẽ. nõnihil in c. ex parte. col. ix. de rescrip. Bar. in l. ij. ff. de pub. iud. & in l. imperiũ. ff. de iur. om. iud. Bal. in l. prográma. C. cõmi. vel ep. Ferrarien. in l. transigere. col. iiij. C. de transa. Boer. decisio. lxxxij. nu. 5. pulchrè par. j. & decisio. ccxcj. col. ii. par. ii.

Vigesimo primò punit lex mendacem precatorem vt careat pœnitus impetratis. l. & si legibus. C. si contra ius vel vti. pub. (annullatio enim actus pęna est. l. testamento Cẽturio. ff. de manu. testa.) & ita ẽt habetur in l. & si non cognitio, & in l. iij. C. eo. si contra ius vel vti. pub. & in l. ij. ff. de his quæ pro non scrip. hab. quod impetratio non valeat, tradit Bal. in l. pręscriptione. col. ii. C. eo. si contra ius vel vti. pub. & ibidẽ subiicit col. iij. quod d. l. & si legibus. loquitur in priuilegiis non rescriptis ad lites, & bene. Et Abb. ad idem quod surreptio ipso facto vitiat priuilegium & alia beneficia principis in c. ad audientiam. col. pe. de rescrip. Imò in c. fin. in fin. eod. titu. quod non solum commodo rescripti puniri poterit sed ẽt criminaliter, per tex. in d. l. & si legibus. & in l. si quis obrepserit. ff. ad legem Cor. de fal. & scitu dignum est rursus, quod vitiatur priuilegium, licet alias legibus consentaneũ sit, quia nemini noceat, exẽpli gratia, quia dicat quis se strenuũ militem & impetret aquã de cursu publico. l. in concedendo. ff. de aqua plu. ar. l. quominus. ff. de flumi. nanq; istud nemini nocet & tñ si mentitus est non valet ne simplicitas principum circũscribatur, argu. in l. fi. C. de his qui a nõ do. Imò quod mendax æquiparatur furi. l. hæreditatũ. §. fi. ff. ad leg. Fal. est verum si sciens princeps precatori seu supplicanti fecerit gratiam quod valebit, argu. in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. & ibi not. quia idem operatur certa scientia principis, qđ clausula nõ obstante. l. non solum. §. fi. & ibi Bal. ff. de excu. tu. & ita dicit ẽt in c. super literis. nu. 23. de rescrip. post Inno. in c. constitutus. de religio. domi. Et quod rescripta gratiosa surreptitia, sint ipso iure nulla, ad differentiam eorũ quæ sunt de iustitia, & commissiones causarum continent, quæ vitiantur ope exceptionis. c. si autem. c. plerunque. de rescrip. c. vt debitus. de appel. cõmunis opi. est, & not. in c. cæterum. de rescrip. Corn. pulchrè cons. xcviij. col. j. vol. iij.

Vigesimo secundò punit lex violatores sepulchrorũ, si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint, humiliores fortunæ quidem vltimo supplicio honestiores vero deportatione, vel aliter vt in l. fi. ff. de sep. viol. est verũ quanquã sepulta extrahi nõ possint, (tametsi licere quibusdã videatur ex cã vt infra & male) qđ nihilominus vtilitatis publicæ gratia, aliquando medicis conceduntur prius quam tamen sepulchro quasi defunctorũ domo (vt inquit tex. in l. qui sepulchra. C. eo.) condita sint vt per Bar. in l. fi. ff. de cadaue. punito. & ita præscripta quadam consuetudine, quotannis seruatur, & dixi ego satis in l. imperium. in iiij. lectu. In vltimis additio. ff. de iur. om. iud. & ita tenui etiam ibi, cum exhumari non possint, nisi vno tantum casu, de quo in c. sacris. de sepultu.

Vigesimo tertiò punit lex, iudicem facientem litem suam, vt teneatur ex quasi maleficio, & in quantum ea de re, videbitur religioni iudicantis pęnã sustinebit, vt in l. j. C. de pœna iudi. qui ma. iud. & insti. de ob. quæ ex quasi de. nas. in prin. & religioni iudicantis dixit, vt ẽt in l. fin. ff. de var. & extraor. co. & in l. quæsitum. ff. de testi. & in l. j. ad fi. ff. de reb. eo. quia iudex vir bonus est. l. vir bonus. ff. iudi. sol. Imò Deus in causis iudicans. l. ij. §. quod si actor. C. de iu. cal. & quia leges sacratissimæ sunt, quibus ius dicitur, & diuinitas per ora principum promulgantur. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsid. l. fi. C. de præscrip. lon. tempo. & notandum est fore actionẽ pęnalẽ, quæ in iudicem instituitur, ex quo text. in loco pręallega. dicit, quod hoc casu pœnam sustinebit

& aduertit Bar. in q iudex per imperitiā col. iii. Et litem suam facere dicitur quasi delinquendo. Similiter; est in auth. sacramenta puberum, ibi rerum suorum, quod intelligitur quantum ad obligationem, quoniam erant alienę siue aliorum. C. si aduer. vendi, pulchrè declarat Rof. Beneuenta. ibidem nu. 11. positaq; est auth. illa. in tract. lib. par. vj si negligens tamen fuerit, tenebitur parti ad interesse vt per Bar. in l. j. C. quomo. & qñ iud. Aliter tamen Ro. ait iudicem facere litem suam si dolo malo iudicauerit, si vero culpa, inquantū religioni iudicantis videbitur vt supra ling. clxj. Nouo autem iure, in ciuili duplum reddit, & priuatur potestate iudicādi, in criminali vero publicantur eidem bona, malè iudicanti pecunia accepta, imò quod adhuc in ciuili, triplum eius quod accepit restituere etiam siue soluere cogitur, vt dicitur in auth. nouo iure. C. de pęna iud. qui ma. iu. sed mirum videtur, vt hic inquit Bal. ad propositum si quis se accusat iudicem corrupisse pecunia, quod puniri non poterit ex ea confessione tanquam corruptor, si iudex absoluatur, quem sequitur Præp. Alexandrin. in c. super eo, in iij. no. de eo qui consan. vxo. suę. & est decisio egregia de qua tamē Purp. in l. is apud quem. nu. 142. C. de eden. multa Boer. decisio. cliij. col. i. par. j.

Vigesimo quartò punit lex quencunque seruum fugientem, in domo vel in agro, inscio domino eius, suscipientem, vt eū cum alio pari, vel solidis xx. reddat, l. quicunque. C. de ser. fugi. ex quo apparet vilissimum hominem esse seruum, & quanti eum æstimaret antiquitas, vt in simili Iurecon. in l. si ex duobus. in prin. ff. de noxa. ac. & solidos intellige aureos, à soliditate auri, quod nunquam diminuitur. l. quoticus. C. de suscep. & archa. lib. x, l. j. C. de vet. nu. po. co. lib. l. pe. C. de dona. §. fi. insti. de pe. te. lit. c. j. & ibi Fel. de iudę. Gui. Papę singu. Dxcviij. vbi stultum aduocatum irridet vt sonat verbum vulgariter intelligens. dictuq; mirabile est si is qui suscepit, soluere non possit, quod à iudice venit castigandus & pœna pecuniaria in corporalem cōmutanda, vt signanter dicitur in d. l. quicunq; quæ etiā solet ad hoc allegari, & tetigi supra in septimo casu. nouissimè autem addo, conditione ex d. l. quicunq; agi posse ad pœnā quando notoriū est suscipientem non habere obolum, vt sentit ibidem Saly. in vlt. col. vel vt per Cy. & melius, posse dici, iniuriā domino illatam quam pro mille sustinere noluisset, officiumq; iudicis implorari hoc casu, cum soluendo non sit, vt corporaliter puniatur, & vt fusius ipse declarat in l. si non conuitij. col. fi. C. de iniur. Dicit etiam Bar. ad materiam in l. imperiū. col. vlti. ff. de iur. om. iudi. quod ex pluribus gradibus iurisdictionis, qui sunt sex, maior ab aliis distinguitur, quando in casibus vigore sententiæ latæ super aliqua actione procedi potest ad corporis cruciatum, vt hic. Estq; annotatu dignum, dolum requiri vt per glo. in d. l. quicunq; & ad idem quod doloso non patrocinabitur bonorum cessio, quia qui soluere non potest castigatur in corpus, siue vt vulgo dici solet, qui non habet in ære luat in corpus, declarat Bal. in Marga. cedere nu. 10. & in c. quod translationē. nu. 10. de offi. lega. qui hac ratione pulchrè ēt dicebat alibi, quod dolo augetur delictum, nec pœna minui debet, in c. j. nu. 10. de plus peti. Et S. C. adhuc proditum est, cuius nomen non habemus vt inquit glo. per tex. d. S. C. facientē mentionē in l. j. in prin. ff. de ser. fug. fusius Rof. Beneuenta. de senatuscon. qđ proditū est, de seruis fugiti. in tract. lib. Nō omittentes ēt vltimo, quod seruum suscipientes fugitiuum (vt diximus dolose) & celans, fur est. d. l. j. ff. de ser. fug nec tamē pœna furti punitur quod nota. Et ad superius dictum redeuntes quod cessio bonorum non patrocinetur doloso, ea fortassis est ratio ne delictum remaneat impunitū vulga. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vt famæ, de sent. excō. & not. in locis supra alleg. capella Tholosa. decisio. xxviij. & ex his facile elicitur istud habere locum quod qui non habet in ære luat in corpus si creditor velit alias non casus est in l. fi. ibi ex querela patroni. ff. de in ius vo. Iaf. vbi alia plura in §. pœnales. nu. 43. institu de actio. & Feli. in c. ad liberandam col. ij. de iudæ. & Boer. decisio. cccxlix. col. vij. par. ij. & ad regu. vulgatum illud facit Cassiodo. grauissimi autoris.

Reddat debitum pœnis, qui non potest soluendo esse indemnis.

Vigesimo quintò punit lex violantem priuilegiū ecclesiæ, pœna quinq; librarū auri. l. si ecclesiæ. C. de epi. & cle. Imò quod eā auget, ex noua Fed. cōstitutio. ibidē posita, & incontinenti post d. l. si ecclesiæ, si violator in excōicatione perseuerauerit, quod ipso iure subiaceat imperiali bāno, à quo nec vllarenus extrahi possit, nisi prius beneficium absolutionis obtineat ab ipsa ecclesia. & libram auri dicas esse solidorum lxxij. vt in l. quotienscunq;. C. de suscept. & archa. lib. x. & in l. fi. vbi glo. ff. de in ius vo Bar. in auth. sed nouo iure C. si cer. pet. Corn. consi. clxix. nu. 17. vol. j. & cōs. cxxvij. col. ij. vol. ij. & consi. liiij. col. j. vol. iiij. Dictuq; mirabile est, quod excōicato, (quo ad istud vltimum de quo in lege noua loquor) erat cognita de iure ciuili, vt etiam dicit Bar. in l. placet. nu. 4. per illum tex. C. de sacrosan. eccl. addo ego tex. in l. hi qui sanctam fidē, C. de aposta. & quod ab exilio differat, cū in vtraq; lege ponantur vt di uersa. est verum (subiicit idem Bar. in loco pręallega.) quod sunt similia. §. minori. insti. de cap. di. sed non omne simile (adde tu) est idem l. quod nerua. C. depo. ergo. & si est rursum excōicatio cognita dicto iure, exceptio ipsius opponi poterit etiam in foro seculari & not. in l. j. C. de iur. & fac. igno. idem Bar. in præallega. l. placet.

Vigesimo sextò punit lex, iudices dissimulantes, siue admittentes acceptiones cōtra rescriptū principis, pęna librarū triginta auri casus est in l. ij. C. de legi. Et mirū videtur, quia alibi alia imposita est, maxime in l. si ecclesiæ (vt dictum

fuit supra) C.de episco.& cle. Imò quod alibi iudices non admittentes punit rursum decem librarum auri Multa.l.puniri.C.si con.ius vel vti. publi.cur tam varie istud igitur vt inquit Iurecon. in l.præfecti etiam prætorio.ff. de mino. & in l. huic in §.j.ff.ad legem Aquil.? quia diuersi erant casus,diuersæq; positiones, nanque altera in priuilegiorum ecclesiasticorum violatoribus loquitur,in rescriptis principum vero altera,& cum de principis potestate vno casu disputatur & controuertitur, alio autem de voluntate quia surreptio opponatur,iuxta not.in c.super literis.de rescrip.quibus sit non mirum esse,si diuersæ pœnę sunt à lege constitutę,& si hic exceptiones admittuntur,ibi vero admitti non debēt.Et vtile est ac frugiferum,eo casu quo admittuntur,siue admitti debent.ne ipsi iudices primum multa (vt diximus)affligantur,& vt ad veritatis indaginem sententiam ferant postea,& iudiciali vigori per omnia satisfacere possint vt dicitur in l.fi.in fin. C. de app. Est verum quando surreptionis exceptio est temeraria, vel notorie constaret esse falsam, quod tunc non esset admittenda vt not.in d.l.puniri.& quod de potestate principis non sit disputandum satis clare liquet & vulgo dici etiam solet quod sacrilegium est, vt in l. ij. C.de cri.sac. & hinc quod non de lege disputandum est,sed secundum legem iudicandum.c.in istis.iiii.dist.& quod iudex est executor legis non cognitor. l. i. ad fi.ff.ad Turpil.Et quod denique merus executor adhuc non cognoscit de substantia rescripti, alias faceret se parem principi, poneretq; sedem ab Aquilone tentando esse similis altissimo, inquit Bal.cons.ccclix.col.ii.vol.i. Imò plus Cassane.cons.lx.nu.19. quod dicens contra constitutiones Bonifacij, debet vti hæreticus iudicari. quæ omnia nota quia egregia sunt & annotatu digna.

Vigesimo septimò punit lex,non modo rapiētem,sed ēt attētātē, sacratissimas virgines, iūgendi matrimonij causa,pœna capitali.l. si quis non dicam rapere,C.de epis.& cle.& mirum est, quia non deberet puniri affectus,nisi effectus inde esset sequutus, quandoquidem primi motus non sint in potestate nostra vt ibi dicit glo. nonnihil ego in l.vt vim.ff.de iusti.& iure.tamen punitur (vt dixi)quia pœna ipso iure à lege imposita est, quo casu malum inchoatum pro consumato habetur,vt pulchre declarat Bal.in l.cum proponas col.ii.C.de nauti.fœno.& latè in d.l.si quis non dicam rapere.Imò quod regulare est,in atrocissimis motum ad delictum puniri, perinde ac si foret consumatum,vt hoc casu, & ponderādum est, dum dicit tex.in d.l.si quis non dicam rapere.sacratissimas virgines. Item attentare, & quod si quis id facere ausus fuerit &c.quę verba omnia arguunt, hoc delicto nil esse grauius & idem Bald. declarat in l.si fugitiui.col.ii.C.de ser.fugi.Hinc tamen sumpta occasione Bar. alibi decidit, si quis venenum emerit pariter, ab aliquo bibēdū, licet non propinauerit eidem,quod tamen puniatur in l.j.ad fi.ff.ad legem Pompe. de parri. & an verum sit disputat Flo.in l.item si obstetrix. col. j.ff.ad legem Aquil.Id vnum Cice.dictū,ad propositum haud omittentes vt cumque sit, in oratione pro Milo. quod nō modo exitus rerū quādoq; , verum etiam hominū consilia legibus vindicantur.Dicit etiam Bal. quod quanquā stuprū commissum non sit,satis est tum quod deuentum fuerit ad actum proximum, cons. ccliij.in prin. vol.ii.Plus refert Balduin.interpres egregius,in §.item lex Iulia.de vi pub.inst.de pub.iud. (estq; exēplum quod ex histo. ecclesiastica desumpsit) Iouinianum Imp.olim legē tulisse capitalem his qui impudico aspectu sacras virgines fuissent intuiti.deq; his alibi ego sæpè,& præsertim in Collectaneis inq; d.l.si quis non dicam rapere. Nouissimè tamen & præter hæc addi potest,quod simoniacus est etiam qui tentauit emere spiritualia licet effectum consecutus non fuerit, ex quo inquit Bal.ipsa intentio ipsum facit talem in rub. de offi.dele.nu. 8. quodq; huic legi est derogatū per contrariam consuetudinē, & per statuta totius Italiæ,vt tradit Spe.in §.i.de accu. & Cyn. in l.is qui cum telo.C.ad legem Cor.de sica. Iac. de Are.& Bar.in l.aut facta,in §.euentus.ff.de pœn. Fulgo.cons.cxlix.col.pe.Alex.cōs.xv.col.ii. vol. j.& in l.i.in §.fi.ad fi.ff.quod quisq; iu.Barb. cōs. xxiii.col.vj.vol.ii.Bal.cons.ccclxj.ad fi.vol. i. & in statu.effectus.nu.1.Corn.cons.ccii.col.i.vol.i. Feli.in c.cōsulere.ad fi.de simo.& de materia plenissimè in c. i. col. i. ii. & iii. de præsump.& alij quos non refero,relati tamē alibi,vbi de hac materia loqui oportuit.

Vigesimo octauò punit lex raptores virginum seu viduarū similiter vltimo supplicio,l. i. C. de rap.vir.& rapere intelligi debet, id est vi aut seductione eripere,deq; loco ad locum trahere, vt ibi dicitur.aduertit Bal.cōs.cccclx.vol. iiii. Gui. Papæ singu.M.vij.crimē adeo detestabile, vt nec mrimoniū inter raptorē & raptā cōsistere possit vt dicitur in d.l.i.in §.i.& ī §.illo.in auth.de rap. mul. Imò quod etiam volente muliere committitur.l.raptores.C.eo.l.raptores.C.de epi.& cle. & tamen volenti non fit iniuria dicit text. in l.i. in §. vsq; adeo. ff. de iniur. denegatur appellatio raptori.d.l.i.ad fi.quę tamen est defensio.c.suggestum.de appel.& defensio de iure naturali.l. vt vim.ff.de iusti.& iu.l.i.ff.si quad.paup.fe.di. nemini aliàs neganda.cle.pastoralis.de re iudi. d.l. vt vim.c.significasti. de homi. Bonaq; ipsius adhuc in mulierem trāsferantur,quasi publicata, & quidem ipso iure,vt in auth.de rap.mul.in prin. haud regulare.l.traditionibus.C. de pac. Et plus q̄ nec ab eo sacerdos debet eleemosynā capere secundum Abb.in c.super eo.col.ii.de rap. est verum quod intelligi debet lex prædicta, j. scilicet, in muliere rapta libidinis causa, alias quod ibi dicitur locum non haberet vt ibi dicit Ange.quem refert & sequitur Deci. consil. ccxxxiiii.col. fin. vol.ij.

vol.ij.& est argu.in l.verum vltra eos, ff. de fur. & (vt dicitur in sub.) si fuerit virgo, aut vidua, quoniam si meretrix prostituta, tunc coitus etiā violentus erit impunitus vt per glo.in d.l.i. & in §.item lex Iulia. insti. de pub.iud.Boer. decisio. cccxvii.nu.7.par.ii.Ferrarien.cons.xvii. nu. 22. vol.i.Mirabile verbum dixit etiam Bal.ad propositum in d.l.i.quod in sponsa propria raptus cōmittitur, & quod si non dum traducta sit & rapiatur pœna raptus de qua supra & ibidem, locum habebit, ex quo inter eos non cadit quasi possessio,& male,c.cum causa.de rap.c.si quis virginē. xxxvj.q.ii.igitur dicam vt alibi glo.quandoq; bonus dormitat Homerus,in c.si quis.xxxii. q. vii, Et quanquam apud Aegyptios, qui mulierem liberam violabat,pœna amputationis virilium plecteretur,rati illi(vt memoriæ proditum est) vno crimine non parua complecti scelera, iniuriam, corruptelam,& liberorum confusionem, attamē in testamento veteri, Sichen quia Dinam rapuerat,dignas sceleris pœnas pēdens,cum omni populo vrbis suæ(histo.nota)deperditus est.

Vigesimo nonō punit lex, adhuc pœna capitali,irruentes in ecclesiam & ministros ipsius. c, si quis in hoc genus.C.de epi. & cle. & hii sacrilegi sunt sacrilegiumq; committunt vt plene per Bal.in l.si nō dum.col.i,C.de fur. & annotatu dignum videtur istud, contra turbatores diuinorū officiorum, quod puniendi sunt vt inquit etiam Bar.in l.senatus.col.i.ff. de accu. & quod iniuria sacerdotibus illata, publica est, & accusatio huiusmodi,vt hic no.& i l.i.in §.huius studij,ibi publicū ius in sacris sacerdotibus & magistratibus consistit.ff.de iusti.& iu.& sensit Bar.in l. transigere,nu.14.C.de transac. dum dicit quoq; id publicum crimen dici, quod propter sui immunitatem,publicam infert iniuriam. Nec pulcherrima Old.decisio pretermittenda est,quod ecclesia est de vniuersitate domorum intra territorium positarum, sacerdotes vero de vniuersitate personarum,& quod non minus in istis,ius publicum cōsistit quam in priuatis incolis, imò quod in illis est proprius cons.xxxii, & facit ad idem quod habetur in l.territorium,in §.pupillus,ff. de ver. si. & in auth.vt li.mat.& auiæ in §. quia vero. & ita dicit Pau.Cast.cons.xxxii.ad fi.vol. i. quod clerici sunt de vniuersitate populi, vt ecclesia de vniuersitate territorij.

Trigesimō & vltimō punit lex Dardanarios pœna varia, plerunque enim eis negociatiō tantum interdicitur, interdum relegantur, & si humiliores fuerint ad publicum opus dantur. Et quia etiam stateræ adulterinæ, aliquando annonā onerant,pœna legis Corneliæ de falsis,in eos statuta est,non secus ac si testamentum falsum scripsissent & recitassent& quanquam diuus Adrianus quandoque eum qui falsas mensuras habuit in insulam relegauerit.l.annonam.ad fi.ff.de extraor.cri.l.pe.ff.ad legem Cor.de fal. pro modo admissi tamen, ob vtilitatem popularis annonæ, vltimō,ob idq;, hoc est propter falsum mensurarum modum,legum latori Paulo Patauino, placuit,extra ordinem vindicari.l. in Dardanarios, ff.de pœn.Dardanarij enim,seu Dardani à Dardāno quodam functionum authore,contaminatissimo profligatissimoq; omnium mago dicti denominatiq; fuerunt,& hinc etiam dardane seu dardanariæ artes in hortulo columellæ. Suntq; hij qui merces emunt vili precio vt carius vendant, sicq; auaritiæ eorum obuiā itum est, inquit text, in d.l.annona.& ibi glo.de his, atque de obscura horum nebulonum genesi, (pessimum enim hominum genus, est) Quibus Aegyptij quotannis, diris execrationibus,omnia mala,solēnibus quibusdam verbis ac die quadam ad id constituta, imprecari solebant,de quibus etiam gl.in l.ii, ff. de nundi.plene prob.in c.quam sit.nu.9.de elec. in vj.Placen.in tracta.de accus.tit.vij.nu.28.hoc solum dicens tamen,quod his negotiatio interdici debet vt dicitur etiam in d.l.annonam. & virtualiter in l.moris.in §.sunt autem.ff.de pœn.nō nihil Areti.insti.de pub.iud.ad fi. & ad propositum quod propter falsum mensurarum modum extra ordinem, & iudicis arbitrio sint puniendi, ex quo(vt diximus) variæ pœnæ erant constitutæ vt etiam dicit Cuma.cons.cxxxviii.col.i. probatur vltra tex.in d.l.in dardanarios.in l.quotiēs (in argu.tamen) ff.de ac.& ob.& in c.quoniā frequenter,vt lite non conte.tradit Abb.in c.vt mēsuræ.ad fi.de emp. & ven. & perpetua obseruatio nę dignum est(obiter dixerim)quod in d.l.annonam vocet Vlpian.legē Cornel.de fal.testamentariam,sicq; Imp.in l.i.quando ciui. ac. præiud. cri.& Cice.actio.iij.in verrem. qua tenentur qui falsum aliquid,& quoquo modo,cōmittunt. deq; Dardano ēt à quo(vt dixi) dardanarij appellati fuere.Sidon.Apollina.ep. v. Aquilino,ibi,cū in Constantino inconstantiā, in Iouino facilitatē, in Geroncio perfidiā, singula in singulis, oīa in Dardano crimina simul execrarentur. alię multæ sunt pęnæ legis, prout plura etiam sunt delicta, consilia multo plura quam hic fuerint conscripta,indulgentiā multiplex & prohibitio, præceptaq; sanè infinita, sed quoniam in vnaquaq; re modus statuendus est, iuxta philosophorum sententiam,& vulgatum illud, ne quid nimis virtusq; est(vt etiam D.Hiero.refert ad Eustochium)nimietas vero uitium reputatur, certo horum omnium numero statuto, breuitati studere decreui, è multis pauca seligentes,imitatione eorum qui Colossorum similitudines in exiguo anulo siue tabella exprimunt, quæ possint esse lectori non modo utilia,uerum etiam grata,imò & Iuriscon. in l.j.ibi pauca de significatione tituli referre. ff. si cer.pet.& in l.i.ff.de ori.iur.& in l.i.ff.de præscrip.verb.& in l.ita uulneratus.ad fi.ff.ad legem Aquil.& in l.si quis obrepserit.ff.ad leg. Corne. de fal.& in l.etiam.ff.de ma.uind.

FINIS.

FODINA IVRIS, VNDE MVLTA SANE CVM PVLCHRA TVM VTILIA, NON SECVS AC ARGENTI vel auri, bonarum artium studiosi, pretiosa fodiant metalla, quibus magnam inde etiam sibi suppellectilem comparent & temporis momento ditentur.

M. MANTVA BENAVIDIO PATAVINO IVRECON. COMITE, AEQVITE VTRIVSQVE AVLAE, & primum locum Iuris Cæsarei de mane tenente in patria, Autore.



EPITOMAE SIVE BREuiarium iuris accrescendi tripartitum quo omnes fermè tum regulæ tum conclusiones ipsius & in materia quidem facilius intelligantur in studiosorum adulescentium gratiam editum.

PRIMA PARS.



Vs accrescendi cadit proprie inter plures [a] quibus hęreditas seu bo. poss. delata sit Imò quod in vno eodéq; [b] solo poterit verificari.

Vt locū habeat ius acc. oportet qđ portio omissa sit vel expressa repudiatione vel lapsu temporis, ideo locum non habet post acquisitionem & aditionem [c] factam.

Potentius est ius accrescendi [d] quàm successorium edictum, quanquam in substitutione secus sit, ex quo substitutus præfertur [e].

Portio omissa regulariter [f] accrescit portioni; Inter coniunctos coniunctione legali [g] habet locum ius accrescendi in hæreditate & bon. possess. quæ requirit factum & decretum in legatis [h] secus.

In hac materia liberorum [i] appel. non continentur nisi liberi respectu hæreditatis siue lineæ paternæ, ideo prætor in primo suo capite non comprehendit liberos in hæreditate materna.

Ius se immiscendi in filio non est perpetuū, [K] aliàs excluderetur ius accrescendi: ea de re tollitur spacio annorum triginta vt cætera iura introducta de iure ciuili.

In bo. poss. repudiata est locus [l] iuri ac. licet repudians possit venire de iure ciuili.

Eędem actiones competunt pro parte accrescente, [m] quæ competebant pro parte agnita.

Si in parte delata obstabat [n] res iudicata obstabit etiam in parte accrescente.

Idem iudicatur [o] de parte accrescente quod de sua.

Portio accrescens sua vocatur [p].

Prohibitus alienare partē suam est etiam prohibitus alienare partem accrescentem [q].

Portio accrescens [r] ipso iure accrescit.

Ius accrescendi prouenit [s] ex legis dispositione, quæ coniecturat hanc esse testatoris mentem, quodque ita disposuisset si cogitasset talem casum, voluisseque eos vti prædilectos præferri.

Quanquam portio accrescens ipso iure accrescat vt supra fallit tamen in querela [u] vbi petitione est opus.

Ius ac. prouenit ex tacita mente [x] defuncti.

Non solum in pluribus sed etiam in vno [y] instituto ex pluribus partibus procedit & locum habet.

Ius accrescendi rursum acquiritur ignoranti [z] & inuito. [&] Et inuito quidem ne testator decedat

a L. si ex pluribus. ff. de suis & legi.
b L. si totam. ff. de acqui hę. l i. §. si ex fundo. ff. de insti.
c L. i ff de vsu fruc. act. ad fi. l. qui patri. ff. de acqui. her.
d §. liberis insti. de bo pos l. i. §. quibus ff. de suc. edic.
e L. vnica §. in primo §. pro secundo C. de cadu. tol.
f L. si totā. ff. de acqui he l. si si Titio de vsuf.
g L. seruus cōmunis ab extero. l si ff de acqui. her.
h L. et Proculo. ff. de lega. ij.
i L. quotiens. C. de suis & legi l i. §. rectè. ff. si tab. testa. nulla extab.
K L. licet. C. de iur. delibe. vbi gl. alia reprobatur in l. vnica. C. quando non pet. par.
l §. liberis. insti. de bo pos.
m L. Titio. ff. de vsuf.
n L. & an eandem. § qui cum partem. ff. de excep. rei iudi.
o L. si in testamento. ff de vulga. & pup. sub.
p Ferrariens. in l. i col. i. C. quando non pe. par.
q Ibi vbi etiam Bald.
r L. vnica. §. his ita C. de cad tol l. ij. §. si duo. ff. de bo pos. sec tab.
s L. si in testamento. ff. de vulga. & pup. sub.
t L. Publius ff de condi & demon.
u L. si proponas l. si & ibi Albe ff. de inoffi. testa.
x L. si Titio §. iulianus ff de lega. ij.
y L. si solus. ff. de acqui. here.
Z L. hæredi ff eo.
& L. vnica. §. his ita. C. de cad tol.

dat pro parte testatus & pro parte intestatus, vel alia ratione, quia inconuenit quod in eadem [b] hæreditate partem habeat, partemúe repudiet.

Quando quis abstinet ab hæreditate beneficio prætoris mortui, aut viui, in inuito [c] nunquam habet locum ius accrescendi.

SECVNDA PARS.

IVs accrescendi, & decrescendi fundatur in cõiunctione vocatorum insurgente ex verbis vocantis, coniunctioq; duplex est legis & hominis, legis ab intestato, hominis ex testamento, quando testator plures vocat ad eandem rem eodem tempore. Et fit amplius duobus modis vno quãdo vocat [d] per nomen collectiuum puta filios fratres vel cognatos, alio quando vocat plures ad eandem hæreditatem vel rem sub identitate sermonis.

Sermo concipi potest tribus modis re & verbis, exemplum [e] Titio & Sempronio lego fundum. verbis tantum vt puta cum dicitur Titio & Sempronio lego fundum pro æquali portione. vel instituo & sic disiuncti re, re tantum cum dicitur Titio fundum lego & Sempronio & sic disiuncti verbis.

Ius accrescẽdi habet locũ inter cõiunctos verbis [f] tm̃, & inter coniũctos cõiũctione legali. Ius non decrescendi vero inter cõiunctos re & verbis, [g] vel re tantum.

Ius áccrescendi est ius acquirendi [h] portionem alterius simul vocati deficientis, concessum â lege, concernente etiam voluntatem testatoris acceptantibus suam portionem.

Ius non decrescendi [i] est ius retinendi rem sibi & alteri relictam, ab eodem non acceptam, concessum â lege, concurrente voluntate testatoris acceptanti.

Ius decrescendi [K] (quanquam â Doctoribus non consideretur) est ius diminuendi portionem alterius, simul vocati, & acceptanti concessum.

Ius accrescendi fuit introductum â lege duodecim [l] tabularum. Et acquiritur (vt etiam dictum fuit proximè) inuito & ignoranti. [m] nec requiritur [n] acceptatio partis. Locumq; habet in instanti eo tempore [o] quo fit testamentum.

Ius accrescẽdi differt â substitutione, [p] â trãsmissione [q], & â successorio edicto [r]. Et cessat multis de causis, adhuc ꝓpter substitutionẽ, propter transmissionem, & quando alius acceptauit.

An veniat ex voluntate testatoris an [s] vero ex dispositione legis magna est dubitatio.

Potest â testatore prohiberi, [u] licet aliqui senserint contrarium & male.

Quare introductum fuerit [x] varias assignantur rationes.

Ex sola omissione vel repudiatione bonorum pos. non inducitur [y] ius accre. si iure ciuili adhuc omittens, succedere potest.

Decretum [z] interpositum super portione petentis trahitur etiam ad portionem accrescentem quanquam sit stricti iuris [A].

In materia iuris accrescendi, portio accrescit portioni, & non personæ [B].

Successorium edictum de capite in caput locum habet per ius [C] accrescendi, sed non de persona ad personam.

Ius accrescendi aliquando locum habet, inter plures existentes [D] dispari gradu. Estq; deuolutio, & facilius accrescit quam deuoluatur, cum in habentibus simbolum etiam facilior fiat transitus. Et si agnoscentes [E] sint in gradu inæquali nõ excludit success. edictum. Est verum quod accrescit aliàs etiam inuitis & ipso quidem iure [F] sed non possessio [G].

TERTIA PARS.

IN materia iuris accrescendi, dicit alibi Cyn. quod Pet. de Bella pertica, octo vicibus docuerat. l. Meuio. ff. de lega. secundo. tractantem prædicta, quodque adhuc principium ipsius non intellexerat, quod refert etiam Bessut. in l. re coniuncti. nume. tertio. ft. de lega. tertio. & Anchara. consil. ccxlv. colum. j. quod repugnantia regularum adhuc in materia ista, ipsam difficillimam reddit. Et Ioann. Crot. in dicta l. re coniuncti, quod in ea Bart. & in l. testamento, vbi de materia pariter. C. de impube. & aliis substitutio. ostendit vires ingenij sui. Et ibi Ias. quod adeo lata est & profunda, vt non posit illud Apul. Madauren. dici. lector intende quia letaberis, quodque non venit à Musa paupere diues opus. & in fi. quod dicta l. continet tractationem obscurissimam, subtilissimam, & profundam. Et ad propositum sciendum est vt locum habeat ius accrescendi quod cõiunctio [H] aliqua esse debet, quanquam aliquo casu etiam locum habeat inter disiunctos, quodque coniunctio quædam est legis quædam hominis, legis in acquisitionibus quę fiunt ex testamento & ab intestato. ex testamento contingit, quando ex persona eius cui relinquitur peruenitur ad plures, exempli gratia, si seruus [I] plurium dominorum hæres instituatur. Ab intestato autem, ex singularitate vocationis, exempli gratia quando plures [K] simul vocantur [L] ad hæreditatem. & ex identitate rationis, exempli gratia pater reliquit duos

a L. ius nostrũ. ff. de reg. iur. Ferrarien. post Ro in l i. col. fi C. quando nõ pet. par
b Praeleg. §. his ita.
c L. cum hæreditate. l. si minor. ff. de acquirun. hær. Ferrarien in d l i. C. quando non pet par ad fin
d L. fi. C. de insti.
e De his omnibus in l re coniuncti ff. de lega iq.
f Bononien. in rub. C. quã. nõ pet par nu 14.
g Ibi vbi etiã rõ assignatur.
h Ibi nu. 16.
i Ibi nu 17.
K Eo. nu 17.
l L. celsus. ff. de lega. ij.
m L. si duo l si filius qui patri. ff. de acqui. hæ.
n §. fi. insti. de Orfi.
o §. videamus insti de hæred. insti.
p Bononien. in rub. C. quã nõ pet par nu. 18.
q Ibi nu 19.
r Ibi nu. 20.
s Ibi nu 21.
t Ibi bona disputatio nu 22 & 23.
u Ibi nu 26.
x Ibi nu 27.
y L. i. §. sed videndum. & §. fi ff de suc edi. Bon in l. i. nu. 10. C. quando non pet par.
Z Ibi nu. 11.
A Bart in l si pupillorum. in §. si prætor. ff. de reb eo
B L si testã ff. de acqui hæ.

C Bononien in dicta l prima nu. 27.
D §. cum filius insti. de hær qua ab inte defe.
E L. in rem. §. item quęcunque ff de rei ven not in d l i quando non pet par.
F De quo tamen magna est dubitatio in d. l i.
G L. vnica. §. his ita C de cad tol l. iq §. si duo ff de bo po se tab pra terquam tamen in querela in qua petitione opus est l si proponas. § fi ff de inoffi testa.
H L i. § Scęuola ff si quis testa lib. esse iu. fue. l. cum heredes ff de acqui. pos.
I L. re coniuncti. ff de lega iq.
K L seruus cõis ab extero. ff de acqui here dictumque est etiam supra hic sufius.
L L. si ex pluribus ff de suis & legi l. i § si nemo. ff ad Tertul l iq. §. fin. ff. de bon. pos not. in l vnica C quando non pet par.

duos filios & duos nepotes ex filio premortuo, omnes vocantur, filij quia filij, nepotes, quia personam patris representant [a]. Hominis (eo redeuntes vnde dicessimus) eam quadrupliciter considerando prout est realis tantum, verbalis tantum, realis & verbalis, nec realis nec verbalis, realis tantum si dicat testator Titium hæredem instituo; Seium hæredem instituo, & hoc casu in vsufructu post acquisitionem habet locum ius [b] accrescendi, ante ius non decrescendi. In hæreditate idem. Ius non decrescendi [c] scilicet. verbalis tantum si dicat testator [d] adhuc, Titium & Seium hæredes instituo, quemlibet in dimidia, & illo, quia partes non possunt ad oculum ostendi habet locum ius accrescendi [e] realis & verbalis, si dicat Titium & Seium mihi hæredem instituo, & isto distinctio debet [f] adhiberi vt in coniuncto reali tantum de quo supra; nec realis neç verbalis, si dicat instituo Titium in dimidia instituo Seium in alia dimidia, & isto inter hæredes locum habebit pariter ius accrescendi si testator fit priuatus non si miles, nec inter legatarios [g] locum habebit.

Ius accrescendi ad idem est incrementum intrinsecum, & quasi alluuio quædam, per [h] similitudinem, quæ etiam dicitur incrementum latens, nec impeditur ex testamento minus solemni, [i] ex quo etiam quod inualidum sit, voluntatem tamen declarat [K]. habetq; [l] locum in bono. pos. contratab. & in querela, [m] sed non tamen in [n] testamento militis, nisi defuncti voluntas probetur, potest etiam prohiberi expresse, nisi inducatur contradictio [o] testati & intestati, item & tacite per dationẽ vulgaris [p] substituti. Nec locũ habet inter succedẽtes diuerso iure.

Illud ius accre. quoque substitutio quædam [q] est, accrescitq; cum suo onere, [r] post rescriptum D. Seue. ante [s] vero non. In eo portio portioni accrescit [t] & nõ personæ: fallit in vsufructu, [u] ex quo seruitus personalis [y] est & originem habet etiam à lege duodecim tabularum, tamen à voluntate [z] tacita testatoris prouenire dicitur, & est communis opi. [A] Fallit in milite [B].

Portio quæ nobis obuenit per ius accrescendi dicitur nobis obuenire ipso iure [C] absque hominis facto, & non abre, per similitudinem quandam (vt etiam dictum est supra) alluuioni comparetur [D]. Et licet in hæreditatibus fuerit introductum ne testator [E] decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. vel quia absurdum est partem hæreditatis agnoscere, partem [F] vero repudiare. alia nihilominus ratione in legatis [G] locum habet, si legatarij tamen coniuncti fuerint re, vel verbis simul ex quo scilicet habentur tanquam vnum corpus. Et quia prædilexit eos testator prætulitq; suo hæredi [H] in legato. Habet locum quoque ius accrescendi inter ipsos hæredes etiam inuitos, & inter legatarios [I] pariter.

Quando pars conseruatur ex priuilegio singulari non de iure communi ius accrescendi locum non habet [K]. Non etiam in contractibus lucratiuis [L]. In legitima [M] sic (iterato dixerim) & ita communiter tenetur. Et inter filios natos ex diuersis vxoribus, quia sanguine æquales sunt quanquam matres diuersæ [N]. & in donatione causa mortis [O]. & in iurisdictione ordinaria, inter plures collegas, non in delegata, [P] neque in [Q] arbitris pendentibus à potestate sibi à partibus tributa. Et in executoribus [R] vltimæ voluntatis. & in oratoribus [S]. & in vocibus [T]. & in tutoribus [V]. & pro complemento gloriatur Bar. his stantibus in l. vnica. ad finem. C. quando non pet. par. se magnam fecisse rep. [X] estq; plus quã verũ. Finis.

Epitomæ rub. ac legum omnium & totius tituli. C. qui admi. ad bo. po. pos. & intra quę tempora.

QVI admi. ad bo. po. pos. & intra quæ tempora.

Continuatio rub. fit ad proxima [Y] quando commode fieri põt, alias ad remota toleratur.

Actus debet denominari a digniori & ab eo in quo [Z] versatur magis.

Diuersitas titulorum [*] reprehendi non debet

in

a § cum filius. insti de he quæ ab int. def. Bar. in d l. re coniũcti nu. 17.
b L. i. § iterdũ ff. de vsuf ac.
c Bar in d. l. re cõiuncti. nu. 20 21. & 22. Ias in l si mihi et tibi in prin.
d Ibi dicit idẽ Ias. i prin. quod propter hoc casu locum habet
e Bar in d. l. re cõiuncti. n. 23.
f Ibi nu 24.
g Ibi nu. 25. Ang de testa. & glo. xlij col ij. Odof i l. vnica § his ita col, ij. C de cad tol.
h L. titio ad fi. ff de vsuf Bal. i l. edita lect. ij col. v. C de edẽ.
i Bal. met in l. si post diuisionẽ ad fi C de iur. et fac igno.
K L. fin ff. de reb. eo.
l L si duobus in prin ff de bon. pos. con tab.
m L si proponas. §. si ff. de inoffi. testa.
n L. si duobus. ff de milita. testamen.
o Ang. in l pe. ff. de inius. test. Bal. in l si filius in rep col iiij. ff. de lib. et posthu.
p Ange in d l pe Imol in l i. in § si ex fundo ff. de here insti.
q L. sed cum patrono ff de bon. pos. Ange & Imol. vbi supra.
r L si Titio §. Iulianus ff. de lega ij.
s L licet Imp. ff de lega i. d. §. his ita.
t L. Celsus. §. fi. & ibi Ang. de perig ff. de lega. ij.
u L. si totam ff. de acquiren here l si Titio. ad fi ff de vsuf.
x L i §. interdum. ff de vsuf ac.
y Not in d §. interdum. & in l i ff de serui. Bar in l. Papinianus. ff. ad Treb.
z D. l. Celsus § si l i §. si nemo. d. si quis adita ff ad Tertul. l. tutelas ff de cap. dimi. §. adhuc insti. de bon pos.
A L si Titio. §. Iulianus ff de lega ij.
B Attestantur docte in d. l. vnica. C. quando non pet par.
C L. si duobus ff de mi testa
D Præallega. § his ita l ij. §. si duo ff. de bon. pos se. tab.
E D l si Titio. de vsuf.
F D. l si duobus d. § his ita.
G D l vnica. ver. absurdum.
H L. plane in prin ff de lega. i.
I L si quis eum in fi ff de condi. & demon. Crot. in d. l. re coniuncti. nu. 2. Ias. in d l si mihi & tibi in fi. prin.
K D. §. his ita, § vbi autem ea l Crot in loco præallega.
L ij. ver sed si coniunctim ff de lega præstan. l. mulieri & Titio ff de condi. & demon. Ias. in l si mihi & tibi. præalloga. col i & ij.
M L si mihi et Titio de ver. ob. idẽ Ias. in l. re cõiũcti ad fi. ff de lo ij. vbi ẽt no. q.
N Idem ibi col antepe.
O Idem ibi ad finem.
P Idem ibi col penultima.
Q Idem ibi.
R Idem ibi.
S Idem ibi.
T Idem ibi.
V Idem ibi.
X Quæ est (vt sæpe diximus) in d. l. re coniuncti.
Y L. ij ff de sta ho.
Z L quaritur ff eo. c quod in dubiis. de consec. eccl vel alta.
* Glo. in rub. C. de bon. pos. contratab.

in pandectis & Codice, quia compilatores potuerunt moueri diuersis respectibus.

Prætores æquitate introduxerunt [a] bonorum possess.

Omnis nostra cognitio [b] incipit à genere.

Quanquam bono. possess. diffiniatur [c] in genere, non tamen in genere reperitur.

De personis prius quærendum est & præsertim in situatione [d] rubricarum.

Principale propositũ legislatoris attenditur.[e]

Animus [f] est facti. non aliud possessio. [g]

Per aditionem hæreditatis quis consequitur ius [h] defuncti nuda voluntate, & absq; alia prosequutione iudiciaria.

Inducta ad continuationem actus non operantur [i] vt fiant de nouo.

Bonorum pos. & hæreditas [K] sunt nomina iuris. Et vt est hæreditas adita & non adita, ita est bono. pos. agnita & non agnita. Diuersæ tamen sunt & aliud hæreditas aliud bon. pos. duplexq; edictalis & decretalis, [l] estq; opinio communis.

Delata successione [m] ex statutis Ducũ seu Marchionum necessaria erat bono. pos. ad instar iuris prætorij.

Pœnæ à dispositione speciali haud prouenientes, [n] perpetuæ non sunt.

De Ducibus & Marchionibus in Ducatu [o] & Marchionatu idem iudicamus, quod de Impe. in vniuerso.

ADDITIO.

Omne [p] ius scriptum in ciuile & prætorium diuiditur, ciuile quod ex legibus plebiscitis S. Con. & aliis descendit, prætorium vero quod prætores introduxerunt, qui Romæ magistratus erant, præpositi ad ius reddendum.

Ex causa licet leges [q] & statuta transcendere, Magistratui autem nõ recedere [r] ab eisdem, cum sit præpositus (vt dixi) ad ius reddendum secundum leges, & quanquam dura fuerit seruari tamen debebit.

Statuta Ducum & Marchionum [f] dicuntur ius prætorium necessariaq; est bo. pos.

Ad consequendam hæreditatẽ habemus duas [t] vias, adeundi scilicet, & agnoscendi bo. pos.

Dubitatur tamen ne vna [u] sit respectu defuncti, quanquam varietur ex diuersis & variis capitibus, & videantur plures.

Cuius initij fuit principium & essentia in rerum natura, non potest dici finis, quia [x] priuatio præsupponit habitum.

Bonorum poss. finiuntur improprie [y] & proprie tempore, primo modo nisi petantur, secundo postquam sunt decrete adhuc tempore. Carboniana per aduentum pubertatis.

Ventris nomine per editionem partus, & hęc omnia in non tribuentibus ius, in tribuentibus autem secus, quia posteaquam sunt concessæ nõ possunt finiri.

Amotio medij directiui in finem, impedit effectum extremi. [z]

Lex noua tollens solemnitatem [A] introductam à lege antiqua non intelligitur tollere eam, in casu in quo aliqua specialis ratio militet.

Via operi nomen imponit, & quod quis [B] eligit illud quæritur.

Bono. pos. est actus [C] solemnis.

ADDITIO.

Quædam est bono. pos. quædam ẽ contra, est possessio bonorum, quædam bo. pos. hæreditatis petitio. Prima est ius [D] retinendi & acquirendi. Secunda factum & rerum corporalium [E] apprehensio. Tertia [F] actio. Est etiam bo. poss. edictalis & decretalis, illa proprijssimẽ [G] qua ipso iure quæritur.

Ista postquam est decreta, [H] quæ etiam forma lis appellatur. A prætore introducta ex [I] æquitate, quandoque cõfirmando ius ciuile, interdum corrigendo, nonnunquam supplendo.

Potestates terrarum [K] æquiparantur præsidibus & prætoribus, possuntq; statuta facere ac banna [L] perpetua, cum procerum consilio, soli vero temporalia [M] & præter ius, contra [N] autem & regulariter non. Nec inferior legem condere [O] potest, quia hoc ipsum est meri imperij maximi. Est verum quod in arbitriis iudex potest præferre [P] æquitatem non scriptam iuri scripto. Et quod propter bonum publicum quoq; [Q] potest ordo iuris transgredi.

ADDITIO.

Potestas terrarum qui æquiparantur [R] prætoribus possunt facere statuta & banna, edictum, & leges pro tempore quo durant.

Qui ordinariam viam iuris habet, non potest recurrere [S] ad viam facti.

Bonorum pos. maxime secundum tab. hodie est necessaria quando institutus stetit xxx. ann. nec hæreditatem adiuit. Vel dicamus quod necessaria non sit, quandoquidem fiat restitutio ex clausula

a L. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loc. §. quos autem in-sti. de bo pos
b L. i. ff de iusti. & iu. l. i. ff. si cer. pet.
c L. iij §. bonorũ ff. de bo. po.
d L. si quæramus. de testa.
e Si quis nec causam. ff. si cer peta.
f L. in bonæ fidei ff de acqu. rer domi.
g L. i ff de acqui pos. l i ff. ex qui cau. ma.
h L. gerit. ff. de acqui. hære.
i Glo. in l iij. ff. de bo pos.
K D. l iij.
l Ibi ĩ §. à municipibus.
m Bar in l. vi. ff de bo. pos.
n L. fina. ff de pæn.
o Bar. in l hostes ff. de capt. & postli re et in l. infamem. ff. de pub. iudi. & in l. i. in §. de qua re ff. de postu.
p L. ius autem ciuile ff de iusti. & iu. §. constat. insti. de iure natu
q L. si hominẽ. ff manda. l un. in c i. de consti.

r L. ij §. post originem. ff. de origi. iur. l. prospexit. ff. qui & à quibus.
ſ Etiam supra dictum est.
t Dicta l gerit. dicta l. tertia. de bono. poss.
u Bulga. hic columna quarta.
x L. decem. ff. de verbo. obliga. cap. ad dissoluendum, de despon. impube.
y L. iij §. pen. & fi. cum l. seq. ff de carb. edi. l. vj. §. si quis ex liberis. ff. ad Tertul. dicta l tertia. §. puberi.
Z L huic scripturæ ff. ad legem Aquil l. qui libertini § postliminus ff. de ope. lib.
A L. in testamento. C. de testa. L hac consultissima. C. qui testa. face. poss.
B Si mulier. §. finali. ff. quod met. cau.
C L. finali, infra eodem, l finali C. vnde legi.
D L. tertia, § bonorum, ff. de bono. pos.
E L. tertia, ff. de acquiren. pos.
F L. prima, secunda, & tertia. ff. de po. hæ per.
G Dicta l tertia. §. sed si nemo, ff. de bon. pos.
H L. prima, §. decretalis, ff. de suc. edic.
I L. ius autem ciuile, §. primo, ff de iusti. & iur.
K Gloss in l. finali, C de præscrip long. tempo.
L Bar. in l. prima. ff. quod quisque iur.
M Idem Bartol. in l. finali, ff. de pæn.
N L. formam, C. de offic. præfect. præto.
O Bar. in l. prima. ff. de offi. eius, & in l. imperium. ff. de iurisd. om. iudi.
P Innocen. in capitulo primo, de constitutio.
Q Bar. in l. cum nauarcorum, C. de nauicu. libro decimo.
R Dicta l. cum nauarcorum, dicta l. prima, ff quod quisque iur.
S L. negante, C. de act. & obli. l. si pacto quo pœnam, C. de pac.

clausula si qua [a] mihi iusta causa &c.

Licet prætor non posſit facere; quem verum & directum hæredem [b] eidem tamen iura [c] directa confert.

ADDITIO.

In agnitione [d] bon. pos. non est necesse quod exprimatur nomen, sicuti nec in actione [e] nisi iudex interroget quia tunc secus, vt in teste qui nec dicti sui rationem reddit nisi interrogatus. [f]

Bono. pos. hodie non est actio, [g] neque officium iudicis, olim vero sic decernens scilicet, prætoria est, ideo habet dies centum, vel annum [h] in filio.

ADDITIO.

Plus iuris continet [i] quam facti.

Possesſio bonorum & sic ē contra, duæ sunt partes sonantes [k] magis factum quam ius.

Bonorum possessor non est verus hæres [l].

Bo. po. & hæreditas differunt [m] in multis, illa iudicem requirit ista solo animo aditur. Illa rursum per procuratorem acquiritur, ista [n] non.

Ista aditur perpetuo, illa intra annum, & dies centum, in pluribus tamen æquiparantur [o]. Duplex edictalis & decretalis. [p]

Quædam insuper sunt insuper [q] ordinarię, quędam extraordinarię, quædā ex testamento, quædā ab intestato, & vtiles ēt hodie quo ad [r] multa.

ADDITIO.

Prætores non habebant [s] potestatem olim legis condendæ, edicta proponendi autem sic pro suo officio melius explicando, quemadmodum hodie potestates vrbium banna [t], quandoq; supplendo, [u] nonnunquam adiuuando, [x] sæpe corrigendo [y].

Diffiniri non potest quod non est, cum diffinitio significet [z] quod quid est.

Bon. pos. non diffinitur in genere. [A] non est actio nec personalis nec realis, non personalis quia cessat materia obstante, non realis quia cessat dominium vel quasi. Imò quod nec est officium iudicis essentialiter, vel quo ad imploratio nem hodie, olim vero [B] sic decernentis scilicet. nec quantum ad agnitionem est necessaria [C]. Ius est [D] non factum.

Omnis [E] necessaria hodie aliquo casu.


Statutum præsidis prouinciæ [F] est ius prætorium, & ideo si successionem deferat bo. po. necessaria est, quique agnoscit eam adire non videtur de iure ciuili.

Omnis successio dicitur fauor. [G]

Omnis bo. po. est de iure prætorio aut inuentione, aut imitatione, & licet huiusmodi sit, potest tamen quo ad trasmisſionem esse de iure [H] ciuili. Finis.

Impp. Seuer. & Antonin. AA. Macrinæ.

BONORVM POS.



N agnatis nō habet locum successio. [I] edictum.

Bo. pos. vnde liberi datur illis quibus datur bon. pos. contra [K] tab.

In testamento militis non habet locum bo. pos. contra [L] tab. maxime isto tempore imò nullo iure nec veteri, nec noui Codicis, nec nouissimo autenticorum.

Text. iste secundum iura hodierna [M] potest exemplificari in bon. pos. vnde liberi.

Lex quanquam noua patitur interprætationē à lege [N] antiqua.

Bo. pos. vnde legitimi [O] est generalis & non excludit alias bon. pos. speciales. & concurrit ēt cum septima extraordinaria. & si filius succedit matri per orficianum, habet etiam bo. po. vnde legitimi, & vnde cognati, & vnde liberi, & sic per d. vnde legitimi (vt dixi) non excluduntur aliæ speciales.

Bo. pos. vnde liberi datur [P] etiam filiis, qui nūquā fuerunt in potestate patris, & patri in bonis filij ex extensione.

Plerunq; pater in materia pro [Q] auo ponitur.

Etiam ordo [R] iudiciarius requiritur vbi officium iudicis imploratur. [S]

Id quod fit per filium est potius impetratio [T] quam actus iudiciarius [V].

In iudicio quantumcunque summario de personis prius quærendum [X] est.

a De quo in l. i. ad fi. & in l. sed et si per prætorem. ff. ex qui bus cau maio.
b §. quos autē. insti. de bo. pos.
c Bar. in l. i. ff. eo l. pretoris officiū. ff. de dam. infec.
d L. fin. infra eodem.
e Cap. dilecti, de iudi.
f L. solam, & ibi omnes, C. de testi.
g Praallega. l. finali.
h L. secūda, infra eodem.
i L. prima. §. largius, ff. de suc edic.
k L iij. §. bonorum ff de bon. pos.
l L. prima, l. iij §. adipiscimur, ff. de acquiren. possess.
m §. quos autem, institu de bono pos. l ij ff. eodem.
n L. po. infra e.
o Rationem assignat Odoffre. in l. prima, columna quinta, infra eodem.
p Idem ibi columna tertia.
q Dictum fuit supra, l prima §. qui semel. §. decretalis, ff. de succes. edic.
r L. finali, C. vnde legi.
s L. prima, infra eodem.
t §. constat, & sequen. institu. de iure natu. l. ij. §. tempore, ff. de orig. iur.
u L. prima, & ibi not ff quod quisque iur.
x Quod tractatum non erat in legibus & Senatuscon. vt patet in titulo de dolo, & quod met. cau.
y L. prima, ff. si pars hær. pe l. prima, ff. commo.
z L. prima, C. vt armo. vsus, libro decimo.
A L. prima, §. dolum, ff. de dolo.
B L. prima, ff si tab. testa nulle extab.
C L. prima, infra de bon. poss secun. tab. l. prima, l. finali, infra eodem.
D Not. in dicta l. finali.
E L. tertia, §. bonorum, ff. de bon pos.
F Exempla ponit Bald. hic, & Iacob. de S. Geor.
G Bar. in l. secunda. ad finem, ff. de bon pos.
H §. quos autem, institu. eodem titu.
I L. emancipata, infra eodem, not. in l. prima, C. de his qui ante aper. tab.
K § finali, institu. de legi. agna suc.
L L. prima, §. recte. ff. si tab. testa. nulle extab.
M L. nam in bonis, ff. de milita. testamen. l. prima. §. est & alius, ff. si quis à pa. fue. ma. l. finali, C. de inoffi. testa.
N Cyn. hic & alij post eum.
O L. prima §. lex Falcidia ff ad legem Fal. not. in l sciendum, ff qui satisd. cog. & in auth. offeratur, C. de lit. contesta.
P L. tertia, ff. vnde legi.
Q L. quarta, ad finem, cum sequen ff. vnde libe.
R L. patris adoptiui, ff de in ius vo.
S De quo in l. prolatam, C. de senten.
T Barto. in l. prima, ff. de iurisdi omnium iudicum, & in l. ne quicquam, in §. de plano, ff. de offi procon
V Sed si hac, §. prætor, ff. de in ius vo.
X Dictum est etiam supra, l. si quæramus, ff. de testamen.

In

In bonorum po. dicimus cuicunque decerni posse etiam seruo[a] quodq; nec citatio requiretur, & quod nec petenti denique decerni potest.

vbi iudicium sui natura extraordinarium est, inque eo proceditur absque figura si tertius com pareat fit ordinarium.[b]

Vt præsumptio locum habeat illud quod præsumitur iustum esse debet & rationabile, [c] & ubi tractatur de magno præiudicio, ibi non committitur ex tẽporis diuturnitate.[d] debetque esse, (vt dixi) rationabilis & pertinens.[e]

Hæreditas dicitur titulus lucratiuus.[f] In his quę sunt modici præiudicij ex diuturnitate [g] temporis præsumitur. Et sic etiam ex diutina solutione contractus[h] emphyteoticus. Et solemnitas extrinseca[i] quæ communiter & vt plurimũ interuenire solet.

Actus in dubio præsumitur factus ab eo cuius interest.

Bon. poss. vnde liberi non datur in bonis maternis.[l]

ADDITIO.

Licet consensus patris necessarius[m] sit regulariter, Fallit in casu,[n] quando scilicet iudicium non est propriè. Sed petitio quædam extraordinaria. Ideo seruus[o] admittitur ad petendam bo. poss. qui tamen alias non habet legitimam[p] personam standi in iudicio.

In arbitrarijs seu extraordinarijs potest Iudex iudicare secundum conscientiam suam.[q]

Etiam in iudicio summario[r] filius excluditur nisi consensum habeat patris.

ADDITIO.

Licet filius non possit stare in iudicio absque patris[f] cõsensu potest tamen bo. po. agnoscere.[t]

Quamuis actus ratificari non possit eo tempore, quo nec potest celebrari attamen ex ipsius temporis diuturnitate lapsi post præfixum actui celebrando ratihabitio à principio interuenisse[u] præsumitur.

Quanquam ab imperitis & rudibus erretur in nomine contractus, attamen si verba ipsum congruum referant, & importent, error[x] nõ nocebit.

Plerunque enim locatio pro contractu innominato ponitur,[y] & non nunquam donatio pro liberatione.

Monachus[z] retinet iura suitatis.

Patria potestas ad suitatem non est necessaria,[A] extra quam patriam potestatem filius esse dicitur quoad[B] incomoda, non quo ad cõmoda.

Vbicunq; in contractu requiritur iudicis decretum, sufficit quod interueniat post.[C] & generaliter in quacunq; parte ipsius, dũmodo possit ad omnia referri.

Decretum[D] & sententia[E] sunt actus, qui conditionem non recipiunt, tamen uiciantur ex appositione conditionis de futuro non de præsenti vel de preterito tantum.

Praxis cõmunis, admitto libellum seu positiones.[F] Si & inquantum de iure teneor an valeat,

ADDITIO.

Dictio etiam hic (timore contrarij,[G] ita legi debet) abundat. vel dicamus quod non implicet filio quæri vel quod implicet factum non personas, vt non solum peti possit bo. po. verum etiam patri emolumentum afferat. vel quod quærat ur filio, si statum mutet, ante ratificationem patris. vel quod filio satis quæratur, ex quo est quasi domino uiuente etiam patre.[H] vel qđ implicet respectu ordinis acquirẽdi primũ filio, deinũ patri.

Hæc lex hodie est correcta,[I] & expressa repudiatio filij non nocet patri.

Si filius agnoscit bon. po. sibi acquiritur proprietas, & vsusfructus stat in pendenti, donec pater ratificet, vel recuset.[K]

ADDITIO.

Hæc lex consueuit solemniter[L] repeti. de qua bonorum possesi. loquatur dubium est,[M] vnde legitimi vel vnde cognati. & an loqui possit in ea, vnde liberi contratab. vnde vir & vxor. quare potest acquiri per procuratorem, hæreditas vero non, quæ requirit iussum patris.[N]

Si iure ordinario agatur, filius non admittitur ad agendum sine consensu[O] patris, aliàs sic ut in bono. poss.

Quidam libri carent dictione etiam si habent illa respicit iura noua vel abundat, vel implicat, seu implicationem facit non personarum[P] sed factorum.

Tempore ffòrum nullum emolumentum quæ rebatur[Q] filio.

Ratihabitio in casu huius legis operatur[R] emolumentum quæri patri quanquam suo nomine nihil sit gestum.

Pater ratum habet expresse vel tacite, si patiatur filium tenere diu, hoc est annos decem; verbumque diu in d. tempore uerificatur.[S] Ratihabitio patris, est etiam necessaria iure nouo, quoad commodum vsusfructus quærendum ipsi patri.[T]

Filius

a L. seruus ff. de bo po.
b Bal in l i. col. 4 C. communia de leg. nat. in l fin. C. de edic. di ad tol.
c Bal. in l. generaliter q. vij. C. de nõ nu po.
d Not in. l sũ do in rem uerso ff de usu.
e L. filium. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu.
f L. inter stipulantem. §. si rẽ. ff de verb. ob.
g Preallega l. cum de in rem uerso l si certis ais. C. de pac.
h L. litibus. C de agrico et cen lib. x.
i L si filius. C. de peti hered. Abb. in c te nor de re iud.
K Bar in. l seruus ff. de uerb. obliga.
l L. i. §. recte. ff. si tab testa. nulla extab.
m L fin. C. de bonisq; lib.
n Vt hic.
o L. seruus ff. de bono poss.
p L. seruus C. de iudi.
q Bal. in auth. matri & auia. C. quãdo mul. tu. offi funga.
r Bal i l. iij. §. sed utrum ff. de mino.

f L fi. §. necessitate. C. de bonisque lib.
t Vt hic.
u L. bonorum ff. rem rat. hab.
x L si olei. C. loca. l. si vno ff. eo. l si. tibi ff si cer peta.
y In locis preallega. not.
z L deo nobis. C. de ep. & cle.
A L. fi. C. de colla. bo.
B L. i ff. ad maco ad fi. Bar in. l. item in potestate ff. de his qui sunt sui uel alie iu.
C L quæcunque. C. de bonisque lib. argum. in. l. iij. ff de lib. & posthum.
D L & si vbi Bar ff de aucto tu.
E L. i §. biduum ff. quando ap. sit.
F Bar in l si quando. ff de lega i.
G L placet ff. de acqui he.
H L. in suis ff. de libe. & posthu.
I Hac est opi. Iaco. But falsa, communiter tenetur contrarium.
K Hac est opi. communis.
L Vt hic per Alber.
M Declarat Odofr. col. fi. hic
N Not in. l si quis mihi bona in § iussum ff. de acqui. he.
O L fin § necessitate. C. de bonisque libe.
P Alberi. hic.
Q L. placet ff. de acqui he.
R L. si ego. ff. de nego gest.
S Si cum fideicommissaria §. aristo. ff qui & à quib l si filius. C. de peti he.
T Not. in. l fi. C. de bonisque libe.

Filius patri adhuc non nocet paciſcendo [a] ne gligendo [b] ſic.

Quædam actiones erant proprie filij etiam tempore [c] ſtorum.

Statu filij non mutato ipſius intereſt hæreditatem non perdi, quia licet patri quæratur, quęritur tamen & quodammodo [d] ſibi.

Idem filius patre inuito & ignorante poteſt bono.poſſ.petere, an idem ſit in hæreditate, correctaq; lege requirente iuſſum, dubitatur. [e]

Quæ ſit bono.poſſ. quæ hic amittitur tranſacto [f] tempore.

Bonorum po.edictalis quæ proprie competit perditur tranſacto tempore, decretalis vero improprie amittitur ideſt non acquiritur. vel ſi proprie loquamur neutra perditur. Edictaliſque ſe habet ad inſtar hæreditatis iacentis, & decretalis dicitur, quia decreta, [g] hodie vero & proprie iudicialis, appellatur. [h]

Scientia filij hodie nocet patri multo fortius q̃ olim, ex quo tunc ipſi acquirebatur pleno [i] iure, & tamen ſibi nocebat, hodie uſufructus [K] tantum, ergo multo magis in eo nocebit quod minus eſt, in quo tamen repudiatio expreſſa adhuc [l] hodie non nocet. Et expreſſa quidem quia in ea quæ per negligentiam fit ſecus.

ADDITIO.

Exceptio litis pendentis [m] nihil operatur, niſi opponatur.

In petenda Bono.poſſ. & conſequenda non requiritur iudiciorum ſtrepitus, ſeu [n] figura.

Patria poteſtas plurimum poteſt in his in quibus ius [o] ciuile conſideratur.

Quod nomine meo non eſt geſtum ratum habere nõ poſſum, [p] niſi de actu confirmando [q] agatur, ex quo quæratur ius ratificandi ut in agnitione bo.po.qui errat tamen non [r] ratificat.

Petere bo.po.eſt potius impetrare [ſ] q̃ agere.

Contra caſum fortuitum non datur [t] reſtitutio, eſtque mors ad propoſitum caſus [u] fortuitus.

Origine rei ſublata tollitur quicquid ordinatur [x] ab illa, & qualis eſt res orgine talis eſt acquiſitione.

Terminus [y] iudicis quandoq; operatur contrarium eius quod operatur terminus iuris, & quandoque mitius agitur in termino iuris q̃ iudicij.

Si effectus rei non dependeat ex tempore lapſus [z] ipſius non inducit nec repudiationem nec acceptationem.

Mora prçiudicium & non fauorem ſecum trahere [A] conſueuit.

Quotiens cauſa efficiens pluribus attribui poteſt vno remoto alteri conſolidatur. [B]

Ratificatio quo ad effectũ [C] actus, aſſumit ſibi naturam mandati nec debet regulariter eſſe iuri contraria [D].

Nemo committit animi ſui motum. [E]

Quæcunq; gerimus niſi in noſtra perſona initium ſumat, [F] inania ſunt.

Scientia eſt certitudo cuiuſlibet rei ſenſitiua, [G] vel ſpeculatiua, quã quis habet per ſe vel per aliũ. Animi cogitatio eſt ſicuti poſthumus [H] in vtero, qui ſi non naſcitur nihil eſt, nempe conceptum non natum imperfectum eſt.

Vna [I] voluntas trahit ad ſe aliam.

Pater hic eſt perſona ſecundaria.

Filius principalis, illaque huiſmodi ſemper, quæ eſt terminus à quo.

Secundaria quę eſt terminus relationis in quẽ dirigitur.

Finis ſuo principio ſubeſt, ipſum reſpicit, & ei coniungitur [K].

Ignorantia circa [L] ſubſtantiam nocet, ſi in qualitatibus ſit minime.

Bono.poſſ.duplex decretalis [M] & formalis.

Origine rei ſublata [N] extinguuntur omnia. Et acceſſoria extincta perſona [O] principali. Et eius imagine. Et accidentibus extincto ſubiecto. [P] Et ad idem breuiter mors, deducit rem de eſſe ad non eſſe [Q] non econtra. Et naturalis plus operatur quàm [R] ciuilis. Et poſt mortem denique nemo habet nec uelle nec nolle.

Quædam fiunt ante formam, quędam prçter, quædam ipſam ſequuntur, ut in electione capituli cõuocatio, [S] creatio ſcrutatorum publicatio.

Formale non eſt quod non eſt prefixum ſed habet uarietatem [T].

Conſenſus quidam confirmatorius, [V] ſiue approbatorius. Quidam formalis. Et conſenſus [X] dicitur quaſi ſimul ſenſus. quem ratihabitio repreſentat, non preſentiam corporalem ſi in actu requiratur.

Actus voluntarię iuriſdictionis quo ad partem, eſt neceſſarię [Y] quo ad iudicem.

ADDITIO.

Lege xii. tab. non admittebantur ad ſucceſſionem niſi agnati, nec emancipatus ſuccedebat patri, nec cognati inuicem, de iure prçtorio autem ſic, æquitate ſuadente [Z]. per bonorum poſſeſſ.

a L. filius. C. de pac.
b Vt hic.
c L. filiusfam. ff de ac. & ob.
d L. in ſuis ff. de lib. & poſthum.
e L. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqu. here.
f Alb. declarat.
g L. i § decretalis ff. de ſuc. edic.
h L. fin. infra eod.
i L. placet ff. de acqui. he.
K L. ſi C. de bonis q; lib.
l l'real l. fin.
m L. generaliter. ff. de excep.
n L. ſeruus ff. de bo po.
o L. nam & ciuium ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.
p L. ſi ſeruus. ff. de preca.
q L. i. C. de fur.
r L. mater. C. de rei vendica.
ſ L. libertus. ij. ff. de in ius uo.
t L. verum ff. de mino
u L. Iulianus. ff qui et à quib.
x L. Caius ff. de manumiſſ.
y L. ſi ubi glo. de iure delib.
z L. ſancimus. C. de teſta.
A L. quãdiu et ibi not. ff. de acqui he.

B L ſi poſt mortem. §. ſi. ff de bo. po con tab. l. i. C. quando non pet par.
C L fin C manda.
D L talis ſcriptura ubi glo ff de leg. i.
E L. ficus. ff de arb.
F L. quæcunque ff de ac. & ob.
G L. in bonorum ff de bono. poſſ.
H L fin. C. de poſthu he inſti.
I L. illud. l nec ei §. heres. ff de acqui. he.
K L eos in prin. C. de vſu l ſi alienam. C. de do. cau. mor.
L L multum intereſt ff. de condi. & de.
M L. i. §. decretalis ff de ſuc edic.
N L. i in prin. C. de lati. lib tol.
O L. ſi quis domum §. pe. ff. loca l. lex vectigali. ff de pigno. l. peto. §. predium ff de lega ij l neceſſario § ſi ff de per & commo. rei vend.
P L. i ff de uſuf lega
Q L qui libertinus § poſthumus ff de op lib.
R L ſtatius. § Cornelio ff de in ſi.
S C bone c. quod ſicut de electio.
T L. Seio. §. medico. ff de an. lega.
V C. cura de iure pat.
X L conſenſu ff. de ac & ob.
Y L i ubi glo. in diffi iuriſd ff de in om iud.
Z Inſtitu. de bono. poſſeſſ in prin. & in §. quos autem.

De

De iure antiquo quicquid acquirebat filius[a] acquirebat patri.

In hæreditate [b] aduentitia hodie non requiritur iussus patris, in profectitia autem iura remanent immutata ut iussus omnino præcedat.

Bonorum po. quę est facti, acquiritur per [c] corporalem possessionem. iuris vero est [d] acquirendi retinendiq; patrimonii. Bonorum autem possessoria hæreditatis petitio[e] prosequendi.

Querela competit filio sicut actio iniuriarũ,[f] & in factum, sed emolumentum querelę, & dictarum actionum quæritur patri in totum secundũ iura antiqua, hodie uero quo ad vsumfructum tantum.

Hodie rursum in fine decennii, inducitur [g] ratihabitio. nec repudiatio filii expressa etiam de iure antiquo [h] nocet patri, tacita autem sic, quo modo multa fiunt, quæ tamen [i] expresse fieri prohibentur. Finis.

Impp. Seuer. & Antonin. AA. Crispino.

SI BONORUM.



CONSORTES[K] intelligũtur ratione dominii, proximi vero rõe sanguinis.

Præsumptio[l] consanguinitatis habet locum in his quę consistunt in genere vt in diuitiis & paupertate. In consistentibus vero in specie cõsiderandum est, an talia sint quæ soleant esse coniunctis nota.

Agnoscenti bo. po. incumbit onus probandi quod intra debitum tempus[m] agnouerit.

ADDITIO.

In dubio quando tempus inducitur à lege,[n] & non à prætore continuum censetur tam in principio quam in fine. Finis.

Impp. Diocletl. & Maximian. AA. Crescentio.

INFANTIS.



ETAS infantis[o] durat vsque ad pueritiam, pueritia vsque ad pubertatem.

Furiosus habetur pro mortuo.[p] Finis.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Marcello.

EMANCIPATA.



EMANCIPATI[q] hodie vocantur ad similitudinem suorum, sublataq; est differentia emancipationis & patriæ[r] potestatis. habetq; etiam emancipatus iura [s] suitatis.

Filius qui potest agnoscere intra annum bo. po. potest etiam vltima die & hora hoc idem facere.[t]

Quanquã per emancipationem filius desinat esse agnatus,[u] non tamen desinit esse cognatus.

Pendente dubio an nascatur[x] posthumus non intentatur bo. po. secundum tab.

De iure ciuili hodie emancipatus succedit[y] patri.

Beneficium. l. cum antiquioribus. C. de iu. del. an[z] habeat locum in bo. po.

Bono. poss. contra tab. est odiosa,[A] quia rescindit testamentum, quod est contra publicam vtilitatem.

Querela non preparata.[B] non transmittitur, estque ius competens[C] propter iniuriam. Finis.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Maximo.

QVANDIV.



DVBITANS & errans[D] parificantur in Bo. po.

Inter scire, & ignorare[E] datur medium. & si dubitans potuit certiorari non æquiparatur erranti.[F]

Ante nouam codicis constitutionem, non erat necessarium exprimere, ex quo capite agnosceretur bo. po. imò sic, hodie[G] non. Et ad idem licet intelligentia iudicis sit necessaria in materia, sufficit tamen in genere.[H]

Vbi sumus in odiosis semper[I] currit tempus alias non.

ADDITIO.

Tempus per se naturaliter currit semper[K] artificialiter pro ut statuitur à lege ad certum finẽ, & tunc non currit[L] ignoranti, si apponatur ad factum hominis, alias sic, si apponatur ad fauorem alterius cui ius ex præscriptione quæratur. Finis.

a L. placet ff. de acquirenda heredita. l. i §. i. ff. si quis à pa. fu. ma.
b L. si quis mihi bona. § iussũ. ff. de acqui. he. l. fi. in prin. ff quis ord. in bonorum poss. ser.
c L. iij § prin. ff de acquiren. poss.
d L. iij. §. bonorum ff de bonorum poss.
e L. i ff de po. he peti.
f L. filius ff. de inoffi. testa. & est intellectus quę late à nobis & ab aliis hic disputatur.
g L. sancimus. C. de testa.
h L. si §. i & seq. C. de bonis lib.
i L. fin C. de ser. fugi. l. longe ff. de diuer. & tempo prescrip. l. sed et si ff. de serui urb. predio.
K L. dudum et ibi Bal. C. de contrahen em-ptio.
l L. Octaui ff. unde cogna.
m L. cum actio. ff de nego ge. l. actor quod asseuerat. C. de proba. l. qui accusare. C. de eden.
n Glo. in rub. de diuer. & tempo. præscrip.
o L. hereditatum ubi glo ff ad legem fals
p L. si quis alicui iuncta præcedenti l. si per epistolam ff. de acqui. he.
q §. emancipati insti de here. quæ ab int. def.
r §. nullam in auth de he ab intesta ve.
s L. emancipati C. de colla.
t L. i. §. quod dicimus de suc ed.
u §. fi. insti. de legi. agna. su.
x L. æquissimum ff de bo. po se tab.
y L. meminimus. C. de legi he.
z Communis opi. est quod sic. in l. d supra eo & hic.
A L gallus §. quod si u. ff. de lib. & posthum.
B L. Papinianus §. filius ff. de inoffi. testa.
C L. iniuriarum ff de iniuri.
D L. q. ff quis or. in bo. po serue.
E L. i. §. scientiam. ff de tributo.
F Bal. in l. manifestissimi. in. § fin autem. C. de fur.
G L. fi. infra eo.
H L. coram. ff. de uerb. sign.
I L. q. C. de edic di ad.
K L. si cui legetur. ff. de lega. i.
L L. q. C. de edil. ac.

a L. legei. C: de legi. l. late culpe. ff. de ver. si. Bartol. in l. quod nerua ff. depo

b C. adhaec de effi. archid l ubi numerus. ff. de testi. § quod autem in auth. de non alienan. Bal. in l nullũ. C. de testi.

c L i §. si quis ubi gl ff. de ap.

d Pal. in. l de heri. C. de fidei com. lib. quid sit contumacia uera & praesum pta glo. in l. cõsentaneum C. quie et quaa in

e L in copulandis C de nup

f L. inter stipulantem §. si ré ff de verb. ob.

g Par. in. l. i. ff de effi. eius

h L ait praetor §. permittitur. ff de mino.

i Immo in e ueniens de fil. presbyte.

k L. iii §. si cã cognita ff de. bo pe.

l L. si infra eo.

m L. sicuti ff. de arbit.

n L in causa, § fi. ff. de proc.

o Imo in c. sci scitatus de rescrip.

p L. illicitas §. ueritas ff. de offic praesid

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Phrontinae,

IVRIS IGNORANTIAM.



IVs dubium dicitur quando sunt hinc inde opiniones variȩ, vel vbi disputatur de apicibus iuris. Quis praesumitur scire [a] leges, aliàs est in lata culpa si potuit consulere peritiores uel si est iuris peritus.

Licet in materia dictum vnius praebeat iustam causam credulitatis, & excusationis fallit tamen in probatione [b] tamentsi causa fuerit ardua.

In his quae introducta sunt ad iuris rigorem conseruandum ignoratia [c] iuris indistinctè nocet, nec ignoranti succurritur per clausulã si qua mihi iusta causa &c. quod succurratur tñ aequior opinio est. Quamuis rusticus [d] personaliter citetur, non tamen dicetur uerus contumax, ut appellare non possit, quoniam excusatur à dolo praesumpto. Finis.

Pars epistolae Constantij & Maximiani AA. & Seueri & Maximiani nobiliss. Caesarum.

BONORVM.



MAIOR potestas est quam habet tutor in pupillũ q̃ curator [e] in adultũ.

Titulus haereditatis lucratiuus [f] est: & tamen pupillus sine tutoris auctoritate non adit.

Vbi periculum est in mora solennitates iuris aliàs non sunt [g] necessariȩ. & iudex supplet defectum tutoris [h] & curatoris in iudicialibus, & extra iudicialibus. & ipsius factum temerarium absq; causae cognitione nihil valet. [i]

Agnitio bo. po. est. voluntariae [k] iurisdictionis, quam bono. poss. non omnis olim decernere poterat, hodie secus. [l]

Ea quae consistunt in animo per alium non explicantur. [m] alteri per alterum tamen in iudicialibus actio acquiritur, [n] in extraiudicialibus non. In infante est defectus [o] naturalis ideo iudex non supplet. Iudicat attamen secundum cõscientiam in his in quibus alius non leditur, vel si fuerint uoluntariae iurisdictionis, se nihilominus [p] ex actis iustificando. Finis.

Imp. Constantius A. ad Dionysium.

QVICVNQVE.



LICET ignorãtia ac rusticitas per lapsum temporis in bono. po. petenda rustico non obsit, obest tamen [q] quãdo potuit consulere peritiores.

In dubio priuilegium non praesumitur. [r]

Dictio uel ponitur regulariter inter similia. estque illa alias implicatiua, [s] si habeat tamen generalem dictionem annexam secum plus importare [t] videtur quàm oratio absoluta. Finis.

Imp. Constantius A. ad populum.

VT VERBORVM.



VEl [u]: solet apponi inter diuersa respectu [x] substantiae, aliàs inter similia effectu.

Bo. po. hodie nõ est mixti Imperij.

Duum viri sunt magistratus municipales. [y]

Bo. po. non potest agnosci coram notario, tametsi iudex chartularius dicatur. [z] Sicuti nec restitutio in integrum, quae hodie tamen peti potest coram [A] quocunque iudice.

Actus denominatur potius à natura sua & ab effectu [B] ac ex conuentionibus agentium quàm à nomine.

Ad excusandum à calumnia etiã praesumptiones [C] sufficiunt.

In iudicijs semper praesumitur hominum [D] copia, non secus q̃ in vrbibus [E] praestantissimis.

Querela non rescinditur testamentum nisi lata [F] sententia.

Bo. po. non est accusatio vt querela olimque erat petitio [G] hodie agnitio, & quàmquã querela sit odiosa, huiusmodi tamen non est [H] bo. po.

Lex ista non habet locum in bono. po. ius non tribuentibus puta carboniana & ventris nomine. nec in bo. po. [I] ius ac. quia est bo. po. facti, nisi respectu iuris.

Cessante causa dilationis dilatio [K] cessat.

ADDITIO.

Aditionis verbum non adapratur ad bono. po. sed [L] verbum agnitionis.

Hodie decretalis [M] bo. po. non reperitur. [N]

Agnitio bo. po. in actis scribi debet ex quo fit vt solum per acta probetur. [O] Finis.

q L. in bonorum ff. de be po. l. ii. § si ff quis er. in be. po. serue.
r L iiii ff de fideicom lib.
s Bar in l i ff de reb dub
t Glo. in l. si fugitiui C. de ser fug.
u L. Palista ff ad Treb l generali §. uxori ff de usuf. lega.
x Bar in l i ff de reb dub.
y L i ff si quis ius di non ob. l. ea quae § i. ff. ad municip l. iiii. §. duos ff. de dam. inf l i C. de eman. lib l in honorariis § si ff. de ac & ob.
z Not in l i ff de iudi & in l rem non nouam. C. eo.
A Pan Cast. in l si per illum tex. C ubi & apud quem.
B Par in l. Cetem ferro in § qui maximes ff. de publica.
C L. athlete. §. calumniator ff de his qui no. infa.
D L. omnium. C. de testa
E C. statutum de rescrip in vi.
F L. filius. l papinianus ff. de inof. testa.
G Vt hic.
H Praallega l. filius.
I Bal. in l. vnica col iy C quan. non pet. par.
K L. filia §. alumnae ff ad treb.
L Declarande tamen ut hic per Doctо & in Spacie Cer. col. ij.
M Ne qua in l i in § decretalit ff de suc edic.
N Glo in l i ff de po he peti.
O Nico. de Mata Barto. Raphael & Corn hic & ante eos Cy. hic & in L. certum. ad si. infra vnde legi.

Τέλος.

DE DIFFINITIONE LIBER.



QVONIAM omnis quę à ratione suscipitur, de aliqua re institutio (vt inquit Cice. in lib. officio.) debet semper à diffinitione proficisci, expedit aliqua etiam & præter hæc paulò supra tractata de ea dicere, quæ tibi lector optimè vsui & emolumento esse possint, ut intelligatur facile hinc, quid sit id de quo disputatur, ut etiam dicit Barto. in tract. carce. in prin. imò ad idem Galen. lib. 2. de inge. sani. c. 1. sic, si quis uult aliquē docere, necesse est, ut oīa plana atq; diffinita cōuenienter inueniat. & Plato qđ à diffinitione semper principiū sumendū est. qa esse, rei est secđm Boe. & Cy. in l. j. col. 4. C. de legib. Diffinitio igitur, est oratio q̃ rei ꝓpositæ naturā, propriè, breuiter, dilucideq; declarat, q̃dq; sit explicat, exēpli gratia Tutela est vis atq; ptās in capite libero ad tuendum eum, q̃ propter ętatē se nequit defendere, iure ciuili data ac ꝑmissa l. 1. ff. de tute. & inst. eo. ti. in prin. testm̄ iusta sniā de eo qđ quis post mortē suā fieri voluerit l. j. ff. de tes. vsucapio acquisitio dñij, vel adiectio, ꝑ cōtinuationem possessionis tēporis lege diffiniti. l. 3. ff. de vsucap. & vsurpatio (vt ibidē dicitur in l. 2.) vsucapionis interruptio, & fusius in l. naturaliter. ff. eo. & adoptio deniq; (alię. n. multæ sunt quas tñ non refero breuitatis causa) actus legitimus, quo fit quis filius, qui non est, ferè naturam imitans. l. 1. ff. de adop. not. insti. eo. in prin. & in. §. minorem. habens istud præcipuum, quia semper præsumitur in esse suo diffinito, secundum Bald. in c. cum in iure peritus nu. 4. de offi. de. l. rem non nouam. §. patronum. C. de iudi. Et quia (vt dixi) declarat naturam rei propositæ, & quid sit explicat, rationem nominis exponit ethymologia, de qua late in l. 2. in. §. appellata. ff. si cer. pet. & in l. pupillus, in §. territorium & in l. tugurij. ff. de verbo. signi. (ethya. n. græce ratio est, logos sermo) nec possumus scire qđ sit ius nisi prius sciamus vñ nomē iuris descendat, l. 1. ff. de iusti. & iu. & ideo cū (iterato dixerim) diffinitio significet ꝙ q̃d est iā diffiniri nō poterit ꝙ nō ē q̃m, nō entiū nō ē qualitas, l. eius q in ꝓuincia. ff. si cer. pe. nec fit aliqd ex nihilo, vt inquit philosophus & hr̄ in l. fin. C. de proba. Barba. in rub. de iudi. nu. 27. Nicol. in cōcordan. Bar. 337. col. 3. Bona insuper si cum suo diffinito conuertibilis sit, si quę cōstet ex genere & differentijs, ut not. inst. de ob. in prin. & in l. filiū. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & in l. 1. in. §. dolū. ff. de dolo. Bar. in l. si finita in §. Iulianus in prin. ff. de dam. inf. & philosophus 7. Metaphi. Bal. in c. contingit. col. fi. de resti. spo. Dec. multa in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iu. Ang. ī q. nobilis col. i. glo. in l. nihil aliud & in l. si. ff. de verbo. si. Abb. ī rub. de proba. col. i. vsq; adeo (si daretur casus in quo nō cōuerteretur) ut corruat secundū gl. in l. non dubiū. C. de legi. & sicuti dicimus bonam esse diuisionē si conuertatur cū suo diffinito vt supra ita etiā dicimus bonā fore diuisionē generis, si cōuertatur pariter cum suo diuiso, ex quo animalium quædā sunt rationalia, quædā nō, quædam pedes habentia, quædā nō, quædam reptilia, quædā volatili & (vt inquit Sauona. de princip. Sillogismo. c. 22. & 23.) quædā etiam natantia. & ad idē dicebā ego ēt in l. Imperiū lectu. 3. ff. de iu. o. iud. qđ in diffinitione nō debet esse verborum inculcatio. Nō idem per idem diffiniri. Non fieri ex nominibus æquiuocis, & si possibile est quod duobus concludatur terminis, nonnihil Bar. in l. i. col. v. C. quæ sit lon. consue. videmus quę rursū qđ alibi quædā quoq; in genere diffiniuntur, vt ius in l. i. ff. de iusti. & iu. & iurisdictio in l. Imperium, & ibi Bar. nu. 2. ff. de iu. o. iud. & imperium ibidem nu. v. vbi Cur. Iuni. quoq; nu. 57. dicit fore satis in diffinitione, qđ verba in genere possint uerificari, & si non actu saltē potentia & aptitudine vt homo est qui loquitur, idest qui loqui potest licet ipse non exemplificet. Et ad materiam Ang. in d. l. i. in prin. ff. de iust. & iu. qđ diffinitio nō patitur exceptionē, quoniā sic alias à regula nō differret, nulla. n. est q̃ exceptionem non habeat imò qđ ineptum est, regu. non fallere vt ꝑ gl. in auth. vt si. prohib. mat. deb. in prin. & in. §. vt aūt lex de nō alie. eo. lib. & in l. sēper. ff. de reg. iu. & in l. vxorē in §. fœlicissimo. ff. de lega. 3. Sufficit etiam in diffinitionibus genus, q̄q̄ remotum l. debitor. ff. de ver. si. Bello. li. i. suppu. c. xj. ego ī rub. ff. de offi. eius lec. ij. in ij. q. Differt adhuc diffinitio à descriptione, qa illa quid ē, declarat (vt dictū fuit supra) ista qualis, siue qualitatū omniū rei, & actionū verbosa explicationē, exēpli gratia. Historia testis temporū est, lux veritatis, & magr̄a vitę, & à demōstratione pariter, qa hæc ē de proprietatibus & passionib. illa subiecti cuius nō est demonstratio, vt idē Sauona. declarat de Sillogis. demonstratiuo. c. lv. lvi. lvij. & ibidē de ar. diffi. c. 18. 19. 20. 21. & 22. qđ deus deffiniri nō pōt, nō generalissima, nō singularia, & qđ deniq; solę species diffiniunt. est ēt diffinitio substātiæ, ut hō est animal mentē habens, causalis, cū dicimus qđ lex ē donū dei. l. 2. ff. de legi. ex effectibus. l. j. ff. de ap. seu officijs cōposita: vt hō est q. loqui pōt, ex partibus & mēbris si dixerimus ēt corpus esse, qđ ex capite vētre & pedibus cōstat. & ex genere deniq; atq; accidētibus, collecta, exēpli gratia herbarū vt puta. Narcissus ē flos similis croco. Indiciorū, peculij, & hæreditatis, qđ sic homini similia sint pariter, q crescit & decrescit. l. sed & si. §. id qđ amnis. ff. fami. her. l. peculiū nascitur. ff. de pecu. l. itē veniūt. §. itē nō solū. ff. de peti. hæ. Dicit ēt Fusius Boeti. qđ omne qđ demōstratur oratione ostēdit an sit, qđ sit, quale sit, qđq; nō diffinitur, an sit et quale. q̃d sit aūt (qđ mediū est, inter hęc duo) sic. Et qđ diffinitiones sunt prima principia dispu tādi. & primus argumentorum locus. ex Bal. in c. j. in fin. quib. mo. feu. amit. in vsib. quod omnis

diffinitio est formalis. Et Bar. in l. j. in prin. ff. de reg. cato. quod debet ponere substantialia omnia rei diffinitæ, alias non esset bona, sicuti nec regula catoniana, vt ibi subiicit, & Floria. in l. itē si obstetrix, col. i. ff. ad legem Aquil. quod diffinitiones & rerum vocabula non cōueniunt nisi in rebus perfectis, quæ ex cōsumatione formam recipiant, vsque adeo vt homicidam eum non dicamus, qui tractauit hominem occidere & non perfecit. Est etiam breuis rei demonstratio per oppositionem factā, quæ ipsius rei amplectitur proprietates, vt in stipulatione quod alter interroget respondeat vero alter. l. j. ff. de ver. obli. & in termino, quo dato comprehendantur substantialia & formalia ipsius, genus species proprium & differentia. l. sciendum. ff. eo. l. j. ff. de dolo. l. j. ff. de contrahen. emp. Stepha. sed. in tracta. de int. iu. par. j. & cum ex plurimis locis inueniatur verborum significatio, ex diffinitione maxime inueniatur, illęq; est proprius intellectus qui suæ diffinitioni conuenit. l. j. ff. de testa. l. j. ff. de tute. l. j. ff. de dolo. d. l. j. ff. de fur. & maximè dixi, quia ex ethymologia etiam elicitur. l. ij. §. appellata. ff. si cer. peta. l. pupillus. §. territorium. ff. de ver. sig. l. tugurij. ff. eo. titu. si à maioribus nostris dictum sit. l. Massurius. l. Labeo. ff. eo. vel si fuerit secundum rationem grammaticalem. l. Plautius. ff. de au. & argen. lega. aut æquipolleat suo conuertibili vel exponibili exemplificando latius hoc vltimum, vt idem Steph. sed. facit in loco de quo supra, par. iij. impropria autem diffinitio erit si nomen pro nomine reddat, gladium pro ense, siue ædem pro domo, l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. l. quanuis. D. ad leg. Iul. de adulte. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præsid. l. nemo potest, ff. de reg. iur. l. ædem. C. loca. hæcq; grammatici synonima vocant, Dialectici Polyonyma. & sic nō orationes sunt prout requiri videtur. Imò quod ex his omnibus diffinitio rursum, ad tria capita redigi solet, quid sit, quale sit, & quid significet id de quo quæritur. Prima (vt dictum est) vocatur diffinitio, secunda descriptio, tertia interpretatio. Philosophorumq; adhuc prima est, secunda historicorum, oratorum, & poetarum, Tertia vero grammaticorum. Nouissimè dicit etiam Bald. alibi, quod cuicunque competit veritas diffinitionis, illud est vere tale, quodq; circumlocutiones demonstrant accidentia, quanquā & illa magnā partē conferāt ad cognoscendū quid hoc est consi. ccccix, in princi. vol. v. & alibi Franc. Are. in rub. de appel. col. j. quod non possumus loqui de notorio, nisi prius sciamus quid sit. Imò glo. in c. manifesta. ij. q. j. & ad idem pulchrè Isocrat. ad Nicoclem regem, si totius negotij caput, atq; in quouis rei est probe constituerimus, in ea intuentes, melius de cæteris quoque partibus dicturi sumus. Vltimo sciendum est tandem, diffinitionem manui fore similem, in digitos ductæ, quæ pugno diffinitur. Et si quid addendum est, id addas velim, quod quicquid est contra diffinitionem, id est quoque contra subiectum diffiniti inquir Bal. de tutela loquutus (de qua etiam supra) in l. fi. col. v. C. de sen. pa. & quod ad nos spectat cognoscere diffinitionem vocabuli, non ad testes l. stipulatio ista. §. hoc quoque. ff. de verbo. obli. Idem Bal. in l. ij. in prin. ff. de dolo. & quod si diffinitio & diffinitum conuertuntur vt in pluribus satis est, vt per glo. in l. suus quoque. in §. puto. ff. de acqui. hære. Areti. in rub. ff. solu. matri. col. v. & in l. j. col. xij. ff. de testa. vt cumq; sit tamen nulla est quæ non facile possit subuerti. l. i. ff. de reg. cato. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. haud omittentes etiam, quæ diffinitione differunt, essentia & consideratione quod non sunt eadem, exempli gratia si homines centum & mille, in vnum congregati fuerint, quod non propterea erunt vniuersitas. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. l. i. C. de Iudæ. l. rerum mixtura. ff. de vsucap. Bal. in c. tertio loco. col. ii. de proba. & iuris facta mentio est supra, quia factum non diffinitur sed demonstratur, vt in simili dicitur alibi non præsumi, ius autem sic, siue quæ sunt iuris. l. in bello. §. factæ, ff. de captiuis & postli. reuer. l. quæcunque. in fi. ff. de publicia. l. sciēdum. ff. de ver. ob. Bal. in rub. C. de iur. fis. col. iii. lib. x. Laus Deo.

τέλος.

DIFFERENTIARVM IVRIS CAESAREI, ET PONTIFICII, Liber.



PRIMVM enim est scire differentias rerum, & iuris, quoniam si hoc ipsum planè ignorauerimus, firmiter quid tenere non poterimus, & cum varium sit, & diuersum, necesse erit quoque, nos modo hinc modo inde trahat, prout diuersum ius etiam statutum est, sequendum atque omninò à nobis in vtroque foro seruandum tamen, vt inquit glo. in c. ii. de arbi. in vj. dummodo ciuile, peccatum haud nutriat, ex quo nulla lex peccati nutritiua valet vt in regu. possessor, de reg. iur. in vj. Abb. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. col. iiii. de constitu. & ad propositum hoc etiam firmat Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosanc. eccle. & glo. in d. regu. possessor. idem Abb. in c. i. col. iii. de nou. ope. nun. Corn. cons. cxxv. col. ii. vol. ii. in simili Alexan. in l. si ab hostibus, col. vlti. ff. solu. mar. igitur. Differentia prima est, inter vnum & aliud ius, quia ciuili, causa inquisitionis omninò criminalis est, canonico autem non, cum in ea non imponatur vltima pœna quæ debetur ex crimine, & vtile est quia vno casu testes cogūtur, alio hortantur vt inquir Bal. in rub. de testi. cogen. nu. 2. & hoc regulariter, quia alias in multis casibus hoc ipsum fallit & limitatur vt ibi.

Secunda

Secunda differentia est, quia causa suspecti quanquam mixti imperij sit, potest tamen subdelegari à delegato principis de iure canonico, ciuili autem non, vt tradit idem Bal. in c. venerabili. nu. 1. de offi. deleg.

Tertia quia consensu partium qnilibet adultus est sufficientis ætatis de iure ciuili, canonico autem non, vt adhuc Bal. dicit in c. cum vicesimũ nume. 1. eo. titu.

Quarta rursum in delegatis, nanque vno mortuo in locum ipsius alius substitui debet, de iure ciuili, secus vero de iure canonico. c. vno delegatorum, vbi idem Bal. nu. 9. eo. titu.

Quinta est, quia aliter proceditur in absentem de iure canonico, & aliter de iure ciuili dicit in c. veritatis, nu. 9. de dolo & contu.

Sexta (ad supra dicta in secunda differentia, quasi redeuntes) est in materia recusationis iudicis suspecti in qua ius ciuile à canonico valde differt, nanque illo nõ potest recusari, sed ei adiungitur episcopus, isto autem sic, nec ei adiungi tur alius, ex quo modicum fermenti totam corrumpit massam. c. 1. de iudi. Bal. in c. cum specia li. nu. 12. de appel. Nonnihil in d. c. i. nu. 9.

Septima est quo ad instantiam, quæ de iure ciuili perit post triennij lapsum, & omnia acta simul cum ea. l. properandum in prin. C. de iudi. l. cum lite mortua. ff. iud. sol. de iure canonico autem non vt per Abb. in c. pe. col. iii. de iudi. ego in l. ii. lect. ii. C. de eden.

Octaua est etiam in arbitris, quia de iure ciuili tribus electis, duo nõ possunt monere tertium, vt sententiam seu laudum ferat, de æquitate canonica autem sic, ita Bal. in c. præsentata. col. secunda. de testi.

Nona differentia est quia in contractibus bonæ fidei vsuræ veniunt à tempore more de iure ciuili, de iure canonico autem solum interesse. c. dilecti. de foro comp. Bal. in c. cum venerabilis. nu. 10. de exceptio.

Decima (ad inquisitionem redeuntes de qua in prima supra) quia de iure canonico est remedium ordinarium, de iure ciuili autem extraordinarium, nanque omnis exceptio quæ est contra regulam, deq; officio iudicis remedium extraordinarium est. l. planè. ff. de peti. hær. vel dicamus secundum Bal. quod sit remedium ordinarium, quantum ad virtutem, sed non quantum ad formam si per statutum debet inquiri, verum regula iuris est ciuilis, quod non possit inquiri. Fallit in casibus exceptis. l. iustissimos. C. de offi. recto. prouin. ergo isti sunt irregulares & per consequens extraordinarij, in c. i. nu. 5. de offi. ordi.

Vndecima est, quia ius ciuile anulum vocat, quo signatur testamentum, vel aliud, canonicum vero sigillum, in quo quatuor requirũtur, actus, aptitudo, voluntas, & caracter. Etiam si esset corniola in auro ligata, nisi in anulo literæ forẽt aliquæ circunferentes, quia tunc secus dicendũ esset, argumentum in l. gemma. ff. ad exhib. & plus quod non esset vis àn in illis loqueretur ille qui se obligat, an vero ille qui sigillat. l. qui patitur. ff. manda. Bal. post Inno. in c. scripta. nu. 15. de fi. instru. Et (obiter dixerim) Patauinorum fuisse olim. Ciuitas picta his literis circumquaque appositis, Muson, Mons, Athesis, Mare, certos dat mihi fines. Muson (cætera clara sunt) fluuius est, qui à vico Mirani incipit, & in Medoacũ desinit.

Duodecima est etiam in verbis, quia ius canonicum eorum apices non curat, sed iuris effectũ, ius autem ciuile sic. l. sed & si possessori. §. sed si rerum. ff. de iureiu. Bal. dicit not. & alia multa ad idem in c. quanuis. nu. 7. de re iudi.

Decimatertia, quia de iure canonico causę criminales possunt delegari. c. decernimus. & ibi not. de iudi. de iure ciuili non nisi à principe vel ab habente potestatem ab eo vt in l. i. C. qui pro sua iur. not. in l. i. & ibi diximus latè. ff. de offic. eius cui man. est iur. idem Bald. in d. c. decernimus. nume. 18.

Decimaquarta, quia ex depositionibus testiũ de iure ciuili infamia non surgit, de iure canonico autem sic, si probationes tamen fuerint luce meridiana clariores vt dicitur in l. fi. C. de prob. tanquam ex notorio, ex quo non surgit ex præsumptionibus inquit Bal. in c. super eo. ad fin. de electio. est bonus tex. in l. sed & si possessori. in §. pe. ff. de iureiur.

Decimaquinta est, de inquisitione tertio loco adhuc loquentes, quoniam non admittitur in ea procurator de iure canonico, de iure ciuili autem sic, ex quo illo iure nulla inquisitio est capitalis, dicit Bal. in c. querelam. nu. 4. de procu.

Decimasexta, quia de iure canonico, in notoriis non seruatur ordo iudiciorum nec litis contestatio, de iure autem ciuili sic, est verum primo casu fallere, si vtraque pars sit in iudicio, & reus neget vt declarat Inno. & Bald. post eum in c. fi. nu. 14. de cohab. cle. & mul.

Decimaseptima, quia appellatio generalis respectu iudicum valet de iure ciuili, sed non de iure canonico puta quia dicatur appello ad iudicẽ competẽtem, vt per Abb. in c. inter cætera. & ibi Feli. latè. col. i. de appel.

Decima octaua est, si Papa testamentum vsurarij manifesti confirmat, quia aliquid erit iure gẽtium & ciuili. l. eius qui in prouincia. in prin. ff. si cer. peta. de iure canonico autem non, imò quod corrigit ius ciuile & omnia statuta municipalia in contrarium loquentia quãdoquidem sint animæ præiudicialia & ecclesiasticæ iurisdictioni causaq; vsurarum & pœna de iurisdictione ecclesiæ, & hac de re nulla ipso iure. c. quanquam. de vsu. in vj. Bald. in c. j. nu. 14. de confirma. vti. vel inuti.

Decima nona est, quo ad executionem sententiæ, quæ à solo principe potest delegari de iure ciuili, secus de iure canonico vt inquit Abb. in c. de cætero. col. i. de re iudi.

Vigesima, in computatione gradus, quia semper

per de iure ciuili incipimus a stipite, de iure canonico autem non fratresq; dicuntur semper in primo gradu, vt pulchre per Barto. in l. iij, C. de suc. edict.

Vigesima prima, quia pater de iure ciuili alienando, filium legitima fraudare non potest l. nō vsq; ff. si quis à pa. fuc. ma. de iure canonico autem sic. c. Raynutius de testa. Bar. tamen vidēdus est in l. ij. C. si quid in frau. pat.

Vigesima secunda quia iure canonum ex quo libet iuramento oritur officium iudicis, quod nō sic est tñ de iure ciuili, vt per Inno. in c. cū uenissent. de instituti. & Bal. in l. si quis. ff. de fideiuss.

Inquisitio rursum, & quarto loco, (estque differentia Vigesima tertia) de iure ciuili succedit loco accusationis, non de iure canonico, & rationem differentię pulchre assignat Bal. in. l. reos in fi. C. de accusa.

Vigesima quarta, quia de iure ciuili confessio facta absente parte non præiudicat confitenti, de iure autē canonico sic, quia fundatum est in æquitate c. cum dilecti de iudi. c. j. de dolo & cōtu. c. literas de iu. cal. Areti. consi. lxiiii. col. j. Io. And. & But. in. c. si cautio de fid. instru.

Vigesima quinta, quia filius de iure ciuili matrimonium haud contrahit, sine patris consensu, quia nepos nasciturus ex filio est, futurus suus auo, qui filio prēmortuo necessario ipsum instituere tenetur, quo fit ne quis inuitus suum hæredem habeat, ut uelit lex quod ipse consentiat. l. in bello. §. medio tempore & ibi Bar. ff. de capti. & postli. re. de iure canonico autem necessarius non est, vt ibidem.

Vigesima sexta, quia de iure ciuili aliud est dare, & aliud facere, pariter, diuersaque obligatio dandi, ab obligatione faciendi, nulla uero diuersitas iure canonum. c. suam de pen, Bar. in l. iiij. in §. cato col. vij. ff. de verb. oblig.

Iure canonum etiam (eritq; Vigesima septima differentia) mulier nubit intra annum luctus, licitè dicente apostolo mortuo viro, nubat in domino, de iure ciuili autem non, l. liberorum. §. j. & ibi Bal. ff. de his qui not. infa.

Vigesima octaua est, quia testis criminosus, non repellitur de iure ciuili, nisi confessus uel cōdemnatus, de iure canonico autem sic, dummodo sit publice diffamatus vt docet idem Bal. in. c. super eo de testi. & in. c. j. col. j. ad fi. de exceptio.

Vigesima nona est, quia furem quis iudicare tenetur de iure canonico. c. qui cum fure de fur. sed non de iure ciuili. l. ciuile ubi tamen Bar. videndus est. C. de fur. Multa Ro. singu. Dcclxxxvii. & ibi etiam quod de rebelle.

Dicimus etiam nos (eritq; trigesima differentia) quod sacrilegium est, si auferatur res sacra de loco Sacro, Canonistæ vero, quod alterum tantū sufficit, de quo tamen in l. diuus. ff. ad legem Iul. pecu. & in c. Sacrilegium. xvii. q. iiii. Barto. in l. si pondum. C. de fur.

Trigesima prima est, quia in appellatione ab interlocutoria de iure ciuili scriptura non est necessaria de iure canonico autem sic, imò quod primo casu sufficit dicere appello, secundo uero causa requiritur, necesseq; est quod inseratur et vtrunque dictum ponit Bal. in l. eos in. §. si autem in prin. C. de appella.

Trigesima secunda est, quod à vicario de iure ciuili appellatur de iure ciuili ad ordinarium, de iure canonico autem non. l. à proconsulibus & ibi not. C. de ap. c. ij. de consue. in. vj.

Trigesima tertia est, quia isto iure, pœna perpetui carceris solet imponi, cum sit perpetua seruitus, æquiparatur damnationi in metallum, cum non habeat ecclesia iudicium sanguinis. c. sententiam sanguinis ne cle. vel mo. Inno. in. c. qualiter & quando de accu. Bar. in l. imperium, nu. viii. ff. de iu. om. iud. Bal. in l. reos col. ij. C. de accu. illo autem non l. capitalium. §. solent. ff. de pen. tolerabile tamen in seruili conditione ut dicit tex. in l. incredibile. C. de pen. & si per statuta imponeretur, secundum Bal. in d. l. reos.

Inquit etiam Bar. (eritque Trigesima quarta differentia) quod spoliatus omnibus bonis, ante restitutionem non auditur, de iure canonico, de iure ciuili autem sic, in l. si te. C. de iu. delib. & ꝓbatur in. c. j. de resti. spo. in. vj.

Trigesima quinta est, quia in sepultura alicuius eo inuito, neminem Prælatus imponere potest, de iure canonico, alias autem & de iure ciuili sic. l. j. l. si plures. ff. de reli. Archid. in. c. præcipiendum. xiii. q. ij. Ro. singu. Dclxxxv.

Trigesima sexta est, quia super iure sanguinis, licet transigere. de iure ciuili l. transigere. C. de transac. l. j ff. de bo. eorum qui sibi ip. mor. consciue. iure canonum autem non, ex quo pro nullo crimine etiam irrogatur pœna sanguinis. c. sententiam sanguinis ne cle. vel mo. glo. in. c. j. de collu. det. Archid. in. c. primates. v. q. ij. Rom. singula. Dclxxxj.

De iure ciuili confessus & conuictus appellare non potest. l. obseruare. C. quo. ap. non recip. De iure canonico autem confessus non appellat, conuictus sic. c. cum Speciali. §. porro de ap. cap. Romana eo. ti. in. vj. ad longum tamen videndus est Ro. singu. Dcxix. & hæc erit interim differentia Trigesima septima.

Non potest etiam Trigesimo octauo, consistere iudicium regulariter inter patrem & filium. l. lis nulla. ff. de iud. de iure ciuili. quia nec habet filius legitimam personam standi in iudicio sine consensu patris. d. iure. l. fin. §. necessitate. C. de bonisque lib. de iure canonico autem sic. c. si. de iud. c. si ecclesia, xxiiii. q. iiij. c. quæritur ij. q. j. & vtrobique glo. Ro. singu. Dcxv.

Videmus etiam quod clericus de iure ciuili (& Trigesimo nono) renunciat priuilegio fori. l. si quis in conscribendo. C. de pact. de iure canonico autem non, nec etiam de consensu sui episcopi. c. si diligenti de fo. comp. Odof. in d. l. si quis in conscribenda col. pe.

Qua

Quadragesima differentia est, quia mulier potest esse testis in causa criminali, de iure ciuili. l. ex eo. ff. de testi. nisi crimen publicum sit, vel agatur de abscisione membri, quoniam tunc secus, ex quo nec etiam poterit accusare. l. qui accusare ff. de accu. de iure canonico autem non potest esse testis in accusatione criminali, nisi per inquisitionem vel denunciationem procedatur. c. forus de ver. si. Ias. in addi. por. in. §. possunt autē col. j. insti. de testam.

Quadragesima prima est, quia â sententia lata in causa possessoria non appellatur de iure ciuili l. j. C. si de mo. po. fue. ap. canonico autem sic, quia diffinitiua uel quasi dicitur, ut in cle. j. de cau. po. & prop. & in. c. j. de iudi. & in. c. consultationibus de offi. de. Ias. in addi. por. inst. de auth. tut. col. v.

Quadragesima secunda est quia hæres de iure ciuili non tenetur ex delicto defuncti nisi quatenus ad eum peruenerit vel sit cum eo facta litis cōtestatio. l. j. C. ex del. def. iure canonum autem indistinctè. c. fin. de sep. cap. in literis de rescrip. Milis in ver. hæreditas nu. iiij.

Quadragesima tertia est, quia de iure ciuili inter seruos seu inter liberum & seruam matrimonium contrahi non poterat, de iure autem canonico sic ut toto titu. de coniu. seruo. Abb. in. c. in presentia col. v. de proba.

Quadragesima quarta est, quia de iure ciuili concubinatus erat approbatus. l. in concubinatu & ibi Bar. ff. de concubi. De iure canonico autem non, imò meretrices esse & ad meretrices accedere prohibet ius diuinum & dominus. c. meretrices. xxxij. q. iiij. & huic standum est quia lex nutritiua peccati non valet ut dictum fuit supra post Abb. in. c. ecclesia S. Mariæ col. iiij. de cōsti.

Quadragesima quinta est, quia simili modo permittebat ius ciuile usuras, & vtrunque ut maius malum vitaretur, secundū Bar. in. l. cūctos populos in v. oppo. C. de summa tri. & fi. catho. & habetur ad propositum in. l. eos. C. de vsu. canonicum autem prohibet & huic pariter standum est, ratione supra dicta. c. j. c. quia in omnibus. c. super eo & toto ti. de vsu. imò dicit Bal. quod canones sunt tanto legibus altiores quantum cœli gubernacula distant, à mortalibus, vel quantum perpetuum à corruptibili consi. cccclxiiij. ad fin. volum. j.

Quadragesima sexta est, quia de iure ciuili in præscriptione sufficit quod à principio adsit bona fides nec mala superueniens præscriptum interrumpit. l. j. §. hoc tantū modo. C. de vsucap. transforman. l. sequitur. §. de illo. ff. de vsucap. de iure canonico autem, quod adsit omni tempore requiri videtur. c. fi. de præscrip. latè Balb. in vij. q. iij. par. prin. col. j. in tracta. præscrip.

Quadragesima septima est, quia de iure ciuili multi sunt contractus Bonæ fidei, & stricti iuris de quibus in. §. actionum insti. de actio. & in. l. in actionibus. ff. de in lit. iu. iure canonum autem oēs sunt bonę fidei vt ꝑ Bal. in c. ad fi. de plus pet.

Quadragesima octaua est, quia in nullo possessorio de iure ciuili appellatur, iure canonum autem sic in omni ut idem Bal. dicit in. c. susceptis in prin. de cau. po. & prop.

Quadragesima nona est, quia de iure ciuili fur sum fictio. l. cum de in rem verso. ff. de vsu. procedit, de iure canonico autem, & in spiritualibus minimè inquit Bal. adhuc in. c. ex parte ade col. j. de testi.

Quinquagesima est, quia de iure ciuili incertitudo uiciat contractum. l. ita stipulatus magna. ff. de verbo. ob. iure canonū autem non, omnisq; promissio valet & ex ea agi potest ut declaretur arbitrio boni viri. Et not. Archid. in. c. sunt nonnulli. j. q. j. & Ale. in d. l. ita stipulatus col. ij. ad fi.

Quinquagesima prima est, quia in actibus etiā pijs requiritur solemnitas septem testium rogatorum de iure ciuili, sed non de iure canonico quia duo sufficiunt, vt Bald. not. in. l. j. in. j. lectu. col. iiij. C. de sacrosanc. ec.

Quinquagesima secunda est, quia de iure ciuili spurio relinqui non potest. l. qui testamentum. ff. de proba. de iure canonico autem sic. c. cum haberet de eo qui dux. in mat. quam pol. per ad Bal. in. d. l. j. col. x.

Quinquagesima tertia est, quia de iure ciuili testes in testamento debent esse rogati, l. generali. C. de sacrosanc. ec. de iure canonico autem non c. relatum de testa. Bal. in d. l. j. col. xij.

Quinquagesima quarta est, quia de iure ciuili debetur legatum relictum ad pias causas à testatore credente rem esse suam cum tamē n̄ foret aliena, de iure canonico autem non ut idem Bal. ibi dicit col. xiii.

Quinquagesima quinta est, quia de iure ciuili non conficiens inuentarium tenetur ultra vires hæreditarias. §. hinc nobis in auth. de hęre. & fal. Alex. in. l. j. ff. de acqui. he. de iure Canonico autem non. c. in literis de rapto. c. quanquā de vsu. in. vj. Bal. in. d. l. j. col. præallega. xiiij.

Quinquagesima sexta quia testamentum conditum ab eo qui sit constitutus in articulo mortis non valet de iure ciuili, de iure canonico autem sic. c. cum esses. c. relatum, de testa. Bal. in d. l. j. col. xv.

Quinquagesima septima est, quia factum ad pias causas nutu. d. iure ciuili non valet, canonico autem sic vt ibidem col. xvi.

Quinquagesima octaua quia filij in casu auth. si qua mulier. C. de sacrosanc. ec. de iure ciuili expectant mortem patris, nec ante legitimam petere possunt, de iure autem canonico sic. c. cum simus de regula. quem tex. dicit adhuc Bal. in. d. l. j. col. pe. alibi non reperiri.

Quinquagesima nona est, quia de iure ciuili vicarij, & locum tenentes non possunt exercere iurisdictionem meri & mixti imperij. l. i. ff. de offi. eius cui man. est iu. de iure canonico autem sic. c. in archiepiscopatu de rapto. c. fin. ne cle. vel. mo. in vi. Ro. consi. lix. col. ii.

Sexagesima est, quia non valet venditio de iure ciuili rerum ecclesiasticarum sine subhastatione, de iure autem canonico sic, tradit Bal. in auth. hoc ius porrectum col. ij. C. de sacrosanc. ec.

Vbi etiam col. pen. (& sexagesimo primo) dicit, quod si bona relinquantur hospitali ne possint alienari, iure ciuili alienanda non erunt etiã in casu necessitatis, canonico autem sic.

Sexagesimo secundo ordinarius de iure ciuili ut suspectus recusari non potest. l. apertissimi. C. de iud. de iure autem, canonico sic. c. secundo requiris de ap. c. suspitionis de offi. de. dixi ego, in c. j. de mutu. peti.

Sexagesimotertio, ordinarius vel delegatus nõ potest esse arbiter, de iure ciuili, Canonico autem sic ut in. §. arbiter Milis. nu. xv.

Sexagesimo quarto commissione citationis non interrumpitur præscriptio, nec perpetuatur actio de iure ciuili. l. i. C. quãdo lib. prin. da. canonico autem sic, vt per Bal. in. c. licet vndique col. ij. de offi. de.

Sexagesimo quinto quia nunquàm actus de iure ciuili irritus perpetuationem facit. l. si pater. C. ne de sta. def. de iure canonico autem sic, ut inquit Bal. in d. c. licet vndiq; col. ij. prçallega.

Sexagesima sexta est differentia, quia si sententia lata super possessorio continet expressam iniquitatem poterit appellari tanquàm à iudicis dolo, de iure canonico, sed non de iure ciuili. c. pastoralis. §. præterea & ibi Bal. col. ij. de offi. de.

Sexagesima septima est, quia sententia adhuc siue laudum latum vno ex arbitris absente & non citato de iure ciuili est nulla, Seu nullum. l. si intres. l. sicuti. ff. de arb. De iure canonico autem aliqua seu aliquod. c. ij. eod. tit. in. vj. pulchre Ro. consi. lxvij. in prin.

Sexagesima octaua, quia pactum de non succedendo quanquam iuramento firmatum non valet de iure ciuili canonico autẽ sic ut inquit Bal. in. l. pactum quod dotali in. xix. q. C. de pact.

Sexagesimo nono, dicit etiam alibi, quod si specialis pronunciatio fiat in titium quod sit hçreticus, quod de iure ciuili ab ista pronunciatione poterit appellari de iure canonico autem non in. l. nemo clericus col. j. C. de sacrosanc. ec. & est speciale in crimine hæresis ut ibi subijcit & probatur in. c. ut officium de here. in vi. & cum denegetur appellatio sic etiam sibi defensio denegari videbitur. c. suggestum de ap. quæ tamen est de iure naturali. l. i. §. cum arietes. si quad. paup. fe. di. cle. pastoralis de re iud. Sed nimirum propter criminis detestationem. l. per omnes. C. de defen. ciui.

Septuagesima est, quia de iure ciuili in testamento requiruntur septem testes masculi, & rogati (vt dicebam etiam supra differentia liii.) de iure canonico autem, maximè in relictis animam specialiter respicientibus, quod in his præualet, duo sufficiunt, etiam non rogati, dum tamen sint fide digni, immo si essent quoque mulieres quod admitterentur argumentum. in. l. hac consultissima in. §. ex imperfecto. C. de testa. & in. l. fin. ad fin. C. de codicil. Bald. in. l. j. col. iiii. C. de sacrosanct. eccl.

Septuagesima prima est, quia testamentum filij fam. ad pias causas non ualet de iure ciuili. l. qui in potestate. ff. de testamẽtis. de iure aũt canonico sic, si maximè pater cõsẽtiat. c. fi. de sep. ĩ vi. fusius Bal. in. d. l. i. lec. ij. col. iiij. C. de sac. san. ec.

Septuagesima secunda est, quia testamentum vsurarij, præstiti a cautione postea reconualescit de iure canonico. c. quanquam, & ibi per docto. de usu. in. vj. non de iure ciuili. l. j. §. si filius. ff. de lega. iij. Bal. in. d. l. j. lectu. ij. præallega. col. vi.

Septuagesima tertia est, quia regu. Catoniana quæ est iuris ciuilis. l. i. ff. de regu. cato. non habet locum de iure canonico, & confert (ut declarat Bal. in loco præallega.) ad differentiam proximam supra, quia sufficit quod superueniat habilitas stante voluntate ut in d. c. quanquam.

Septuagesima quarta est, quia monachus de iure ciuili nõ potest esse tutor. §. deo autem amabiles in auth. de sanc. ep. de iure autem canonico sic maximè testamentarius vel datiuus. c. perueniat. lxxxvi. dist. fuse tamen Bal. in l. generaliter col. vi. C. de ep. & cle.

Septuagesima quinta est, quia de iure canonico a quolibet grauamine põt appellari, de iure ciuili non, & maximè si sit grauamen quod post sentẽtiam possit reparari, ut in. l. ij. vbi idem Bal. col. ij. C. de episcopa. audi.

Septuagesima sexta est, quia à sententia lata in possessorio si sit diffinitiua, de iure ciuili non appellatur, de iure autem canonico sic, ut ibidem col. ulti.

Septuagesima septima est, quia ex sola filij nominatione præsumetur matrimonium, sed non de iure canonico. c. illud quoque de præsump. Bar. q. xi. col. iii.

Septuagesima octaua est, quia quæ ad principem spectant non sunt neque delegabilia, neque præscriptibilia de iure ciuili, de iure canonico autem sic, vt not. D. de Rota decisio. cccexvi. in prin. de offi. ordi. in nouis.

Septuagesima nona est, quia lex ciuilis præsumit matrimonium si simul masculus & fœmina cohabitent simul. l. in libere. ff. de ritu nup. canones uero adulterium siue fornicarionem. c. aliter. xxx. q. v. est verum quod hoc casu stãdum est iuri canonico in vtroq; foro cũ sit materia quæ spectat ad ecclesiam. & declarat Abb. in. c. ecclesia S. Mariç col. vii. de consti.

Octuagesima & vltima est, (alias enim non tango, quia ad saturitatem scripserunt post Bar. alij, maximè Zanetinus, Io. Bapt. à S. Blasio, & prosdocimus de comitibus in eorum tractatibus. quas tamen ponit Barto. dicunt fuisse cuiusdam Gul. docto. antiqui. suas longo ordine Zane. in c. j. de accu. conscripsit. dic ut per eos, quia lex ciuilis adhuc, tollit episcopo cohabitationem cuiuslibet

iuslibet mulieris,etiam non suspectæ auth.nullá. C.de ep.& cle.canonica autem permittit, matrē vel sororē.c.interdixit.32.d.Idē.Abb. vbi supra

ADDITIO.

Est etiam Octuagesima prima,quia de iure ciuili Impetratio iudicis ad lites,non ualet, nisi in casu,quando Ordinarius iusticiam facere negat. §.& non permittat, in auth.de manda. prin. De æquitate canonica auth.secus, quia poterit etiā si non sit in aliqua culpa ut pulchrè per Bal.in l. ii.ad fi.C.vt lite penden.

Octuagesima secunda est,quia iura ciuilia uel le uidentur,quod actio exprimatur in libello. l. age cum geminiano.l.actione.C.de transac.argumentum in l.i.ff.de eden. & innuere uidetur tex. etiam in l.edita.C.eo.canonica autē. dicūt quod non est necesse c.dilecti,de iudi.& ibi.Inno.nos late in l.ædita.vbi Bal.tamen in lectu.perusi.col. iii.dicit,quod expresio duplex est, explicita & Implicita,quodque explicita necessaria non est, quādoquidem, tacite ex propositis intelligatur, & bene,quia expresio eorum quę tacite insunt nihil operatur, nec fieri debet quod factum non releuat.l.cum quid.ff.si cer.pet.l.hæc uerba.ff.de lega.i.l.hęc stipulatio.§.diuus.ff.vt lega. no. caueа. Implicita autem sic.

Octuagesima tertia est, quia si egi rei uendicatione non expressa cā eaque superueniat lite contestata, non inducit condemnationem ex eadem instantia de iure ciuili.l. non potest.ff.de iudic. Dyn.insti.de actio.in prin.de iure canonico autem sic.c.abbate sanè de re iudi.in. vj. Et rationē asignat Bal.in.d.l.edita col.vj.

Octuagesima quarta est, quia de iure ciuili literis iudcum sigillatis standum non est, sed scripturis tabellionum, de iure canonico autem sic, si iudices maiores fuerint,exempli gratia episcopi.c.post cesionem de proba.Idemq; de iure ciuili,in his quæ sunt modici præiudicij.l. curent. ff.de testi.l.si publicanus.ff.de publi.& vecti.l. si qua per calumniā.C.de ep.& cler.& ut per Bal.latius in.l.pacta nouissima col.vlti.C. de pac.

Octuagesima quinta est, quia in obligationibus facti regulariter & de iure ciuili,succedit obligatio ad interesse.l.si quis ab alio.ff.de re iudi. l.stipulationes non diuiduntur, ver.Celsus.ff.de verb.ob.debitorq; soluendo liberatur de iure canonico autem non, immo quòd præcise ad factum tenetur.c.qualiter ibi,opere compleantur, de pac. & nititur hoc ipsum ex multis ostendere Ro.in.d.l.stipulationes non diuiduntur col. vii. Fusius Burgos in rub.de emp. & uend.col.i.& ij. Zaneti.in.d.c.i.diffe.lxvj. de accu. interim tu si, aliquas nos adduxisse supra ex his quæ ab alijs dicta fuerunt,compereris, ignoscas, quoniam nil dictum est, (vt ait Comic.) quod prius dictum non fuerit, eritq; satis non ita uestigijs inhesisse, ut nihil ex nobis dixerimus, quandoquidem multa etiam sint non ab illis excogitata, prius, aut præuisa. & si qua pars etiam foret earum in hisce quæ nostrę sunt, vulgatum illud,me recreabit repetita placebunt,maxime pulchritudine decorata, de quo in.l.i.in.§. supradictis.C.de emenda.Codi. Finis.

τέλος.

DE QVIBVSDAM VERBIS DEQVE SIGNIFICATIONIBUS eorum,quomodo intelligantur & quam habeant interpretationem, liber.



De verbis deq; verborum significatione nunc tractare aliquantisper intendimus, quomodo intelligantur & quam habeant interpretationem, tametsi satis superque dictum sit alibi.ex quo natura nouas semper deproperat edere formas.l.ii.§. sed quia.C. de vete.iu.enuclean.c.i.§. sed quia quæ fue.pri.cau.be.amit. in vsibus, & si me planè Doctorem seu magistrū esse non ostēdero,non tamen preconizabo seu preconē agam ex toto, quæ legi tantùm referens, sed pro posse multa potius adiiciam, aut saltim breui, & præscripto quodam ordine tibi omnia exarabo.

Sciendum igitur est, & primo, quod propria verborum significatio, quandoq; sumitur ab auctoritate quia lex dicit.l. proprie.l. ferri. ff. de verb.sig. quandoque à diffinitione.l.i.ff.de tute. l.i.ff.de testa.l.i.ff.de fur. & quandoque ab allusione.l.ii.§. appellata. ff. si cer. pet.l. pupillus.§. territorium.l.tugurii.ff.de verbo.sig. nisi allusio diffinitioni repugnet, vel limitationi, seu qualificationi factæ à iure, ut exemplificat & declarat Bar.in.l.omnes populi nu.lix.ff.de iusti.& iu.

Secundo quod verba intelligi debent secundū ordinem iuris.l. vxorem.§. testō & ibi Barto.ff. de lega.iii. communis vel municipalis ut inquit Bal.in.l.liberti col. vii. C.de ope. lib. secundum subiectam materiam. l. si vno.ff.loca. secundum qualitatem personarum.l.plenum.§.equitii.ff.de vsu & hab. secundum naturam officii & contractus super quo interponuntur.l.i.§.fin.ff.de publica.l.damnum & utrobique Bar.ff.de dam.inf. & regulariter secundum propriam significationem dicit idem Bar.in.l.filius familias in prin.ff. de dona. & maximè in statutis contractibus & similibus.l.iii.§.hæc verba & ibi not.ff.de nego. gest.l.quicquid astringendæ.ff. de verb.ob. Et si non possunt intelligi proprie impropriantur ut actus sustineatur & potius valeat quam pereat.l. quotiens.ff.de reb.dub.Ias.multa in.l.si tibi pecuniam.ff.si cer.peta.

Tertio etiam verba,quę non possunt intelligi de iure intelliguntur de facto.l.si mulier.§.pe.ff. de cond.insti.l.renitente ad fi. C. de iure delib.l. quidā.§.videamus.ff.de uerb.ob.Bal.cōs.ccxviii. col.ii.vol.iii.

Et

Et ad ſtatuta redeuntes (quarto) ſi in eis poſita, plures ſignificationes proprias habent, efficiunt ut ea capiatur quam ſubiecta dictabit materia. d. l. ſi vno.ff. loca. ſi propriam & impropriam vero, propria (vt dictum eſt) amplecti debebit, tradit Barto.in.d.l.omnes populi num. præallega.

Quinto intelligi debent etiam ſano modo cceagit Iudex agit pars, ſed tamen hoc idem verũ erit ſi legitimè agant ita Barto.,in.l. meminerint nu.iiij.C.vnde vi. Et ad idem, quod modicè lędit aduerſarium poteſt â Principe impetrari, niſi id per uim occupetur.l.quotiẽs.C.de preci.Imp. offe.declarat Bar.in.l.auctoritatem.C.eod. Qui dicit etiam in.l. conſuetudinis col. ij. C. quę sit lon. conſue. quod ſequi debemus id quod fecit Po. Ro. ſano modo tamen ſi ex certa ſcientia id fecerit, non male ac perperam. Et in.l. ſi fideiuſſor in.§.i.ff. qui ſatiſda.co.quod ſeruus non agit, nec ex communicatus de iure canonico, ſed tamen quod ſe defendunt defenſione neceſſaria, voluntaria non.

Sexto ſciendum eſt, quod verbum ſignificat factum, ſicut aduerbium, quod ſignificat qualitatem facti, dicit idem Bartol.in.l. Pomponius in prin.col.pe.ff.de nego.geſt.

Septimo quod quanquam verba & ſcriptura æquiparari videantur, habent tamen verba neſcio quid pluris.l. labeo.§.idem tubero.ff.de ſup. lega. Et neſcio quid latentis energiæ uiua vox docentis, vt inquit Hiero. in prohe. Bibliæ. Et eſchines aduerſus Chteſiphontem. quid ſi audiuiſſes Beſtiam illam perorantem; multa Boer. deciſio.i.nu.xxxiiii. par.i.Bal. in rub.de teſtib.

Eſt etiam & Octauo, verbum vniuocum, equiuocum & analogum. vniuocum homo, quia pluribus conuenit eadem ratione.l. hominis.ff. de verb. ſig. æquiuocum Canis, quia pluribus conuenit, diuerſa, namq; cœleſtis eſt piſcis & latrabilis ut per Bar.in.l.quotiens in ſtipulationibus. ff.de verb.oblig. Analogum vero, quia pluribus conuenit rebus, rationibus partim diuerſis, partimque eiſdem, vt ſanus, is enim animalibus ratione ſanitatis conueniens eſt, vrinę reſpectu ſigni, &: Medicinę reſpectu effectus ut pulchrè docet Sauonaro.de princip.Syllogiſmo.c.xix.

Nono ſi verba generalia poſſunt multa cõpræhendere reſtringuntur ſecundum mentem contrahentium ſiue teſtatoris.l.obligatione generali.ff.de pigno.l.ſi de certa cum materia.C.de tranſac.Bart. in.l.aurelio in.§.Caius.ff. de libe. lega. Are.conſi.clxvii.col.ij.

Et ſi in contractu ad huc poſita (atque decimo loco) poſſunt ſeruitutem ſapere de ſeruitute actiua intelligentur non paſſiua & pro eo in cuius fauorem apponuntur ut inquit Flo.in.l.ſi arborem ad fi.ff.de ſerui.ruſtic.p̄dio.& in l. ſi uia.ff. eo.ti.

Qui dicit etiam Vndecimo. in l. intradendis in prio.ff.communia prædio.quod uerba habẽtia duplicem intellectum ſi ſecundum vnum valeat diſpoſitio, ſecundum alium vero vicietur, quod ſecundum illam intelligentur & non ſecũdm illũ.

Duodecimo rebus veriſimilibus quoq; debent concordari & referri in dubio ad eam perſonam ad quam magis pertinent.l.ſi ita quis.ff. de euic. l. ſi ſeruus.§.qui margaritam.ff. de lega.i.l. cum in teſtamento & ibi Bar.ff.de au.& ar.lega.l.lege Cornelia ad fi. ff. ad Sillania.l. ſeruo legato.§. ſi teſtatoris.ff.de leg.i.Stepha.Fed.de int.in.par.3.

Decimo tertio intelliguntur & intelligi debẽt per prius & non per poſterius.l.qui liberis.§.hęc verba.ff.de vulga.& pup.ſub.

Et ſimpliciter non ſecundum quid (decimoquarto loco.) l.i.l. filiusfamilias & ibi Bart.ff.de dona.l.hoc legatum.ff.de lega.iij.

Et ſi verbum adhuc & Decimòquinto, duplicem habuerit ſignificationem dicetur obſcurum. c.In præſentia de proba. adeo quidẽ ut teſtis interrogatus, quid ſit mutuum, quoniam huiuſmodi eſt, iuris & facti ſcilicet, non teneatur reſpondere.l. de ætate.§. qui tacuit.ff. de int. ac. de quo tamen dubito ego in.l.i.lectu.iij.ff.ſi cer.pet.

Sunt etiam Decimo ſexto quædam vniuerſalia, vt omnis, quędam indefinita termino communi, ut homo, fœmina, ſeruus, adiectiua quis, qui & quę, latè Bar.in.l.i.col.ij.ff.de regu.iu. itẽ & rurſus vniuerſalia, affirmatiua, negatiua, & indefinita, quibus regula conſtituitur. l. omnis diffinitio.ff.eo.c. nullus eod.titu.in.vj.l.i.§.cum vrbem.ff.de offi.pręfec. vrb.Dy.in rub. de regu. iu.poſt prin.in vj.

Decimo ſeptimo, ſi ambigua fuerint teſtamenti ſignificantia ſeu quę poſsint ſignificare modũ & conditionem, in dubio interpretanda ſunt, ut potius modum quàm conditionem ſignificent.l. quęro.§.inter locatorem.ff.loca.Cyn.& Bar.in.l. cum mota.C.de tranſac.Bal.in.l.& ſi poſt tres, in rep.ff.ſi quis cau.Areti.conſi.cl.col.ij.

Et ſi adhuc fuerint generalia Decimo octauo, indefinite prolata à verbis ſpecialibus intellectũ recipient, l.quotiens & ibi Bal.in prin.C.fa.her.

Qui dixit etiam Decimonono, in.l.ſi com ante.C.de dona, ante nup.quod in contractibus obliqua ſunt omnia requirentia traditionẽ de manu alterius, vt in legatis & fideicommiſsis.l.ij.C.cõmunia de lega.

Et alibi Alex.vigeſimo, quod prolata à vulgaribus intelligi debent prout communiter accipiuntur, & vulgo conſi.cij.col.ij.vol.vi.& bene. l. ſtipulatio iſta.§.hæc quoque.ff.de verbo.oblig. Bal.in.c.i.in prin.col.iii.de ſuc.feu.in vlib.

Interpretanturq; inſuper & vigeſimo primo, Octo modis ſignificatione ſcilicet natiua & principio, quo ſunt nata vel data hoc eſt poſtea vſu gentium mutata, licet primas inſtitutiones neſciamus, verum de ipſis credendum eſt autoribus.l.i.in prin.ff. ſi cer. pet. intellectu communi loci vel patrię ut patauinorum.l. librorũ.§. quid tamen. caſsius. ff. de lega. iii. naturali iuſticia. l. ſcire oportet.§.ſufficit.ff. de excu. tuto. naturali

charitate

charitate & uerisimilitudine.l. tale pactum.§. fi. ff.de pac.l.Gallus.§.j.ff.de lib.& posthu.utilitate publica.l.si quis in graui.§. hij quoque.ff.ad Syllania.l.ita vulneratus.ff.ad legem aqui.c. vt fame de sen.exco. uiua ratione quæ anima est scripturę.l.frater à fratre ff.de cond.ind.l.j.§.ueteres.ff. de acqui.poss.æquitate, considerata persona eius cui inesse debet.l.ex facto in prin.ff. de vulga. & pup.sub. Stilo iudiciorum & consuetudine.l. secunda.C. quæ sit long. consue.c. quam graui de cri.fal.l. si de interpretatione.ff. de legi. pulchrè Bal.in.l.fi.col.vii.C.de here. insti.

Vigesimo secundo verba legis quanquam generalia debent ita & taliter interpretari vt alteri legi non contradicant sicuti in testium dictis.c. cum tu de testi.l.solent & ibi Barto. in prin.ff.de offi. procon.

Et si negatiuè proferantur vigesimo tertio statim suum producent effectum.l.iiii. ff. de manu. testa.Bar.in.l.metum in.§.volenti col. j. ff. quod met. cau.

Vigesimo quarto dicimus hinc etiam, quod verba infiniti congruunt omni tempori, nanque verum erit dicere me amare de pręsenti, me amare debere in futurum, meq; amare debuisse in pręteritum,& sic (ut dixi) infinitum congruit omni tempori inquit Idem Bar. istud memoriæ commendandum subiiciens.in.l.stipulationum in.§. j.in prin.ff.de verb.ob.

Et vigesimo quinto, quod illa de iure & de facto pluribus modis intelliguntur ut per eundem Bar.in.l.stipulatio ista habere licere col. ij. ff. de verbo.obliga.

Qui dicit etiam & vigesimo sexto in.l. si quis arbitratu.col.ij.ff. eo. quod illa arbitrio Titii in vltimis voluntatibus conditionem non faciunt in contractibus autem sic.

Sunt quoque verba blanda & adulatoria, quæ maximè (et vigesimo septimo) fauore libertatis inducunt dispositionem & si ad honoratum referantur pariter.l. paulus.§.paulus, ff. de fideicom. lib.de quo.Bart. ibi dicit fecisse magnum festum cum interpretaretur.l.generaliter.ff.de lib. lega. idem Bar.in.l.ex hac scriptura col.iii.ff.de dona. ergo non regulariter.l.obligationum substantia. ff.de ac.& ob.l.quęsitum.§.deniq; ff. de fun. inst.

Vigesimo octauo inquit Barba..consi. lv. col. ij.vol.iii.quod multiplicata maiorem efficaciam habent q̃ simplicia post Bal.in prohe. fforum & behe argum.in.l.Balista.ff.ad Treb.

Et alibi vigesimo nono Bal. in.l.i. in.§. huius studii col. ij. ff. de iusti.& iu. quod si simpliciter proferantur, principaliter intelligi debebunt nō secundario, dicitque notandum esse.

Restringunturque trigesimo, absolute prolata, ad id quod possibile est de natura, de facto, de iure,& secundum bonos mores.l.nepos proculo.ff. de verb.sig.idem Bal.in.l.omnes populi, col.viii. ff.de iusti.& iu.

Trigesimo primo, non aliud sunt verba q̃ vox quædam formata ab intellectu,& ore prolata vel scripta.l. labeo.§. idem Tubero. ff. de sup. lega. Bal.in.l.scire leges.ff.de legi.

Trigesimo secundo desinentia in osus plenitudinem significant, imò quod viciū habent.l.capitalium.§. famosos.ff.de pen.l. secunda.§.fi. & ibi no.ff.de his qui not.infa.

Trigesimo tertio adhuc scire expedit, verba nomine alterius tribus modis in iure capi posse, vt primum actum nudi ministerii designet, postea mixti, & vltimo loco ut inferant in causa non in forma.l.pater ex prouincia.ff.de ma.vind.l.huius modi.ff.de lega.j.l. si cautiones & ibi Bal. col.ij. C.qui accu. non po.

Trigesimo quarto, quod omne uerbū ueritatē importat, si per legalē dispositionē veritas introduci potest, alias notatur fictio.l. filio quem pater.ff.de lib.& posthu.l.furti.§.j.& ibi Bald.col. j. ff. de his qui not. infa.

Trigesimo quinto, si verba vniuersalia fuerint, includēt futura.l.fi.C.quę res pi.ob.po. ubi tñ de pręiudicio non agitur, uel si id fuerit modicū. Et ideo sic ad futura porrigitur pariter vniuersale mandatū.l.lucius iuncta glo.in argu.tamen.ff.de fun.inst.Bal.in.l.item & ad litem.ff.de procu.

Trigesimo sexto quoq; iuri sunt adaptanda, si fuerint indiscreta puta, quia promittat quis, aliquem defendere, siue clericū in causa spirituali, sine dubio intelligi debebit coram iudice cōpetēti, & quo ad clericū corā Epo nō corā potestate. l.sed hæc.§.non solū & ibi Bal.ad fi. ff.de procu.

Haud pręterminttentes Trigesimo septimo, qđ eorum certitudo (de verbis loquor in materia) arguit certitudinē intellectus, ideo societas q̃ sermonibus cōtrahitur, clara est.l.iiii.ff.p so.forma liaq; verba sunt eiusdē Bal.cōs.397.i prin.vol. v.

Trigesimo octauo hæc verba, pono te in locū meum inducunt mandatum, vt per Ro.in.l.in pro uinciali in.§.i.col.i.& in.§. si ego ubi etiam Bart. ante eum.ff.de no.op. nuncia.

Trigesimo nono et dico ex his, totiēs quotiēs, quem se obligare in infinitum ad reprefentādum eum pro quo promisit.l. veluti.§. i. ff. de eden. Ro.in.l.si finita in prin.ff.de dam inf.

Quadragesimo, illa, nō puto mihi expedire, p lata post tempus datū ad deliberandū repudiationem inducunt.l.de ætate.§.i.vbi.etiam Bart.ff.ad Treb.& ibi cōiter cæteri ita trāseunt, idē Bar. in l.serui electione, in prin.ff.de lega. j.

Quadragesimo primo, dubitatio nō parua est, quo modo illa rursū intelligātur, si emphyteosis concessa sit vsq; in tertiā generationē, de quo in. §.alienationes in auth. de nō alienan. & breuiter sciendum est, intelligi ut filium includat nepotem & pronepotem & ut fusius declarat Bald. consil.ccclxxv. vol. iiii.

Sūt & verba enūciatiua quadragesimo secūdo, de qbus i.l.ex hac scriptura.ff. de dona. hecq; nō disponūt regulariter ut ibi not.sed merā inducūt exceptionē, maximè ad odium prolata.l. si socer

& ibi Bald. ad fin. ff. solu. mat. l. fin. C. de codicil. Alia vero, quadragesimo tertio considerantur, eorumque sumenda est intelligentia, ex causis, ex loco, ex tempore, & ex persona. cap. intelligentia de verbo. signifi. l. si. ad fin. ff. de ac. & ob. Calde. consi. viii. de offi. lega.

Suntque signa (quadragesimo quarto) earum quę sunt in anima passionum notæ. l. Labeo, §. idem tubero. ff. de sup. lega. hæcque est finalis causa linguę, ut loquamur scilicet, quæ in corde habemus, & vera quidem ac simpliciter non dolose, quoniam vna etiam nobis à natura data est.

Nec sane in materia ignorandum est quadragesimo quinto, quod actus verbi distinguitur ab actu facti, ex quo primo modo feudum non incidit in commissum, secundo autem sic. l. alienatum. ff. de verbo. signi. Bal. consi. clxxxvii. col. fin. vol. iii.

Quadragesimo sexto in lege quandoque reperiuntur ista. Sancimus, statuimus, prorogamus, permittimus, volumus, & id genus plura, ideo sciendum est fore noui iuris promulgatoria vt latè ostendit Corne. consil. cxxvi. col. vi. volum. secundo.

Quadragesimo septimo debent quoque verba cum effectu intelligi & maximè ut aliquid operentur. l. i. ff. quod quisque iu. c. relatum de cle. non re. in ec. c. si Papę de priui. in. vi. l. si quando. ff. de lega. j. Feli. in cap. Rodulphus col. iii. de rescriptis.

Et si impropria fuerint quadragesimo octauo, puta Mercatorum, in libellis, scripturis & testibus, aliquando sustinentur quia proprijs uti nec sciunt neque curant vt inquit Bart. in l. secunda per illum tex. in prin. C. de his qui ex pub. ra. mut. pecu. ac. lib. x. Alexan. cons. cxxi. col. secunda vol. j. nisi essent periti quia tunc secus diceremus. l. cum antea. C. de arb. l. quotiens & ibi not. l. filia. C. fam. her. l. quod si nepotes. ff. de testam. tu. l. prima. C. qui & aduer. quos. l. stipulatio ista §. hoc quoque ff. de verbo. obliga. Barto. in loco præallega. ad fi.

Quadragesimo nono reprehendi solet repetitio seu inculcatio verborũ ut not. in. l. certi conditio in prin. & in. l. lecta in prin. ff. si cer. peta. tamen quia plerunque fiunt ad cautelam reprehensionem non habebunt vtillaq; erunt potius repetenti siue inculcanti quàm superflua & inutilia clem. prima. §. quia ergo vbi glo. de iure iur. l. si quis. C. ad tertul. Butigel. in. d. l. lecta nu. 28.

Quinquagesimo & vltimo quandoq; dicitur. *Quæ metu facta sunt roboris firmitate careant*; Estque maxima dubitatio quo modo intelligantur, sed veritas est, expressam inducere nullitatem, cap. ex habita ad fi. de iudi. cap. dilecti. cap. dilecte. c. significauerunt de exceptio cle. multorum. §. sanè de pen. Rota decisio. cccLxxiiii. de renuncia. in nouis. Finis.

DE NONNVLLARVM DICTIONVM PRINCIPALIUM Natura, liber.



OSTEAQVAM vidimus de verb. sig. aliqua supra de dictionibus nunc modo videndum est præcipuis maximè, quæ verbis etiam componuntur, sed tamen ab A. primum initium sumemus, quia nec ipsa (tametsi litera sit non dictio) multiplici significatione caret.

Separatiua igitur est potissimum. sicuti ab. l. à Caligato & ibi Cy. C. de nup. l. ratio. §. si. ff. de ac. emp. Bal. in. l. militis codicillis, in prin. ff. de mil. testa. & in. l. eos in. §. si autem col. j. C. de ap. & ita tenent etiam aduocati (vt ibidem subijcit) estq; exemplum si dicatur, à die ista, vel ab hac die, quia prima non computabitur in termino. Aliter dicit (ad idem tamen) in l. si. ad fi. ff. de Senato. si ponatur super termino intrinseco, quod includit de momento ad momentum, ex quo non debet esse aliquod tempus vacuum & inutile, si vero super extrinseco, quod excludit. c. cum dilecti de dolo & contu. authen. hodie. C. de ap. c. ex parte & ibi præpo. Alexan. in prin. de sponsal. vsque adeo, si vendatur fundus à tali arbore vsque ad talem, arboresq; sint fundi pars, vt includantur, alias non, si sint alterius, argum. in l. si domus in prin. ff. de lega. j. Et si stet statutum, quod lis finiatur intra tres menses à tempore litis contestatę, dies litis contestationis non computabitur, vt adhuc Bal. inquit in. l. scire oportet in. §. sufd. ff. de excu. tuto. Et alibi si iungatur cum verbo effectiuo vel substantiuo, quod causam efficientem denotabit, puta. filius procedit à patre. l. filius à patre. ff. de lib. & postho. in. l. exarrali, in prin. C. de actio. emp. Quandoque exponitur à, idest sine, vnde amens dictus est quasi, sine mẽte vt inquit Fulgo. consi. lxxx. col. ij. & Anomalia idest irregularitas, ab à quod est sine, & nomos lex, quasi extra regulam, & inde anomalum idest irregulare, & ideo male scribunt glos. Bal. & alij, qui vel exceptiones anormalas vel sictũ, vel tale quid aliud sic cum appositione litere. R. dicunt, in. l. iii. glo. ff. de exceptio. & in l. ab executione Bal. ad fi. C. quo. ap. non recip. & in l. prima. C. si penden. ap. mors interue. & in authentica præsente, col. prima. C. de fideiusso. & nos etiam in lib. obserua. iii. cap. primo. fine. R. igitur scribi debet, nec aliorum error sequendus est. Posita rursum inter principium & finem temporis, includit & coniungit de momento ad momentum, nisi sint termini contrarij, quia tunc staret exclusiue, exempli gratia quo ad primum, omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum Amethistus ab a & μεθη ebrietas, quasi sobrius sit à planta pedis vsque ad uerticem non est in eo macula. quo ad secundum. à festo Sancti Martini, vsque

usque ad aliud festum eiusdem.& ut per eundem Bal.fusius consi.ccccl vii.ad fi.uol.i.

Est etiam dictio absque, secundo loco, quam preceteris optimam esse firmat idem Bal.pro aduocatis pariter in iudicijs positiones facientibus, in.l.minimè per illum tex.ad.fi.C.de ap.& negatiuam dicit Cy.in.l.actor quod asseuerat col. iii. C.de probat. quod res fuit absque eo, cunque Cy.Bal.adhuc in.l.data opera, col. pe. C. qui ac. non po.subijciens tamen,quod includit ut dictio præter,quando implicatiuè ponitur, si quę aduersatiue,qđ excludit. nonnihil Corne. consi. ccvii. vol. iii. vel. & verius si negatiua pcedat dicamus rursum quod includat, alias vero quod excludat & fusius declarat Gemi. in. c. qui generaliter in. §.j.de procura.in.vj.

Tertia est dictio ac, sui natura copulatiua. l. decernimus ibi antiquatis ac infirmatis,& ibi beatissimus ac nanque esto quod ibidem, religiosissimus.C. de sacrosanc. ec. pro idest ponatur (vt dicunt omnes) huiusmodi est tamen.l.si quis reũ ff.de custo.reo.testatur Bertran.consi.lviii.num. 7.vol.ij.est etiã repetitiua qualitatum præcedentium.l.nemo.C.de ep.aud.& nimirum, quia copulatiue natura,pariter eadem est.l. sciæ.§.Caio. ff.de fun.inst.Corne.consi.clxxxvi.col.iiii.vol.ij. Bar.in.l.ait pretor in.§. erit igitur differentia.ff. ui.bo.rap.& in.d.§.Caio,Idem Corn.consi.cxcii. col.iii.eo.lib.Alexan.consi.cxx.col.ij.vol. primo Gui.Papæ,decisio.clxxxi.col.secunda.

Quarta subinde est dictio, Ad quæ intrinsicitatem denotat, ratione eius cui adiicitur,vel subiectæ materię.l.iiii.§.totiens,ibi ad ipsas ædes proponere. ff. de dam. inf. & quandoque etiam pro iuxta ponitur,ex quo insultus, ad domum factus dicitur,qui fit iuxta domũ,& ppè per duos pedes l.quidam hiberus.ff.de ser.vrb.prædi.l.si statuta. ff.de fur.& sic hoc casu bene propinquitatem denotabit, sed non intrinsicitatem,ut inquit Bald. in rub.ff.sol.mat.col.secunda, & in.l.militis codicillis in prin.ff.de mili.testa.& Por. in.§.& vnũ col.secunda insti.de hære.insti.& Corn.consi. xi. nu.16.vol.iii. Et si obligatio haberet causam successiuam, hæc dictio rursum poneretur ad ipsam obligationem limitandam inquit Bart. in.l.cum qui ita,in.§.qui ita.ff.de verbo.ob. Deci.pulchrè consi.cviii.col.ij.vol.primo.Et si diceretur ad arbitriũ boni uiri, faceret conditionẽ vt per Alex. consi.lxxii.ad fi.vol.v.post Bar.in l.j.ff.de condi. & de.vel à iudice sic, pono te ad consinia ad voluntatẽ meam,quod etiam declarat Feli. in.c. ex literis,col.j.de.consti.& Alex.adhuc cõs.iii. col. ij.vol.j.Corn.consi.cccxviii.col.ij.vol.iii.nõnihil in l.si vir & in.l.quibus diebus l.§.termilius.ff.de condi. & de. Aliquando ẽt pro circa ponitur, si citatio facta sit ad festum resurrectionis, de quo tamen idem Feli.latè in.c.meminimus col.iii. de accu. & quod sit dictio etiam inclusiua vltimo loco sentit Imo.consi.x.& bene, quia si quis promiserit dare ad diem, nec dederit lapsa die, constituetur in mora.l.ad diem.ff.de verb.ob. quasi dicat ut dicit Ias.in.l.moribus col.ij.per illum tex ibi, ad annos.xiiii.ff. de vulgar.& pupi.sub.quod iuncta tempori, ipsius perfectionem significat.

Quinta est dictio aut,quæ pro idest, alibi ponitur in.l.si pater & ibi Imo.ff.de sol.sed alternatiue stat communiter.l.ille aut ille.ff.de leg. iii.l. plerunq; in fi.ff.de iu.do.not.in regu. in alternatiuis de regu. iu. in. vi. subiecta materia dictante tamen, maximas patitur alterationes ut dixi ego in l.eius qui in prouincia.ff.si cer.pet.

Sexta est dictio a se,quę facit pactum personale.l.iurisgentium.§. pactorum.ff.de pac. l. qui in futurum.§.ex altera.ff.eod. l.si marito.§. i. & ibi Bal.ff.sol.mat.Pet.& Cy. in l. veteris.C. de cont. & commit. stip.

Septima est dictio at si aduersatiua iuris & facti.c.per tuas de arb. c. concertationi & ibi Geminia.nu.12.de ap.in.vi.

Octaua est dictio adhuc, implicatiua. l. vbi adhuc.C.de iu. do. Corne. consil.cccíii.nume.6. volum.iiii.

Nona est dictio apud,intrinsicitatem haud significans, quoniam verum erit dicere apud mare quid esse, siue apud flumen, sed non tamen id esse in mari vel in flumine.l. penes.ff.de verb.sig. l.is apud quem. C. de eden. idem. Corne. consil. cxcvi.nu.5.vol.iiii.Bar. in.l. si quis in tantam.C. vnde ui.

Decima est dictio alius,significatiua similium vt per gl.in.l.si fugitiui.C.de ser.fugi.c. at si clerici.§.i.de iudi.l.1.ff.eo.Inno.& Io. And.in.cap. cum in illis ad fi. de præben. Sed non semper si aliud subiecta materia dictarit.l. si uno. ff. loca. not.in.c.sedes apostolica de rescrip.& in clem. i. eo.ti.Corn.consi.xci.col.v.vol.i.

Vndecima est dictio alioquin, præcedentis dicti contrarium denotans.l.ii.ff.si cer.peta.l.milites. ff.de custo.reo.c.cum dilecti & ibi Bal.col.iii.de do.& conu.latè Corne.consi. cccxiii. col.i. vol. iiii.post.Bart.in.l.i.ff.de condi.& de.

Duodecima aliquibus,indefinita,quę æquipollet vniuersali.c.fi.de offi.de.in. vi. imò quod est vniuersalis inquit gl.in c. fi.de rescrip.licet quandoq; etiam restringatur secundum naturã subiectę materiæ vt inquit Gemi. consi.xxix.ad fi.post glo.in.c.i.de consti.

Decima tertia dictio est Bu,quã prisci aliquid magnũ significare volentes, aliis dictionibus seu verbis præponebant,exẽpli gratia, Bucentaurus, Bulima,Buphiloponos,& simile quiddã. quia tñ dictio non est, sed potius Syllaba à qua dictio ipsa cõposita est,ad alias transeo. cętera igitur est dictio,& decima quarta quidẽ,implicatiua similium.l.secunda, ff. de in ius vocan.l.iurisgentiũ. §. adeo.§.fin.ff. de pac. l. cum prætor. §. i. ff. de iudiciis.l. ex omnibus ff.de offi. præsid. Sed non semper implicat. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdi. omn.iud. & præter hæredis institutionem alias omnia continet, autenth.ex causa.C.de lib.

prȩter.Bal.in l.quærebatur.ff.de mil.testa.Anch. consi. cxliiii.in prin. & si dicatur actum &c. sic abbreuiate, significabit rem perfectam, ut declarat pau.Cast.consi.cxi.col.j.vol. j. diceturq; respicere decisionem prȩsentium capitulorum secundum Gemi.cons.lxii.col.ij.

Decima quinta est dictio cum, quæ regulariter posita inter personas cōiungit siue unit principaliter, inter res vero accessorie vt per Bar.in l. si ita in §.primo, ff.de ma.testa.& in l. hȩc verba col.iii.ff.de lega.j. & in l. Titiȩ testores in §. nihil, ff.eo.& in.l.si cui.ff.de fun. inst. Alex.consil. cxcii.col.j.vol.vii. Et ferè idem dicit Corn.quando non est posita inter ea quæ possint se habere ut principale & accessorium, quod in effectu à copula non differt cons.cccxii.col.prima vol.iii. & sic quod aliter, vnit principaliter & accessoriȩ. multa Feli.in cap.querelam, col.ij.de Simo.iuncta etiam verbo futuri temporis conditionem importat, præteriti vero causam, siue assertionem & casum.l.cum clericis.C.de ep. & cle. l. cū acutissimi.C.de fideicomm.Cuma. consi.lxi. Et si dictum fuerit cum hac conditione, modum quendam & onus iniunctum denotabit.l.ij.§.Titio.ff.de dona.Corne.consil.ccci.col. j. vol. iiii. quandoque ponitur pro quando, & pro quia. c. vnico de commo. quandoque sonat in pro.l.rem quandam.ff.de dolo. quandoq; ponitur pro quā uis.l.cum clericis prætallega. C. de ep. & cle. interdum pro in l.indebiti ad fi. ff. de cond. ind. & fusius vt declarat Io. And. in mercurial. in regu. nullus ex consilio col.vlti.de regu.iu.in vi.

Decima sexta est dictio de, augumentatiua, nanque posco simpliciter dicimus, deposco cum instantia.& est simile in l.j.ff.depo.Luc.de penna in l.j.ad fi. C. de super indicto.lib.x. quandoque materiam denotat, exempli gratia, de offi. eius cui manda.est iur. de offi.de.de offi.ordi.& sic de singulis.quandoque originem vt Bal.de perusio, Alexan.de Imo.& Pet. de bella perti. l. sed & reprobari.ff. de excu. tu. interdum vero ordinem, cum dicimus pariter, de seruo fit liber.l. manumissiones quoque.ff.de iusti.& iu. Bal.in. l.j. in. §. ius naturale, col. secunda, ff. de iusti. & iu. & in.l.ex hoc iure col.quarta eo.tit.vbi etiam dicit quod significat causam immediatam & propinquam, & bene. l. prima.§. nunc videamus.ff. de coniungen.cum emancipa.lib. Bal. in l. eo tempore in.§. seruus.ff. de pecu. fusius Ioan. Andr. in mercu. in præallega. regu. nullus ex consilio, col. fin. de regu. iur. in mercurial. verum ad id, dum dicit, quod interdum etiam pro. à. ponitur, dic quod elegans loquendi modus est, siue anthithesis figura, quale illud. Olli pro illi Virg. Eneid.j.ibi.

Olli subridens hominum sator atque deorum. & pulchrè probatur in l. si is qui, ibi stipulatus de te.ff.de furt. & in l. fullo ibi de domino liberatus.ff.eod. Et sic ad atti.legitur primo, de censoribus conduxerunt. hoc est à censoribus Asiæ vectigalia, pœnes quos erat cura, locandi eadem. similisque locutio reperitur ad sestium ibi, ergo de Crasso domum emi idest, à Crasso. Et ita de matre idest à matre exponitur in l. prima. C. de fideicomm. & in. l. Idem Pompo. si de meis ibi de te stipulatus.ff.de arbit. Et pulcherrimam decidit.quest.ad propositum, Alber.clxxxv. par. prima in statut. vt per eum. plerunque reperiuntur etiam verba sic prolata, de hærede in hȩredem quæ sunt directa vt ex multis declarat Cuma. consil.secundo col.tertia, aliquando de plano deque his, in l. ne quicquam in.§.de plano.ff. de offi.procon. & in cle. sæpe de verbo. signifi. multa Corne.consi.ccxliii.col.prima, & secunda vol.iiii.& sine alio subaudito intellectu alibi exponit glo. in l. sed & si in.§. primo, & ibi Bal.ff. de instit. ac. nonnunquam de facto in compromissis quibus censentur remisse omnes solemnitates iuris positiui, ut per Bar.in extrauagan. ad reprimendum in versicu. videbitur. Et Ro. in l. si filiusfamilias.ff. de donat. Bald. & Angé. in.l. prima, ff.de mi. testa.Corne. consil.vi. col.ij.vol. tertio pulchrè consi.lxv.col.j. vol. iiii. & consil. cxl.col.ij.eo.lib.

Decima septima est dictio ergo, ex præmissis illatiua.§.si quis tutor, instit.de susp.tu.l.ergo.ff. de serui.rustico.prædio. glo. in cap. super quæstionum in.§.fin.de offi. de. tametsi stet etiam in lege quandoque incoatiue vt in capitu. sic enim xxviii.q.j.& in cap. damnamus & ibi Io.And. in prin.de summa.tri.& fi.catho.sed adde, quod plerunque etiam pro causa ponitur iuxta illud Maron. Eneid.vi.ibi. illius (emisti chion enim est) ergo venimus. & Luchre.quinto.

Hostibus intulerant ignem formidinis ergo.

Decima octaua est dictio, & infra, quæ in decretalibus poni consueuit, vt noua ex his quȩ erant in antiqua, suppleatur, alias non licet aliquid addere vel detrahere.l. prima.C. de emēda. Cod.declarat Bald.in cap. Nicolao nu.iii.de ap. latè Gom. in regu. de anna. poss. quæst. xxxij. col. secunda.

Decima nona est dictio etiam, implicatiua, quȩ multo plura includit quā quæ verbis expressa fuerunt, imò quod maius dubium in expresso, præsupponit, quam in eo quod tacite includitur. l.ij.C.fam.her.l.j.& ibi Bart. C.etiam per procu. cau.in int.resti. agi. posse. declarant Bononien. in rub.de constitutio.nu.20.aliter Alexan. cons. cxvi.col. iiii. vol.ii. sed quod implicet est bonus tex.in l.centurio.ff.de vulga.& pup.sub.& in l.à diuo pio in.§.in venditione.ff.de re iud. Bertran. cons.lxxxi.nu.2.vol.j.nō nihil Bar.in l.supra iter in.§.officia ad fi. per illum tex.ff. de acqua plu. ar.glo.in.l. magisterie.C.de iu. om.iudi. & in c. romanam in.§. contrahentes de fo. comp. in. vi. idem Alex.cōs.xv.in prin.vol.ii.Corn.cōs.cccii. nu.15.vol.iii.Ias.in.l.j.ad fi.C.vnde legi. in pulchro casu tamen aliquando etiā pro scilicet poni videtur, de quo Gozad.cons.lxxiii.nu.13.& 14.

Vigesima

Vigesima est dictio &, quæ coniungit diuersa vt per glo. in rub. ff. de iuris & fac. igno. Saly. in l. ad instructionem. C. de epis. & cler. tradunt cano. in. cap. ex parte de rescrip. Guid. Papæ decisio. cxxxviii. col. v. soletque etiam copulare ęque & pariter. l. si mihi & Titio. ff. de verbo. oblig. l. reos. §. cum in tabulis ff. de duob. re. l. duobus. §. fi. ff. de lega. j. Corn. consi. clix. col. iii. vol. iiii. Et ea quoque quæ sunt sub eodem genere, exempli gratia si statutum dicat, quod filii & nepotes fœminas excludant, namque tunc filij fratrijs nepotes dicentur, ut pulchrè declarat Alexan. consil. xxxvi. col. iii. vol. iiii. & inducit repetitionē qualitatis pręcedentis positæ inter res l. Seie. §. Caio & ibi Bar. ff. de fun. ins. Gui. Papæ decisio. clxxxi. col. ii. latè Corn. consi. cciii. ad fi. vol. iiii. & si inter personas. distributionem & diuisionem quę per partes fieri debet inter easdem personas denotat. l. eum qui in prin. ff. de verbo. oblig. auth. si quando. C. de consti. pecu. idem Gui. Papæ. cons. cxxii. col. iiii. Et si dixerit testator donat & legat, & pro idest capietur. l. decernimus in prin. C. de sacrosanc. ec. maximè quia sic non inter diuersa posita est, sed inter genus & speciem, legatum enim est donatio quędam à defuncto relicta ab hærede præstanda. l. legatum parua. ff. de lega. j. nimirum igitur si sic exponitur. & hinc Comic. annos natus iam sexaginta & senex. Bertran. consi. lviii. nu. 7. vol. ii.

Vigesima prima dictio est, ex, quę denotat regulariter causam proximam & immediatam. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. l. i. §. ex incendio. ff. de incen. rui. nauf. Barto. in l. liberorum, nu. xi. ff. de verb. si. dicens si filius est propriè qui ex viro & vxore legitimè nascitur, quod nepos propriè sic filius non erit Paul. Castren. multa consi. cccxxi. in prin. vol. i. sed non semper ut per eundem Barto. in d. §. ex incendio, & probatur in l. prætor ait in. §. primo, ff. de bo. auc. iud. po. & in. cum filius in §. hæres. ff. de lega. ii. & in l. certi condictio. ff. si cer. pet. & in auth. ex causa & vtrobique Ias. C. de libe. præte. Areti. consi. clviii. col. iiii. in pulchro casu statuti dicentis, si quæ personæ sine filiis vel filiabus decedant intestatæ, qđ consanguinei proximiores ex parte patris, succedant in patrimonio, ex parte uero matris in matrimonio, inquit etiam Bal. quod erit separatiua consi. cxcvii. vol. iiii. deducendo ut ibi per eum, ad propositum statuti prædicti.

Vigesima secunda dictio est ex nunc, & ex tunc, illa significat tempus instans, ista futurum sed non semper immo quod plerunque vna pro alia ponitur, nec nouum. l. eas causas. ff. de condi. & de. not. in clem. prima de conceссio. præben. & in cap. præterea de ap. & in cap. si propter de rescriptis. in vi. Anchara. consilio, ccxix. col. secunda, Staphi. de Grat. & expectati. in princ. nume. 25. & 26. Inquit etiam Felin. in cap. licet causam col. iiii. de probatio. quod ex tunc suspendit actum & interlocutoriam iudicis vsque ad extremum ipsius iudicis tempus, & est gloss. in clemen. prima de iure patro. & in cap. it. pastoralis de ap. & ibi Abb. & Bald. alibi quod ex nunc significat præsentem verbi actum, sed futurum effectum, puta quia dicat episcopis, si non solueris ex nunc, te excommunico. l. lecta. ff. si cert. peta. in cap. primo, col. vi. de mili. va. qui contu. est in vrb. & ibi quid significent verba hęc, quæ sæpe in scripturis apponuntur, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, & post eum Felinus latius in dicto capitu. licet causam.

Vigesima tertia dictio est, forte, dubitatiua vnde glos. alibi. per verbum forte respondent sæpe periti in l. si duo. ff. de Arb. Abb. in cap. prudentiam col. v. de offi. dele. & in cap. cum M. col. viii. de constitu. Corne. consil. xxi. col. v. uol. iiii. Archid. in c. nolite. xi. q. iii. Barba. in l. cum acutissimi col. lxvii. C. de fideicomm. & in cap. raynutius de testa. col. ij. & in cap. ecclesia San. Mariæ num. xliiii. de consti. & in cap. secundo col. secunda, de lib. ob. & in c. in præsentia col. ix. de proba. Bart. in l. tutor qui repertorium. col. vlt. ff. de admi. tuto. & in l. quod te ad fi. ff. si cer. pet. & in l. admonendi col. vii. ff. de iureiu. & in l. fin. in fin. ff. de in lit. iu. & in l. prima, nume. 7. de iu. om. iud. Alexand. consil. xxix. col. iii. vol. vii. & alij quos non refero breuitatis gratia. Dictu mirabile est tamen, si in assignatione causę apponatur dictio hęc, quod erit impulsiua non finalis, & si in sententia quod non valebit, quia fieri debet & publicari deliberatè, & cum magna causæ cognitione. l. secunda, & iii. C. de sen. cap. indicantem, xxx. q. v. argumen. in cap. cum ex literis de in inst. resti. Felin. in cap. accedens primo ad fi. ut lite non cont. Quandoque abundat ut in l. ab executione in princ. C. quom. ap. non re. et si dixerimus quod etiam exemplificet aliquando, non errabimus, vt ostendi ego in d. l. quod te. haud omittentes quoque not. verbum Bald. alibi dicentis, allegationem illam friuolam fore quæ est valde remota à conclusione, quandoque quis probare intendit, ut ea (subiicit) quæ est in dictione forte (aduerbium enim alias vocatur) ex quo nunquam probat in l. vnica in quinta colum. C. de senten. quę pro eo. & in l. in substitutione ad fin. ff. de vulgar. & pupil. sub. quod prolatum à consultore, non propterea dubitationem iuris inducit, sed varietatem facti. & ibi in materia Alexan. multa. & quanuis dubitatiua sit communiter quandoque tamen est etiam assertiua cap. secundo, & ibi plenè per glo. & doct. de testa.

Vigesima quarta dictio est, firmum, sed quia tangemus infra in dictione ratum pro nunc transeo. Interim sciendum est firmo iure tamen possideri, quæ vsucapione triennali acquisita sunt l. prima, C. de vsucapione transfor.

Vigesima quinta igitur dictio est, funditus, quæ ipso iure intelligitur l. decernimus. C. de

Q 3 sacro-

sacrosanct. ec. vbi infirmantur facta omnia, tyrannidis ipse, contra religionem, & ecclesiam dei, &(vt dictum est) funditus.quasi dicat à fundamento sunt nulla, & sic nullo unquam tempore ualuerunt, ut etiam dicit Barto. (& signanter per istum tex.)in tracta.de Tirānia col. iij.q. vij.

Vigesima sexta dictio est, inque significat intrinsicitatem. l.i.§. influmine.ff. de flumi. Corn. consi.cxcvj.nu.v.vol.iiij.& plura alia scriben. ad idē in l.Gallus in.§.ille casus.ff.de lib.& posthu. congerunt, vt per eos. Pulchrè Bald. si statutum dicat,insultantem aliquem in domo,puniri debere, certa pœna, quod non erit satis insultum facere in porticum, vt in pœnam incidat,in statut. domus.nu.iij.& in simili.insultus nu.ij.eod. lib. Si iungatur tamen accusatiuo ponitur pro iuxta, & denotabit exterioritatem non intrinsicitatem. l.i.in prin.& in.§.i.ff.de arbo.ced.Bar.in.d.§.ille casus.de quo tamen Corne.consi.ccxlvii.col.v. vol.i.& præter cætera sciendum est,quod veteres (scituq; dignum est argumentum insti.de testa. in prin.) endo pro in (testis est Ci. ij.de legi. ibi quosendo cœlum merita vocauerint) vsurpabāt. Sic Varro de re rust. iij. endo domum suam, pro in. Endoitiumque Festus de verb.sig. pro initiū. Et quod denique significationem auget plerunq; si dixerimus magistrum insanum, quoniam valde sanum hinc etiam intelligemus. quale illud Persij sat. iij.

Grandia si nollem morituri uerba catonis.
Discere,ab insano multum laudanda magistro.

Vigesima septima dictio est, illico, nil aliud significans nisi in instanti, quid factum esse, seu fieri debere,& hinc consensus quasi simul sensus, & animorum coniunctio quædam, quę viciatur ab extraneo interuallo.l.eadem.ff.de duo.reis.& quod fit incontinenti & illico instanti fieri dicitur.l.i.§.cum adiicit.ff.de verb.ob. Bal.in.c.cum consuetudinis nu.vj.de consue.

Vigesima octaua dictio est infra,quę sepißimè in prin.decreta.ponitur,Sed q̄a dictū est supra in litera E.trāseo,& nouißimè Bononiē.dicta addo ad idem in.c.quæ in ecclesiarū in prin.de consti.

Vigesima nona dictio est, insuper, quæ solet vt copula poni inter diuersa.c. dudum de cōuer. coniugato.c.insuper de testi. Gemi.consi.xliiii. colum.ij.

Trigesima dictio est integre, siue integraliter, integrum & simile, huiusmodi, si fuerit id quod percipitur scilicet sine aliqua diminutione.l.ij.§. et.C.quando & quib.quar.pars deb.lib.x.§.si vero expreßim in auth.de he.& fal.l.fi.C.ad legem fal.cle.dudum.§.verum de sep.si tamen deductio foret ex natura rei, & inesset quodāmodo ex legis interpretatione, tunc posset fieri,de quo alias in.l.fructus.ff. solu. matr.& ita debet declarari quod dicit Alex.consi.cxli.vol.ij.& consi.xcviii. vol.iiii.& Gozad.Bononien.consi.xlvii.nu.viii.

Trigesima prima dictio est, intra quæ includit,& paria sunt dicere, intra Kal.vel.Kal.de quo tamen plene per docto.in.l. qui ante.ff.de.verb. oblig. Alexan.consi.vii.col.ij. vol.iii. bonus tex. in.l.i.in.§.cum vrbem.ff.de offi.pręf.vrb.& in.l. i.in.§.siue autem.ff.de aqua quot. & esti. & in.l. intra.ff.de re iud.& fusius idem Alex.consi. ccxi. col.i.vol.vj.Not.in.c.i.de excep.in.vj.

Trigesima secunda dictio est, ita, similitudinis nota.l.i.§.illud.ff.de aqua quot.& esti.c.fi.de offi.archip.Corn.consi.cccxx.nu.xii.uol. iiii.

Trigesima tertia dictio est, licet, quæ tractitudinem includit, & cum hoc verbo, dictio rectè etiam hac de re iungitur vt per Bal.in.l.i.in.ij. lectu.col.ij.C.vnde vi.

Trigesima quarta dictio est,Mox,instantanea. l.i.& ibi not.ff.si cer.pet.fusius in.l.i.in.§.qui præsens.ff.de verbo.obliga.quod tamen cum aliquo temperamento temporis intelligi debet, vt de alijs dictionibus instantaneis, ut ibi not. & in.l. pe.C.depo.& in.§.sedebunt, in auth.de iudici.& in.l.fructus.ff.sol.mat.

Trigesima quinta dictio est, Nam, redditiua rationis.l.nam hoc natura.ff.de condi.ind.l.nam ad ea.ff.de legi.l.nam & fœmine.l.nam ita diuus. ff.de adop.

Trigesima sexta est dictio, non aliter nec alio modo, adeo efficax vt si in iudicio interrogatus sic confitendo responderit, nullo modo ex tali confessione poßit condemnari,nisi aliud probetur vt not.in.l.si quidem & ibi Bald.colum.ij.C. de exceptio.

Trigesima septima dictio est,nefas,de qua alias in. l.vt vim.ff. de iusti. & iu. significans aliquid esse illicitum etiam de iure naturali, quia dicit ibi tex. naturam inter nos cognationem quandā ita constituisse vt hominem huiusmodi insidiari nefas sit, & ibi not.& bene.l.si seruus plurium.§. fi.ff.de lega.i.

Trigesima octaua est dictio nec, quę si ponatur inter duas orationes negat vtranque.l. ii. C. de bonis proscrip.l.pen.§.fin.ff.de au.& ar. lega. Bal.in.l.fi.ad fin.ff.de ritu nup. quod simpliciter negatiuam implicet tamen non affirmatiuam, eamque ampliet, & idem sit in dictione neque, tradit Saly.in.l.nec apud.C.de he.insti.& glo.in. l.nec emancipati.C.de colla.Corne. plenè consi. cxciii.nu.viii.vol.iiii. Qui dicit alibi etiam quod in hac neque,est virtus copulatiuę.consi.lxxvi.ad fin.vol. iii. ex supra dictis, & est tex. singu. in.loca tamen adiectio.ff. de lega. iiii.& in.l. & quia iuncta glo.ff.de iu.om.iud. Et Alex. consil.xcii. ad fi.vol.iii. quod requirit concursum vtriusque, & probatur in.l. si quis ita stipulatus fuerit decē. ff.de verb.ob.& in.l.si is qui ducenta.in.§.item si pater.ff.de reb.dub.& ut per eum fusius.

Trigesima nona est dictio, nihil, vniuersalis negatiua.l.fi.ff.de lib.& posthu. l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.c.deus omnipotens. ii. q.i. Alex.consi.lxxvii.col.iiii.vol.ij.Deci. consi. xl.nu.xxxii.vol.iiii. Et si dicatur nihil omnino seu nihil penitus, intelligetur nullo modo vt idem Alex.

Alex. declarat consi. xiii. col. iii. vol. ij. & consil. lxxii. col. ii. & cons. x. col. iiii. eo. lib. & cons. lviii. nu. iii. vol. vi. & consi. lxxii. col. iii. eo. lib. & obiter notandum est, à tergo supplicationis sic, interdum scribi solere, in aula Cæsaris, notaque est repulsæ, vim decreti ac sententiæ diffinitiuæ, imò legis habens. §. sed & quod principi placuit insti. de iu. nat. l. i. ff. de consti. prin. Et amplius quod nihil non habet contrarium, namq; si in duabus tabulis, scriptum aliquid reperiatur in vna scilicet, in alia nihil, illi stabitur quanquam videantur contraria, sed non sunt, quia (ut diximus) nihil non habet contrarium. l. si binε. ff. de iniust. testa. Et si quis vellet probare negatiuam puram per contrarium non posset, quia non ens non habet obicem vt per Bal. in. c. sanè nu. ii. de offi. de.

Quadragesima est dictio, nisi, quę quandoque disponit, quandoq; non, interdum disponit aptitudine tantum. Exemplum primi est in regu. pec catum & ibi Dyn. de regu. iu. in. vi. Secundi in. l. titia in. §. fi. ff. de ma. testa. tertii si dicatur promitto non vendere nisi tibi, nam licet verbum promitto sit dispositiuum, tamen sensus orationis est si rem venalem habuero, tibi vendam & non alteri, sed si venalem non habuero tibi vendere non cogar, not. in. l. si cum in. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. pulchrè Bal. in. c. nisi nu. iii. de offi. de. est quoque dictio exceptiua, significans oppositum antecedentis cui immediate aduersatur. l. actione & ibi not. C. de transac. d. §. qui iniuriarum Corn. cons. cxcii. col. ii. vol. iiii. melius Bertran. consi. ccclxii. nu. 5. vol. ii. Et in vltimis voluntatibus conditionem importat quando respicit futurum. l. quibus diebus. §. quidam titio. ff. de cond. & de. Bal. in. l. i. ff. de ind. ad.

Quadragesima prima dictio est, olim, præteritum tempus importans, iuxta vulgatum illud Aenei. i. reuocate animos mœstumque timorem Mittite, forsan & hæc olim meminisse iuuabit & probatur in. l. nec emptio. ff. de cont. emp. doct. in. l. i. in. §. hoc autem edictum. ff. de no. op. nun. Gui. Papæ. cons. ii. nu. 4. But. in. c. per inquisitionem de elec. Imo. in. c. cũ olim de offi. de. & Feli. plene in. c. ex insinuatione in prin. de simo.

Quadragesima secunda dictio est, omnino, vniuersalis cle. i. de vita & ho. cle. & precisè significationis. c. cum ex eo de elec. in. vi. Boer. consi. xxvi. nu. 5. l. si nõ sortem. §. indebitũ. ff. de condi. ind. l. non amplius. §. fi. & ibi Albe. ff. de lega. i. l. omni modo. C. de inoffi. test. glo. in. l. si cum exceptione in. §. quatenus. ff. quod met. cau. Alex. in. l. precibus col. ii. C. de Impe. & cõs. l. lxxxviii. vol. iiii. qui dicit etiam quod idem importat quod ipso iure cons. vi. col. vlt. vol. iii. & ita etiam Feli. in. c. ap. fraternitatis col. iii. de testi. & in. c. cum venissεt col. ii. eo ti. & in. c. ex parte j. in prin. de offi. de. & in c. gratum in fi. eo. tit. & est glos. in. l. j. in. §. si pecuniam. ff. depo. & in. l. si pecuniam. ff. de condi. ind. est verum quanquam sit vniuersalis, quod tamen non comprehendit possessionem

fictam in casu. l. qui pignoris. ff. de acqui. poss. quodque recipit determinationem quoque, secundum subiectam materiam licet sit precisa, ut per Areti. in d. l. qui pignoris, & Ias. in l. si quis in conscribendo. C. de pac. & Seysel. in l. iii. in. §. in amittenda. ff. de acquir. po. siue congruam declarationem ab aliis legibus, ut dicit Deci. Seni. in d. l. si quis in conscribendo in prin. & bene l. non est nouum. ff. de legi. c. super quæstionum in prin. de offi. de.

Quadragesima tertia est dictio, omnis vniuersalis. l. Iulianus vulga. ff. de lega. iii. cap. solite de maio. & obe. aliquando tamen stat distributiuè, aliquando collectiuè, aliquando restrictiuè. l. iii. ff. de sta. ho. l. si pluribus. ff. de lega. ii. c. dilecto de sen. excom. in vi. & ideo ut proximè dicebam: secundum subiectam materiã regulabitur. l. si uno. ff. loca. Et quandoque etiam omnis idest nullus siue nulla, exponi potest, iuxta illud, non salua fieret omnis caro. idest, nulla. quãdoq; omnis idest, tota, intellige hęreditas ut in l. i. in. §. si pecuniam ff. depo. Corn. cons. cxci. col. i. uol. iiii. & (ad supradicta redeuntes) notandum est, quod in singulari distributiua est, in plurali vero Collectiua. declarat Bald. in. c. quia propter co. cl. de cler. Bar. in l. si pluribus ff. de lega. ii. & in l. moschis. ff. de iu. fi. & si in materia legatum usufructus factum sit omnium & singulorum bonorum generaliter, alia detrahi non poterunt ut per Bar. in. l. fi. ff. de vsuf. le. Corn. cons. cxcv. col. fi. uol. iiii.

Quadragesima quarta dictio est, pœne, quæ idem sonat quod quasi. l. ii. in prin. C. de vete. iu. enuclean. & ferè, ut in l. intra utile in. §. fin. ff. de mino. glo. in §. adoptio insti. de adop. Prepo. in c. contracto in prin. de cogna. spi. & diminuit ut declarat Card. in c. dudum in prin. col. ii. de elec. sentit Bal. in l. fi. in xv. oppo. dicens ad propositũ si testis deposuerit per aliquam dictionem diminutiuam ferè uel quasi quod non concludit, quẽ refert & sequitur Seysel. in rep. l. Celsus in pen. col. ff. de vsucap.

Quadragesima quinta est dictio penitus, quæ similiter idem sonat quod omnino & totaliter. l. prima C. de gladia. lib. xi. l. ii. in princ. & in §. si quid autem. C. de uet. iu. enu. Archid. in cap. i. de sup. negli. prælato. in vi. Alexan. consi. x. col. iiii. vol. ii. & consil. xiii. col. iii. eod. lib. Corn. consil. cccxiii. col. ii. vol. iiii. pulchrè Boε. decisio. xxiii. nu. 13. par. i. Deq; ista dictione etiam, in l. i. ff. si tab. testa. exta. & in l. prima, in §. refert. ff. de posstu. & in l. pe. C. de fideicom. & in l. præsenti C. de his qui ad ec. confu. & in l. fi. ad fin. C. de rep. he. & in l. fi. in prin. ff. co. prædio. & in l. pecuniã. ff. si cer. pet.

Quadragesima sexta est dictio, per, quæ perfectionem significat l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. sig. & ideo si testis dixerit quem possedisse per decem an sufficit ad probandam po. continuatam, vt per Bart. in l. celsus nu. 15. ff. de vsucap. multa Bal. ubi not. q. determinat pariter, instatut.

ut.arbitrium num.18.& Corn.si testis similiter deponat quod quis, stetit in loco per duos dies consi.lvi.col.ii.vol.i. Et ad verbum peruenisset, quod est ipsis præteriti plusquã perfecti sic consi. ccxiii.col.i.eo.lib.nonnihil.cclxi. nu.16. eo.lib. & consi.ccxxix.col.ii.vol.iii.& consi.cclxxx.col. prima vol.iiii.

Quadragesima septima est dictio, perinde, quę fictionem importat l.sed & si possessori.§.fi.ff.de iureiu.& per omnia similitudinem inducit, quo ad modum, quoad tẽpus & quo ad certas qualitates inquit Barto. in extrauagan.ad reprimen. in ver.perinde, & eum sequuntur ac referunt Regien.consi.clxix.num.3.vol.iiii. iuncta maximè cũ verbo intelligitur l.rem quæ nobis & ibi not. Aret.ff.de acqui.po.non semper tamen l. prima, & ibi Bart.ff.de receptato.non nil in.l.sacrilegii in §.i.ff.ad legem iu.pe.Seysel.in d.l.rem quæ nobis,in l. qui Romæ in §. duo fratres col. ix. ff.de verb.oblig.Prob.multa in addi.Io.Mona.in c.cũ in tua nu.8.de consue. in.vi. deq; hac dictione ẽt in l.cum hæres. ff. de acqui.he..& in l.acquiritur in.§.ideoque.ff.de acqui.re.do.& in l. iure ciuili. ff.de condi.& de. & in l.ij.in prin. de dona. & in l.si seruus in.§.j.ff.de verb.ob.& in l.si filius.ff. si quis.om.cau.testa. & in.l.si apud.ff.de mino.& l. j.in.§.fi.ff. de carb. edic.& in.l.qui in utero.ff. de sta.ho.& in l.si is qui & in.l. si pater & in.l. adoptionis.ff.de adop.& in.l.arbitro.ff.qui sat.co.& in l.more, de fer. & in l.fi.in §. similiq; modo.C. de bonisque lib.

Quadragesima octaua est dictio, pręter, quæ quandoq; excipit, & quandoque etiam implicat.l.i.ff.de pi. actio.l. fundi.§. fundi nihil & ibi not.Bal.ff.de ac. emp.tu dicas melius quod licet includat terminũ aliquando cui adiungitur quando non est de genere præcedentium ut not. in.d. l.j.regulariter tamen excludit semper, ut per Archid.in.c.Ebron.xiii.q.ij.& Inno.in.c.dudum ij de elec. & exceptiue maximè quando ponitur cũ dictione quã,& fusius not.glo.in regu.Cancella. j.de potesta. vicecancella.ad fi.

Quadragesima nona est dictio pro, quę fictionem importat.l.j.ff.de suis & legi. Alexan.consi. cxv.col. pe. vol. ij. Et alias similitudinem, quale illud.pro possessore, pro hærede, pro donato, & tale quiddam.l.cogi.C.de peti.he.Gozad. Bononien.consi.xxxviii.nu.xii.ad fi. & causam finalẽ, propter vero impulsiuam.l. dominus Sticho. ff. de pecu. le. not.in.c.pro possessore de regu.iu.in vi.idem Gozad.consi.lviii.nu.xi.& si dicatur pro rep.debet intelligi nomine reip.l.fideicommissa. §.interdum.ff.de lega.iii.Bar.in l.j.in.§. nunciatio.ff. de no. op.nun. Corn. consil. ccxxiii. col. ij. vol, iii. Et si rursum pro dotibus & occasione dotis, ad huc causam impulsiuam denotabit ut idem Corn.dicit consi.ccxcii.ad fi.eo.lib.ex not. in l. ij. ff. de dona. & in.c. solite de ma. & obed. prout etiam, restringit verba generalia præcedentia, de quo alias in l.edita.C.de eden.Bar.in extrauagan.ad reprimen.in ver.prout, Corn.adhuc consi. cccxxii. col. vi. vol.iii. & vltimo loco significabit causam, vel modum, aut circunstantiam, similem, si daretur alicui pecunia pro alimẽtis, vel pro emenda domo, non substantiam, ex quo hæc diuersa sunt, & not.in. l. huismodi.ff.de lega.j.& in.l.si quis.C.de dona.Bar. in.l.i. & in l.quibus diebus in §. termilius.ff. de cond. & de. Cor.consi.xxxii.col.iii.vol. iiii. Ap. nurus uenit quoque pronurus propriè, quia pro improprietatem non designat.l. cui eorum.§. affinitatis, & ibi Bar.ff.de postu.idem Corne. latè consil.clxxxvi.col.j.eo. lib. Et quando modũ importat tunc modus implendus est, alias non implens priuaretur relicto sibi facto, ut ille qui non implet cõditionem l.i.C.de his quæ sub mo. l.cum in testamento.ff.de fideicommis.lib.multa Corn. consi. xxxv. col.ii. eo. lib. & si prout videbitur diceretur, isto casu conditionem faciet.l.i.ff.de lega. ii. l.si quis arbitratu.ff.de ver.ob.l.fin.C.de contra. emp.Corn.consi.cccii.ad fi.eo.lib. quod quoniã varias habet significationes, vt not.in d.l.edita & locis supra allega. hęc satis sint, transibo ad alia non omittens tamen, quando dicitur pro rata in contractu societatis, quod debet intelligi correspectiuè ad posita in ea, ita quod plus percipiat qui plus meretur, & ut fusius ostendit Corne. consi.cxvi.col.ii.uol.eod. lib. Alias pro uirili & non insolidum, vt ex multis, probat Alex.consi. lxxii.col.iii.vol.v.

Quinquagesima est dictio perperam, quæ nec aliud sibi uult quam nulliter c.venerabilem & ibi Bal.col.ii.de electio.sentit Bart.in l.qui exceptionem in prima oppo.de cond. ind. Seysel. in l. ita stipulatus in ver. quod sine dubio col. pen.ff.de verb.oblig.bonus tex.in l.maioribus.C.commu. vt.iud.& in l.titius.ff.de consti.pe.

Quinquagesima prima dictio est, presertim, quæ pro maximè ponitur c. i. §. nos tanto de homi.in vi. aliquando uero stat pro tantum, plenè Abb. in c. primo, ad fi. vbi etiam ego, de excep. impropriè tamen, ex quo (vt dicit postea in c.por tuas col.ii.& iii.de simo.) de proprio eiusdem significato est, vt stet comparatiuè & ut ponat idẽ in casu contrario.

Quinquagesima secunda dictio est, plus minusue, quæ si reperiantur in confessione debitoris apposita, exẽpli gratia confiteor me esse debitorem tuum in centum, plus minusue, nihil operantur nisi aliud probetur.l. publia.ff.depo.l. in actione, & vtrobique Bar.ff.de fur. Alex. consil. vii.ad.fi.vol.iii. vel dicamus ad modicam quantitatem referri alias.l. hęc adiectio.ff. de verbo. sig.not.in c.potuit de loca.Bertran.consi.xi. nu. iiij.vol.ij.

Quinquagesima tertia est, dictio protinus, idemque significat quod confestim, & incontinenti vt insti.de he.quali.& diffe.in prin. auten. supplicare & ibi ego in collectan.C.vt lite pend. sique reperiretur in lege imponente pœnam, significaret

gnificaret canonem latè sententiæ vt per Bar. in. l.in criminali. C.de iu.om.iud. & in l.Imperatores.ff. de iu. fi. Areti. in l. in illa stipulatione in prin.ff.de verb.ob. impropriè tamen exponi potest secundum subiectam materiam & vt latius not.in.l.iii.in.§.in amittenda ubi etiam idē Arc. in specie col.ii.ff. de acqui. po.

Quinquagesima quarta dictio est prorsus,quæ stat pro ipso iure, & hoc est quod dicitur in c.ad aures,de præscrip. quod quadragenaria præscriptio, omnem actionem prorsus tollit,vt ibi But. declarat.qui tamen dicit alibi quod verba in futurum sonantia etiam cum adiuncto isto prorsus, non inducunt canonem latè sententiæ, nec priuationem ipso iure, nisi sententia feretur, & hoc quando non respiciunt habitum actus sed exercitium, (quod est notādum per limitatione eorum quæ habentur in c.in nostra de iniur.) in c.super literis col.ij.de rescrip.

Quinquagesima quinta est, dictio pro tempore, ipsius temporis aptitudinem significans. l. quin etiam.ff. de calum.tradit.Bald.in c.veniens num.1. de testi.

Quinquagesima sexta dictio est pro tribunali, quæ in iudicibus inferioribus non videtur posse verificari.l.j. ff. de iudi. deq; ea alibi sæpe etiam fit mentio in.l.non est.ff.de ma.vind.in.l.fin. C. vbi & apud quem in l.libertus à patrono ff. de in ius voc.& in l.iiii. in.§. hoc autem iudicium.ff. de dam.inf. Et omnino (dicit etiam Bal. in cap. cum in iure peritus ad fi.de offi.de.) pro tribunali sedere maius quiddam est, quam citare, ex quo bo.po.tribuens ius (subijcit) pro tribunali decernitur, & tamen citatio aduersarij non requiritur.

Quinquagesima septima est dictio, proximū, quæ non importat vere idem,sed quasi idem similitudine, & etiam per similitudinē in aliquo non vere,ita Bal.formaliter in l.pergit.C.de sep.viol.

Quinquagesima octaua est dictio quanuis,quę sui natura aduersatur præcedentibus,tam in iure quam in facto.l.singularia.ff.si cer. pet. c. porrò & ibi Abb.ad fi. de priuil. c. at si clerici in prin. de iudi. Et implicatiua est secundum Bart. in l.j. col.ij.ff.de condi.& de.Corne.consi.xlii. nu.10. vol.iii.atque etiam interpositio in c.multi ij. q.j.

Quinquagesima nona est dictio quasi, quæ multas habet significationes,namque primum sui natura diminutionem importat.l. in facto.ff. de condi.& de.glo.in.c.parrocchianis de deci. & in c.pro ut de dolo & contu. aliquando capitur pro tanquam. c. secundo de priui. in. vi. quandoque veritatem designat.l.j.ff.de transac.glo.in d.cap. parrocchianis. interdum improprietatem & similitudinem denotat.l. ii. ff.de vsuf. ea. re. quę usu consu.l.prima in prin.ff.de eo qui pro tuto. Arc. in.l.si quis non quasi.ff.de acquir.her. nonnunq̄ excludit minimam numeri partem.c. cum dilecti de elec.& fusius Feli.in. c. gratum col. vlti. de offi.de.Corne.consi.cxcviii. col. iii. vol. ii. nonnihil Abb. in.c. cum dilecta col. secunda de ap Bertran.consi.cclxxxi.col.ii.vol.primo.Et quod sit nota improprietatis communiter, & fictionē importet probatur quoq; in l. meminimus & ibi Bal.C.de legi.here. & in §. sint igitur in auth. vt cum de ap.co.& in l.Imperialis.C.de nup. & in. l.si quis dolo.ff.ad legem Cor.de sica. & in l. iii. in.§.si.ff.eo.& in l.si cum dotem in.§.fin.ff. solu. mat.Bal. in.l. in rebus col. secunda, C. de iu.do. Abb.in.c.quæsiuit de verb. sig.Alex. consil. viii. col.secunda vol. secundo,& consi.cccxxviii.col. prima vol. vi.

Sexagesima est dictio, quantacunque multum vniuersalis, vt in pulchra.q. donationis inquit & declarat Bertran. consi.cccxxviii.in prin. vol. primo.bonus tex.in.l.balista, in prin.ff.ad Treb.

Sexagesima prima est dictio,quatenus ampliatiua,exemplum lego tibi vsumfructum quatenus apud hęredem tuum manet, nanq; competit non modo hęredi verum etiam tibi, ita Bal.in.l.antiquitas in prin.C.de vsuf.quandoque tamen facit conditionem.l.stichum qui meus erit.ff. de lega. primo, & alibi pro quia ponitur, vt dictioni catenus correspondeat in l.prima in prin.ff. de no. op.nun.nonnihil Bar.in l. prima num. 20.ff.de condi. & de.

Sexagesima secunda est dictio, quaque idem sonans quod omnis.l.hoc articulo.ff.de he.insti. l.si necessarias.§.si annua & ibi Bal.not.col. prima.ff.de pigno.ac.

Sexagesima tertia est dictio, quo ad, restrictiua personarum; quarum gratia exprimitur.l. cum hic status.§. si socer primo ibi quo ad ipsos inter quos donatio facta est, ff. de do. int. ui. & vxo.glo.in.l.aufidius.ff. de priui. credito. quandoque conditionem facit quandoq; dilationem quandam inducere uidetur,iuraque diuersimode loquūtur ideo pro resolutione videndus est Bar. in.l.j.nu.15.ff.de cond.& de.

Sexagesima quarta est dictio quisquis, distributiua.l.qui liberis.§. hæc verba. ff. de vulga. & pup.sub.Bal.in.l.si necessarias in.§.si annua.ff.de pigno.ac. quisque uero signum vniuersale collectiuum.l.hoc articulo.ff.de he. insti. & ibi Bart. Bal. & Imo. tamen aduertendum est, quia habet affinitatem cum dicta dictione quisquis, vsque adeo vt plerunque naturam assumat distributiui. d.l.hoc articulo ad fin. & ibi per doct. Corne. consi.ccxlviii.col.iii.vol. iiii. Aliter Bal. quoad dictionem quisquis,in.l.quisquis col.secunda.C. ad legem iu. ma.

Sexagesima quinta est dictio, qualitercunque, geminata & ampliatiua.l.prima.ff.de bo. eo. qui si.ip.mor.consi.dixi ego latè in l.transigere.C.de transac.nouissimè tradit Saly. in l. si serui vestri. C.de noxal.si statutum dicat qualitercunque occiderit quis alium, occidatur, quod intelligetur generaliter, nulla adhibita distinctione fusius Alex.consi.cci.col.iii. vol. vii. Et licet re euicta ex compromisso, non possit emptor contra venditorem

ditorem agere de euictione. l. si dictum. §. si ex compromisso. ff. de euic. poterit tamen si de euictione promissum fuisset qualitercunq; res euicta fuisset. l. cum pœna. ubi glo. ff. de arb. Bald. Imo. & alii in. l. si domus, in. §. de euictione. ff. de lega. primo Alexan. consi. xl. col. prima vol. iii. Gozad. Bononien. post eum consi. primo num. 19. & consi. xiiii. nu. 22. et ad idem etiam dicit alibi Geminia. quod eius natura est importare actum generalem, absque particulari detractione, consi. xxxv. col. secunda.

Sexagesima sexta est dictio, quemadmodum, quæ multas habet significationes ut per Cy. in rub. C. quemadmodum testa. ap. dictum quod regulariter facit similitudinem in facto non in iure vt in. l. si familia. ff. de iu. om. iud. plura facta sint, non idem ius tamen in furto, quod in albo, & glo. ibidem hoc notat secundum Io. quodq; stat aliquando modificatiue ut in. l. j. ibi quemadmodum tibi deberi probes. C. de eden. Et interdum demonstratiue vt insti. de gradi. cogna. in prin.

Sexagesima septima est, dictio, quilibet, eiusq; natura vnicuiq; tribuere insolidum. l. j. §. si apud. ff. depo. Bar. in l. ij. col. j. ff. de duo. re. Butigel. in l. iiii. §. cato nu. 51. ff. de ver. ob.

Sexagesima octaua dictio est, quandocunque, dinumeratiua temporis, & multiplicatiua, seu multas dispositiones continens implicitè l. si cum in annos. ff. quib. mo. vsuf. amitta. Bal. in l. præcibus col. xii. C. de imp. & a l. sub. qui dicit ibidem etiam col. x. quod in substitutionibus debet aliquid operari sed in venditione aliter Ang. consi. lv. quod ad an. xxx. restringi debet, multa Gozad. Bononien. in l. ij. vbi & nos quoq; C. de pac. int. emp. & ven. Et Ancha. consi. cclxviii. col. secunda quod dictio apta est, omnem modum & qualitatem comprehendere.

Sexagesima nona dictio est, quia, redditio causæ, & si apponatur in lege, finalis præsumetur, si ab homine & necessaria fuerit, erit eadem, si voluntaria impulsiua. l. si is qui animo. ff. de acqui. po. l. cum tale. §. fi. ff. de condi. & de. c. cum causam de testi. l. ij. §. fi. de dona. Bal. in. cap. quia propter nu. 17. de electio.

Septuagesima dictio est, quodammodo, improprietatis nota. l. in suis. ff. de lib. & posthu. l. j. ff. de ac. re. amo. §. i. in auth. de iureiu. à mo. præst. §. igitur insti. de pup. sub. l. pecuniam. ff. de sol. l. si filius. ff. quod cum eo. l. si me uacuan. & ibi not. ff. de acqui. po. l. prima. §. sed si mihi. ff. de verbo. oblig. l. iiii. §. cato. ff. eo. l. id tempus. ff. de vsucap. Bar. in. l. meuius in. §. duobus nu. xi. ff. de lega. j. & in. l. quod si uit, in fi. ff. sol. ma. Bal. in. l. si abducta col. ij. C. de fur. Alex. consi. lxxxii. col. ij. vol. ij.

Septuagesima prima dictio est, quouis modo, seu quoquomodo, vniuersalis, quæ tamen restringi debet secundum naturam subiectæ materiæ, siue ad modos proportionabiles materiæ idoneæ in qua exprimitur vt not. in. c. j. de consti. & in. c. dilecto de sen. exco. in. vi. & in cap. maximum. j. q. j. pulchrè Gemi. consi. xxix. ad fi.

Septuagesima secunda dictio est, quondam, quę significat tempus præteritum vt verbũ olim de quo supra tradit Boet. consi. ij. nume. 4. post Ange. in l. prima in. §. opus. ff. de no. om. nun. qui tamen hoc ibi non dicit, igitur adde tu Bald. in c. bonę nu. 1. de electio. Et dic quod quandoq; circa personam versatur. l. eius qui in prouincia, ff. si cer. peta. quandoque circa officium. l. tutorẽ. C. arb. tu. aliquando circa dominium. l. cum affirmes. C. de lib. cau. & nonnunquam etiam circa rem. l. si arborẽ & ibi Flo. ff. de ser. vrba. prædio.

Septuagesima tertia est dictio, quandiu quæ facit conditionem. l. pater seuerinã. §. fi. ff. de condi. & de. l. quandiu. ff. de acqui. he. j. ij. & iii. l. quandiu. C. qui ami. tradit Barto. in. l. j. num. 15. ff. de condi. & de.

Septuagesima quarta est dictio quamplures, quæ tribus vel quattuor potest uerificari argumentum in l. vbi numerus ff. de testi. Corn. cons. ccxxxii. nu. 2. vol. ij.

Septuagesima quinta est dictio, qui pro tempore erit, significans successorem perpetuum (quod notandum est) c. his quæ & ibi. Bal. not. de maio. & obed. melius in. c. cum inter col. ij. de re iud.

Septuagesima sexta dictio est, rectè quę secundum sui propriam significationẽ causam importat vt not. in. l. secunda. ff. de inoffi. testa. & in. l. sed si lege in. §. scire & seq. l. ff. de peti. he. & in. l. lecta. ff. si cer. peta. late Bertran. consi. ccexiii. nu. 11. vol. ij. & maximè differt a dictione rite quæ exponitur. i. solemniter, vt not. in. d. l. non putauit in. §. non quę uis ff. de bono. po. conr. tab. & in. l. iustè possidet. ff. de acqu. po. & in. l. petens. C. de pac. primo. mo. in c. k. secunda col. ii de testi. Dicit etiam Bald. in rub. de offi. de. quod significat ius quodque etiam iuris esse dicetur positio si ei adijciatur. Et dictam differentiam inter has duas dictiones, quod rite scilicet solemnitatem denotet, rectè vero ius seu iustitiam & necessitatem probat atque pulcherrimè declarat Por. insti. de mili. testa in prin. col. prima Areti. in. c. qualiter & quando, nume. 83. de accusa. Feli. in cap. cum venisset in prin. de testi.

Septuagesima septima est dictio. Releuium, inuenta ab idiotis, quoniam iure nullo scripta inuenitur, & est solutio quæ fit regis curiæ, siue principis, quando fit alienatio feudi in agnatum proximum qui successurus erat, similis solutioni quinquagesimæ quæ fit domino quando fit alienatio rei emphyteoticæ pariter, & de quo alias in. l. fi. C. de iu. emphi. & est argum. in. l. his verin. §. fi. ff. de lega. iii. a releuo dicta, quia dominũ releuat d. solutio, & afflic. declarat in. c. j. in. §. sed & res nu. 39. per quos fiat inuesti. in vsib.

Septuagesima octaua est dictio, resortus, cuius etiam mentio nullibi in iure facta reperitur, nil aliudq; est nisi ius primarum appellationum. Et tale ius non est de essentialibus feudi, quia concedi potest sine resortu, ut ciuitas sine territorio.

rio.c.j.§.fi.in quib.cau.feu.amit.in vfib.l.ij.ff.de verbo.figni.l. pupillus.§.vrbs.l. bona ciuitatis & feq.ff.eo.ti.Gui.Papæ decifio.dxviii.col.j.

Septuagefima nona eft dictio, refiduum, vnde Venetijs etiam refiduarij appellantur, cuius ap. ad propofitum venit omne & totum id quod fupereft.l.ij.C. de here. infti. l. vxori in prin.cum ibi not.ff.de lega.iii.l. qui non militabat.§. fi. cũ duabus feq.ff.de here.infti.Alexan.confi. xxxiii. col.j.vol.vii.

Octuagefima dictio eft, redditus, fanè generalior quam fructus,id eo aduertendum eft quando ponitur in inftrumentis ut per fpe. in.§.j.col. pe.de loca.gl.in c. generali in.§.redditus de elec. in.vi.& in cle.j.de reb.ec.non alie.Bertran.conf. cclxxv.nu.ij.vol.ij.

Octuagefima prima dictio eft,relictum, eftq; illud proprie quod fit in vltima voluntate.l. j. in fi.ff.de tab.exhib.not. in authentica fed hodie C. qui ma.non po.Alex.confi.xxvi.col.ij. vol.ij.

Octuagefima fecunda dictio eft rumor,fi quid dicatur quod non confonet veritati, neque naturę negotij conueniat, alias fama eft.l.cum quidã §.quod dicitur.ff.de acqui.he.l. pacumeuius androftenes.ff.de here. infti. Bald.confi. ccccxlvii. col.iiii.vol.v.Nonnihil in.l.ea quidẽ col.prima. C.de accu.

Octuagefima tertia eft dictio,Raro,quæ ęquiparatur dictioni nunquam, ex quo id quod raro euenit dicitur miraculofum , imò prouerbialiter dicere folemus, nec fine admiratione, quando quod ab aliquo fit,quod fieri non confueuit, ô q̃ magnum iftud miraculum eft. nec cafus rari funt in confideratione, nec obferuat denique legiflator quod raro fit. c.coram de offi.de.§. j. in auth. de confu.l.nam ad ca.ff.de legi.l.feio.§. medico. ff.de an.lega. multa Deci. in.l.ea q̃.ff. de reg. iu.

Octuagefima quarta eft dictio,ratum,quæ intelligitur de iure, & quia alia eidem additur, firmum fcilicet, hęc poftea intelligitur de facto, ideft de iure & de facto.l.id quod pauperibus, & ibi not.C.de ep.& cle. Bar. in.l. metum in §.uolenti ad fi.ff.quod met.cau.Alex.in.l.fi quis maior,latè, col.ij.C.de tranfac.& ibi nos ẽt multa.

Octuagefima quinta dictio eft, fœpius, quæ iterationem notat.l.veluti.ff. de eden. Abb.in c. mandamus in prin. de offi.archid.per illum tex.

Octuagefima fexta dictio eft, folitus, quæ femel intelligitur, ficut confueuit fæpe.l.iii.C.de ep.audi.not.in.l.de quibus.ff. de legi.Bart.in.l.j. C.quo mo.& quando iud.Alexan.confil.quinto col.pe.vol. v.

Octuagefima feptima eft dictio, Sed,quæ fui natura aduerfatur præcedentibus. l. fed fi lege in prin.& ibi not.ff.de peti. he. & in.l.hoc amplius in.§.de his.ff.de dam.inf.& in l.ij.ff.ne quis eum qui.Alex.confi.xxix.col.ij.vol.vii.

Octuagefima octaua eft dictio, fed fi, abfque copula:eius natura eft pręcedentibus aduerfari in iure & in facto c.per tuas de arb.concertationi de ap. in vi. fi vero cum copula puta fed & fi, tunc aduerfabitur in facto tantum, & in iure denotabit idemptitatem.l.iurifgentium.§.j.ff.de pac.c.fi is cui de preb.in.vi.glo.in.l.ij.C.fam.her.Gemi nia.in.d.c.concertationi nu. 12.

Octuagefima nona eft dictio,ficut, quæ veritatem denotat aliquando, non nunquam fimilitu dinem fignificat, & aliquando etiam ftat caufatiue,vt per Bar.in extrauagan. ad repri. in verb. pro ut.& Bal. in.l.edita in lectu. paduana in vlti. char.C.de eden.bonus tex.in. c. quanuis de offi. or.in.vi.& in.c.nulli & feq. de fen. excom.Areti. confi.clv.col.ij.Corne.confi.cccv.ad fi.& confil. cccxxii.col.pe. vol.iiij.

Nonagefima dictio eft, feu & fiue, quæ eadem eft, non alternatiue neque fimiles fimplici alternatiue fed earum natura proprie, diftinguendi verba & non fenfum. l. ad protegenda & ibi not. C. de in lit. dan. tu. l. j. C. communia de. Cy.Saly.& cu.in.l.cumquidam.C.de verbo.figni. Bartol. in l. fi is qui ducenta in.§. vtrum. ff. de reb.dub.Corn.confi.cxcviii.col.ij.vol.iii.facitq; tritum illud Alexander fiue paris, de quo Barto. in.l.fi quis ita.ff.de au. & argen. lega. Pau. Caft. pulchrè confi.cccxvii.col.iiii.vol.j. Aliter dicit Gui.Papæ alibi quod feu, eft ampliatiua habens naturam coniunctiuam fiue perfonis fiue rebus adiiciatur. Et quod amittit plerunque etiam naturam propriam fi difpofitio fiat fub quodam ordine naturali,confi. lx.nu. 5. Et Alex. fi ponatur inter genus & fpeciem, quod refoluetur in ideft, confi.cxxv.col.prima vol.vii.Et conf.50.col.pe. vol.v.quod eft disiunctiua,quodque incertitudinem caufat. Et confi.lxxix.col.ii.eo.lib.quod disiungit omnino,& ponitur inter diuerfa. Et hac ratione Bertran.confi.lxxxii.nu. vii. vol.i. quod æquiuoca eft, quodque multis modis poni folet ut per eum.

Nonagefima prima dictio eft,fi qua diftributiua.l.fi filiabus.§.i.ff.de lega.primo Bald.in.l.fi neceffarias in.§.fi annua.ff.de pi. ac.

Nonagefima fecunda dictio eft fub, quæ uarias etiam habet fignificationes, quandoq; enim denotat fubiectionem quandam, quandoq; pro coram ponitur,aliquando pro poft,non nunquã pro in,compræhenfiue, & pro ante vt in.l. ediles in.§.vendendi.ff.de edil.edic.quandoq; comminationem fignificat, & alia ut fufius declarat & exemplificat Corn.cõf.clxxxvii.col.iii. vol.4.

Nonagefima tertia eft dictio folummodo, taxatiua,ficuti dictio tantummodo,quæ concludit negationem in aliis.l. Lucius.§. quæ habebat.ff. ad treb.c.cum ecclefia de caufa po. & prop. Bar. & alii in.l.i.ff.fi quis ius di.non obtemp. Feli.in. c.contingit.col.ii.de fide inft.

Nonagefima quarta eft dictio, tantummodo, taxatiua vt fupra & in locis pręallega.igitur tranfeo, ne idem repetamus.

Nonagefima quinta eft dictio, Tantum: quæ fonat fimiliter in negatiuam. l. & poft edictum.

ff.de iudi.d.c.cum ecclesia de eau. po. & prop.e. cum contingat de offi.de.Gui. Papæ consi.ii.nu. 2.fusius Gozad. Bononien. consi. xxxi. num.22. quod taxatiua est ac restrictiua habens negatiuã inclusam in aliis. Et pulchrè ad materiam Bertran. quãdo dispositiue fit mentio de aliqua summa quod subintelligitur, tantum, puta promitto tibi centum, si vero enunciatiuè & per modum confessionis de minori summa, non, cons.ccxxii. ad fi.vol.secundo, & bene.l. rogasti.§. si tibi vbi Bal.Alexan.& Imo. ff. si cer. peta.not.in.l.cum furti.ff.de in lit.iu.& in l.rationes.C. de proba.

Nonagesima sexta dictio est.tanquam, impro prietatis nota.l.meminimus & ibi Bal.C.de legi. he.l.pecuniam.ff.si cer.pe.Alexan.consi.lxxxvii. col.ij.vol.ij.& cons.xxix.in prin.vol.iiii.& cons. lxxx.col.j.vol.vi.& consi.clxxiiii.in prin.vol.vii. & similitudinis, iuxta illud de quo in passio. domini Mar.xiiii.& xxvi.existis tanquam ad latronem, vnde simile non est idem.l.quod nerua.ff. depo.& similitudo contraria ueritati exprimitur per hanc dictionem, ut etiam dicit Corn. consil. cclxi. col. vii.vol. iiii. quandoque tamen veritatem importat siue proprietatem vt in. cap. fi. de offi.lega. Nig. in.l. j. col.xviii.ff.de offi. eius cui man. est iu.

Nonagesima septima est dictio, tamen, aduersatiua.l.ita tamen.ff.ad Treb.l.iam tamen.ff. iud. sol.l.qui tamen.ff. de arb. Bertran. multa consil. ccxxiiii.col.ij.vol.iii.

Nonagesima octaua est dictio totiens quotiens, infinitatem ostendens.l. si duo.§. fin.ff. de arb.not.in.l.si finita in prin.& in.l.qui bona in.§. fi.ff.de dam.inf.& in trac.securita.Magaloti,col. xiiii.par.iii.

Nonagesima nona est dictio, Tribunal, quę respectu illorum consideratur, siue ad illos refertur (prout etiam fuit dictum supra in dictione pro tribunali) qui maioribus præerant iudiciis, & hoc nouissimè (vt est videre apud liui. In concione Scipionis ad milites) quia subsellia postea & quoad iudices minorum iudiciorũ, dicebantur.

Centesima dictio est tunc, quæ præcisum denotat tempus, siue tẽporis extremitatẽ.l.obtinuit ff.de. cond.& de. Corn.consi.ccci.col.ii.vol.iiii.

Centesima prima est dictio, valde, quæ exponitur idest multũ.c. ex parte & ibi not.de fo. cõpe. Gozad. Bononien.consi.xcviii.nu.vii.

Centesima secunda dictio est, vnà. vnitatem denotans ut sonat.l.fi.C.de impub.& al. sub.l.lucius.§.quisquis.l.si pluribus in prin.ff.de lega. ij. Alexan.consi. xciii. col.ij. vol. vii. & exponitur vnà idest simul, estque valde coniunctiua ut dicit post Bal.in.d. l. fin. C. de Imp. idem Gozad. consi.lxxi.nume.9.si maxime dicatur vnà cum.§. nos autem insti.de at.tuto.l.imò de vsu & hab.l. fi.ff.ad legem aqui.& ad idem vnanimiter & eõcorditer fieri hinc dicitur, quod fit nemine discrepante, ut per Alex.consi.cxxiiii.col.j.vol. secundo, Ro.& alij in.l.iiii.in.§.cato. & ibi præceteris Seysel.col.x.ff. de verbo.obliga.

Centesima tertia dictio est, vt: quæ conditionem importat non modum si per ipsam adiectionẽ adiiciatur aliquid quod pendeat ex viribus fortune.ita Bart. in.l. quibus diebus in.§. termilius in.ij.q.ff.de cond.& de. Alexan.consi. xcv. ad fi. vol.vii.quandoque ponitur consecutiue, aliquãdo causatiuè, interdum veritatem, & sæpè similitudinem denotat. c. si autem ij.q.vi.c. vt debitus de ap.c.ut circa, de elec. iu.vi.l.vt responsum.C. de transac.c.cõsultationi.c.laudabile, de frigi.& mal.Corn. cõs.ccciiii.col.xi.& xii.vol.iii.& cõs. cccxxii.col.j.vol.iiii. & col. secunda, ibidem, & Bal.in.l.cũ aliis ad fi.C. de secun. nup. idẽ Corn. consi.cccv.ad fi.eo.lib.

Cẽtesima quarta dictio est vintenum. quę pro mœnibus & muris ponitur alibi, & dicta est à vincendo, quia vinteno vincuntur hostes & inimici argum.in.l.pupillus in.§.oppidum.ff.de verb. si. vel à vicesimo numero, quia vicesima fructuum pars pro vinteno soluitur hoc est pro muris ciuitatis extruendis, & ut fusius docet Gui. Papæ decisio.ccclxxii.ad fi.

Centesima quinta dictio est, vel, quæ ponitur inter æqualia, vel inter similia, communiter tamen inter diuersa, & quandoque pro etiam, & pro saltẽ & pro idest quoq; inter genus & speciẽ. l.j.ff.de reb.dub.l. supra iter & ibi Rom. col. j.ff. de aqua plu.ar.l.si stipulatus.§. adhiberi.ff. de fideiusso.l.hæc verba.ff.de ver.si.l.vbi pactũ. C. de transac.& in rub.si ager vectigal.vel emph.Grat. consi. cxi. in prin. vol.j. & consi.lii.ad fi. vol. ij. Ferrarien.in.l.pe.col.i.C.qui admi. Cuma.cons. xcvii.col.ii. Corn. consi.cciii.col. ii. uol. ii. & consi.cccxv.col.ii.uol.i. Et si diceretur uel circa, referri deberet insuper ad modicam quantitatem ut declarat Iaco. de Belui. in auth. de Monach. in prin.& Alexan.consi.cxx.col.ii.vol.ii.& consi.xliii.col.ii.vol.vi.Corn.consi.lv. col.iiii. vol.iii.& consi.lxxxvii.col.fi.eo.lib.& consi.lix. col.ii.vol.iiii.

Centesima sexta dictio est, vsque, quę includit extremum ad quod. quod tamen fallit si ratio nõ patiatur, quia tunc stabit exclusiue vt inquit Bal. in.c. sicut de cohab.cle. & mul. & quod includat probatur in.l.fi.ff.de senato.& in.cap.j. & ibi Alua.col.secunda, de mil.ua. qui contu. est. Prob.in addi. Io.Mona.in.c.pia.nu.xi.& nu. 33. de excep.in.vi.Imo.consi.x.nu.2.etiam si dicatur in tertiam generationem vt per Alexan.consi.cx. col.pe.vol.iij.cons.cxxv.col.ij. vol.v.

Centesima septima est dictio vltra, implicatiua præcedentium, siue inclusiua, quæ tamen modicum significat.l.si vltra.ff.de fideiusso. c. Raynucius de testa.argum.in.l.hæc adiectio de verb. sig.Bar.in.l.qui ita ad fi.ff.de dote prælega. Deci. consi.xxi.col.j.vol.iij.Bertran.consi.ccclxix. nu. 2. vol.ij.Corn.consi.cxcvi.col.ij.vol.iiii.

Centesima octaua est dictio, vbicunque siue vbique quod idem est, vniuersalis.l. vbicunque. ff.de

ff.de int.ac.c. ad honorem de auc.& usu pal. Io. And.in.c.vbicunq; pen.in.vi.est verum aliquando si in materia proferatur; in qua sit restricta per alia iura, quod vniuersaliter non intelligitur ut in.c.cum sis & ibi not.de aucto.& usu pal.Gemi.in pulchro casu consi.xcii.col.secunda.

Centesima nona est dictio veluti, exemplificatiua.l.veluti.ff.de iusti.& iu.l. quamuis.ff. de in ius vo.l.quędam mulier.ff. de rei vend.l. sed & si quid de cont.emp.l. fi. ff. de peri.& commo.rei ven.l.quotiens ff.de iureiu.l. per procuratorem. ff.de procu.l.fi.ff.quod cuiusque vni. no.l.i.ff.de offi.eius.l.iii.ff.de cond.fur.l.argumento.§.mundus.ff.de au.& ar.le.l.seruitutes.§.modum.ff. de serui.l. aliquando.ff.de condi.& de.l.consensu. ff.de ac.& ob.§. ideo instit. de ob. quæ ex con. Bertran.consi.ccviii.nu.xviii.vol.ii.

Centesima decima est dictio vt pote, quæ stat pro sicut, similitudinis nota quanquã alias etiam significationes habeat, ut supra dictum fuit, probaturq; istud in auth.ingressi & ibi dixi.C.de sacrosanc.ec.in figuratione casus.vel dicamus nouissimè, qđ sit expositiua seu exemplificatiua ut in prohe. ffo rum in prin. ver. itaque.

Centesima vndecima est dictio, vnicuiq; siue vnusquisq;,geminata & ampliatiua eiusq; natura huiusmodi, vt omnia comprehendat.l.balista.ff. ad Treb.l.diuus.§.i.ff.de iu fi.l.hoc articulo.ff.de here.inst.Bar.in.l.i.in rep.nu. 14.C.de sacrosan. ec.Alex.cõs.cci.col.iii.vol.vii. & simile est(vt ibi subiicit) in dictione qualitercunq; de qua supra.

Centesima duodecima est dictio, videlicet, exemplificatiua & declaratiua, imò quod restringit etiã præcedentia si sequentia suadeant tamen l.fi. ff. communia prædio.l. fi. C.in quib. cau. in int. restit.non est. ne.l. videlicet.ff. ex quib. cau. maio.l.nec est necesse.ff.de bo. lib. glo. in clem. causam in ver.videlicet,de electio.Deci.cõs.xxi. col.ii.vol.iii.Bal.i.l.cũ mulier.ff.sol.mat. Corn. cons.xc.nu.2.& 6.vol.iiii.& consi.cv.col.iii.vol. iii.& consi.clxxviii.col. iii.& consil. cxcv.col.ii. eo.lib.Bertran.consi.lvii.nu.ii.vol.ii.

Centesima decima tertia est dictio, vero, quæ pro sed ponitur, coniunctiue, vsque adeo vt repetitionẽ inducat præcedentium.l.Scie.§. Caio. ff.de fun.inst.Bal. in.l.omnes populi col.xiii. ff. de iusti.& iu.latè Alex.cons.ccxlix.col.ij.vol.vi. & hęc sufficiant pro nunc, multo plura omittentes, de industria, quæ scribi, literisq; mandari potuissent, tum vt breuitati consuleremus, quoniam longum fuisset si omnia exequi voluissemus vt inquit l. Con. in.l. etiam.ff. de ma. uind. tum vt scribendi materiam aliis præberemus, eisdem relictis illis, quę hic deesse cognouerint, & quia (quod plus est) hæc quanquam prolixius alioq; ordine multis etiam prætermissis, quæ nihilominus hic congessimus nos, ab alijs rursum, tractata fuerunt. Finis.

DE REGVLA LIBER.



QVID sit regula, & vnde dicta, fuerit, quæ græce Canon appellatur, clare legitur in.c. regula & in.c. Canon, & ibi Archid. Gemi.& præpo. multa iij.d. & subdit (quod omittendum non est,) idem præposi.etiam.d.c. Canon, quod hinc Canonici dicti fuerunt ecclesiæ cathedralis, ex quo viuere debent sub regula, & debito ordine, nõ vacare ludis crapulæ luxuriæ, & auaritię hinc quę ius Canonicum, ius regulare, & sic Moniales canonicas eadem ratione Bald.in c.dilecta de maio.& obed.& pręlatas (quod idem sonat) in.c. cum ab ecclesiarũ prælatis nu.16. de offi. ordi. & alibi lyran.in prolo.Bibliæ, quod appellatur regula Clauis, qua aperitur sensus in sacris literis. hoc modo & quo ad ipsius regulæ propositum, sciendum est. Et primo vbi est, quod ibi dubiũ esse nõ pôt, vt inquit Bar. in.l.quotiens.ff.si quis cau.

Secundo, quod eidem standum est vt in rub.de regu.iu.in.vj. & in.l.j.ff.eo. ti. & qui nititur iure singulari id probare debebit cle. fi. & ibi glo. de rescrip.Corn.consi.clxxxii.nu.vii. vol.i.

Tertio qđ pro regula semper est pronunciandum, nisi (& rursum) probetur contrarium, vt not.in.l.qui restituere.ff.de rei ven.Bal.in.c.j.nu. 6.de alie.iud.mu.cau.fac. Saly.in. l. si fundum ad fi.C.qui po.in pi.hab.Feli.in.c.quoniam frequenter, col. iii.vt lite non cont. Et omnis regula (quarto) dici potest verbum abbreuiatum, vsque adeo vt sana indigeat interpretatione & solemni, sed non si verbum specifice demonstratum est. l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de lega.iii.not.in l.voluntatis.C.de fideicommi.Bal.in.c.cum venisset col.j.de iudi. Est verum quinto, quod quandoque regula vera est exempla autem falsa, & econtra exempla vera, & regula falsa.l.eleganter §.non solum.ff.de dolo.c.j.& ibi idem Bal. numi. 24.vt lite non cont. Sexto quod ea quæ sunt regulæ, non possunt statuto vel consuetudine mutari, quodq; ei solus Papa derogat, prouincialis autem seu Abbas nõ, sed quid ad rumbũ (vt aiunt) Palestinæ interrogaris, respondes ægypto, alijs lippientibus, oculos nõ dolentiũ vngimus, sic gl. in auth. licet.C.de natu.lib. dictum enim in se verissimũ est, qđ, de regula monachorum intelligitur.c.cum ad monasteriũ de sta.mo.Fede.de Sen. consi.xx.Bal.in auth.ingressi.C.de sacrosanc.ec. Bertan.consi.xii.nu.8.vol.iii. & consi.xvi. nu.3. eo.lib.nos autem loquimur de regu. iuris, igitur (hoc idem obiter dictum sit) transeo.

Et dico septimo, quod regulæ nostræ etiam deficiunt sicuti quoque dialecticorum.l. ita stipulatus.ff. de verbo. obliga. fuitque verbum Bal. in.l. Et si post tres col. vndecima in repetit.ff. de pactis.

Quodq;(octauo)perdunt officiũ habentes instantiã, firme tñ manentes in aliis & in dubio disponentes.c.ficut vrgeri.j.q.j.l.quæsitũ.§. deniq; ff.de fun.inst.§. vt aũt in auth.de non alienã.Bar. in.l.quis.C.de pigno. Abb.in c. venerabilẽ col.j. de electio.Bertran.cons.ccxc.nu.ix.vol.iii.

Nono.sciendũ est, q̃q̃ regula & exceptio sit de eodẽ facto, qđ tñ in iure semper sunt opposita.l. j.ff.de regu.iu.Bal.in.l.item quæritur in.§.j.col. ij.ff.loca. Et decimo, sicut variatur regula qđ ita variatur exceptio, & qđ intellectus exceptionis debet esse oppositus regulæ, inquit ibidem in §. qui impleto col. iii. licet quandoq; regula sit, exceptionem nun habens vt in c.licet & ibi Abb. in.vii.not.de regularib.sed ineptũ est eã nõ falle re inquit gl.in auth.vt si.prohib.mat.debi.ĩ prin.

Vndecimo(quod nec à materia alienum erit) quando p̃cedit negatiua regula.deinde exceptio ponitur, quod respectu exceptuatorum dicetur permissiua vt not.in.l.j.ff.de regu.iu.& in.l.actione.C. de transac.& per Bart. in.l.si eum in.§. qui iniuriarum.ff.si quis cau.Ferrarien. cõs.iij.nu.3.

Et (duodecimo)quod illud qđ pro regula traditur in feudis, aliter natura feudi uocatur, secundum Bal.(& est not.dictum)cõs. cclxxv. in prin. vol.ij.quod refert & sequitur Bertran.cõs. xviii. nu.13.vol.ij. Est verum qđ exempla (decimo tertio) eam non restringunt, tametsi declarent.§, hactenus insti.de gradi.l.damni infecti stipulatio pertinet ad fi.ff.de dam. inf.l.j.§. qđ vulgo.ff. de vi ar.l.regula.§.& licet.ff.de iu.& fac. igno. Bertran.vltra alias dicta sepe alijs in locis, cõs.cexcviii.nu.iiij.vol.iij. Decimo qnarto adhuc prætermittendum non est, regulis potissimum hanc nostram iuris prudentiam fuisse à maioribus cõstitutam, vt in prohe. fforum in prin. ibi nostris regulis obseruatis. Ex eoq; etiam liquet, quia dicitur alibi sic.regula iuris non est impedimẽto in.l. ventri in.§.fi. ff.de tuto.&: cu. dat.ab his.

Et alibi, q̃q̃ regula iuris ciuilis fit, in.l.j. ff. de auc.tuto.& in.l. si ita scriptum in.§. regula.ff. de lib.& posthu. Debet etiam esse regula (Decimo quinto) iuris & non facti, propter nimiam factorum multiplicitatem, inquit Bal.in.l.vt uim col.iij. ff. de iusti. & iu. Et quando (ac decimo sexto)sunt diuersę leges,& vna procedit per modum regulę, in omnibus aliis intelligetur repetita, vt per Bar.in.l.prætor ait in.§.ceterũ; differentia col.ij.ff.vi bo.rap. Decimo septimo regula formatur per verba affirmatiua siue negatiua vniuersalia.l.iura & ibi Bar.col.j.ff.de legi.

Et tamen (vt dixi) ineptũ est eam non fallere Decimo octauo, & nouissime tradit Corn.cons. cclxxxi.ad fi.vol.iiij. A nostris regula, â physicis Aphorismus, à dialecticis maxima, appellatur, vt per Odof. in.l.pacta nouissima, col.ij.C. de pac. Decimo nono, dicunt docto.in.l.fi.in prin.maximè Purpu.ibidem.C.de pac.quod cum illius decisio facta non esset, lex illa, constituens ibi adhuc regulam, reputatur singularis.Et in simili probatur in.l.j.C. communia de lega. coniuncta.l.j.ff.de lega. j. Et Bal. alibi vigesimo, quod errare non poterimus fundamentum facientes in regulis iuris consi.cccclxviii.col.j. vol.v.

Et alibi, vigesimo primo Saly.in.l.quod te col. pe.ff.si cer. pet. quod scholares non debent deserere regulas iuris, propter casus singulares, quem refert & sequitur Afflic.in tracta.iure Prothomy. in prohe.col.i. Vigesimo secundo à regula recedere non debemus, nisi per aliam legem.c.in fidei fauorem & ibi glo. de here.in.vi. Bald.in.l. iij.ad fi.C.fam.her.& in.c.j.col.ij. de pa.iu.fir.in in vsib. Feli.in.c. quoniam frequenter, col.iij. vt lite non conr. Seysel.in.l.qui iurisdictioni col.ij. ff. de iuris.om. iud. & est argumentum vlta eos in.l.non est nouum.ff.de legi.& in.c. super quæstionum in prin.de offi. de. Et quod à regula recedere non debeamus, satisque sit pro se habere eam, probatur in.l.ab ea parte.ff.de proba.& in. l.omnis diffinitio, dum dicit glo.ibi quod eidem inherere debemus ut Bononien. Carrocio facit, ff.de regu.iu.tradit Bart.in.l.ij.col.j. vbi Ias. fusius.vij.ff. si quis in ius vo.non ie.

Vigesimo tertio a deo nobis necessaria est regula, vt lata culpa sit eam ignorare inquit Saly. in.d.l.quod te, col. præallega.

Vigesimo quarto dicimus etiam quod regula offendi potest, si id suaserit æquitas. l. ij.§.item Varus.ff.de aqua plu.ar. & in authentica vt si pro hib.mat..deb. in prin. allega. etiam supra argum. in.l.diuus.ff.de resti. in int.

Vigesimo qninto & vltimo, quod exceptionẽ declarat, quia si dixero. scholares studẽt solus titius ludit quotidie, tempusque terit ineptijs, vtique intelligetur, ex declaratione regule verũ, si Titius fuerit scholaris. l. j. ff. de regu. iu. alias exceptio, bona non esset.l. nam quod liquide.§. fi.ff.de penu. lega. dixique alibi sæis. nouissimè Bar.in.l.in his ff.de legi.& in. l. si eum. in.§. qui iniuriarũ nu.6.ff.si quis cau.Deci.in auth. si quis in aliquo in prin.C.de eden. Finis.

ADDITIO.

Quod regula vigesimo sexto debet esse vera vt in pluribus, sicuti de diffinitione inquit glo.in.l. suus quoq; in.§.puto.ff. de here.insti. Are.in.l. j. col.pe.ff.de testa.& ad regule propositũ ita dicit Bal.in.l.i.in ii.lectu.col.1.ad fi. C. vnde vi.

Vigesimo septimo qđ ad regulã trahi non pñt, q̃ quandoq; fiunt & nõ ut plurimũ fiunt, nec sunt cõsideranda.l.Seia.§.medico.ff.de an. lega.idem Bal.i.l.reos col.iii.C.de acen. Vigesimo octauo, qđ regula non facit ius, sed sumitur ex iure, ad differẽtiam Catonianæ, quæ iuris est.l.i.& ibi Bart.col. prim.ff. de regu.Cato. & dicam infra, & si iuris est vtique est transitiue, quia ab ea fit transitus ad ius, quod est separatum & distinctum pœnitus ab ipsa regula, & vt latius declarat Deci.in.l.j.num.6.ff.de regu.iu.Catoniana vero intransitiua vt ibidem.

Vigesimo nono, quod regula magis specialis præsu-

præsumitur respectu personarum quàm casuum vt sentit Bar. in extrauaganti ad reprimendum in ver. non obstantibus col.ij. Bal.in.l.j.in iij. q. ff. de offi.cõsu.Deci. i reg.i toto.col.ij.ff.de reg. iu.

Trigesimo quòd trahit ad se quoscunq; casus emergentes, exempli gratia tradita in.l. j. ff. de cond.ex lege,statuta & consuetudines, & in.§.septima insti.de bo. po. declarat Bald.in.l. omnes populi col.xj.ff.de iusti.& iu.

Trigesimo primo dicit etiam Abb. quod ex modico defectu regula non est violanda in c. ex conquęstione col.iiij.de resti. spo.

Quam Trigesimo secundo, prisci rubricam appellabant ut per glo.in.c.ij. & ibi Barba. col. iiij. de consti.& in.c.super literis de rescrip. & in. c. peruenit secundo de iureiu.

Trigesimo tertio regula ius strictum dicitur vt inquit Archid.in.c.prima. xxv.q.j.

Trigesimo quarto, quod ubi præcedit vniuersalis affirmatiua; & inde sequatur dictio nisi inducitur exceptio à regula.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cau.l.actione.C.de transac.c.peccatum de regu. iur.in.vj. Nel. de banit. in iij. par. iij.tempo.q.xii.col.ij.

Trigesimo quinto qđ tenaciter ẽ obseruáda nisi in cõtrariũ appareat spális dispositio.l.oĩs diffinitio.ff.de reg.iu.Bal.i.l.pe.i fi.C.de ser.pi.da. ma.

Trigesimo sexto, quod cum ostendat naturam rei, debet tradi perfectè siue de re perfecta,vt inquit Albe. Guidalot. in.q. Statuto cauetur. col. vlj.in vol.disputatio.

Trigesimo septimo, quod à regula rigor, quẽadmodũ ab exceptione æquitas emanat.l.j. & ibi Barto.C.de legi.l.prospexit.ff.qui & à quib.l. qui ęquitate.ff.de excep.do.Gĩma.i. c.j.de re.p. in 6.

Trigesimo octauo quod nihil noui inducit regula verũ iam inductum atq; dispositũ declarat.l. j.ff.de reg.in.Dy.& Io.And.i rub.eo.ti.i vi.Bar. i.l.j.ff.de reg.cato.Regiẽ.in.l.j.col.ix.ff.de leg. j.

Trigesimo nono, qđ fiscus nõ petit quæ ad se nõ pertinent,nisi dominio translato, vt not.in.l. his consequenter in.§.j.ff.fam.her.Bal.in.l. iurisgentium in.§.si ob maleficium.ff.de pac.Lauden. in tracta.de.iu.fi.q.cvii.

Quadragesimo, qđ ob excellentiã viri recedimus à regu.l.sed & reprobari.§.amplius.ff.de excu. tu.argu. in l.ad bestias.ff.de pen.Bo.Curti.in in tracta.nob.nu. 60. par.iij.

Quadragesimo primo si sint duę regulę vna permissiua altera prohibitiua hæc præualet communiter iuxta not.in.l.si Rufinus.C.de mil.testa.

DE REGVLA CATONIANA LIBER.

QVONIAM regula Catoniana iuris est (quicquid garriat Io. And.in rub.de reg.iu.in.vi.)vt firmat Bar.in.l.j.col. j.ff.eod.& in l.cũ legato.ff.quãdo di. lega.ced. aliqua dicere instituimus nos, deq; ea nunc aliqualiter loqui qđ nec à materia prorsus (qq̃ sublata videtur noua cõstitutionẽ.l.vnic.C. de cadu.tol.)alienũ videbitur,ostẽdemusq; insuper sic antiquitatis inscitia nõ errasse,vt insti.de testa.in prin.& in l.j.& ibi Odof.in prin.ff.quod met.cau.Specu.in.§. sequitur in prin. de testa.

Sciendũ igitur est & primo regulã Catonianã fore hmõi,si legatũ inualidum sit, nec postea cũ moritur testator cõfirmetur haud cõualescere.l. j.ff.de reg.Cato.l.cætera.§.j.ff.de leg.j.Bar.in l.id quod, & in.l.si mihi & tibi in.§.j.ff. eod.

Quæ tñ locũ nõ habet & secundo,quando legatũ foret inualidũ,inspecta psona legatarij.l.debitor.§.fi.& ibi Bar.ad fi.ff.de leg.ij.Nihilominus considera tu,qđ imò valeat,qa persona dñi tantũ inspicitur,vt signanter dicit tex.ibidem,& in.l.si mihi & tibi in.§.regula.ff.de leg.j.& sic nõ sumus in casu huius regulę. Tertio qđ legatũ purũ impedit,non conditionale, vt formaliter dicitur in ľalleg.l.cætera in.§.fi.ad fi.ff.eo.Bal.in.l.q filiabus i.§.fi.ff.de lega.j.& in.l.à filio.ff.eo. Et ratio nem assignat Dy.i reg.nõ firmatur de regu. iu. in vj.Sed melior est illa Bar.in.d.§.fi.qa testator apponendo conditionẽ videtur non tempus instans cõsiderasse seu cõsiderari voluisse se sed futurum, vt ẽt est glo.ad idem in.l. põt quis.ff.de here. insti. & not.in d.l.j.& in.l.pe.ff.de reg.Cato.Pau.Cas. cõs.xxi.col.j.vol.j. Ex quo infertur & quarto, quod põt prohiberi.d.regula,non modo expresse vt per glo.in.d.l.põt quis,& in.l.in tempus.ff.co. & vtrobiq; Bart. & Bal.verum ẽt tacitè mõ supra dicto, si legatũ sub conditione fiat vt in.d.l.pe. & not.in ľallega.§.fi.& in.d.l.in tempus,& hoc casu maximè locũ habebit qđ dicitur in.l. cũ quid.ff. si cer.pet.quod par est virtus taciti & expressi.

Quinto cessat quoq; in substitutionibus hac de re, quia scilicet in eis sunt dispositiones conditionales.l.si is qui heres.ff.de vulga.& pup.sub.l.placet.l.si quis posthumos.ff.de lib.& posthu.Ias.in d.l.cętera,in prin.col.iiii.Bal.in.l.moribus.§.sed si extraneũ col.j.vbi ẽt Alex.col.iii.ff.de vulga.& pup.sub. Nec locũ habet sexto, in testamento militis,ex quo regula ipsa est iuris ciuilis, à quo miles absolutus est.l.neq;. & ibi idẽ Bal. in prin. ff.de mili.testa. Ego in priuileg. militum.xxviii.

Non ẽt & septimo qñ esset impedimentum cui testator prouidere nõ potuisset,ut pulchrè declarat & exemplificat Ias. in.l.seruis.C.de legat.

Vel essemus octauo,in tutelis,vt sentit Bar.i.l. si nemo in prin.ff.de test.tu. & nimirũ qa dies tutelæ cedit à die hæreditatis aditæ.l.iii.ff. de tegu. Cato.l.tutores.ff.de testa.tut.l.si is q.§.idẽ eueniret.ff.de excu.tuto. Minus habet locum quoque.

Et nono,in cõtractibus,vt i feudo inqt Bal.i.c. j.in ij.not.q suc. feu.da.te.in vsib. subiciẽs id qđ nõ tenuit à principio, ex quo feudũ nõ erat apertum,ex post facto cõfirmari, si eidẽ collatio apparitur.Et nimirum qa tunc consuetudines seruãtur,ex quo materia exorbitans est,à regulis iuris communis, continens ius singulare, ut inquit Barto. in.l. vt iuris iurandi in.§. si liberi. ff. de ope.

ope.lib.& Iaſ.in.l.j.col.ij.ff.ſol·mat.

Quam adhuc ius canonicum excludit,& decimo.c.quanquam de vſu.in.vi.vbi glo. Bal.in.l.j. C.de ſacroſanc.ec.Barto.in.d.l.j.& in.l. fi. ff. de regu.cato.Deci.ſeni.in.d.l.cætera, in prin.col.3.

Et ſi fideicommiſſum relictum fuiſſet filio. Decimo primo, verbaque ſaperent dilationem in tempus exiſtentię ſui iuris,vtique non haberet locum in eo regula.l.vbi pure & ibi Bar. in prin. ff.ad Treb. Non decimo ſecundo, in legato vſufructus, quia regulariter ſuperueniens proprietas ipſum firmat.l. quod in rerum.§. j. & ibi hoc ipſum præciue not.Bal.ff.de lega.j.

Decimo tertio dubitauit Alex.quid in relictis inſtitutionis titulo. in.l. Gallus in.§. quid ſi is col.iiii.ff.de lib. & poſthu.& determinat quod in eis locum non habeat pariter,& bene,eſtque tex. in d.l.iii.ff.eo.de regu.cato.

Et ideo decimo quarto,locum habet duntaxat in tribus caſibus, ut not.in.l.j.vbi glo. & Bart.ff. eo.prꝼallega. cum deficit legatum ex perſona legantis,propter rem, & propter legantis ac legatarij perſonam, tradit Deci. Seni. in d. l. cętera latè Dy.in.d.regu.non firmatur.

Et in materia decimo quinto dicit etiam per tex.in.d.l.j.in prin.Corne.quod quando aliquid eſt relictum ſub conditione, dicitur non relictū, conditione defecta, & quod caſus cōditionis defectus dicitur omiſſus, conſi.xl.nu.13.vol. iii. & bene.l.cōmodiſsime.ff.de lib. & poſthu.& idem conſi.lxx.col.ij. vol.iii. & conſi. lxxix.col.iii. & conſi.cvii.col.ij. & iii.& cōſ.cxliii.ad fi.eo.lib.& cōſ.xviii.ad fi.vol.iiii.& cōſ. clxxx.col.iii.& cōſ. cccxx.col. j. eod.lib. & conſi. ccxiiii. ad fi. vol.j.

Quando impedimentum verè ſuberat decimo ſexto, ſi tamen non ſubeſſe fingatur fictione iuris regula Catoniana rurſum nō impediet legatū valere,vt dicunt docto.Bar.& Imo.& Iaſ.in l.nō quocunq; in.§.j.in prin.& per illū tex.ff.de leg.j.


Et ſi decimo ſeptimo, teſtator deceſsiſſet condito teſtamento ſtatim, legatum nullum reconualeſcet ceſſante impedimento, ex cauſa tamen, quæ trahatur retro, nec regula hæc adhuc locum habebit.l. ſeruum filij & ibi not. in prin. eſtque opi.communis.ff.de lega.j.

Oportet etiam Decimo octauo, quod à principio(vt locū habeat)impedimentū ſit pciſum,d. §.i.& ibi idem Iaſ.nu.5.& 6. alias legatū valeret.

Et forte Decimo nono,à nomine auctoris,dicta eſt,vt Falcidia,Trebellianica,Aquilia & ſimiles.& ſic à digniori, quando alia haud ſubeſt ratio ut not.in.l.Imperium.ff.de iu. om. iud. & in. c.ex literis de conuerſ.infid.

Verum cogita, Et vltimo, cur ſic regula dicta ſit,nec tñ fuerit in titulo de reg.iu.poſita.vel dicas quod imò poſita ſit (q̄q̄ alia ratione ti.eiuſdē ſingularis factus fuerit)in.c.nō firmatur p̄allega. de regu. iu.in.vj. & ibi Dy. multa, & in l. quæ ab initio.ff.eo.maximè quia regula ex iure ſumitur, hæc vero regula iuris dicitur, vt ſupra. Finis.

DE REGVLIS CANCELLARIAE APOSTOLICAE, LIBER.



POSTQVAM de regula ſimpliciter,deq; Catoniana pariter locuti ſumus, aliquātiſper quoq; uolo nunc loquamur de illis, q̄ cancellariæ apoſtolicę eſſe dicuntur. Et primo qđ ligant omnes,etiam extra curiam,quod tamen verū eſſe intelligas, ſi fuerint intimatę ſecundum formam de qua in auth.ut facte noue conſtitutiones,alias ius non facerent,neq; ligarent, quia non ſunt generales,vt inquit Ancha.cōſ.ccxcvii.col.j.Et Feli.in.c.ex parte col.pe. de reſcri. & in.c.j.col.vii. de re iud. Et hac de re Secundo ſententia contra illas lata ualeret,nec infirmaretur,ſicuti nec lata contra ſententiā principis,quæ licet faciat ius, illud tñ extrauagans eſt,ut not. in.c.paſtoralis de ſi.inſtru.Idem Feli.in.d.c.j. Et ad propoſitum qđ requiratur intimatio declarat etiam Bertran. conſ.cclxxxvii.nu.11.vol.j. Nec ligant alias & Tertio, gratiam ſucceſſorum, niſi confirmentur ſecundum Ancha.in.c.j.de conſtitu.in.vi.Cardi. conſi.cj.Feli.in.d.c.j.col.vii.

Et ut ligent rurſum,præter intimationē,Quarto loco,oportet quod viuat cōditor, nec ſint iuri cōi, ſacrorumq; conciliorū decretis, contrariæ, vt in.c.inſtitutionis.xxv.q.ij.& in.c.i. de conſti. not.Io.And.in.c.nemo poteſt de reg. iu.in.vi.in Mercuria.Feli.ī locis ſupra allega. Et Capel.Tholoſa.deciſio.ccccxliiii. Et dum dicit gl.d.regularum in prin. Quinto,quod regulę Cancellariæ ideſt,de iuſticia intelliguntur,quodq; non ſolum debent obſeruari in curia,& in cācellaria,verū ēt ī toto orbe, declara tu ex ſupra dictis verū fore,ſi fuerint intimatę.Et qđ alias mortuo Papa ſexto ipſę quoq; moriuntur,niſi reuiuiſcāt cōfirmatione ſuperioris, quæ tñ confirmantis eſſe dicētur & nō mortui pontificis,argum.in.l.j.in.§.oīa.C.de vete.iu.enu.l. adoptio non iure facta.ff. de adop. Feli.ī.c.inter dilectos col.8.de fi.inſt. hęcq; addi debent ad gl.in d.reg.Cancel.26.col.pe.quæ ſolū dicit id de quo ſupra qđ moriunt̄ ſcilicet mortuo Papa tamen diſtinctio adhibenda eſt, vt pulchrè per Gemi. conſi. xciii.col.ij.

Septimo quod ſunt exorbitantes à iure communi vſque adeo vt verba illarum intelligi debeant ſtrictè,& propriè,vt in ſtatutis exorbitantibus pariter, inquit Barto. in.l. ſi rem in.§.pignus.ff.de pigno.ac.& Are.poſt eum cōſ.cxxiiii. col.ij.quod loquentia in pignore non habent locum in hypoteca, & eſt argumentum in.l.3.in§. hæc verba.ff.de nego. geſt.& ideo ad propoſitū ſi regula loquatur in Papa,nō extendet̄ hac ratione ad legatū,niſi aīæ fauor ſit in cā, vel ex identitate rationis fiat extenſio,vt not.in auth. ſimiliter.C. ad legem fal.& in auth.quas actiones.C.de ſacroſanc. ec. & in.l. ſi vero in.§. de viro.& in. l. ſi

con-

constante sol.mat. deque his alias Casiodo. decisio.xvi.de preben.& xxiii. nu.vi.eod.titu. & in regu.cancel.decisio.viii.nu.2.& decisio.xx.num. 4.& decisio.xxix. nu.1.& decisio.xxxv.nume.1. & glo.ibidem hoc est in regu.xxviii.

Haud omittentes octauo, scituque dignum est, quod non ligant Papam, seu quod regulis suis non ligatur ut per Anchar.consi.ccxcv.col. ij. & Feli.in.c.ad aures,col. viii. & est not.limitatio, (licet non dicatur) ad id quod dicitur in rub. & in.l.i.ff.quod quisque. Et facit tex. in.l. inquisitio.C.de sol.& in.l.princeps.ff.de legi.& in.l.digna vox.C.eo.

Et quia (nono) Cardinales sunt pars corporis Papæ,& veluti membra, eiusdem nec aliquid ordinat aut disponit, quod eorum assensu non faciat.l.quisquis.C. ad legem iu. ma. c. nouit.cap. quanto de his quæ fi. à præla.non deberent quoque ligari illis & sensit Ancha.in loco preallega. Nihilominus Io. And. in c. nemo de elec. in.vj. tenuit contrarium vbi etiam Gemi.col.j.Et audacter post multa alia Feli.in.d.c. ad aures col. viii. Et male mihique opi.prior videtur verior, quia nec id dicit Io. And. Nec Gemi.in loco preallе. nec rationi prædictæ respondet Feli. in. d. c. ad aures immo quod nec ab eis Papa exigit iuramentum obedientiæ,ex quo exigeret à se ipso, ut dicit idem Io.And.in.c.Antiqua de priui.& Bolognin. In addi. Cataldi.de Boncompag.num.lxiii. de potesta. Papæ. vel & fusius pro opi. concordia vide,quæ dicit Gomes. olim Collega in prohem.regu.q.iiii.

Et ad propositum decimo, dic, cum Papa sit supra ius positiuum, & in beneficialibus habeat plenitudinem potestatis.c. cuncta per mundum. c.per principalem.ix. q. iii. c. proposuit de concessio.præben.c.ij.de præben.in.vj.quod nec ligabitur regula de non tollendo ius quæsitum,supplendaq; esse ex supra dictis verba Cardina. par. idem tenentis,consi.v.nu.91.vol.iiii.

Vndecimo, quod sicuti secundum varietatem temporum variantur quoque statuta humana. c. non debet de consanguini.& huma.sic variantur mutanturque regulæ Cancellariæ,magnamq; sui status vicissitudinem recipiunt, vt ex multis idē Gomes. in prohe.regularum ostendit.

Duodecimo & vltimo in honorē.xii.apostolorum vt in simili dicit Bar.in.q.suis.xv.incip.statuto ciuitatis,col.ij.ad.fi. (cætera.n.ab his qui de ipsis fusius scribunt in materia ,(si videbitur) tibi sumito)non adaptaretur regula ēt ad casum si raro accidisset,qui miraculi loco haberetur quoq;, ex quo non est verisimile quod de eo Papa cogitauerit.l.nam ad ea.ff. de legi. Et ideo sicuti non fit regula de raro contingentibus, ut inquit Bal. in.c.hi quibus nu.4.de elec.Intelliganturq; leges secundum communiter contingentia.d.l.nam ad ea.Ias.in l. si res obligata num.17. ff.de lega.j. ita conuenit ēt vt intelligatur regula, nec adaptetur ad casum qui raro accidat. Finis.

RELATIVORVM LIBER.



ATERIA relatiuorum in iure nostro etiam quotidiana est, ideo & de ipsis nūc est aliquid dicendum quoque, quātum sit tamen satis, ne eorum inscitia aliquādo repræhendamur,quoniam turpe est doctori cū culpa redarguit ipsum, & ignorare amplius,id,in quo quotidie versatur, vt de Seruio Sulpitio aiunt ita à Q. Mutio aliqñ obiurgatum fuisse.l.ij.§.seruius autem sulpitius. ff.de ori.iu.

Et primo quod est rei ante late repræsentatiuū secundum Grammati. glo. in cle.j. de preb. Gemi.consi. lxxii. ad fi.

Siue & secundo quod refert antecedens in vnitate substantiæ, cum omnibus qualitatibus suis. l.à filio.§.testator & seq.ff.de ali.& cib.lega.Bar. in l.si quis seruum in.§.fi.nu.5.ff.de lega.ij. Pau. Cast.consi.cxl. ad fi. vol. j. Grat. consi. cxxxvii. nume.14. vol. ij.

Qui post Bar. tamen & tertio,in.l.omnes populi.ff.de iusti.& iu. & in.l. cunctos populos.C. de summa tri.& fi.ca.dicit ēt cōs.cxlix. nu.7.eo. lib. qđ aliqñ stat declaratiuè. Et bene & quādoq; (adde tu) restrictiuè & augumētatiuè, restrictiuè sine copula, cū copula aūt augumentatiuè.l. ea tñ adiectio.ff.de leg.iii. Por.in.§.ius autem ciuile in prin.insti.de iu.nat.Nonnihil Alex.qđ sine copula restringat cōs.xiiii.in prin. vol.7.& cōs. xxix. col.iii.vol.1.Bertrā.cōs.j.nu.19.vol.j.& cons.iii. nu.50.eo.lib.& quoad vtrunq; Corn.cons.cxcv. col.ij.vol.iii. Fusius & quarto dicit.Goza.Bononien.cōs.lxxxii.nu.15. qđ quando iungitur generalitati,q̄ cōpetat cuilibet de gñe, stabit declaratiuè,si vero nō insit naturaliter,restrictiuè sine copula,alias cū copula (vt diximus) augumētatiuè.

Quinto si iungatur verbo præsentis vel pteriti tēporis,significat quātitatē demonstratiuā.l.demonstratio falsa.ff.de condi. & de. Bart. in.l.j.ff. eo.ti. Alex.cons.cxix.col.pe.vol.j.

Si vero Sexto,iungatur verbo futuri,tūc faciet conditionē.l.stichū q mens erit.ff.de lega.j.Bal.ī l.si qs fundū.ff.de cont.emp.& in.l si quis vina in prin.ff.de peri.& cōmo.rei vend.Casiodo. deci. iii.nu.11.& 13.de pben. Ias. in.l.huiusmodi in.§. legatū.n.5.ff.de leg.j.& in deci.Tholo.414.ad fi.

Et idem septimo loco si adiiciatur secundę vel tertiæ psone.l.si sic.§.si mihi & ibi gl.ff.de lega.j. l.legaui.ff.de lib.leg. l.pe.C.de fal.cau.ad.l.quod sępe.§.in his.ff.de conr.emp.Capel.Thol.in loco pallega.in prin. De relatiuo substantiæ intelligendo,et octauo,vt nouissimè dicit ēt Corn.cōs. xiiii. col.j.vol.j.& cōs.lx.nu.6.eo. lib.

Et substātiæ dixi nono,qa quantitatis numerū significabit,vt not.Azo.in summa.C.de sen.q pro eo.ad.fi.& Iac.de Are.ī.l.si ita legatū.ff.de leg. j. Bal.ī.l.hęc vēditio ī.§.huiusmodi.ff.de cōt. emp.

Et non solum (Decimo) conditionem facit, iunctū (vt diximus) verbo futuri temporis, quæ se habeat ad esse & non esse vt in.l. cum ad præsens.ff.si cer.pet.& est exemplum in.d.l.stichum qui meus erit, perinde ac si dicatur si meus erit, quod natum erit idest, si natum erit, verum etiam distributiuam, quoniam exponi quoque potest, qui meus erit, vel quod natum erit idest quatenus.l.si debitor.§.fi.& ibi Bal.ff.de cont. emp.

Declarat etiam idem Bald. in.l. j. in prin.ff.de cond.& de. relatiuum adhuc.

Et vndecimo quidem, tacitam conditionem importare, post glo.in.d.l.stichum qui meus erit, & hoc idem sex modis vt per eum.

Duodecimo & vltimo quandoque relationem simplicem facit, exempli gratia, quam idest qualem, quod idest quale, vt per Bar.in.l.vinum nu. 3.ff. si cer. pet. & in.l. Iulianus ff. de herc. insti. Albe.in.l.j.col.vi.C.de summa tri.& fi.cat. Pau. Cast. in.l.ex hoc iure, col. xi. ff.de iusti.& iu. & Seysel.in.l.manumissiones quoque col. secunda. ff. eo. tit. Finis.

τῷ θεῷ.

PROVERBIORVM LIBER.



ALIQVA de prouerbiis dixisse nos non immemores sumus, & in locis topicis, & in eo lib. qui enchiridion rerum singularitū inscribitur.c. ccxci. nūc aliqua addere decreuimus illis, quæ tibi adiumento esse possint primum, & ad quæ (si per ocium licebit postea) sępissime eorum lectione recreatus, recurrere valeas nanque sic prouerbio vtitur Iuriscon.in.l. solent.ff.de offi.procon. & in.l. si chorus.ff. de lega. iij. & in.l. qui testamentum.ff.de proba. & aliis locis sępe, quoniam sicuti nil actum esse dicitur cum aliquid agendū superest.l.cum Sillanianū.C.de his quib. vt indi. Ita nil dictum videbitur identidem & alias, cum ad huc quid dicendū restat.prouerbiū igitur est à priori alphabeti litera incipientes de industria.

Aqua ranę cum quid donatur alicui quod placeat. Pier. in hyeroglif.

Alter frenis alter calcaribus eget. Socraticum enim est à Cice.relatum in epistolis. Sic etiam F. P. ad Senatum Flo. lib.iiii.de reb. fami.

Artem quam quisque norit in ea se exerceat. Istud vero grecū quod adhuc in Tuscula.quæst. testatur Ci. facit tex.in.l.pe.C.de iudi.

Alienæ vitæ fit dominus, qui propriē est contemptor, dixit idem P. lib.xxiiii.ad Io. Aretinū.

Asinus ad lyram. tritum est. ὄνος πρὸς λύραν. Indocilis.

Aurum in luto quærere, magne prudentiæ est, vt virgi. in Ennio, Hiero. in ep. ad lætam de institutione filię.& ad furiā de uiduitate seruanda.

Aquila muscas non cernit. quale illud. Elephas non curat culicem. Sicuti nec olim pygmeos Herculei.

Andabatarum more gladium ventilat in tenebris, in eos qui multa congerunt nil ad rem facientia, Cic. in ep.& Hiero. aduersus heluidium, & aduersus iouinianum.

Aerē salubrē habet. Hispania Aestu ardet Africa. ventis riget Gallia. In vita D. Anto. Confesso.

Amyclas tacendo periit, quando tacentes amicis haud respondemus literis excitati.

Amicus mihi est vt oleum plantis in eum qui cuique ad nocendum promptissimus est. Cœli. antiq. lectio.

Alter mulget hircum alter supponit cribrum. In eosquoque quorum vnus inepte proponit, alter respondet nihil, quod ad rem faciat. Demonastes Cynicus.

An ater albus ne sis nescio. In hominem prorsus ignotum. Hiero. aduer sus heluidium.

Asino quippe lyra superflue canit, vt supra idē fetē. Hiero. Marcellæ. ἄλις δρυός. inuentis frugibus prisci glandes neglexerunt. Cic. ad Atticū.

Ad Kalendas græcas sonat nunquam, græci enim Kalendas non habent sed nouilunijs suos metiuntur menses.

Aspēdij Citharistæ. In homines furaces. (Grecum est. Cic. in verren.) qui sunt furtorūm occultatores, vt ille carminis, uoce leni adeo canebat Aspendius nescio quis, vt uix ab adsistentibus audiretur.

Aduersus stimulum calcitra idest superbis resiste, Io. Ianuen. de tropis.

Amicorum omnia esse cōia Plato de legib.

Arduum est aduersus duo, contrariaque pugnare. Idem ibidem.

Ab impijs egredietur impietas primo, regum. c.xxiiii. antiquum est, vt ibi dicitur.

Alpha, qui primus est in re quapiam. Nec ab re quia alphabeti etiam prima est litera. Igitur.

Alpha Numa Pompilius qui primas leges primus, sanxit Romæ.

Alpha Ancus, qui primus carceres reorum extrui mandauit Romę.

Alpha T. Tatius sabinus, Imperij Romuli fundatoris vrbis consors, quia primus triumphauit.

Alpha posthumius, quia primus militem corona aurea donauit, quique primus etiam inimicos aggredi ausus est, cum Tarquinus superbus, in regnum restitui tentaret, qua solum dij tamen ornari solebant prius.

Alpha.C.duillus, quia primus pariter, ut. T. Tatius supra, superatis hostibus maris triūphauit

Alpha Ianus, quia templa dijs ædificauit primus, quique religiose uiuere docuit primum.

Alpha Ninus assyriorum Rex, quia primus Bellator, uim proximis cœpit inferre.

Alpha Neptunus, quia primus afros currus iungere docuit.

Alpha lamech, quia primus omnium digamus.

Alpha

Alpha .S. Tullius, quia omniũ primus censum egit.
Alpha M. Agrippa, quia primus nauali corona donatus est, nemini enim ante eum his honos delatus est, quod Sex. Pompeij Magni filium, latrocinio mare infestum reddentem, classe cui preerat uicit. hinc Maro.

Tempora nauali fulgent rostrata corona.

Alpha denique (hæcque præter dicta à nobis alias alibi) P. Malleolus, quia matre interempta primus fuit omnium culleo insutus inque mari ob id præcipitatus.

Arborem vetulam transplãtare uetamur, hoc est à nido discedere difficillimum est. Grecum. Siue Græcorum est.

Actum ne agas idest ne frustra labores.

Arenam mensuras. frustra laboras. grece ἄμμον μετρεῖς. Lucret.

A flamma extorqueas idest a periculo, inquit in ep. Cic.

Ad agnatos deducendus est, in eum qui mente captus est. varro de re rustica.

B.

Boetica sues. In ignauos & inertes Pinda. Biennium preterij. Cic. In hominem tardũ. Bonos viros olim decebant omnia, nunc non, nisi potentes.

Beneuolus mactator, in eum qui occidendo uiuificat. Græcorum uetus prouerbium est.
Boui clitella, cum est dignitas male collocata.
Bonus Boni successor. Euseb. Cæsarien.

Bos linguam conscendit, cum quis argenti causa tacuit (Atheniensium enim moneta erat signo Bouis signata) quale illud, Argentargiuam nõ Anginã patitur Demosthenes, ait Iuli. pollux. Bis ad eundem. hoc est venia danda non est, eundem errorem excusanti. Sic Cic. in ep.

C.

Cvi aduenit malum non aduenit solum. glo. in auth. vt iud. li. quo quo suffra.
Cum puluere vox non citra. idest difficulter. Pinda.

Cum vertuno natus, qui semper malum cogitat. Ouid. in fallis. χαλλυπηνδυς. Callipides in tardum. idest tardipes.
Cani lectum sternere magnus labor, quod pro simbolo nobis assumpsimus in commentarijs decretalium, siue iuris Pontificij, dicatis Pio, iiii. Pont. Max. & Cardinali Borromæo nepoti, hincque elicies facile quod sibi velit à te ipso.
Cum laruis non est luctandum, quia attritũ conuitijs nomen splendescit inquit P. in epistol. Planci Oratoris elegans dictum est etiam aduersus Asinium Pollionem.

Cecidit denarius in cloacam, in diuitem auarum, sine prælatum. qui diuitias male dispensat.

Cestreus ieiunat, in eos qui fame oscitant. piscis est. Aristo. de animal.

Cornicum oculos confinxisti, in eos qui scripserunt. seu & melius diminutam auctoritatem antiquis, nouo iuniorum inuento, qui quanto Iuniores sunt tanto sunt perspicaciores, ut in rub. sol. mat. glo. Pier. in hieroglif.
Colubrum sinu fouet. vulgatum est. In eum qui ei à quo beneficium accepit, ingratus est.

Cecus cecum ducit, cascus cascam idest vetulus vetulam. Hiero. ad Nitiam.
Camelus saltitans. in eum qui indecore aliquid petit Hiero. aduersus heluidium.
Crassis crassa conueniunt. Agrico.

Cogitationes posteriores prioribus sunt sapientiores. vnde Hora. Nonũ prematur in annũ.

Compedes quos ipse Faber fecit gestet, Fulgen. in Fab. estque histo. perilli, inuentoris Tauri, nota. Et facit quoque vulgatum, illud.

Heu patior telis vulnera facta meis.

Corinthyari, lasciuire.

Caliga Maximini in hominem longũ & ignauum, seu ineptum.

Chi si diletta di far frode, non si die lamentar s'altrui linganna. probatur in. l. qui non cogitur. ff. de iudi.

Centauri mente carent, homo ferox, & iniurius. Isocrat.

D.

Dii laneos habent pedes. Macrob. In saturnal. ob id quia appollodorus ait, Saturnum per annum alligari laneo vinculo, & ad diem sibi festum solui, hoc est mense decembri. Vel quod tarde sontes puniant. Prop.

De modico momento magna quæstio, Nos vulgo gran romure é poca lana, lingua Italica.

Dubius litis euẽtus. l. quod debetur. ff. de pec.

Dauus sum non ædipus, fabula nota, de qua ego alibi satis.

Dodoneum æs. In loquaces. Pinda.

De vna fidelia plures dealbat parietes idest, pluribus respondet literis. in ep. Cice.
Dedisti malum & accepisti. Bœticum est.

Domo domum. de commode peregrinantibus. Pier. in hyerog.

Dormit Timotheus fortuna vero retia tendit Cice.

Dignum patella operculum, in eum qui maledicum amplectitur & fuuet. hiero. ad principiam virginem.

De muro iudicat, in eum qui in tuto aliorum spectat periculum. Hiero. aduersus Iouinianum.

Dicam quicquid in Buccam venerit idest impremeditate. Hiero. Paulino.

Da manus, cum significamus, quem rationibus vinci debere. Lucret.

Danaidum vas. de his qui satiantur nunquam. Lucret.

De lapide emptus. Seruus est, philo iude. in vita Moysis.

E.

E Cloaca arcem erigere.
E Sepulchro uenerari lapidem pro deo.
Ex musca elephas, ex cicada Apollo, ex Pigmeo culex. cum quis laudibus vsque ad adulationem

tionem effertur.

Ex musico retiarius siue gladiator. Si cum aliquo per occasionem contendendum sit.

Equum in planiciem inuitat in eum qui quæstionum difficultatibus delectatur, quique ad disceptandum omnium promptissimus est.

Ex eodem ore frigidum & calidum, dulce & amarum prodit. in eum qui vertit stilum & laudata vituperat, Hiero. aduersus Ruffinum.

Ex culice Elephantum Facis, in eos qui pro maximis res leuissimas habent ut Græci, Lactan.

Ex diuersis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino.

Ethyopem abstorgere nititur, in eum qui frustra laborat. Lucret.

Equus fertur in planitie, cum iactis rudimentis cuiusque scientiæ eas perdiscit, vt Moses ab Aegyptijs. Philo. inde. In vita Moysis.

F.

Fertilior seges alienis semper in agris vicinumque pecus grandior vbet habet.

Facilis iactura sepulchri, in eum qui sepulturæ genua solicite quærit. vulgatũ est. P. in ep.

Frustatim lupus comedia agnum. cap. j. §. quia ergo xiii. q. j.

Fel Draconis sub specie mellis. Aug. ad herẽ.

Frangenti fidem Fides frangatur eidem. l. cum proponas ij. C. de pac.

Frustra de cõparatiuis litigat quis vbi ad superlatiua est peruentum. cum elegit quis doctorem quem legat & imitetur, ne alium quærat. P. in ep.

Fessus lampada trado. descendat in harenã qui vult, ego cum monstris satis suum luctatus. In eũ qui tandem quiescere cupit, seque à laboribus abstinere, proq; symbolo desumpsimus nos, sculpsitq; à tergo imaginis meę, Martinus Bergomensis egregius artifex.

Fugiens Vrsum in Leonem incidit. quale illud, incidit in Scyllam cupiens vitare carybdim, naufragus in litore incidit in latrones. Hiero. ad Iulianum.

G.

Gladiator in harena consilium capit vulgatum. iii. Adde Bal. in. l. vt vim col. iii. ff. de iusti. & iu.

Gratia gratiam parit. l. sed si lege. §. consuluit de peti. hæ.

Gloria nulla est prætereuntis asellos. hoc est cum valentioribus congrediendũ esse, quia gloria obsolescit insordidis hostibus. Lucret.

H.

Herculano animo negocium sum aggressus quid sibi velit liquet.

Homo Bulla. humanæ vitę fragilitas. Varro de re rusti.

Hoc age & linguis faue. cum admonetur quis vt sacrificio & religioni intentus sit prætermissis cæteris. Lucret.

Harmodij cantilenã, pro tristi & lugubri Iul. pollux.

Homo frugi, omnia rectè facit. Cic. in Tusculã. q.

I.

In eodem luto exitas. In eodem Cœno volutaris. in eum qui nugatur. Hiero. aduersus pelagianos.

Iuxta pedes. inquirere monemur sic quæ nostro pedi sint accomodæ, queque humanam decet naturam. Sũpta metaphora â calciamẽtis. Pindar.

In potu dulci sępe venenũ latitat. Aug. ad herẽ.

In Olla sæpe mors. ibidem.

In lente vnguentum. ad. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. quando duo simul non conueniunt.

Iouis Corinthus, qui semper eadem dicunt aut faciunt inque eos prouerbium est qui ita inepte agunt. Pindar.

Inter linguas incognitas muti sanè ac surdi sumus. P. In ep.

Inter os & offam, inter manũ & mentum magnum interuallum. Inter cogitatusque nostros, & actiones mons quidam magnus est. Ideo de nostris consilijs fortuna iudicat.

In albo lapide amussis alba. quando quis alterũ non præcessit.

In vno saltu multos cœpi lepores. idest multos eadem opera amicos salutaui. quale illud de quo supra de vna fideli plures dealbat parietes.

In folle res emendæ non sunt seu in folle offerre. l. cum seruus. ff. de cond. & de. in eum qui ad liquidum rationes non reddit.

In equo Troiano. idest in fabula. In fam. Cic.

Improbis nil aliud omnino deest quam occasio.

Indignus qui illi Matulám porrigat. Matula Vas quo locium excipitur. Hiero. ad Nepotianum.

Ignorat dextram & sinistram idest, bonum & malum. Idem ad lætam.

Iudicium Syriũ. Seuerum & rigidũ. Iuli. Pollux

In nocte consilium; vnde veteres, noctem παρὰ τὸ εὐφρονεῖν vocabant à bene sapiendo.

Iniquum petit vt æquum ferat, nuptias virginitati æquãdas nõ esse. Hiero. aduersus Eluidiũ.

L.

Lapis ad filium vsque fertur. Doricum est, ab initio quamlibet doctrinam considerari debere. Magnus. B.

Lac gallina ceum fert. ad agri fertilitatem, vt de summo fertur insula.

Longe magis præstat malum sinere quam non dextris remedijs exagitari. Græcum est. nec audiendi hinc qui aiunt grauiorem esse morbum huius seculi, quam ut lenibus remedijs sanari queat.

Litus mele gladius. ad Augustini ep. alludit Hiero. nolle respondere, quia non credebat suã, nec litum mele gladium.

Latet anguis in herba. Aug. ad heremit.

Lupus sub pelle ouina. Idem ibi. Leos hospes hominis, homo Gel. in noctib. attic.

Leo ab unguibus. cũ ex gustu nõ difficulter aliqd ęstimamus ceu (p simile) leonẽ ab vnguibus.

Leonis

Leonis laudibus murem ornasti. cum illaudatum hominem atque indignũ laudamus. Lucret.

Lateri parcit. in pudicum qui à coitu abstinet.

Lerna malorum. pestis quæ totam inficiat regionem. Lucret.

Lacuna in auro, translatione sumpta à fundis, quos lacunę faciunt deteriores. quale illud sub lapide scorpius. quasi dicat bona apparent bona, sed tamen sunt mala. vnde Persi.

Ne qua subærato mendosum tinniat auro. adulationi, & simulationi pariter quadrant. Lucret.

Lepus celeriter currit, sed cursu capitur.

Lupus est in fabula, tace. vulgatum est. Io. Ianuen. de Tropis.

Lotum gustauit, in eos qui patriam & lares obliti, reuerti detrectant, qui.

Lotophagi etiam dicuntur, ut socij vlisis, qui rursum degustata loto herba, redire ad nauẽ noluerunt, nisi verberibus adacti Home. Odyss.

M.

Mantis te uidit in eum cui mali aliquid euenit. Cæli. antiq. lec.

Mus in pera, Serpens in sinu, vulgare est, de quo in. c. & si iudeos de Iude. In eos qui pro gratia contumeliam reddunt ingrati, & de familiaritate contemptum.

Megarenses neq; tertios neque quartos etiam nec in vllo numero, in eos qui uoluptatibus fruũtur, postridie morituri.

Mihi prora & puppis idest mihi necesse est. Cic. in ep.

Morte nil certius. l. j. ff. de condi. & de.

Morboniam abi. hoc est in maliam crucem. Tranquil. in Vespasiano. c. xiiii.

Mutuum Muli scabunt. Benefacienti benefaciamus. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. he.

Momo satisfacere. in eum qui carpit & calumniatur. Pindar.

Malum cuneum malo nodo quęram, idest amicum sincerum deamabo, inimico vero subinde occurram & auersabor. Pindar.

Malum consilium consultori pessimum. ex se intelligitur, ortum vnde habuerit Veri. Flacc. rerum memo. dignarum.

Malum malo addis. vulnus vulnerato. afflictionem afflicto. Et vtrem deniq; ex corias. l. diuus. ff. de offi. præsid.

Muscum non facit sæpe volutus lapis, idest, qui rotatur non vagatur. P. in ep.

Mercatores soliti sunt suas laudare merces. ibidem idem.

Male cogitantibus nihil deest præter occasionem. idem ibidem. & supra improbis.

Mus in pice, cum deploramus senectutem nostram in mala aliqua incidisse tempora, velut in picem mus.

Magistratus virũ ostẽdit, gręcorũ est vulgatũ.

Mentiuntur multa Poete. Boet.

Manum de tabula magister adest, vt a scribendo abstineamus, quæ parum grata futura sunt, præstantibus viris ne id si secus egerimus postea, animaduersione sit dignũ aliqua. Ci. in ep.

Miniatum funiculum metuit qui notam fugit. Aristo. de animal. vbi munus sibi demandatum obire properat, ne multetur.

Mutabilior Metra, quæ beneficio Neptuni in varias mutabatur formas. Ouid.

N.

Non omnibus datum est adire corinthum. vulgatum est, quale illud.

Nõ omnes possunt olere vnguenta exotica.

Neque superior accumbere.

Neque facetis quàm tu uiuis uictibus. Plaut.

Neque fabam, neque allium comedendum ne in iudicijs dormias; & vitam agas tranquillam. Peiri. in hyeroy.

Neque audit currus habenas. in eos qui retrahuntur à malo, egreque ferunt, sibique consulere nequeunt.

Ne capiti quidẽ parcit. In obscœnum. Sueto. in Tyberio de Illusio. eius. c. 45. Lactan. 6. diui. institutio.

Nodum in Scyrpo quæris. Vulgatius. Plautinum adhuc.

Noxa caput sequitur. l. licet. C. an ser. ex del. quod seruus possit dari pronoxa.

Non ex omni ligno Mercurius.

Non ex obuia quaque sambuco Tibia. nõn populari ritu sed religioso, deũ coli debere. nec vulgari musice sed eleganti & electe incumbendum esse. Calcagni. Ferrarien. in episto.

Nil vltra. qui ad summum peruenit Beatissimus est. Pinda.

Non omnibus dormio. In dormire simulantes, vt olim Cipius quidam, qui pararchenchon dicebatur, quo impunitius eius vxor mecharetur. Sex. de verb. sig. Cic. in ep.

Nimium altercando veritas amittitur. P. in ep.

Non modo in vultu oculos habet, sed in occipitio quoque. diligentia Patris familias. P. in ep.

Nullus tam inexpugnabilis locus, quem non ascendat asellus onustus auro. quasi illud vulgatum Virgil. Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames.

Non istis palatis legumina hæc parantur. in indoctos.

Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. l. solent. ff. de offi. ptocon.

ὄυτι παντα ὄτι πάντοτε ὄυτι παρὰ πάντων: vetus est.

Non vna hirundo ver facit, nec vna quippe dos virum eloquentem. Hiero. ad Heliodorum.

Ne quid nimis. Modus virtus est, vitium nimis reputatur. Hiero. ad Eustochium virginem.

Nescio an albus ater ue sis. dictum est supra. in litera. à.

Nauem impegit. vbi quis statim in aggressu operis offendit. Hiero. aduersus Ruffinum.

Nonum prematur in annum. Hora. Cogitationes posteriores prioribus esse sapientiores, dei-

dictumque est etiam supra in litera.C.

Natat in torrentem. cum quis impossibilia aggreditur, quæ non possit perficere. Lucret.

Nihil cum fidibus graculo, nec amaricino sui. Simile illud nostrum nihil commune habet proprietas & possessio. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. po. ex diuersis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Lucret.

Nihil commune habent professio & proprietas. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. po. iam dictum est proximè.

Nisi oratio concita impetu dicendi, quasi equus retrahatur, ab asino excutietur. Plato de legib.

Nocte vna fungus nascitur. de re subitaria & insperata. Pier. in hyerogl.

Nec mulieri nec gremio credere opem. quod illa sit leuis animi. & quia in gremio posita plerunque obliuione decidunt idem ibi.

Nullus vnquam prauus intelliget, sed expertus in quæ bonis moribus educatus. Plato de legi.

Neque deus vnquam cum necessitate pugnabit. Idem ibidem.

Non omnibus seruio. Cic. in ep.

Noctuas athenas vulgatū est Cic. in ep. γλαῦκα ἀθήνας.

Non minor est virtus quàm quærere parta tuere. Hora. Et not· Albe. in. l. per procuratorem. ff. de procura.

O.

OPus est vt comedas modium salis antequā amicum cognoscas. Plaut.

Omnem fortunam in sinu habui idest mihi soli res credita est. l. q. testamentū. ff. de proba.

Obsequium amicos veritas odium parit. veris repræhensionibus irascimur, veris laudibus delectamur. Comic.

Oleum addit camino, siue igni. hoc est irritat, & vt lingua Italica dicimus, egli mette al punto. Hiero. ad Rusticum Monachum.

Olim bonos viros decebant omnia, nunc non, nisi potentes. dictum est etiam supra in litera. B.

Oleum perdit & impensas qui Bouem mittit ad Ceroma. idest qui frustra laborant oleum & operam perdit Hiero. ad pammachium.

Oleum & operam perdidi. Cic. in ep. idemq; (vt proximè) dictum est.

Orcus tibi ducit pedes. cum ad mortem quis ducitur. Sueto. in Nero. c. 39.

P.

PEr Satyram collectum. idest sparsim, & per saltus hinc inde. §. & primo quidem anno in prohe. ffórum.

Piscis à capite putet, qualis princeps talis ciuis, Pier. in hyerogl.

Prora & pupis. totum significatur. Cic. ad atti.

Patere abstine, duo teterrima vicia dicebat epitectus Philosophus.

Platonicis numeris obscuris cū ē qđ difficile.

Plus est mantissa quàm obsonium. Calcagni. in ep. lingua Italica. lé piu la giunta che la carne.

Panem ostendit lapidem tenet. aliud loqui aliud agere est. Hiero. aduersus Iouinianum. quadrat ad id etiam de quo in. l. obseruandum. ff. de offi. præsi. aliud in corde, aliud in ore.

Pugnis aurem verberat in verbositatem stultā rabularum. Hiero. aduersus Ruffinum.

Parauit mihi foueā in eā incidit. Quale illud.

Heu patior telis uulnera facta meis.

Discat in autorem pœna redire suum.

Perilli Tauri inuentoris histo. nota est. Hiero. aduersus luciferianos. & dictū ē supra ī litera. C.

Q.

QVales domini tales Catelli. dicebat plato. Quot serui tot hostes. præpostere dictum est inquit Sinnius capito, dicique sic debet. quot hostes tot serui, quia tot captiui ferè ad seruiendum adducebantur. Sex. de verb. sig.

Qui se se impensissime dilexerunt, se se maximo prosequuntur odio.

Quod supra nos nihil ad nos, dicebat Socrates. Lactan.

Qui dormiunt libenter, sine lucro quiescunt. Fulgen. in Fabu.

Qui primus est alpha est. in litera. A. diximus.

R.

RIdeo inquit Galba Canterio, in eum qui principio rei incohate labitur. & animo deficit. Sex. de verbo. sign. declarat.

Rosa de spinis floret. vt aurum in luto quæritur. Frumentum cribro purgatur, quasi dicat nō sine labore) sic pariter quęritur virtus.

Rose loquuntur de re iucunda & grata. Pier. in hyerogl.

Rupta dum plus satis tenditur, rectè vtrique concidunt in tergum. peruicacia contendentiū.

Religentē esse oportet religiosum nefas. Nomina in osus vicium habent dixi alibi satis in Maleloquio. Interim Lucret.

Res venit ad triarios, in valentius irruentes. Sydoni. apollina.

Risus Sardonius. vulgatum est. Cic. In ep. id est perniciosus, qui herbam Sardoniam comederant facie ridentibus simili, apertoque ore interibant. græce γέλοτα σαρδόνιον.

S.

SAturninus. l. prima. ff. de Sena. qui fantastica opi. est.

Soli mihi res credita est. l. qui testamentum. ff. de proba. dictum est supra in litera. O.

Sardi venales. T. semper Gracchus secundo cōsul in Hispaniam, capta Sardinia tot captiuos vēdidit vt vulgo. Sardi venales dicerētur. Ci. ī ep.

Septime decoctionis Saccharum. Sagacissimū designat. Pier in hyergl.

Stultus digito loquitur. loquens manum non moueat. Hebraicum est. ibi.

Stulti ad cribrum cum aggreditur quis quod non sit suarum virium. ibi.

Stultus stulta loquitur. Inquit Euripides.

Si non potes quod vis id velis quod possis. vulgatum est.

Si vitrũ quãti margaritũ. Sũma rerũ inęqualitas.

Sibi quisque magister pessimus. Cui sua nimium placent.

Summum ius summa malitia. Hiero. aduersus Heluidium.

Suo se gladio iugulauit. alibi sæpe. Sic suo se lacerauit ense. Hiero.ad magnum. Plau.telo suo sibi. Et Apule.suo sibi funiculo.

Senex psytacus negligit ferulam idest, senibus difficillimum est mutare linguam. Hiero. In præfatione ad Damascum.

Sus reuersa ad volutabrum luti, Canis ad vomitum. Luchret.

Septimo puncto in neruo pedes distenti Euseb. Cæsarien.

Sus Mineruam. vulgatum est. Cic. in ep.

Sus Bœtia in stultos & agrestes. Fulgen.ĩ Fab.

Sero sapiunt phryges. vulgatum est. Ci. in ep.

Sol Boream superauit. quod ratione quis, nõ ui aut armis flecti debet. Plutarch. in moralib.

Si riguarda (lingua Italica dicitur) il cane per il padrone. hoc est iniuria facta seruo, & cani fit domino.l. iniuriarũ.C. ex quib.cau. infa. irroga.

Saxum Sysiphеum voluo, vel potius Molam illam plautinam, vulgatum est cum quis diu in labore persistit.

T.

Tvnica propior est pallio. Plau. Quid sibi velit clarum est. simile in.l. cum ita in.§. in fideicommisso.ff. de lega.ij. Imo.in.l. heredes mei in.§.cum ita.ff.ad Treb.ibi plus stringit interula quàm tunica.

Tanquàm canis ęgypto, sumptum est ab eo quod canes raptu crocodillorum exterriti, curren tes bibunt. Macrob. in Saturnal.

Tantum æris alieni contraxi & habeo vt cupiam coniurare. Ci. in ep.

Tempora inter digitos (vt aiunt) effluxerunt. P. in ep.

Temere ne iura.l.si duo ad fi.ff. de iure iu.

Theseo quopiam fuit opus, ad operis editionem. græcorum est.

Testudines aut edendas aut non edendas. græcorum est.

V.

Vetulam arborem transplantare uetamur, hoc est, à nido discedere, difficillimum. Grecorum est. diximusque etiam supra in itera. A.

Vinum clauum non habet. In conuiuio homines libere loqui. Athęneus.

Vtinam ne in nemore Pelio. quotiens originẽ mali, hinc, aut hinc profectam dicimus. Hiero. ad principiam.

Vbi dolet ibi quisque manum habet. sic quisq; ibi linguam habet ubi quid nobis animum torquet. Hiero. aduersus Iouinianum.

Vas pertusum. Inexpletum, & Danaidum. de his qui nunquam satiantur. Lucret. partim quod fluxum pertusumque esse videbat.

In nulla posset ratione expleri ervnquàm. Græce πιτος απλίστος. Cętera Erasmus, seu Polido. Vergil. Petrusque Godofredus (si volueris) tibi subministrabunt abunde. Finis.

ADDITIO.

A Caluo ad Caluum, dixit Caligula Imp. cum recognosceret custodias, duoque calui essent, alter in summo in imo vero alter, inter quos omnes custodiæ continebantur, iussitque omnes occidi. Tranquil. In caligula. aliter Dion, crudelitatem ipsius detestatus sic. cũ aliquando magnam hominum multitudinẽ conspexisset, siue eorum qui erant in vinculis, siue eorum quorundam quod eos omnes à caluo ad caluũ, (vt dici solet) occidi iussit. idemq; lib.lix.

Amicorum omnia q̃ maximè esse communia, mulierum virorumq; coniunctiones & procreationes filiorum dicebat Plato hoc adagio vsus lib.xxxi. de rep. vel de Iusto.

αργια σορα in gloriosos, & Sycophantas, ex quo Helena ab Homero Argæa dicta est, propter frequentiam varietatemque nominis, prouerbium huiusmodi græcum manauit ut ait Strabo.

Aut Plato Philonizat, aut Philoplatonizat, dictum de Philone Iudeo emulatore Platonis adeo eloquentię, vt natum hinc prouerbium sit.

Alcestis virago, quia mortem pro admeto elegit (fabula nota est) sicque græce pronunciatur, ἀλκήστιδος ἀνδρεία.

Adeo res ista obscura est, ut ne ipse apollo quidem intelligat argumentum enim est ab obscuro, & refutationis exemplum.

Amanti nihil difficile, nimirum igitur si Dido amoris impacientia mortem sibi consciuit.

Amens qui longus est, ἀνὴρ ὁ μακρος. not. in.l. j.ff. de iu.om.iud. Vulgatumque illud est. Raro in tam longo corpore mica salis.

αμμου μετρεις. hoc est arenam metiris. de hijs qui in re difficili laborant.

B.

Belle omnia dicis; quid sibi hoc ipsum velit palam est, adde quod eo vsus est Plato in Euthidemum lib.xviii. Euthidemus, vel litigiosus.

Boutica sus, in eum qui sit pinguis ingenij, Crassiorisq; Mineruæ, ait Pyndarus.

Biennium pręterijt, in tardum. Cicero.

C.

Cvm nimis properat quis ad aliquid faciendum, tardius absoluit, in eos qui repente ciuilem sapientiam comprehendere volunt. Plato lib.xvi. de regno.

Cognosce te ipsum, Nihil nimis, has sapientię primitias, Apollinis templo, dedicarunt septem illi græcie sapientes, inscriptaq; ibi ab omnibus celebrabantur. Sic Plato met. lib.xvii. in Protagora.

gora. hijque fuerunt & (obiter dictum sit) Thales Milesius, Pittacus Mitylenęus, Bias prieneus, Solon, Cleobolus Lindius, Myso Chenęus, & Chilo Lacedæmonius.

Catellæ perinde ac heræ sunt, cum vulgò libertatem extremam dicere volumus, Equi & Asini tanta per vias libertate, vt in obuium quenq; faciant impetum nisi cesserit, plato lib. xxxi. de rep. vel de iusto.

Carpathius Leporem, in eum qui male rem gerit ut cœpti pœniteat. Carpathus enim insula est, hincque mare Carpathium, vnde insulares primum Lepores importantes, paulò post cum vidissent eos depasci segetes expulerunt. Sic Eustachius.

Cane ea, quæ sunt thellenis, quia optima.

Cantus lesbius, in eum qui dulcedine vocis & eloquij, possit seditionem etiam sedare, hinc Lacedæmones in seditione admoniti, ab oraculo, pro Terpandro Arineo siue lesbro pœta lyrico, mitterent, qui cum venisset accersitus lyrę & poeseos dulcedine vulgi ac tumulti animos statim sedauit, Autor est Strabo.

Cur me oportebat lōgis tibijs canere? sic Otho qui Galbæ successerat, cum sacrificans exta minus fœlicia vidisset, deque his qui quæ sibi inutilia sunt, inutiliter faciunt dictum putamus, Dion in Othonis vita. & quadrat ad regulam. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. caue.

Cum ad diuites loquimur sic dici potest. Vobis ne decima quidem Syracusanorū adest. adeo opibus creuerunt vt factum iam sit inde tritum sermone prouerbium, cum diuitibus (vt dictum est) loquimur.

Cum Minerua manū moue in ociosos & inertes, ne marcescant ociosique inde diuitiarū quicquam sibi acquiri cupiunt. Vnde Eurip. electra. Nemo enim ignauus deos in ore habens. Facultates conquiret sine laboribus.

Caliga Maximini in hominem longū & ineptum, Calceamentum enim ipsius aiunt, fuisse hominis vestigio atque mensura maius. vt in vita Aug. legitur, à quo prouerbium istud non ab re desumptum est.

καλλιππίδης. In tardum, nomen. n. huiusmodi histrionis erat, qui in tragediarum actione, per pulpita incessu tardo graui & moroso vtebatur, quo per iocum etiam Tyberius Cæsar Callippides scilicet vocatus est, vt in eius uita Trāquil. ait.

Conoscendosi dalle opre fatte nella giouanezza, di quanta eccellenza deggia esser l'huomo nell'auenire, vsasi in Thoscana dire, che il buon dì si conosce dalla matina.

D.

Vodecim sunt horæ diei, Io. xi. dites est Christus, horæ vero apostoli.

Durum est contra stimulum calcitrare. Actuum. ix. hinc Eurip. Bacchę.

Potius velim illi sacrificare, quàm furens. Calcitrare aduersus stimulum dei ipse homo.

Nostri hoc prouerbio vtuntur, ne à communi opinione (vt dici solet) in decisiuis recedamus ita Fulgo. in. l. vxor patrui. C. de lega. Corn. consi. cxiiii. col. ij. vol. iij. ego consi. lxii. vol. iij.

Diuinum quidem excipiamus. in eum qui immaculatus & integer, ex constitutione reru m publicarum euadit. autor est plato lib. xxxi. præallega. de rep. vel de iusto.

Durum niti contra torrentem, quale illud de quo proximè. durū est cōtra stimulum calcitrare, hoc est (nouissimè) cum dijs pugnandum non esse, stulteq; facere qui tyrannum uincere credit.

Dij facientes adiuuant, in eos qui industrij sunt, quique laboribus minimè parcunt opem diuinam tamen implorant. ad quod illud quoq; addas maximè facere, initium sapientiæ timor domini psal. 100.

E.

Tiam si neque literas nouerint, neque natare sciant, Magistratus committendos esse hijs qui quod bonū honestumq; est amant & amplectuntur, odio habent vero, quod malum est atque iniustum. autor est plato lib. xxxiiii. de legib.

Ex soli fœlicitate, etiam dici solet fœlix Corinthus. Illudque etiam. non cuiusuis est adire Corinthium. ęs Corinthium, Celebre, & præstantissimum. Columna Corinthia. Fusius Strabo.

Aequalitas haud bellū parit. Et hinc est quod pater nihil magis optat inter fratres, quàm pacem & concordiam, cuius forma & materia est ęqualitas. l. cum pater. §. euictis, & ibi ego in collectanee. multa. ff. de lega. ij. Bal. in rub. de colla. col. ij.

Vnde Abram, filijs suis, ante mortem portiones æqualiter diuisit pactumque alibi, quo remittitur fideicommissum, non iniquis rationibus factum est, in. l. j. C. de pac. ex quo fratres ad æqualitatem reducebantur, & vt ibi fusius.

Ex aspectu amor. iuxta illud.

Si nescis oculi sunt in amore duces.

Oculus via est, ab oculi ictibus uulnus delabitur, & in præcordia viri uiat.

Vnde Dauit rogat Dominū sic. auerte oculos meos ne videant uanitatem psal. 108. sibiq; eruit oculos Democritus, vt pote malarum cupiditatum autores.

E malis quod minimum est eligi debet, dicebat lacon quidam cum perpusillam duxisset vxorem, adeo fera nocens est mulier.

F.

Oelix Corinthas ī. ex soli fœlicitate satis. Fortunati homines sunt, quibus liberi, tertio mense nascuntur, in eos qui vxores ducunt adulteras, seu infamię nota aspersas, vel prægnantes, vt Augustus liuiam, puerum sex mensiū in utero continentem. Sic in Augusto Dion.

I.

Lle homo habet aurum Tolosanum. In calamitosum. Q. Cepio enim oppidum diripuit Tolosanum, & quisquis ex ea direptione aurum

aurum templorum attigit, misero cruciabiliq; exitu periit.

In lente vnguentum, quando duo non bene conueniunt. Sic Cicero taxat lentulum Clodię filium, copulari tunc non debuisse in legatione obennda, cum Metello Cretico & l. Flacco viris clarissimis, q a pariter lẽs vnguẽto male cõuenit.

Il buon di dalla mattina si conosce supra dictum est satis. conoscendosi.

In casa non è pace, quando la gallina cãta, e'l gallo tace. In vxorem rixosam, qualis Xantippe Socratis.

Ignis, mare, mulier, tria maxima mala. absumit, vorat, teq; ipsum exeruciat vxor.

In Palladis vestigiis nihil à Cherefonte differs. in iracundũ, quãdoquidẽ Cherephon Athenienfis Socratis auditor, maxime iracundus (vt memorię proditum est) fuerit.

In neruum ibit. neruus ferreum vinculum est, quo vinciuntur pedes, debitoresq; vincti, creditoribus olim tradebantur, donec opera compensassent creditam summam, in neruum igitur ibit hoc, est in vincula donec satisfaciat, quod nobis seruit ad dicta ẽt in l.j.C. qui bo. ced. pos.

Insanum est & fatuum ligna in syluam ferre, aquam mari, & Solem illustrare facibus. c. si omnia. vj. q. j. sed multo stultius velle latina comentaria Græcis addere.

LVpus homini homo, qui qualis sit non nouit, hinc aduertẽdum quàm maxime est, cum quo ludas, vt homines tibi sint noti, quoniam in ignotis magnum periculũ est quoq;.

Laterem lauas, cum operam inanem significare volumus, vnde illud (Eras. teste) & nigram Si liceem lauisse liquentibus vndis, & male ac perperam. namq; testa est igne excocta, quam si laueris immundam opera non luditur. aliusq; sensus est (vt aliqui volunt, admirati Erasmi lapsum mihiq; admodum placet) massaam luteam esse, non igne sed sole induratam, quam quanto laueris, tanto Intescet, inque lutum resoluetur, hocq; modo inanis opera erit & adagio locus, quasi dicat laterem lauas, & operam perdis.

MAgis eos latet quàm maris (vt dici solet) taenę, in eos qui fere omnia ignorant, quæ scire maximè debuerunt. Plato Theate. vel de scientia.

Mali corui malum ouũ, quid sibi velit palam est, vnde fit, vt nec è squilla enascatur rosa, non è tribulis ficus, non è sentibus vua, non ex ancillis liberi, nõ ex parentibus improbis probi filij, nec ex præceptoribus indoctis deniq; eruditi discipuli. seruitq; nobis ad dicta in §. serui aũi. inst. de iure perso. & in l. qđ si nolit. in §. q mãcipia. ff. de edil. edi. & in l. licet. in §. ea obligatio. ff. de ꝓcu.

Multa mentiuntur poetæ, vt quę absurda sunt toto nixu deuitemus, estq; argu. in l. nam absurdum. ff. de bo. lib. quandoquidem horum nullus sit vsus, ligna igitur ne feramus in syluã (vt dicebã ẽt supra) nõ lumen soli addamus, quia nothi legitimis imperarent pariter, aduentitij indigenis iuuenes, senioribus, imperiti magistris, noui antiquis, & rudes tandẽ emeritis, quo tñ nihil foret absurdius, vt inquit Iacob. Bellouisi. in §. fi. per illũ tex. in auth. de monach. Imò Leo Pontif. in c. statuimus. in prin. lxj. dist.

Multa inter calicẽ, labrumq; supremũ. in eũ qui senex admodũ arbores serit. Ancæus namq; culturæ studiosus, vites seruit ętate grauis, ridebant serui, rati moriturũ eũ in dies (senectus em̃ propè est ad interitũ. l. fluminũ. §. item apud Labeonẽ. & ibi Bal. in l. in cãę. ff. de dam. inf.) adueniente vindemia, musti calicẽ sibi iussit afferri, seruorũ risum exprobrans, cui vnus ex eis, multa inter calicem & c. Aristoteles ita dicebat.

NE quid nimis, delphicũ est. oĩa moderata esse debere, meq; alibi dixisse satis memini, nouissimè tñ addẽtes hęc sanè pulcra ad idem Euripidis, Orestes, Hippolytus, & Heraclidę, sic dicentis.

Nam & auis intento vi clauo
Mergitur: manet rursus si relaxes clauum.
Odit Deus nimium vehementes impetus.
Etiã hoc est molestum, nimium laudari.
Est enim inuidiosum,
Immodicè prædicare, ego ipse sæpe
Memini me grauatũ eẽ, qñ nimiũ sũ laudatus
Accuratum vitę studium
Plus aiunt nocere quàm delectare.
Sic id quod nimium est, minus laudo
Quàm illud, ne quid nimis.

Non altera manu apprehendendum. In sophistã, quẽ animal variũ esse dicebat Plato, hoc adagio in sophista vel de ente, vlus lib. xv.

Nunquã expugnabit vrbẽ, in cũ qui parũ proficit in disciplinis, vt idẽ Plato dicebat vbi supra

Nihil nimis, ꝓximè dictũ est, & supra cognosce te ipm̃. Nouissimè optandũ nõ esse, vt oĩa ad vota succedãt, ait Plato lib. xxx. Menexenus.

Nõ sus hoc quis norit, neq; fortis erit, cũ dicere volumus, non cuiuslibet viri opus esse, aliquid dignoscere, vt Plato dixit adhuc, lib. xxj. laches vel de fortitudine.

Ne equus ab asino excutiatur sic in os effrenatũ habẽtẽ dicendi, cuius orationẽ, quasi equũ retrahi oporteat, inuehit Plato rursum, de legi. 34.

Nullus vnquã prauus intelliget, quæ in repu. maximè sunt necessaria, quæq; seruari debeant, quod igitur expertus sit & bonis educatus moribus oportet. Plato ibidem.

Nec Deus unquam cum necessitate pugnabit. Ingens enim telum est necessitas, nec reiiciendũ quod necessarium est, ibi.

ORcus tibi ducit pedes, hoc est trahit te ad inferos Pluto. In Neronẽ senatoribus in festissimũ, minitantem amplius se qñq; eos e repub. sublaturũ, autor in Nerone Trãq̃l.

Omnes effugere difficile est, rationes intelligere nostras, quamuis Sophista loquatur. Plato

lib.xv. Sophista uel de ente.

Omnium rerum satietas. Aristophanes autor quod an sit uerum ipsa rerum experientia docet magistra rerum efficax. c. quā sit de electio. in vj. Imò nullę sunt scholæ certiores (obiter que dictum sit) quam ille ubi experientia magistra est, quę etiam mentiri non solet sicuti nec ueritas potest.

Olim potentes erant Milesij, in eos qui ex magna fortuna ceciderunt. et quibus dici id vnum merito potest.

Sic uariat fortuna uices, modò tollit in altū,
Et modo complexus, Imperiosa premit.

Aristophanes met.

Omnem lapidē moue, in querentē thesauros. sic enim polycratis Thebano respondit Apollo, dū eū cōsuleret de Thesauro inueniendo, quem sub aceruo quodā Mardonius persa apud plateas uictus, occultarat. sic ex prouerbiorum græcorū libro, se habet. πάντα λίθον κίνει.

Omnis terra patria. iuxta illud etiam non ab simile. Omne solum forti patria est. sic Meleus pelasgus à patria profugus responsum tulit pariter (ut ex eodem libro elicitur) dum pythiam de sede consuleret.

Ogygia mala. i. uetera. Ogyges. enim primus Thebanorū fuit antiqsimus. Suidas autor est.

Occidit miseros crambe repetita magistros. in discipulos sepe declamantes, vel tale quid aliud facientes, quō fastidio sic magistri & Præceptores conficiantur. Iuuenalis carmen est Saty. viij.

P

PVlchra cognitu difficilia. præclara difficilia. et minime mirū quia magna quoq; fallacia esse solent, ut inquit Plato. lib. xxiij. Cratylus, uel de recta nomi. ra. & xxxj.

Post festum uenimus tardiores, in desides, qui quæ pręclare à præceptoribus & magistris exposita sunt ante eorum aduentum, non audierunt idem Plato Gorgias vel de' Rethorica.

Par pari referto. Cotys Thraciæ Rex, ei qui dono miserat sibi pardalin uicissim leonem misit, sic Bestiam malam mala pensando, quadrat ad dicta in l. sed si lege in §. consuluit. ff. de pet. hæ. & ad vulgatum illud. Mutuum muli Scabunt vtrunque tamen à contrario. & ut etiam infra.

Plus aloes quam mellis, hoc adagio utimur, cum dicimus, plus mali quam bono in re esse. iuuenale autor est Satyra sexta.

Quæ pulchra hic & ter repeti debent. mitto quod prælato hoc idem dixerit, lib. x. philebus uel de summo bono, quando quidem nostri quoque non aliter sentiant. l. j. §. supradictis. ibi, cū nemini uenit in dubiū quod repetita prælectio probabit, hoc satis ualidum satisque esse formosum. C. de iusti. C. confir.

Quę pulchra difficilia. supra dictū est satis, pulchra.

Quod in communi & medio positum est id nobis nunc cōpetit. plato epinomis uel Philosophus lib. xxxv. vnde et nos quod cōe est, meum est, dicimus. l. serui electione. §. i. ff. de lega. i. l. duo fratres. ff. de æqui. hæ. Bal. in l. i. C. de communi re. alie. dixi ego late in collectan. d. §. j.

R

RES ad triarios rediijt. desperata uictoria; Triarij enim milites erant hij. apud quos belli pondus maxime consistebat, quibus uictis nulla amplius erat reipu. salus similemque est, cū dicimus pariter, rem ad restim rediisse in summa rerū desperatione. Teren. in phormio. ibi

Opera tua res mihi ad restim rediit planissime, ad restim hoc est, ad laqueum. hinc iuuenal. Saty. vj.

Ferre potes dominam Saluis tot restibus ullam?

Res Nānace plorabo. in multo luctu. Nānacas enim phrygie rex, ante Deucalionis i pa diluuiū pręuidens futurum, gemens diis supplicabat. Hermogenes testis est de reb. phrygiis.

Roscius in scęna. cum de præfecto in aliqua arte loquimur. is enim comicorum præstantissimus fuit pręceptor Ciceronis, quem tanti faciebat ut cum sibi in gestu & pronunciatione ad Imitandum proposuerit. & dicere quam sæpissimè solebat in pudentiorem nemine eo esse, qui in scęna gestum agit spectante Roscio.

SI nostra non sunt qualia optamus talia sint tamē qualia esse possunt, moderationi animi est ascribendum si quis sic dixerit. plato autor est lib. xi. hippias maior uel de pulchro.

Sardi uenales. quod à Tyberio Graccho perdomiti captiui que deducti sunt. ex Liuio histo. notissima est.

Sardonius risus. hoc Idemque notius est, insula nanq; Sardinie, serpentesq; herbas habet innocuas, præter illam, quę lappe uocatur, quā que edentes ridendo pereunt, ut pausani. Inquit,

Simile simili hęret semper. quale illud simile appetit suum simile, Similia similibus conseruātur, quorum plato meminit in conuiuio, nos in l. in tem in §. item quæcunque. ff. de rei vendi. ubi vulgatum illud quod in habentibus simbolū facilis est transitus. Facit etiam illud. similes habent labra lactucas. cum par pari refertur, de quo supra par pari, & illud. qualis veruex talis offa, de quo rursum in l. quod in heredem in §. eligere. ff. de tributo. ac Balbus præter Balba nihil intelligit, & crassis crassa conueniunt. æqua lance æquis passibus aliaque huiusmodi, breuitatis gratia non aliter referenda obseruando est tamen (obiterque dictum velim) quanquam simile simili natura cognatum sit, quod nihilominus lex hominis Tyrānus est, quippe quod multa pręter naturam cogit, seruietque nobis ad tex. in l. maximum uicium. C. de libe. pret. et quod stulti amplius, proteo similes sunt. ille namquā corpus, hi animum sępe mutant lune uero quā maxime qm Eccle. dī xxvii. stultus ut luna mutat

Stulte facit qui tyrannum uincere credit. supra dictum est satis Durum est.

Sapien-

Sapiẽtiã paupertas sortita ẽ. Et nimirũ,si mal tis fuit ad salutẽ vtilis,inutilis nulli.hinc Catul.

Diuitias alius, fuluo sibi congerat auro;
At mea paupertas, uita traducat inerti.

Et ad idem Hora.
Haud mihi vita
Est opus hac,ait,& ualeas, me sylua cauusq;
Tutus ab insidii s tenui solabitur eruo.

Sique Pythagoras samius contemptis Demarathi patris opibus totum ferè orbem discendi studio peragrauit, inque ea Italiæ parte,quæ tũ magna dicebatur Græcia consedir vbi populum luxuria difluentem ad frugalitatem,matronas ad pudicitiam, iuuenes ad modestiam reuocauit, inque tanta ob id hominum admiratione fuit ut ex eius mortui domo templum fecerint eumq; pro Deo coluerint. Sapientiam igitur paupertas sortita est.

Satietas ferocitatem parit, iuxta illud etiam, impinguatus recalcitrauit,in ingratum. de quo xxxij. Deutorono. Adde quod diuitiæ superbiam, insolentiam, vim, iurium subuersionem, Tyrannidem, & ad omnia vicia denique uiam ostendunt,fenestramq;aperiunt. Hinc Crates ille Thebanus, eas abiecit,dicens, abite pessum malę cupiditates, ego vos mergam, ne mergar à vobis. Idq; nobis est argumento,quod Herculem vulnerasse Iunonem Platonemq; simul fingunt poetæ, diuitiarum præsides.

Scalum neque ipse accesseris, neque euntem sequaris, quæ difficilia sunt & penè imposibilia (argumento nobis est pariter) non appetenda,vicus enim est Beotię(authore Eustath.)sub Citherone monte, asper & inaccessus. vel aliter sonat,vbi periculum immineat id à nobis subeũdum non esse sed potius fugiendum, quippè q Pentheũ illo profectũ dicãt,ô Bacchis discerptũ.

Samum lac gallinaceum fert. cum loci fertilitatem dicere volumus, & soli fœlicitatem extollere, ex quo Ionicam insulam ibi, quoque fœlicem quondam fuisse dicunt,maxime Strabo.

Sus Bœotica,dictum est in eos qui pingui My nerua sunt. Si enim Bœotij,ex ingenij pinguedine sic vocitati sunt pariter. Bouemq; ex oraculo in mutandis sedibus (vt Eustath. & Pindarus aiunt) habuerunt,

T

TV tuam metuis vmbram & imperitiam,pusillanimi est istud,quia generosus animus non timet neque terretur inquit Home: in Iliad. Nondimeno Demosthene inanzi à Philippo Re di Macedonia, pauentò, & non seppe mai formar parola, ne Cicerone innanzi à Cæsare, ne Tirtano in præsentia del popolo Atheniese. Et dixit Esaias.

Corrui cum audirem,emarcuit cor meum. Et Daniel.

In visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium.

Trœzena adnauiga,quia nobile oppidum est, mari superstans,portumq; habens, quem τωγων dicunt,id est barba,quippè quod barba capilloq; promisso,ibi loci coloni squallẽt.autor est Athe ne.& Eustath.

Thamyras insanit, in eos qui præter ingeniũ proprium aliquid agunt, is enim de cantu cum musis certauit, superatus, oculis & lyra priuatus est,inquit Homerus.

Tu gallinæ filius albæ
Nos viles pulli nati infœlicibus ouis. quibus diuina quadam fœlicitate omnia læta & prospera cedunt. Iuuenal.Saty.xiiij.

V

VInum clauo caret, cum in conuiuiis largiori administratur vsu. Et malè nanque si exiguum sumas hilaritatem largitur. Hinc musis gratissimum iuxta illud.

Dulce merum musis, equus est in carmine velox,

Si quis aquam potet,nil bene parturiet. Si immodicum,insaniam,vires animi demit,& nõ modo menti verum etiam corpori nocet.Imò q homo statim bellua fit. Nimirumq; si Alexãder hostes vicit, sicq; à vino victus est. Et si senẽ vel saltare nollentẽ impellit vinũ. Menãder quoq; hac de re bizantios vino deditos, mercatores ebrios uocat.poetæq; fingunt amplius, priapũ ex Venere & libero natum, huncq; cornibus pingi solere.& breuiter(vt ille ait.)

Venus in vino est, ignis in igne fuit.

Vobis ne decima quidem,Siracusanorũ adest Supra dictũ est satis.cũ ad diuites loquimur.

Vacca amissa stabulũ reserat villicus, Aquam afferat dñs succensa insula. In eos qui tarde ferũt opem & auxiliũ afflictis,iuxta illud etiam.

Tarde venere Bubulci. ortumq; habuit ab eo quod dicit Aquinas Saty.xiiij. ibi.

Quãdoqnidẽ accepto claudẽda ẽ ianua dãno.

Velut apes aculeo relicto abit.caueas quãdo is cum quo loqueris,te decipere quærit.Plato autor lib.xxix.phædo vel de anima.

Z

ZOpyri talenta,si quis valde noceat, vt alteri prosit,is enĩ erat persa (vt Herodotus inquit)qui nasum sibi auresq; præcidit,quasi regi iratus,vt ei tamẽ gratificaretur,ad Babilonios transiit,idipsum credentes hĩ transfugã,eũ admiserunt,qui hoc mõ ciuitatẽ prodidit.

τέλος.

ADDITIO.

AMor ex aspectu nascit. Isocrat. iuxta illud
Si nescis oculi sunt in amore duces.

Artem quisque suam doceat,Sus nulla Mineruam. hoc est


Alienam non attingat.vetus est.

Arant littus,hoc est rem illicitam tentant.

Aliam excutite quercum cum satis locuti sumus. Zanc.de ori. orobio.

Ad ignem aqua. cum quid celerrime factum significamus. Pieri. Valeriam. in lib. Hieroglificorum.
Apio eget. In periculose ægrotantem.
Coronæ ex Apio sepulchris imponi apud græcos olim solebat.
Cicerinum ius. pro eo qui nullius rei est, nec dignus. Lyli. Gyr.
Capio omnem. Si insperato quod eueniat. Crinit.
Dij facientes adiuuant. Varro de re rusti.
Dominus primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. Columel.
De Saxo in crucem, idest de malo in peius. Cic. ad atti.
De Deo credendum, non querendum, dictitant Germani. Crinit.
Deos adoraturi sedeant. vt rei diuinæ intenti ex toto simus, nil aliudque cogitemus, nisi Deũ colere. Lyl. Gyral.
Fortes fortuna adiuuat, sed & multo magis ratio. Lyli. Gyr.
Fortunæ Euripus. Inconstantia & uarietas rerum notatur. Lyli. Gyral.
Fortunam admota manu inuoca, vt Lacedemones. Lyli. Gyr.
Fortis & ipse quidem fortior alter adest. Socrat.
Hic est alter Hercules non sine Theseo. Socrat.
Ipsis placet.j.nihil ad nos pertinet.
Leuidense munus. minimi precij.
Littus arant. dictum est, supra in litera. A.
Melius est initijs mederi, quàm fini. Suidas.
Mures negligit Elephantus. Pier. Val. in Hierogliph.
Maritimi mores. Inconstantes.
Mercurius indoctus vel infans. Si fingat se quis rudem eius artis in qua doctissimus est. Lyli. Gyr.
Malo accepto stultus sapit. Fabula Pandore. Lyli. Gyr.
Malum ex bonis initijs ortum. Pieri. Val. in Hyerogliph.
Noctua volat, si quid nobis feliciter succedat. Idem ibidem.
Nunc cursu lampada trado. Varro de re rustic. dictumque fuit supra.
Non iniquo iure latrat qui famescit. Ioui. in histo.
Non Imolata sacra sæpe deuorat. In intemperantes & uentri deditos. Lyli. Gyr.
Ouum ouo tam simile non est. de rebus indiscretæ similitudinis.
Ouo prognatus eodem. de his qui ingenio vel moribus conueniant.
Pisce taciturnior. In quietos. Pier. Val. hierogli.
Piscis repositus, in sordidos. Pier. Val. hierogli.
Paupertati sapientia, velut in sortitione prouinciarum obtigit. Socrat.
Qui male agit odit lucem. Bar. in. q. Beatæ Virg.
Romanus sedendo vincit. Varro de re rusti.
Solatium est miseris socios habere penarum. l. prospexit. ff. qui & à quibus. Bar. in q. Beatæ Virg.
Si vnam rem sero feceris, omnia sero. Col. de re rusti.
Stultus in culpa fit sapiens in pœna. Bal. in c. nisi nume. 2. de offi. leg.
Scipio laurum gestat. qui in insidias lapsi periculum euaserunt. Pier. in hyerogli.
Tum equis tum uelis. Celeritas notatur. ibidem.
Tenedia securis. In acerbos Iudices. ibidem.
Traiano melior Augusto Felicior. Crinit.
Vbi amici ibi opes. Isocrat.
Veneri suem Imolat. vbi munus minime gratum offerimus. Lyli. Gyral.

VILIVM LIBER.



X QVO plerumq; non parua difficultas, occasione vel personarum vel rerum, oritur materiaque sterilis est, nec alicubi tractata (quod viderim) nisi (vt aiunt) per Satyram & vt in simili dicitur in §. & primo quidem in prohe. florum, statui ego aliquos ponere casus quibus, tibi (si aliquando inciderit quæstio), lector optime, succursum esse posit breuitati studendo tamen, quoniam ueritas hinc etiam in paucis consistit, attende igitur, & lætaberis te, hoc lucro præter cætera, auctum ditatumq; fuisse temporis momento, & quidẽ citra puuerem. Nanque à persona incipientes dicimus primum, quod vilis compelli potest ut hominem vltimo supplicio afficiat, vel suspendat laqueo, Si non sit carnifex, fauore publicę vtilitatis, quę semper priuatæ est pręferenda. l. vnica. §. final. C. de cad. tol. Feli. in rub. de præscrip. in prin. Et ita ad propositum ac ratione ista tradit Bar. in l. fin. in §. fina. ff. de pigno. ac. Por. in §. fina. ad si. insti. de vsucap. vsque adeo vt duo hinc concurrant simul, & personę uilitas & etiam (vt dixi) vtilitas publica. Sed ad idem notandum est & secundo, quod vilitas personæ quoque, apud quàm reperitur instrumentum eidem multum detrahit. l. iubemus. C. de proba. l. si quis ex argentarijs. §. coguntur. ff. de eden. & in depositario, penes quem pariter erant instrumenta, Si superueniat vilitas, sibi debent auferri, Sic dicebat Deci. seni. in l. procurator. C. eod. Tertio, quod Maritus uxorem adulterantem, non interficit, nisi cum uili persona sit inuenta. l. nec timore vbi gloss. ff. quod met. cau. Feli. in cap. si uerò colum. ij. de sent. exco. Quarto, Si scholaris cum ancilla hospitio conuentus fuerit rem habere, propter uilitatem vitæ non debebit puniri. l. quæ adulterium ad fin. ibi quas uitæ uilitas dignas legum obseruatione non credidit. C. ad legem Iulia. de adult. Seuer. in l.

si qua

si qua illustris num. 15. C. ad orfi. Ex quo infertur & Quinto, Iudeum cognoscentem carnaliter Christianam meretricem in lupanari questum sui corporis facientem, nec puniri pariter, ob personę vilitatem vt ibi probatur quicquid dixerit Oldra. consil. ccc. quod pandono Auinioni ex secta fuerint virilia, quæ ante palacium incisa vidisse etiã testatur, & ita concludit contra Old. Pet. de vbal. consi. xxix. vol. j. consil. criminal. dixique ego alibi satis. Sexto vilitas, repellit à testimonio testem, nisi in tormentis deponat vt per Bar. in l. j. nume. 12. Vbi ego Late. C. de summa Trini. & fi. cat. bonus tex. in §. si vero ignoti in authen. de testi. Idem Bar. consil. cxi. colu. ij. Sauilian. consi. ix. num. 14. volu. j. Et si fuerit aduocatus in vilipendium toge. (Septimo loco) non debet exercere vilia ministeria, exempli gratia functiones publicas vt alij curiales casus est, in l. ne quis. C. de aduo. di. Iudicio. Nupta etiam. Octauo uiro consulari, postea uili puta rustico, uel populari & plebeo, dignitatem non retinet nisi concedatur à principe. l. fin. ff. de Senato. Et ad idem nouo natus de libera, legitimatur per oblationem Curiæ, non qui nascitur de serua, si patri soboles non supersit, vt idem Bartol. tradit in authen. quibus mo. natu. effi. sui in princ. Decimo quod dicitur in l. in seruorum. ff. de pen. quod quelibet pęna corporalis quãquàm minima est maior qua cunque pecuniaria. Et non habet locum in personis uilibus ut adhuc Bar. declarat in l. j. ad fi. ff. eod. & quãquàm vndecimo, donatio inter uirum & vxorem regulariter non valeat. l. j. & ij. & iij. ff. de dona. int. vir. & vxo. ualet tamen facta à vili muliere marito nobili, vt dixi ego in l. si donatione num. 37. C. de colla. Et si desponsetur meretrix. Duodecimo filij ante nati non legitimabuntur, ita Angel. in §. j. In authen quibus mo. nat. offi. legi. Si vxor rursum (& Decimo tertio) vilis fuerit, pro ea non admittetur maritus ad testificandum. l. ij. & ibi Pet. & Cyn. C. de testi. Alex. consil. clvi. colum. ij. volum. v. Bauer. in §. testes num. 40. Instit. de testam. Decimo quarto, vile officium est præesse stationi. l. j. C. nego. ne mil. libr. x. Et delegatorũ, ac magistratuum municipalium, ut inquit glo. (Decimo quinto) in rub. C. de peda. iud. Decimosexto vilis est Prelatorum auctoritas, seu uilescit, si aliquid in ordinabiliter agant quod sit reprehensione dignum. c. qualiter & quando primo de accusa. Dicebat etiam Demosthenes Decimoseptimo & ad propositum, nunquàm fieri posse, vt magnos & generosos animos concipiant ij. qui paruis & uilibus rebus occupantur. Nuncius quoque Decimo Octauo est persona vilis, potestque esse delegatus in causa vili re vrgente. j. necessitate. l. fi. & ibi Ange. ff. de iud. Bal. in l. si vt proponis in princip. C. quomo. & quando iud. Decimonono pater uilis, perdit patriam potestatem, neque potest filio pupilliter substituere, ut not. in l. ij. ff. de vulga. & pup. sub. Capel. tholosa. decisio. ccxlj. Et hinc (Vigesimo) vulgaris substitutio dicta est, idest vilis, ut vulgaris. q. & declarat Alber. in rubri. ff. de vulga. & pup. sub. Officium procuratoris etiam Vigesimoprimo vile est, ita ut infamis etiam illud exerceat. §. fin. Insti. de excep. & Iudeus quoque aliquo casu, vt ibi not. & in rub. Seysel. de iust. & iur. & in col. j. Vigesimosecundo est etiam uilis pręsumptio, quando moriens aliquem inculpat ut per glo. in l. mulier. C. de calumnia. vilissimum est iurisdictionis. Vigesimotertio citare, ad differentiam meri, & mixti Imperij, ut idem Seysel. not. & l. j. in §. j. in prin. ff. si quis, ius di. non obtemp. Et res mobilis. (Vigesimoquarto) uilis & abiecta, l. si rem mobilem ff. de acq. po. pro qua non licet arma mouere, & hominem interficere ut not. in l. vt uim. ff. de iusti. & iu. Vilis herba Beta. Vigesimoquinto, nimirum igitur si Marcialis illam fabrorum prandium uocat. Est etiam homo semissis, Vigesimosexto, idest semi homo & vilis ut alij dicunt triobolaris. Et infamia uilis, Vigesimoseptimo, quæ parua iniuria ẽ in l. ij. & ibi Bal. C. vt intra cert. temp. qui idem dicit quoque in Marga. Iudex nu. 5. Mercatura vili adhuc, & Vigesimo octauo, nobilis, nobilitatẽ amittit l. semper §. negociatio, & ibi Bar. ff. de iure immu. l. nobiliores. C. de commer. Alex. in addi. Bar. in l. j. C. de degni. lib. x. Calcan. consil. viij. colum. viij. Staphil. de prerogat. expectan. uer. circa tertiam partem nu. 5. Nec insultatus fugere debet quia ita facit uilis persona, sibique permittitur, ut inquit Bal. in l. ut uim col. iij. ff. de insti. & iu. Vigesimonono causa etiam uilis dicitur, si summa fuerit modica, & uilium personarum, l. humilem C. de incest. nup. authen. nisi C. de sen. ex pe. re. Bertran. con. cccij. In prin. uol. ij. Est etiam vilis metus Trigesimonono quo quis in edictũ haud incidit positum in l. j. ff. quod met. cau. l. metum ff. eo. & ibi not. Leuitas adhuc, & Trigesimo primo, ponitur secundum aliquos pro inconstantia & mutabilitate, ponique potius pro vilitate debet, eorum qui nullo honore sunt digni, ut inquit Gel. in noctibus atticis. Et addendum est insuper, ac Trigesimosecundo, quod Dionysius posterior arte grammaticę uili, famẽ repellebat (historia nota est) cum excidisset Imperio. Trigesimotertio libertus si patroni filiam uel neptem aut proneptem, vel coniugem duxerit in vxorem poterit de adulterio, stupro, vel sacrilegio accusari, l. iij. C. de nup. Trigesimoquarto propter homicidium uel graue scelus perpetratum testis efficitur homo vilis, ut inquit Bal. in authen. si dicatur colum. ij. C. de testibus. Trigesimoquinto, vilis hominis Cadauer pro anatomia Medicis dari lege permissum est, ut dixi ego (tametsi cogitandum relinquat Barto. in l. fi. ff. de cadaue. puni.) late in l. Imperium. ff. de iu. omn. iud. in addi. ad lecturam posteriorem. Est verum Trigesimosexto, quod vilia ac parua,

Man. Vtcunq; ſit dicam neque te morabor amplius poſtquàm de deo, (& par eſt) dicere etiam debeo, dicam inquam quod eſt ęterna mens[a] ex omni parte perfectè conſumatæq; virtutis. Item animus qui per vniuerſas mundi[b] partes omnem que naturam diffunditur. Et animus nobis inſuper, animus vero noſter deo cognatus: &[c] deus, quia omnia dat hominibus commoda, dictus. vel quia ipſis ſit metus à τιῶς, quod metum ſignificat. Alex. Videris (ut conijcio) ſic deũ diffinire cum tamen diffiniri nõ poſsit aiebas nuper. Man. Non ſunt diffinitiones iſtæ ſed deſcriptiones potius haud improbandæ, quoniam ſi de tam magna re eſt à nobis loquendũ omnia omnibusque modis (ut tamen poſsibile fuerit) loqui debemus. Alex. ſequere vt lubet. Man. Deus eſt[d] menſura rerum omnium eoque magis quàm qui vis homo tam minimarum quã maximarum curam habens, idcirco quia omni uirtute refertus prouidentiam omnium ſibi propriam uendicauit.[e] Dux item pręſentium & futurorũ, ac Ducis & cauſę dominus. Alex. Dixiſti.n. quod dictus eſt quaſi τιως, ideſt timor quia eũ colentibus ſit huiuſmodi, an aliter appelletur, aliamq; habeat deriuationem, ſiue aliter ſanctiſſimum eius nomen declarari poſsit? Man. Põt vtique. Alex. Dic quæſo qualiter, & minutatim omnia declara quia me delectant hæc valde. Man. Niſi quæ de deo dicuntur delectent quænam alia quę poſsint audientem delectare inueniri poſſunt? Alex. Nihil certè ideo (ut cepiſti) ſequere. Man. Sequor ſed primũ ſcias velim me de induſtria aliquando ſic diuertere, ut recreati promptius loquamur poſtea omnino enim (ut diximus) nil aliud a nobis agendũ eſt nunc nec quid quo ad loquendam impellamur. Alex. Curioſitas quæ ſemper ſitit me audiendi auidum cupidumq; fecerat idcirco nil dicam amplius ſequaris modo. Man. Sequor è veſtigio tibique dico apud hæbreos nomen dei etiam El dici, quod alij ipſum alij eiuſdem, ethymologiã exprimentes Iſchyrios ideſt fortem interpręati ſunt, ideo quia nulla præmitur infirmitate, ſed fortis eſt & ſufficiens ad omnia perpetranda. Itẽ Sabbaoth, Elion, Adonai, Tetragramatum, Saddai, & ſimile quibus omnibus uirtutum deus excelſus, ſolus, æternus, Dominus, ineffabilis & omnipotens oſtenderetur. Alex. Sunt ne alia quę dei excellentiam ſignificent? Man. Vtiq; ſed præcipua hęc dixi ne tibi ſtomachum mouerem audienti. Alex. Imò moueres niſi alia quæ ſuperſunt diceres. Man. Si cupis dicam & proſequar ultro. Alex. Cupio & magnopere quidem ne labijs tantum attingamus quod à nobis pleno ore eſt deguſtandũ ut aqua Ebrij huiuſce nominis dulciſsimi non ſecus ac mulier illa Samariæ quę ſobria ſint cognoſcamus neque ſitiamus[f] in æternum. Man. Gaudeo plurimum quod ex hac aqua inebriari cupias ne ſitias & tibi gratulor quod Iuriſcon. non agas nunc, neq; terrena ſapias tantum vt Cœleſtia negligas. Alex. Et tempus ſuadet nos, & dictat ratio imò quod ſemper hæc ſectanda ſunt & ſi iuriſconſultum agamus, quoniam eſſe non poteſt quin horas aliquas ſuffuremus, illis operam quoque nauantes, & ſic non minus diuina quàm humana ſapientia inſtruamur. Man. Diuina certè omni alia nobilior eſt certior &[g] verior ad fœlicitatem[h] future vitæ præordinata, & infuſa inſtinctu Spiritus ſancti, Theologia quoque inde appellata quaſi ſermo dei & ſapientia inſuper non niſi altiſsimas conſiderans cauſas, & in qua relucent intelligibiles ueritates, ut in Speculo ſenſibiles formę, & intellectus denique qui propriè principiorum habitus dicitur, circa quę nõ eſt[i] error. Deus igitur ne te morer amplius, & vt eò reuertamur vnde diſceſsimus alio nomine etiam Chriſtus Græcæ, & adhuc Hebraicę Meſſias, Latine vero vnctus dictus eſt. Alex. Quare ſic vnctus? Man. Quia[k] reges olim & ſacerdotes[l] vngi ſolebant, Chriſtus vero fuit verus ſacerdos, & Rex. Alex. Vide ne hoc ſit dictum etiam quia Oleo Miſericordia[m] deſignatur, vt vino Iuſticia, quæ ſimbolum[n] dei eſt, & quã maximum[o] imò omnium præſtantiſsimum. Man. Nec diſplicet quàmquam iudicibus id forte ſit dictum vnde hoc elicis (niſi fallor) vt ſuper infundant[p] vinum, & oleum, typum dei gerentes in terra, dij amplius[q] appellati, quia ipſe alias Deus[r] deorum eſt, vſque adeo ut Ioſaphat[s] rex Iuda principes terræ conſtituerit præcipiens eis vt animaduerterent bene quid facerent, quoniã non hominis ſed dei iudicium exercebant. Et ad propoſitũ quod vnctione miſericordis eius deſignetur exemplo oſtendendum eſt quandoquidem Idus Ianuarij, Auguſti Cæſaris temporibus Chriſto nato è taberna meritoria[t] etiam fons olei largiſsimus exundauerit totaque die abundantiſsimo fluxerit riuo, non aliud indicans niſi natũ eum qui eſſet miſericordiæ, & pietatis fons abundantiſsimus. Alex. De nomine Ieſus nihil dixiſti quod in ore ſemper habemus. Man. Dicam ſi audire volueris, ex quo non omnia vno vocis ſpiritu exprimi poſſunt. Alex. Volo nec id quidem facio ut tedio me afficias quàmquam tamen breuitatis amator ſim, ſed ne pręteręas quę ex te ſcire cupio, & ut me quoque ad dicendum excites. Man. Ne minimum quidẽ præteribimus dummodo ſuccurrat quod ad rem pertineat quam dicere inſtituimus. hoc igitur nomen quod notum omnibus eſt, & (vt dixiſti) tam frequens etiã num Hebraicum eſt quoniam Græce, Sother Latine vero ſalutaris ſiue ſaluator appellatur, quia ſaluti fuit omnibus[u] gentibus. Alex. Quare ſcribitur nomen hoc communiter tribus literis cum titulo ſic Ieſus? Man. Ad deſignandum myſterium ſanctiſsimæ trinitatis. Alex. Quis ſibi impoſuit hoc nomen? Man. Angelus,[x] & dictu mirabile eſt quod habeat tres terminationes in ſus, ſum, &

ſu,

a Lactan.
b Pythagoras.
c Plato de rep.
d Plato de legib.
e Plato I ep.
f Io.4.
g eccleſ.24
h Deuto.4.
i Philoſophus Metaphi.2.
k Eſai.55.
l Pſal.44.104.
m c. omnis de pæni. & re.
n Hiere.9.
o Math.11
p d.c.omnis
q Exod.22
r Pſal.49.
ſ 2. Paralip.9.
t Pau. Oroſi.lib.7.
u Eſaia.52 53.
x Luc.1.2.

fis, nominatiuo scilicet, accusatiuo & reliquis casibus genitiuo, datiuo, vocatiuo & ablatiuo, haud commune nominibus quartæ declinationis sciret oe tu quare? Alex. forte vt tres in Christo substantiæ notarentur, diuinitas, anima, & caro, quoniam verus Deus est & homo. Man. dixisti nec aliter se habet veritas, sed uide ne sit etiam quia ternarius iste numerus prestat cæteris. Alex. Idem est, à trinitate deriuarum. Et forte ter etiam [a] orauit, tres tantum discipulos secum [b] assumpsit, ter ductus est a spiritu in deserto vt à diabolo tentaretur. [c] Ter dixit Petro amas [d] me. vt ter quoque ipsum negaret, Tristitia eius fuit ante mortem voluntaria rationalis, & exemplaris. tertia hora crucifixus est, qui moriens quoque præcepta compleuit moralia ceremonialia & iudicialia. latronem exaudiuit habentem [e] fidem spem & charitatem. & die tertia resurexit. [f] Man. Adde quod Maria ipsum portauit in vtero, Simon in Brarchijs, Ioseph vero in humero. quodque triplicem habuit ciuitatem Bethlem vbi natus erat, Nazareth vbi nutritus, & Capharneum siue Capernaum, vbi erat conuersatus. vel ut triplicem ecclesiæ statum designaret, id enunciatum fuisse dicamus, incipientium, proficientium, & perfectorum, & a trinitate deriuatum (ut dixisti) non quod trinus sit Deus sed unus [g] solus, uerus, æternus immensus, incommutabilis, incompræhensibilis, & (vt Paulo ante dixi) ineffabilis, una essentia & substantia siue natura simplex omnino, psonæ uero tres Pater filius & spiritus Sanctus. Alex. forte hebraice Deus helohyn quoque dicitur hac de re quod est plurale. Man. Absque dubio ut in diuinis suppositis pluralitas notaretur, & essentiæ unitas, unde in creatione hominis dixit rursum. [h] Faciamus hominem in plurali, quemadmodum anima habens in se pariter tria, intellectum, rationem, & memoriam. non propterea efficientes ut plures sint animæ sed una tantum. Alexan. quod unus sit nobis in [i] corde, unus ampliarus vna ecclesia haud dubium uidebatur, quoniam vnus etiam est mundus, una fides in uniuerso, vnum baptisma, vnus Christi Vicarius, episcopus unus, & lex una denique in moribus, ut in corporis gubernatione unum cor, & partibus animæ uis una, quæ est ratio. Imò quod vnitas ipsa Deus dicitur, dualitas uero de modo Pythagora te ste, usque adeo ut [K] pastores multi uineam domini demoliti fuerint eamque conculcauerint. Ob idque Virgilium & Homerum Belligerantes faciant deos. Man. Adde rudi illo in seculo plena omnia demonum fallariis fuisse, quibus homines deludebantur, arbitrati ex his aliqui gregorum primi corpora cœlestia huiusmodi esse stellas deos animales appellantes, nonnulli elementa corporea, hijque Caldei fuerunt igni diuinos tribuentes honores. Idemque Heraclitus & Empedocles, qui ipsum Deum intelligibilem esse asserebant. Multi aquam venerabantur, & animantia rationis expertia, ac etiam fructus terræ, & aquam forte quia terras deuorat, flammas necat, scandit in sublime, & ipsum quoque sibi cœlum vendicat, dicta ab A. & qua, quasi ea sola uiuamus. Anaximenes aera. Crotoniates Solem Lunam ac reliqua Sydera. Theophrastus inconstantia quadam modo menti modo Cœlo modo signis celestibus diuinum tribuebat principatum. Orpheus etiam carmine plurales Deos eorumque cultus docuit. Et generationes inde Hesiodus. Quid quod Iunoni sacrum Ianuarium esse dicebant, Februarium Neptuno, Martium Mineruæ, Aprilem Veneri, Maium Apollini, Iunium Mercurio, Iulium Ioui, Augustum Cereri, Septembrem Vulcano, Octobrem Marti, Nouembrem Dianæ, & vesti deuique Decembrem. Eramplius quod Cęlum tenet Iupiter, Neptunus Mare, & Inferna etiam Pluto, sexcentaque huiusmodi ridicula silentio pretereunda, & uti diabolica ac fabulosa reiicienda. Alex. sed quare verus? Man. quia alij non ueri sunt. [l] sed fabulosi (ut dictum est) & cor amplius quos sibi finxit Antiquitas fatua quot sunt in orbe figuræ, nouissimeque Aius, Arculus, Portunus, Limentinus, Ramnusia, Anua, Antenorta, Carda, Angerona, & id genus plura. Alexan. quę enim nominia sunt hæc? Man. deorum (vt dixi.) Alex. significatum habentia? Man. vtique. Alexan. profecto mihi ipsi persuadebo nunquam nisi declaraueris, quando quidem nec ea viderim unquàm, nec apud aliquem legerim. Man. Vidisti & legisti, sed memoria (diuinitatis alias proprium [m] est bonum) tenere firmiter omnia non possumus. [n] náque aius dictus est eo quod aiebat. Arculus quia tutelam gerebat arcarum. Portunus à portarum custodia. Clauem manu gestaus amplius vt apud nos clauiger Petrus Cœlestis aulæ Ianitor. A liminibus uero limentinus. Forculus quoque appellatus quia foribus preerat. Et Ramnusia Indignationis dea à Ramnunte Atticę pago ubi colebatur, quæ superbos aliosque contemnentes punire credebatur, stultis fauens & sapientibus inimica semper. Anna rursum ab animis. Antenorta autem quia præterita noscebat. Carda postea quia striges nocturnas & lamias puerorum Cunas infestantes à limine summouebat quasi Cardina à Cardine, cuius feriæ Calendis Iunijs celebrabantur. Et Angerona denique propter silentium inuenta cuius simulacrum obligato obsignatoque ore fingi solebat. Alex. Certe pulchra hæc omnia mihi videotur, quę nec à te prætermitti nec a me ignorari debuerunt. Man. Quid est quod à te Compater ignorari possit, cum omnia legeris, videris & introspexeris accuratissime, & si nescire quippiam interdum fingas, teque (vt est in prouerbio) longius ire. Alex. Vt ingenue fatear videram aliqua ex his sed non omnia nec quæ videram (quod dixisti tu primum) recordabar amplius igitur dic etiam num quare sit æternus. Man.

a Math. 26. Io. 8.
b Ibi.
c Math. 4.
d Io. 21.
e Math. 26.
f Mar. 16.
g c. 1. de summa trini. & fi. cat.
h Gene. 1.
i Simbolum Credo in vnum Deum.
K Hiere. 12
l not. in d. c. 1. de Summa trin.
m l. 2. §. si quid autem C. de uet. iu. enucleam.
n l. peregre ff. de acqui. pos.

Man. Notissimum est istud quoque (ni fallor) & apud omnes vulgatissimum æternum eum esse, quia [a] misericordiæ eius nec mensuras ponere possumus nec tempora diffinire. Et uerbum quod nulli magis conuenit quàm Deo, qui semper [b] fuit, est in presentiarum & in futurum erit. ad sepiterni differentiam, quod incepit & non desinit vt anima siue Angelus. Imò quod Christi Crux, victoriæ Palma, Oliua pacis, Cypressus humilitatis, & Cedrus æternitatis, etiam dicitur. Cuius virtute vniuersa presentis vitæ merita, & ęterna cęlestis coronę premia continentur. dictuque mirum uidetur, quod ligni materia sit, reperiaturque apud innumerabiles & nihilominus germinans deficiat nunquàm. Al. Si mensuras eius misericordiæ ponere non possumus, neque tempora diffinire, sequitur necessario etiam quod sit (vt dicebas) immensus. Man. nec aliter dici potest, sed adde quod etiam intra omnia inclusus [c] non est, nec extra omnia exclusus, siue elatus supra omnia, aliàs absurdissimũ videretur ei mensuras ponere, qui omnium mensura est, quique alijs ponit iuxta illud. Constituit [d] terminos eius qui præteriri non poterant. Quid quod mensura est quoque [e] penitentię ut quale delictum fuerit, talis sit plagarum modus. Item & Iusticię, qua [f] Deum ex toto corde, ex tota mente & ex tota denique anima diligimus, proximum verò sicuti nos met ipsos, & vltimo loco glorię animarum scilicet, & corporum. Cuius retributio meritorum [g] omnium quantitatem excedet. Ex quibus planè etiam conijcere potes quare dixerim adhuc incommutabilem esse. Alex. Verum est sed tamen fusius tu id ipsum declara quod mihi tum gratum tum iucundum est, Imò quod hoc animo nihil audire possem quod mihi adhuc esset gratius vel iucundius. Man. Qui ex Deo est, libenter [h] verba dei audit, cùm non sim ego, qui loquor sed spiritus sanctus. Alexan. Certe nisi essem quotidianis lectionibus impeditus & huic oneri publice interpretandi addictus, quod quàm graue & laboriosum sit haud ignoras, (es enim & tu quoque in eadem naui) semper & libentissimæ quidem sacras horum temporum conciones Monachorum audirem, nec minus auide me his literis diuinis & sacris traderem totum. Man. Posses horis saltem succisiuis vt facio ego, ipsarum enim autor est deus, extendunt se ad omnia, nullum patiuntur falsum, Inque ipsis intelligibiles veritates, relucent ut in speculo formę sensibiles, Iustitia, Clementia, Temperantia, Fortitudo & reliqua, & breui quod alibi quæritur hic inuenitur. Alex. Non possum quia laxamentum etiam querendum est, & honesto aliquo ocio leuandus animus ne deficiamus dicente Poeta alioquin. Durabile non esse, quod requie caret. Et nostris interdum curis interponenda gaudia. [K] Imò quòd sicuti plantę mediocri aluntur aqua immodica vero suffocantur, ita moderatis laboribus adiuuatur animus immoderatis uero obruitur, quodque lyram & arcum remittimus vt tendi melius possit etiam. Man. Ocium beatas [l] perdidit vrbes, vt adhuc Poeta inquit. Inque [m] delicijs est omnis ociosus, nanque formicarum apumq; exemplo debemus nos met exercere, & ocij potius quàm negotij rationem reddere amplius, ne venenum ciuitatis prædicemur, quod & rursum Poeta [n] cecinit dicens.

Quæritur ægistus quare sit factus adulter.
In promptu causa desidiosus erat.

Alex. Si ocium in se parum honestatis habeat verum est quod dicis nec à te dissentio quale fuit Epimenidis & similium qui Glirium instar maiorem æui partem somno torpentes conterunt, & (vt aiunt) viui atque videntes vitam perdunt, e quorum numero non sum ego, nec honesto aliquo ocio, animum leuandum esse sensissem. igitur de his alias quoniam Ioco te hoc vnum potius dixisse existimo quã serio, cum neque ignoresti id mihi uicio sit ascribendum. Man. Sciebam vtique te laboribus non parcere non vigilijs & lucubrationibus, eo maxime tempore quo laborandum est ociumque honestum à voluptatibus & illecebris valde differre, sed dixi quidem, vt diuerticulo hoc recreati Paululum alacriores possemus ad pristinum institutum reuerti. Alex. fecisti equidem rem & tua prudentia dignam & laudabilem, quoniam sermones non tam sale quàm lepore sunt aspergendi, atque his modis semper ornandi, alias non tam audientibus quã legentibus parum grati esse viderentur. Man. Forte hoc idem sensit Poeta quando dixit alibi. Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci. Alex. Imò quod ita est siue dubio & non aliter intelligendum & (vt dixi) seruandum ad unguẽ, quod cum feceris iam non aliud restat, nisi ut ipsius dei incommutabilitatem declares, quam audire maximopere Cupio. Man. Et si (ut dixi Paulo ante) scio te hoc ipsum non latere declarabo tamen, quoniam saltim videbis qualis sit declaratio ipsa. Alex. Non me latet certe quid sibi verbum istud velit sed vnde incommutabilem ipsum esse haurias nescio. Man. Haurio ex illis fontibus ex quibus alia hausi [o] subinde que dicentibus, quod incommutabilis est Deus, stabilisque manens dans cuncta moueri. Alex. falleris quia imò plerunque sententiam mutat iuxta illud. nouit [p] dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Man. Non fallor quia omnino incommutabilis est, neque sententiam mutat diffinitiuam, sed [q] comminatoriam, ex quo etiam sub conditione fit penitet que tribus modis iam factum destruendo, cum dixit se penitere [r] hominem fecisse. non [s] faciendo quod erat comminatus vt Niniue subuerteretur & diminuendo [t] denique promissa ante diluuiũ ac respicientis tempus annorum cẽtum uiginti. Id vnum haud omittentes quod incolas vult castigare, non tollere. Alex. Non displicent, sed

vt pulchra

a c. multiplex de pœ.
in 1.c. usque in c.1. de Sũma tri. & fi. cat.
26.q.6. not.
b glo. in l. eũ ff. de ser. urba. predio.
c not. in d.c. 1. de Summa tri. et fi. cat.
d Iob. 14.
e Deut. 25.
f Math. 22.
g Luc. 6.
h Io. 8.
i Io. 14.
k Ouid.
l Catul.
m c. nunquã de conse. distin. 5.
n Ouid.
o not. in c. 1. de summa tri. et fi. cat.
p c. nouit de pœn. disti. 1.
q c. si agamus de pœn. distin. 1.
r Gen. 6.
s Ion. 3.
t c. predixeras de pœn. distin. 1.

vt pulchra quàm maxime probanda sunt, Eoque libentius quia multaquoque restát quoque pul chriora, non tam dictu quàm scitu digna atq; præclara, quę subinde audire & noscere Cupio valde. Man. Aliud curandum non est dum mo do tibi placeant, qualiacunque sint. Incomprehensibilis igitur (vt dicebam) etiam est utcque eius inuestigabiles, adeo vt nec aliud sonet alibi scriptum, quod si Bestia [a] montem tetigerit lapidabitur. Alex. Verum & rationabile videtur, sicuti vnus solus est, ęternus, immensus, & incommutabilis (quod paulo ante etiam testati sumus) alias non esset Deus, nec ab homine differret qui comprehensibilis est vtque eius uestigabiles, Imò cum auctoritatem habeamus scripturæ dicentis. O altitudo diuitiarum sapientiæ [b] & scientiæ dei quam incomprehensibilia sunt opera eius. quis enim cognouit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit? aliter non est dubitandum. Man. Et multo minus hac de re an ineffabilis sit nec ne, quia si incomprehensibilis est & incommutabilis, necessario etiam in effabilis erit, nullusque inuenietur [c] qui sapientiā eius, Iustitiam & misericordiam enarrare possit. Alex. Ergo nec dici poterunt quæ huc usq; fuerunt à nobis & non sine summa quadam voluptate enunciata cum tamen dicta fuerint. Man. Dicta fuerunt eo modo quo humana patitur imbecillitas, & non à nobis sed instinctu spiritus sancti, presertim hoc tempore quo superna potius quàm terrena sapere debemus suo que loco satis, non diximus quod ineffabilis nō sit, ex quo principium quod est ipse Deus, non sub genere aut diffinitione conceptum, demonstrationi non subiacet, aut simile est sibi commu nicās vel contrarium. Quod & fortius suadetur quoniam rem quamlibet per causas demonstramus taliter (cum deus ipse, causa causarum sit) vt non facile demonstretur. Vnde hinc legimus quoque quod [d] nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his qui dilligunt illum, quasi hyperbolica locutio quædam sit. Alex. Quid est hyperbole? Man. Figura grammatica tibi non ignota sicuti nec aliæ. Alex. Scio multas esse sed non precise que sit huius natura. Man. Est in quàm dictio excedēs fidem posita augendi vel minuēdi gratia, sed cum de Deo loquamur nunc grammaticum non agamus. Alex. Imò agere debemus, non modo quia grammatice locutus es, verum etiam quia uiam atque aditum ad omnia diuinarum humanarumque rerum studia patefacit, quamquàm Diogenem ipsos deridere, siue admirari solitum [e] acceperimus, quia Vlisis requirunt errores & suos ignorant. Man. Visne ex hoc quod verbum a cœpta collocutione nos auertat? Alex. Non sed in dubijs quantum fit satis remoretur Paululum. Man. Hoc vtique mihi molestum non erit, sicuti nec tibi ingrarū coque magis quia multum itineris adhuc superest. Alex. Falleris, & quando etiam parum superesset, hoc detrectare non debes quando quidem omnia ferè iam absoluta fuerunt. Man. Vtinam ita esset. Alex. Certe non video quid restet quod non cito posit absolui. Man. Videtur ne tibi parum trinitatis materia in qua cecutiunt omnes nec periculosius alicubi [f] erratur, nec laboriosius quicquam queritur. Alex. Ardua inquam est, impossibileque scire generationis [g] diuinę secretum, mēs deficit cuiuique, vox silet, non modo hominum, verum etiam Angelorum, & [h] intellectus nostri operatio ad illud sicuti oculi Cęci ad colores, & aures Surdi ad auditum esse videntur, Ideo canit [i] ecclesia caligat hic scrutiuium, non sufficit Ingenium tam ardua rimari. dicebatque Solomon tria esse [K] sibi difficilia, quia trinitatis mysterium perfecte scire non poterat, igitur nobis id tantum scire sufficiat, quod predicauit Christus ac docuit. Man. nec secus ego tibi eiusdem mysteria enarrabo, sed video Bononiæ turres statimque erimus in paudochio S. Georgij, loquemur fusius, postea & in reditu quidem (si tibi videbitur) finiemus.

[a] Paul. ad heb. 12.
[b] Paul. ad Rom. 11.
[c] Eccles. 1. not. in d. c. 1. de Summa tri. & fi. cat.
[d] Paul. 1. ad Cor. 2.
[e] Laer. in uita Dioge-nis.
[f] August. de trinita.
[g] Ambros.
[h] Phili. 9. Met.
[i] In offi. tri.
[K] Prou. 30.

τέλος.

SCEVOLAE IVR. CONSVL.

Declaratus locus in l. Seia in §. Virgini. ff. de dona. int. uir. & vxor. amplificataque duo illa ignis & aquę elementa, quorum ibidem adhuc, mentio facta est, deque moribus Varijs inde sumpta occasione, (in more enim positum erat à sponsis in nuptijs tangi) breuis admodum quasi epitomate quodam, enarrario non ingrata tamen, pulchra, vtilis & fructuosa, discere cupientibus.

In l. Seia in §. virgini. ff. de dona. int. uir. & vxor. uerba sunt hæc.



IRGINI In hortos deductæ ante diem tertium quā ibi nuptiæ fierent, & cum in separata diæta ab eo esset die nuptiarum priusquā ad eum transiret, & priusquā aqua & ignis acciperetur, idest nuptiæ celebrentur, obtulit decem aureos dono. &c.

Quæsitum est quid sibi velint verba illa in separata diæta. Et rursum quare esset in more positum. Ignem tangi & aquam à sponso & sponsa (quo ad principalem dispositionem non est dubitatio, donatam summam facto diuorrio repeti non posse, vt ibi) & breui quoad primum di cimus, diætam pro loco capi vbi per ocium versari consueuimus, de quo etiam Sueto. In Claudio, de initio sui Imperij, quem Hermeum appellabat, vt alij Apollinem, Iuxta illud in Apolline cœnabimus hoc sero. quorum duorum non est recordatus Nebrissem. grammaticus, neque istius.

istius.§.In eiusdem Sueto.Commentarijs helluo ille librorum Philippus Beroaldus, alioquin re ctor eruditissimus deque dicta rursum mentio fit etiam in l.senatus in §.j.ff.de leg.j. Quo vero ad secundum. id pro more antiquitus a maiori-bus obseruatum fuisse, ut forent memores non alia ratione matrimonia contrahi (autor est Francisc. Barbar. de re vxoria fusius Plutar. in proble-mat.) nisi generationis gratia, que ex calido & humido fit. hinc Prop. iiij.

Quæ mihi deducta fax omne prætulit illa:
Traxit ab euerso lumina nigra rogo.
Et stygiosum sparsa lacu nec recta capillis:
Vitta data est, nupsi non comitante deo.

Vel (dicas tu) potius, sicuti causa fuerunt Vnionis hominum, contrahi vt intelligerent eo uinculo fieri sic etiam duo in carne vna. c. sciscitatur. xxx. q. iiij. aut discordia cogitarent aquę & ignis tactu, nihil amarius, Thalami vero concordia sancta pudici, nihil dulcius, ut inquit Homerus. Et quoniam ita erat in more positum ut supra, hoc idem etiam mihi sit argum. de moribus uarijs aliqua dicere, deque aqua & igne postea non nihil.

MOS VARIVS.



OLIM enim mos erat, de quinquēnio in quinquēnium tributa soluere, quod, lustrum uocabant ueteres, annisque durabat. xv. postea indictio appellatum est, haud omittentes, primo ferrum, ut gladij, Clypei, thoraces, & id genus armorum plura fabricarentur, secundo argentum, quod esset debitum militibus stipendiū in eosdem erogandum, tertio vero aurum in ærario reponendum, quo necessitatibus reipub. consultum esse posset solui consueuisse.

Secundo, Spolia opima. Ioui Feretrio non offerri, nisi quæ dux duci uicto eripuisset, ut Romulus regi Cenninensium, Cornelius Cossus regi veghientum, & Marcellus Viridomati regi gallorum.

Tertio græcis mentum in supplicationibus attingere. vnde Prop. iij.

Vos decuit lasso supponere brachia mento.

Quarto maiores tot vini Cyatos bibere, quot annos amica nomen haberet, seu quot fuissent ipsius nominis litere, in cōuiuiis. hinc Tibul. iij.

Aut si quis uini certamen mite recusat:
Fallat eum tecto cara puella dolo.

Quinto Romę domesticam rationem vitę cō scribere singulis diebus, Ci. in ver. ibi, habeo & istius tabulas patris, quoad vixit tuas.

Sexto in accusatione legis Iuliæ rep. obsignare domum accusari & bona, nequa furtorum Inditia amoueantur. ibidem inque illis uerbis, cum obsignandi gratia. & ibi rursum, at enim si pupillo Codicem obsignassem.

Septimo Ethnicis Manes maritorum ab uxoribus Coli prodiis, quos in Lario habebant, quasi iam essent in deorum numerum relati.

Octauo in epulis (autor est in originibus Cato) vt qui accubabant canerent ad tybiam claro rum virorum laudes atque virtutes, & præclara facinora eorū, ut iuuentus ad imitationem prouocaretur. in Tuscul. Ci.

Nono in bello si quis vicerat, dono offerre munera templo. ibique (quod sanè esset victorię argumentum) Martis insignia relinquere. Sic Romulus, quem propę suam effigiem in Vulcani templo pariter, æneum Ouarum collocasse ferunt. & Dauid gladium cum Goliā Philisteū occidisset in tabernaculo domini.

Decimo, propinquorum siue amicorum defunctorum nomine liberaliter epulum dare populo.

Inque memoriam populi liberati ab Aegypto (vndecimo loco) vinctum quem voluissent dimittere.

Duodecimo, festos dies ludosque in eorum laudem, qui recte integreque prouinciam administrassent, instituere, reipub. impensis celebrandos, vt Marcelli Mutij, & aliorum qui illis non absimiles fuerunt.

Decimotertio græcis in conuiuio bibere minoribus poculis, postea maioribus, hinc factum tritum sermone prouerbium. More græco bibit.

Decimoquarto, digitorum gestu annos computare. hinc Iuuenal.

Distulit atq; suos iam dextra computat annos.

Et Decimoquinto, digitum tollere, quo tollens emptionis uictorem se esse declarabat. Sic Martial.

Nam mea iam digitum sustulit hospitibus.

Decimosexto Iudeorum, vestimenta scindere cum hominem blasfemum audirent.

Decimoseptimo conspuere super hominem dignum morte.

Decimo octauo lauare manus cum se innocentes ostendere vellent ab aliquo crimine, sicut in passione Domini Pilatus.

Decimonono athenis exilio multare ciuem quotannis decem annorum, si diuitiis, gloria, potentiaque excellere seu florere uidebant Athenienses.

Vigesimo, asiaticos creta asiatica literas suas, vel publicas uel priuatas obsignare. Maiores vero farina macerata regias. Cera autem flaua & rubra reges.

Vigesimoprimo in vana deorum superstitione peracta re diuina, sacerdote ad plebem cōuersó dicere. λαὸιρ ἀφεσιρ. quo verbo potestatem populo dabat abire volentem, ut apud nos cum dicit sacerdos ite missa est.

Vigesimosecundo caput eius, qui perduellionis crimine damnatus fuisset, obnubere. dicebatque ex duumuiris alter. Ilictor colliga manus. caput obnubito, arbori infoelici suspendito. ne

crucem

crucem uidens expauescat, & aliquid indignum faciat aut dicat. (autor est liui.) & arborem dicit ex qua crux facta sit.

Vigesimotertio, condemnatis vini aromatici poculum exhibere, ut mortis cruciatum facilius ferant, cuius loco seruatori nostro Christo Iudei acetum fęli mixtum dedere. Vnde prouerb. xxxj. Date siceram merentibus & vinum his qui amaro sunt animo, bibant & obliuiscantur egestatis suę, & doloris sui non recordentur amplius. qui mos hodie etiam fidelissime uetustatis (vt dicitur in l. testamenta. C. de testa.) à nostris iudicibus retentus est, & per occasionem ac pro tempore, seruatur quotidie.

Vigesimoquarto, antiquorum orientalium ius reddere in porta, ut uenientes ad urbem, presto sibi foret ius dicens, & facilius ad eum pateret aditus, quo citius etiam exaudirētur supplicantis preces. & est arg. in l. obseruandum. ff. de offi. presid.

Vigesimoquinto, In morte magnorum uirorum, eos uili ueste, sacco scilicet vilissimo uestire, sicque sepulturæ tradi, ostendentes prisci ex hoc quàm uilis & abiecta sit hominis vita, quam quàm opibus abundet, nobilitate generis & gloria excellat quandoquidem morte vna cum uita concludantur omnia.

Vigesimosexto, accusatoribus dies aliquot dari, in repetundarum maximè crimine, ad inquirenda rei vitia, tum alibi, tum in prouincia quæ dicebatur uexata. hincque legimus Ciceroni centum decem datos ad idem fuisse, vt Verris inquirerentur.

Vigesimoseptimo in honorem clarorum uirorum ludos celebrare, hisque gladiatores adhiberi. qui hac de re funebres appellabantur.

Vigesimo octauo, veterum dicere, id ut mortem fugere, vel ut inferorum portas, cum quid odisse significare uolebant. Sic Achilles & Vlisses apud Homerum, eos qui aliud in ore habent aliud in corde, ut etiam not. in l. obseruandum. ff. de offi. præsid.

Vigesimonono, Romæ à senatu legationem liberam decernere, ei qui sibi propter aliquod egregium facinus inuidiam conflauerat, ad eam declinandam, vt Scip. Nasicę, qui Tib. gracchum hominem seditiosum occiderat, de quo nos etiā in l. in his in prin. ff. sol. mat.

Trigesimo rami cupressum ante domum ponere defuncti hominis, ne pontifex (existimabat enim antiquitas eum qui uidisset hominem mortuum pollui) ignoranter ingressus pollueretur.

Trigesimoprimo, consulibus à senatu Rom. mandari in atroci quidem negotio, cauerent ne resp. aliquid detrimenti pateretur.

Trigesimosecundo, ne filij vna cum parentibus lauarentur in balneo, forte ob uerecundiam, & ne paterne reuerentiæ etiam minueretur auctoritas.

Trigesimotertio leges & fœdera in columnis Aeneis scribere, ne mutarentur facile & legumlatores pœniteret, quoniam perpetuę perpetuaque esse debent. l. in rebus. ff. de consti. prin. quā obrem se excusat Papa, & proœmio vtitur in c. non debet. de consangui. & affi.

Trigesimo quartò, mortuorum hominum corpora lauari & vngi. Sic Mysenus, sic Eurialus, sic Tarquinius, sic Dido loti fuerunt. Hinc Virgi.

Par calidos latices, & ahæna undantia flammis,
Expediunt, corpusq; lauant frigentis et ungunt.

Trigesimo quintò, mortuum deferre ad tumulum cantu, quod nunc etiam fit, vt sic anima in cęlum inq; domicilium unde prodiit, musices dulcedine redire videatur.

Trigesimo sextò, cadauere consumpto, nouissimum hoc verbum circumstantibus proferre. Licet, quasi dicat abire.

Trigesimo septimò Imperatorum nomine, qui bella gessissent prospera Senatus Ro. decreto supplicationes ad Deorum templa cum liberis & coniugibus gratulationis causa celebrare.

Trigesimo octauò, cum reus accusatus Romæ causam dicebat, legatos à ciuitatibus mittere vbi fuerant, cum eius laude, si se bene gessisset, vel cū vituperatione si male, quod vnum non parum ad eius salutem, vel periculum conferebat.

Trigesimo nonò, legiones in cohortes, cohortes in centurias, centurias vero in contubernia diuidere.

Quadragesimò, si quādo timor tumultus fuisset, ex capitolio vexilla, purpureum ceruleumq; proferre. quibus pedites & æquites simul vocabātur, hostium conatibus occurrentes. purpureus enim color militatis est, cerulens maris, à cuius Deo equum inuentum fuisse haud ignoramus, ucq; his duobus cum pedites tum æquites (vt dixi) vocari solebant.

Quadragesimo primò in foro hastam figere, cum bona vendi debebant, idque etiam à præcone pronunciari vnde hinc quoque subhastatio dicta appellataq; est.

Quadragesimo secūdò illum Imperatorio nomine dignum fore, sub quo in bello fęliciter mille concidissent hostes.

Quadragesimo tertiò, carmina ad Appollinis templum deferre. vnde Persi. ipse semipaganus,

Ad sacra vatum carmen affero nostrum.

Quadragesimo quarto venas militibus ignominiæ causa soluere sanguinemque dimittere, quasi sontes q delinquunt minus sani viderētur.

Quadragesimo quintò in consecrationibns (Herodianus autor est) Fastigium (erat enim moles in pyramidis modum, inque altum extructa, variisque ornara picturis) erigere.

Quadragesimo sextò in coloniis deducendis vel condendis vrbibus, vexillo erecto, sulcum aratro proscindere in modum futurę urbis, quē primigenium vocabant.

Quadragesimo septimò, multitudinem cohercere ex electione duodecim virorum qui succintis

cintis uestibus expediti virgis Romuli tẽpore hoc ipsum agebant.

Quadragesimo octauo, filios pictura erudire, quamquàm dicat Hora. aliter sic.

Animũ pictura poscit inani. Sic P. Aemilius, grecique pariter, vt memoriæ proditum est, filios suos erudiri curabant.

Quadragesimonono, de uia decedere Tr. plebis in foro ambulanti, qua de re quia non fecerat C. Bruturius ultimo est supplicio affectus.

Quinquagesimo, crimẽ læsæ maiestatis incurrere ciuem qui se regis comitẽ assectamq; pbuisset, ut ab eo planè creditam acciperet pecuniã.

Quinquagesimoprimo, accusatores patronosq; palam quidem, tum suos tũ aduersarij testes interrogare, ut etiã probatur in l. si postulauerit in §. quæstioni. ff. ad legem Iul. de adult.

Quinquagesimosecundo dijs manibus offerre caput ex cuius vulneribus & sanguine inspe- rata emergat uictoria,

Quinquagesimotertio, grecorũ aplo mortuos eorũq; sepulchra religiosa quadã superstitione coronare.

Quinquagesimo quarto in vrbium expugnatione Romanorũ hominũ, & ad Caniculæ sydus placandum, imolare Canem.

Quinquagesimoquinto ut triũphantibus occurrerent ciues, se illis exhibentes subiectione, exaltatione, & laudatione.

Quinquagesimosexto, tyrones scuta secũ alba ferre, q ppe qd, nihil adhuc memoria dignũ gesserãt, vt in futurũ postea si quid preclarum facinus fecissent, id pictum premij loco reportarent.

Quinquagesimoseptimo, spartanorum agrestes homines ad ebrietatẽ compellere, qui elotæ uocabantur, ut ipsorum turpitudine in iuuenes aspicientes, ebrietatem uelati rem deformem, & uisu fœdam abhorrerent.

Quinquagesimo octauo argiuorum festis diebus quibusdam, loco potius quam seriose βαλλαχράδας appellare tamquam achradibus pitis aliti & nutriti.

Quinquagesimonono Scytharum, sanguinis humani haustu fœdera inire, quo cũ suis coniuratoribus Catilina usus est.

Sexagesimo, sacrorũ, vt q bellicurã susceperat sacrariũ Martis ingressus Ancilia cõmoueret, de inde simulachri hastam, dicens. Mars vigila.

Sexagesimoprimo, in balnearibus insulis, ne pueri caperẽt cibum ni funda panem matre mõstrante percussissent.

Sexagesimosecundo, Cyprorũ virgines ante nuptias in quæstum ad litus Maris accedere, pecuniã quæsituras dotalem, & pro reliqua pudicitia, libamenta veneri soluturas.

Sexagesimotertio persarũ, non spuere, minus nares abstergere, nequáquã mũgere, quãdoq dẽ infame sit hæc facere, si publice fiant.

Sexagesimoquarto persarũ adhuc senes iunioribus preponere, vt domesticis eorũ admonitionibus in dies continuo efficerentur meliores. & not. i l. semp. ff. de iur. imu. & dixi ego alibi sępe.

Sexagesimo quintò, senes ad idem tãquã emeritos milites domi manere, iudicare, resq; tũ publicas tum priuatas maturo consilio regere.

Sexagesimo sextò, Sydoniorum regem neminem esse potuisse, nisi stirpe regia natus fuisset.

Sexagesimo septimò, Aegyptiorum, eos qui emunt vilius vt carius vendant, diris quibusdam imprecationibus quotannis prosequi & publicare, quos dardanarios appellamus. l. annonam. ff. de extraor. cri. l. in dardanarios. ff. de pœn.

Sexagesimo octauò, nobiles sepelire sub altissimis montibus, verum quia montes non sunt vbique pyramides columnæque ad magnificentiam postea erectæ fuerunt.

Sexagesimo nonò, crimine perduellionis damnatos, pullato habitu vestiri nec vllo modo in funere honorari.

Septuagesimò, sic indicia peragere, quia statim iudicabant, si reus absoluendus erat, sin minus non liquere dicebant. literaq; A, primum pronunciabant, secũdũ vero, hisce duabus. N, L.

Septuagesimo primò græcorum conuiuia virilia à mulieribus separare, ne mulieres virorũ moribus læderentur.

Septuagesimo secundò parthorum nõ modo virorum conuiuia (vt Trogus ait) verum etiam ratione prædicta conspectum interdicere.

Septuagesimotertiò, veterũ, insignia domus & familię, tẽplorũ postibus affigere, vt apđ nos magistratus recedẽtes in locis publicis affixas relinquere, inq; hospitiorũ postibus principũ legati.

Septuagesimo quartò ĩterdicere aquæ & igni, in cuius pœnæ postea successerat deportatio insulam. l. iij. ff. ad legem Iul. pe. l. ij. §. constat. ff. de pœn. l. j. §. hi quibus. ff. de lega. iij.

Septuagesimo quintò, redeũtes qui funus prosequuti fuissent aqua aspergi, quasi purgati, quoniam funere polluti fuerant.

Septuagesimo sextò, maiorũ imagines, in prima ædium parte ponere titulis rerum gestarum in basi positis, vt ea oĩa legentes posteri, nullũue periculum pro salute ac dignitate patriæ subire recusarent. argumen. in l. lex quæ tutores. in §. nec vero. C. de admi. tuto.

Septuagesimo septimò In triuiis & quadriuiis imagines ponere, vt mali expellant spũs, quos ĩ illis morari cõsueuisse ferũt, pp hoĩum frequẽtiã.

Septuagesimo octauò, filios emancipare per venditiones imaginarias, de quo aliàs in l. fin. C. de eman. lib. dixiq; ego alibi sępe.

Septuagesimo nonò, clauos à dictatore figi, se dãdæ pestilẽtię cã, quia L. Manlius sic clauũ dextro lateri ædis Iunonis fixerat, quo solemni peracto abire magistratu cogebatur.

Octuagesimò, in pdiũ inimici lapides ponere indicio futuros, si qs eũ agrũ coluisset malo lęto peritururũ, quã rẽ (σκοπελισμὸν eã appellabãt) tñ præsides exequi grauiter solebant vsq; ad pœnã capitis.

capitis.l.faccularij.§.sunt quædam. ff.de extraor di.cri.& de hoc quoque nos alibi satis.

Octuagesimoprimo, initio magistratus ptori munera dare, follis, glebę, & clauis, follis & glebę ne hō terrenus extolleret purpurę ambitu, clauis uero ut ptātē sibi datā fuisse planè ītelligeret.

Octuagesimosecundo gallorum, dare operam ne obesi fierent & ventrosi, punireque Iuuenem, certam zonæ mensuram excedentem.

Octuagesimotertio, funera nos tu celebrare facibus, verūtamē quia inde multæ sanè mulierū impudicicię tūc inuēte sunt, ad diē relata fuerūt.

Octuagesimoquarto, ne proconsules plus quā fascibus sex uti possunt l.procōs.ff. de of.procō.

Octuagesimoquinto, vt Romam ingressi, deponerent Imperium l.fi.ff.eo.

Octuagesimosexto, ut in celebri aliqua vrbe adhuc commendari laudariq; patienter audirēt & paterentur l.si in aliquam ff.eo.

Octuagesimoseptimo, axiacum, cruorem eius quem primum interemissent ebibere è vulneribus, adeo bella cedesque amant.

Octuagesimo octauo, scitharum Martem pro Deo hr̄e in lararijs eiq; pro simulachris, enses tētoriaq; dedicare, proq; uictimis homines ferire.

Octuagesimonono Antiquorum imagines ponere clarorum uirorū in Bibliothecis, quorū immortales animæ in ijsdē locis loquerentur. primusq; fuit Asinius pollio, Romæ. vel vt volunt alij priores cœperūt Alexandrini, & pergamēses qui magno Bibliothecas certamine instituerūt.

Nonagesimo ære graui Romanos vti, eoque penso non autem numerato debita soluere, hinc que pensiones dictę fuerunt de quibus in l. lecta. ff.si cer.pet.& in l.item si precio in §.fi.& l. seq. ff.loca.& in l.edem.C.eo.

Nonagesimoprimo, bonum & laudabile qđ creta alba notare vel linea, contra uero nigra. Iuxta illud nigrum in candida uertunt.

Nonagesimosecundo velare caput, cum rem diuinam facerent homines & deos salutarent. Sic Aeneas, qui Diomede prætereūte, caput operiēs pariter rem diuinam faciebat.

Nonagesimotertio. Dominos à seruis domesticis hora ferè tertia, rationes illorum accipere, verberibus peccata corrigentes. hinc Iuuenal.

Longi relegit transuersa diurni.

Nonagesimoquarto. nubentium cum mariti domum ingrederētur, dicere. Vbi tu Caius ego Caia, vt ostenderēt vtrūq; Imperaturum. vel pp Caiā Ceciliā honestā sanè mulierē, ac optimā, que Tanaquil. dicta est, Tarquini vxor, tātæ probitatis nempe, ut id boni Ominis causa nomine frequentarent nubentes.

Nonagesimoquinto, aureo donare anulo eum qui in ludis placuisset. Sic Cęsar Herēnium Gallum histrionē gadibus. Sic a Domitiano Statius, vt ipse met testatus est, dicens.

Cum modo Germanicas acies, modo data sonāt.
Prælia; palladio tua me manus indicat auro.

Nonagesimosexto patrum familias accersitis amicis ingredi scholas, ut declamantes filios audirent. Sic persi.sentit.

Grandia si nollem perituri uerba Catonis
Discere: ab insano multum laudanda magistro:
Quæ pater adductis sudans audiret amicis.

Nonagesimoseptimo Rhetorū, ad exercēdos sanè auditores in scholis, ex historia materiā sumere, que vsui sibi in declamationibus, Curtij Ruffi imitatione, aliquando esse posset.

Nonagesimo octauo, Lacedęmonū iure ciuiū priuare eos, qui mores patrios non tulissent.

Nonagesimonono eorūdē rursus, Atriorum fores non pulsare, sed uoce foras euocare, vt clā nihil facere uelle uiderentur.

Cētesimo, Athenis ne rideret qs in academia, vt locus esset, cū ab iniuria tū ab ignauia vacuus.

Centesimoprimo lucanorū. post occasum solis, pegrinos suscipere, aliàs q nō suscepisset, reus esset pœnę. qđ Iouem hospitalem læsisset.

Centesimosecūdo veterum albis calculis reos absoluere, nigris damnare.

Centesimotertio laconū pileis militare, nec ab re hinc pileati Castor & pollux finguntur, quandoquidem fuerint lacones.

Centesimoquarto seruorum cum primum forent manumissi dominum suum sic salutare. Salue mi patronæ.

Cētesimoquinto populorū Oriētaliū paciscētiū Sal comedere, vt queādmodum sal corrumpi non potest, ita pactum foret perpetuum.

Cētesimosexto veterū & nūc ēt, suos ī funere laudare, ppinquos, amicos, vel collegas. Sic Cęsar sic Marcellus sic deniq; Tiberius laudati fuerūt.

Centesimoseptimo Gallorum, pecunias mutuo dare liberaliter, sibi reddendas apud inferos.

Centesimo octauo, abstinere à cede, & à sanguine Natalis die, vt quo lucē accepimus, alijs non demamus.

Centesimonono, in adoratione ori dextrā admonere, in qua religio quædam inesse uidetur.

Centesimodecimo sponsam mariti limen nō attingere, sed transferri & intro ire, vt ui quodā modo & coacta non sua sponte solitum pudorē amittere videatur.

Cētesimovndecimo palestinorū, cōdēnatū ad mortē, saxo ad collū ligato in mari pcipitē dare.

Centesimo duodecimo, seruos libertate donatos capite ab raso pileum accipere.

Centesimo decimotertio, vt reis absolutis tonsi. Iouem salutarent, Nautas vero pericula quæ euaserant in mali solatium enarrare.

Centesimo decimoquarto pecunias seruare in templo Castoris, quo tutiores essent, conducitq; ad tex.in l.si que sunt cautiones.ff.fam.her.

Cētesimo decimoquinto, seruū ob noxā, notis litterarū Cauterio inustis in fronte signare. hinc que frontes litteratas ob id dictas fuisse.

Centesimodecimo sexto, cū Iunoni pronube imolaretur, è uictima fęlem eximere, quasi legis

esset

esset admonitio sapientissima, à coniugibus omnem iracundiam exire debere.

Centesimodecimo septimo, puberes pugnaturos solēne ante pugnā Achillis Tumulo rem diuinam facere.

Centesimodecimo octauo, victorum nomina, quo famæ perpetuitati consultum esset, in olimpico Gymnasio conscribere.

Centesimodecimo nono, apud Carmaniæ populos, vxorem ducere potuisse neminem, nisi ea put occisi hostis ad illorum regē detulisset.

Centesimouigesimo, parentum morientium operire oculos, In rogo vero patefacere, quippe quod ab homine supremum spectare fas haud esset, cęlo vero non ostendi nefas.

Centesimouigesimo primo, Athenienfium, dū sacra faciēt, carues elixare, non urubus figere & assare, deos rogātes ut estum, siccitatemque penitus auerterent.

Centesimouigesimo secundo, In sacris uoce preconia dicere, hoc age. quasi silētiū indictū omnibus esset, neve alta uoce (anserū more) obstreperent, seu ne quid triste, aut inuerecudum audire tur uerbum.

Centesimouigesimo tertio, in nuptijs quinq; faces accēdere pter dicta alias supra, forte cū lux gnationis signū sit, qđ nec ipsa mulier pluris quā qnq; parter filios edere possit (Plu. autor est) sed tu ad idem adde tex. in l. si pater ff. de sol. dixique ego alibi satis.

Centesimouigesimo quarto, gratiarū tēplū, in medijs vrbib. cōdere, greci maximè (scribit Aris.) vt sic mutuę gratitudinis ciues admoneri viderēt.

Centesimouigesimo quinto, apud ægyptios astante populo regi iustitiam subditis administranti valetudinem prosperam omniaque bona probari. & post mortem querelas instituere ut ti merent cęteri, iusteq; uiuentes imperarent.

Cētesimouigesimo sexto, vt qui proximiores erant defuncto, ciueres colligerent. hinc Prop.

Maximaq; in parua sustulit ossa manu. Et Tibul.

Abstineas mors atra precor, non hic mihi mater,

Quæ legat in mestos, ossa perusta sinus.

Centesimouigesimo septimo Lacedæmonum Comedias Tragediasq; minime spectare, ne serio uel ioco eos audirēt qui legibus contradicebant. & hæc sufficiāt, tametsi multo plura scribi potuissent, sed aliorum sit munus, non paruo hiatu patefacta uia, ne ue nobis id vnum obijciatur quoq; ex culice elephantus, paruo pedi magnū induit calciamentum, & manum denique de tabula tollere nescit. nunc modo (vt promisimus) ad elementa transeūdū est. & primo ad aquam.

A Q V A.

AQVAM igitur rerum omnium causam fuisse voluit Milesius (vnus. n. hic ex septēsapientibus græciæ fuit) & sic Identidem Oceanū patrem iuxta illud Maro. Oceano libemus sit, simul ipsa precatur, Oceanūq; patrem rerū, eāq; in se diui nā habere mentē omnia producentem, tactū dominici corporis baptismo sanctificatam amplius que cōponitur ex A. & qua: quasi aqua uiuamus queq; prima uoltra fuit potio, Siceltatis Inimica, & quā rursus cōcupiscimus indesinenter. hinc lapis ille Manalis, extra portam capenā, iuxta Martis ædē, sic a manaudo dicta, quippe qđ tractus in vrbem aquas manabat. Et cū siti laboraret Atalanta ferarū venatione fessa ac cuspide saxū pcussisset, aquā elicuit, Nec secus ea eo proruppit, quod, virga percussit Moses pariter. Aquilicia facta criācū esset in magna siccitate (vt dicimus) euocanda à veteribus celebrari solebant, appellatiq; inde sacerdotes sacra hæc faciētes aquilicet. quā perse quoq; religiosissime coluerūt. In aqua diuinamus, inq; ea lapatij genus nascitur, nec non bis aquarius Cœlestis ignotus est. aqua medetur vulneribus, abstergit, purgationisque est genus om. prestantissimum. vnde Maro.

Tu genitor cape sacra manu patriosq; penates;

Me bello è tanto digressum, & cede recenti,

Attrectare nefas, donec me flumine uiuo.

Abluero. & vt re ipsa videmus cæteris elemētis audacter magnoq; ausu imperare uidetur. nāque flāmas necat, terrā frangit & vorat & in sublime deniq ue etiā scandit. Scripsit ad aquā Demosthenes, vsque adeo vt nec posit intelligi nisi sobrijs & uigilantibus. primitiasque comæ veteres apud flumina detundebāt ijsq; dicebāt, omnia ex aquis primū orta significātes. & viuā dixit in puteo sedens Chistus, quia (vt Paulo ante ego quoque dicebā) purgat à macula, ab æstu uero refrigerat, & quia (nouissime) ignē libidinis extinguit, animāque fœcundat. Imò qđ aqua uiua designarur spiritus sanctus, fluminibus autē spiritus sancti dona, ineffabiliaq; dei munera optimi maximi, qui spiritus sanctus cū in igne apparuerit, In terrāq; venerit mittere ignē deus, iuxta illud Luc. xii. Ignē veni mittere in terrā, & ignis diuini amoris sit spiritus sanctus, atq; ēt quo ad aquā tibi ipsi fecerim satis lector dixerimque ēt alibi, præter hæc tamen ad ignem me nunc conferam.

I G N I S.

IGNIS ergo (vt ceptū pficiamus opus) deus est, sic Luc. (vt dicebā proxime) ignē veni mittere ī terrā, ut ardeat. Sic Apostoli euntes in emaus, cū dicerēt, nonne cor nostrū erat ardēs in nobis dū loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas. In calore & igne uirtus dei est ois sermo dei ignitus est. & igne utimur q nobis in argum. Immortalitatis datus est. Capitolium vrbis aliquando. Imo sæpius ictū fulmine cōflagrauit, idque diuinitus contigisse dicebat Cice. Ignis rursum incorrupta putaq; substātia est, sterilis & infœcunda, hac ratione incorruptis corporibus identidē. i. virginibus vestalibus commendatus. Simbolū quasi diuinę naturæ, qua de re seruabat etiā in tēplis capitaleq; erat si negligentia sacerdotum fuisset extinctus. ne quoq; Deus optimus maximus ea eo loco extingui & pelli

pelli videretur. Scribitq; Plato Deum in ignea esse substãtia vt etiam paulò ante diximus nos, Laer. vero ad idem Deos igneos, condimentum optimum prodicus, & Heraclitus Ephesius denique, ex igne cuncta constare, in eumque resolui omnia. Et cum aqua ac ignis duo sint principia vitæ, hominum vsui quàm maximè necessaria, non ab re etiam si grauissima hinc erat pœna olim interdicere aquæ & igni, cuius loco (vt in explanatione §. virgini. supra declarauimus siue potius in moribus. lxxiiij.) successit postea deportatio, nec repetimus. cum itaque tam magna dignitas, potentia ac nobilitas, & necessitas, virtusq; tam immensa sit aquæ & ignis, non mirum est, si in more positum olim fuerat quoque, vt à sponsis aliis rationibus tangerentur, hæcque omnia dicta sint ad exornandum. §. virgini prætallega. & positum in d.l. penul. ff. de donatio. inter virum & vxorem.


ADDITIO.

Quod adhuc, homo diuinum sit animal quod igne solus vtatur. Imò quod ex accessu ad ignem cœperunt inter se homines loqui, commercia nata, conuictus & ciuitates, quodque interdicere aquæ & igni (vt supra) nil aliud erat nisi extra consortium humani generis eiicere. In quo & lux & ardor laudandus est, non ardor vituperandus. Et si aqua à fonte misericordiæ prodit, hinc à fonte emanat iustitiæ. Compulsus est Abraam adorare ignem, noluit, in ignem missus est, non dubitauit quod ignis non esset Deus illæsus exiuit ex igne, Aaron vero combustus est. Ignis è cœlo sacrificia inflammabat. Mosi rubo ardenti Deus, quadriliterum suum indicauit nomen. Et breui citra ignem nihil quod egregium sit confici potest. Alimento indiget, à se ipso mouetur, & cum extinguitur, velut si interficiatur, vocem emittit. ex quo Ro. lumen nunquam extinguebantur.

IVLII PAVLI DECLARATVR

verbum, siue verbi ratio redditur, quare dixerit in l.ii.ff.si quis in ius voc. non ie. rusticitati parcendum esse, & non rustico.

DVBITATIO.




VARE est quod Iureconsul. Paulus alibi in l. ex quacunque ff. si quis in ius vo. non ie. dicat si rusticus in ius vocetur, nec veniat, quod excusabitur, quòdque rusticitati parcedum erit, & non rustico. nullum etenim verbum in lege ociosum esse præsumitur, sed cum mysterio ab ipso legislatore positum argumentum in l. quod ait lex. ff. ad legem Iuliam de adulte. & in l. ait pretor. in princip. ff. de iureiur. & in l. i. vbi glo. ff. quod met. cau. Nec secus dicitur in l. j. in §. fin. ff. de eden. & in l. si quis id quod. ff. de iurisom. iud. & in l. venia. C. de in ius vo. & certe non parua est dubitatio. Tamen potest si non vere, (non enim omnium quæ à maioribus nostris tradita sunt, semper ratio reddi potest. l. non omnium. ff. de legi.) apparenter saltem respondebimus, istud ideo dictum fuisse, vt rusticorum simplicitas exprimeretur, qui agriculturam potius, quam leges scire tenentur, authen. agricultores. C. quæ res pig. obli. pos. & ut in simili in milite dicitur in l. j. C. de iur. & fac. igno. & in l. fin. C. de iur. delib. & est tex. in l. cùm de indebito. in §. si autem. ff. de proba. Vel quia non omnis rusticus est simplex, sicuti non omnis homo est bonus uel malus. l. athletæ. §. fin. & ibi glos. ff. de excusa. tuto. Bald. in Marga. sua rustici. nume. 1. Vel & ultimo, quia rusticus est etiam, qui rusticitatem (dictum Cæsaris fuisse aiunt) perferre non potest.

EXORNATVS LOCVS VLPIANI

in l. j. in §. largius. ff. de successo. edic. ibi in honorem sanguinis, non sine dubitatione etiam ipsius uerbi.

SANGVIS.



N l. j. §. largius. ff. de successo. edic. quo ad id quod largius tempus indultum sit filio ad agnoscendam bon. pos. quàm agnatis cæteris. non dubito dixiq; alibi satis, multoque plura filiorum gratia statuta fuisse, quę cæteris sunt denegata, quod exclusi ab vno capite admittantur ex alio semperque habeât annum, quod semper sint sui, quod sibi ipsis succedant. d. l. j. §. sed videndum. l. pe. ff. quis or. in bo. po. ser. In querela inofficiosi testamenti. l. si proponas. §. fi. ff. de inoffi. testa. in petitione restitutionis in integrum. l. fi. §. sed quia. C. de iur. deli. not. in l. i. ff. eo. in successione ab intestato, omissa causa testati. d. l. j. §. itemq; hoc. ff. de suc. edic. ut annus cœptus pro completo habeatur. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. Saly. in l. cum uxori. ad fin. C. quando di. leg. ced. quod hæreditatem transmittant etiam non aditam. l. j. C. de his ante apc. tab. In institutione uxoris, si à marito relicta sit domina & usufructuaria, ut institutio ad sola alimenta porrigatur secundum consuetudinem obtentam in curia Bulgari. l. Titia. §. Titia. & ibi Bar. col. ij. ff. de lega. ij. authen. hoc locum. & ibi not. C. si secun. nup. mul. in adeptione fideicom missi, adempta conditione, quando sunt inæqualiter grauati & instituti uel è contra. l. iij. §. conditio. ff. de adi. leg. Quod numerus pluralis verificetur in singulari. l. in usu. l. non est sine liberis. ff. de uer. sig. Saly. in d. l. cū uxori. ad fi. Quod coniuncta oratio sæpe pro disiuncta capiatur. l. generaliter. ubi ego in collectan. & in lectu. C. de institu. in principio. in dispensatione


ne super matrimonio, & in casu.c.quia circa de consangui. & affini.quo ad regu. l. nihil tam naturale, ff. de regu.iu. vt locum non habeat in l. consensu.C.de rapu.& ibi Odof.declarat col.ij. Item vt ei detur actio prescriptis verbis,non prima in casu l.cum mota, C. de transac. secundum vnam lectu. ut ibi pariter Odof. dicit colum.2. In declaratione voluntatis quomodocunque id factum fuerit,per epistolam vel aliter, l. filij l.fi. C.famil.her.vt matri succedant per orficianum, tamet si ei non agnascantur ut in rub.& in l.ij.& iij.ff. vnde legi. Quod testamentum inter ipsos factum valeat etiam coram duobus testibus.l.hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam.& quod denique ipsorum liberorum causa semper sit prima l.ex test.C.vnde lib.§.pe.insti. de bon. po.gloss. in l. unica C.quando non, & par. Sed eò redeundo vnde discessimus, mirum uidetur, quod dicat Iurisconf.Idē de quo in d. §. largius (quod scilicet habeat annum filius) in honorem sanguinis, statutum fuisse, cum sanguinis ratio, etiam in agnatis considerabilis sit & tamen ipsi non habent nisi centum dies.l.ij.C.qui admin.l. ij.ff.quis or. in bo.po.serue.hinc à sanguine con sanguinitas (vt Conijcio) & declarat Iacob. de Belui. in q. suis positis sub rub. de trien. & sem. in authen.col.vi. & Hosti. in summa de consangui.& affi.in princ. Cui difficultati nihilominus respondetur,verum fore,sed quia maiori consideratione est in filio,argum.in l.fi.C.de Impub. & in l.isti quidem ff.quod met.cau. & in l.nec in ea.ff.ad legem Iul.de adu. & in l.fi.C.de curato. fu.non ab re est si maius tēpus eidem quoque in honorem sanguinis(vt dicebatur)lex elargita est alias non differret filius neque esset melioris con ditionis,quā quilibet alius agnatus, nec sanguis à sanguine differret,haud dicendum arg.iusti.de here.que ab int.def.& de legi.agna.suc.in princ. talis honor igitur filio habitus est ut in simili dicitur in l.iij.in §. hoc autem ff. de lega. prestan. ut filio,qui agnatis tamen minoris temporis con cessione,denegatus ē & in honorē sanguinis adhuc.i.filiationis dicemus,& vt supra latius & qm̄ sanguinis mētio facta est hinc occasione sumpta, verbū hoc sic exorna.& dic, qđ ea ratione cessat ēt doli presumptio ut per gl.in l.is cuius ad fi.ff. ad legem Iul.de ad.quodque non est uerisimile,quod coniuncto uelit quis iniuriam inferre.l. vestem.ff.de iniur. Imò quod de coniunctis val de confidimus ob id,vt arguēdo per locum a cōmuniter accidentibus probatur in l.theopompus ibi amici mei & cognati approbabunt.ff. de dote prelega.Bal.cons.lxx.col.ii.uol.i.Et quod san guis patris est filii l.fin.preallega.C.de imp.& al. sub. vt sanguis mariti uxoris, quia duo sunt in carne vna.c.sciscitatur.xxx,q.iiii. Ratio sanguinis rursum presumptionem donationis inducit. l.procula.ff.de prob. Et si legatum rei alienæ factum fuerit valebit l. cum rem alienā. C, de leg. Bar.in l.meuius in §.duobus, nu.ii.ff. de lega.ii. Bal.cons.lxxxiiii.uol.ii.& hac ratione nostra interest etiam, habere rem que fuit maiorum nostrorum l.si in emptionem ff.de min.haud omittentes quod inter coniunctos quoque remissio fideicommissi facilè inducitur secundum Bart. in l. cum proponas ad fi. lectu. ii. C. de pac. & si quis uoluerit uendere rem,magis consanguineo tenebitur quam extraneo.c.i.de alie.feu.c.i.§.sed & res,per quos fiat inuest.not.Iser.in c.i.de alie. feu.pat.in vsibus. Et plus dicit quod quamquàm feudum non possit alienari absque consensu domini, poterit tamen absque eo alienari ratione sanguinis in coniunctum. Et quod non dicitur alienatio illa,que fit in coniunctum.l. cum pater §.quindecim.ff.de lega.iii.l.voluntas.C. de fidei com.Affli.late in tracta.iur.congrui.in prin.colum.v.Est verum(& cum hoc finio prolixitati oc currentes, ut olim Idomæneus Merioni apud Home.hæc omnia in uasallo fallere,in quo nulla sanguinis consideratio habenda est,quandoquidem)ut dicitur in c.i.in §.fi.hic fi.lex dein.consuc.re.incip.in usib.)contra fratrem filium,& pa trem dominum addiuuare debeat, eiusque salutem saluti hominum omnium præferre, & ratio nem assignat ibi Alua. post gloss.in c. de forma. xx.q.vlti.& hæc hactenus, ne ueluti pueri fabulantes teramus tempus, ne ue proteruus aliquis, hoc ipsum nobis vicio uertat, & quod plus est prouerbium illud vulgatum in nos regerat (P in dar.autor est) Iouis Corinthus, dixisse sit satis. Finis.

ERKOCIRENTE

QVAESTIONVM LIBER.

Quæstio dubitabilis interrogatio est l.meuius & ibi Bal.in prin.ff.de leg.ii.& subinde responsione clara determinatio. l. si defensor. §. qui interrogatus ff.de inter. ac.

QVAESTIO. I.



VARE est (dubitatur primo) quod actio noxalis quę oritur ex lege xii.tab. §. sunt autē inst. de noxal.ac. l.i.ff. si quad. paup. fe.di. dicitur personalis, huiusmodique sit, & in rem scripta. Sicq; etiam ad exhibendum, & quod met.cau.l. noxalibus.ff.de noxal.ac.l.metum.§.cum autem ff.quod met.cau.l.iii.§. est autem ff. ad exhiben. & quia datur à prætore aduersus dominū,prętoria etiā dicitur, & annalis quæ tamen perpetua esse potest l.pe.ff.de noxal.ac.& ibi gl. & respon det Albe. in rub.si cer. pet.ff.in prin. & Ias.post eum ibidem col. ii. quod personalis appellatur, quia oritur ex delicto serui, in rem scripta uero quia persequitur quemcūque possessorem simi-

litudine realis, & fusius, quoad istam & quo ad alias ut per eundem Ias. in loco præallega. & male quoniã si eiusdem ortus est (vt diximus ex lege xii. tab. & detur à prætore aduersus dominũ, iam dici non potest quod ex delicto serui oriatur, personalis est igitur, quia datur personę que damnũ passa est, In rem scripta uero non ratione supradicta Alb. & Ias. sed quia in rem dirigitur, remque ipsam respicit & non personam, ut signanter, inquit iuriscon. in d. §. cum autem arg. in l. i. ad fi. ff. de interdic. & dixi ego alias in l. ii. in §. si absens in additio. ff. si ex nox. cau. aga. sum pto arg. ex his etiam que dicuntur per Bar. in l. si seruum in §. prætor ait nu. i. ff. de acq. hære.

QVAESTIO. II.

DVBITATVR Secundo, an differentia sit inter procuratorẽ Cæsaris, fisci, & Rationalis, an uero dicere debeamus quod sint idem, & respondetur breuiter differre plurimũ nomine (quod ad oculum patet) l. si idem. C. de codicil. diffinitione, ut ex infra dicendis patebit l. i. C. de iure emphit. & diuersitate titulorum ac legum de his loquentiũ, quod etiã constat, & not. Gemi. in c. presentiũ in §. testes col. i. de test. in vi. nec alius erat procurator Cæsaris nisi ille, qui ipsius patrimoniũ administrabat, fisci uero qui publicã habebat curã, Rationalis uero & Cæsaris & fisci, qui (ut ĩquit Modestus ad Theodos. de offi. procu. Cęsa.) erat maxime auctoritatis, & diximus nos in l. fin. C. de aduo. fi. in æquilib. & pulchre etiam Bal. consi. 271. col. iii. uol. i.

QVAESTIO. III.

DVBITATVR Tertio, quare sic sacrũ ærariũ dixerit tex. in l. fi. C. de aduo. fisci & respondetur breuiter quãquã tactum à nullo inuenerim usq; modo, id forte dixisse, quoniã olim in Saturni tẽplo locari solebat autor est Macrob. Saturnal. i. vel ut subijcit. iii. quia omne id sacrũ dici solebat, quod Dijs foret destinatũ. aut sacrũ (adiiciamus nos) quia religione quadã custodiri debet, ut necessitati reip. succurri aliquando posit,

QVAESTIO. IIII.

DVBITATVR Quarto, persc. n. (vt memorię proditũ est) milites habebant quos homotimos uocabãt, qui nã essent isti. Et respondetur breuiter, quod erãt Veterani siue optimates, sic appellati, ab honoris æqualitate, quasi homines optimi (vt conijcio) deque his Xenophon Socraticus lib. i. de Vita Cyri sepe. & ii. fusius. de veteranis nos in l. filiusfamilias in §. veterani. ff. de procu. suntque ij. qui honestam missionem consequuntur siue quibus emeritis stipendijs vel ante ab Imperatore indulgetur. §. secunda §. ignominiæ causa ff. de his qui not. infam.

QVAESTIO. V.

DVBITATVR Quinto, si animal bipes mihi damnum dedisset seu pauperiem fecisset (noxa enim seruorum est, pauperies uero brutorum. l. i. ff. si quad. pau. fe. di.) puta Strutio camellus, uel gallina, an etiam mihi detur ob id actio in factum siue de pauperie. Et breuiter respondetur, dari sed nõ directam, quia in loco preallega. dicitur si quadrup. paup. fe. di. Sicque verba repugnant, vtilem vero sic, quia nõ deficit mens & sententia legis seu edicti. d. l. i. §. i. l. pe. ff. eo. l. actio nego. gestorum. ff. de neg. gest.

QVAESTIO. VI.

DVBITATVR Sexto, quia irritatus canis ad idem si pauperiem fecisset, non in dominum canis dabitur actio, sed in eum cuius instigatu momordisset d. l. i. §. i. ff. si quad. pau. feci. di. l. item mela. §. Item & cum eo. ff. ad legem aqui. an idem dici debeat, si muliere mingente id forte eueniat lotij sono. & respondetur breuiter quod non, quia mingendo rem naturalem faciebat, nec sibi potest culpa imputari. l. si seruus seruum. §. si fornacarius. ff. eo. ride si placet, quia ita etiam decidit Pet. Iacob. de mon. pessul. in praxi sua de actio. de paupe. col. 2.

QVAESTIO. VII.

DVBITATVR Septimo, quare in sacris litteris lacus in malam capitur partem, puteus uero in bonam. Et respondetur breuiter (de puteo non referam quæ dixi alibi in collecta in l. presenti. C. de his qui ad ec. confu. & in lec. inque l. plerique. ff. de in ius uo. sed alia nouissime) lacum in malam capi partem scilicet, quod in eum Ioseph à fratribus deiectus sit, vnde Psal. cum descendẽtibus in lacum deputatus sum. Inq; Hieremia sic legitur. Me fontem aquę viuę reliquerunt & effoderunt sibi lacus pertusos, qui nõ poterant aquam continere. Et ob id quoque quod in lacum leonum Daniel coniectus sit pariter. Puteum uero in bonam, quia dixit Solomon. aquam potare ex vsibus nostris, & ex fonte puteorum nostrorum. Puteum effoderunt Abraam & filij Isaac, & ad puteum requieuit Moyses. Seruatorque noster denique de diuinis Mysterijs super puteum sedens locutus est.

QVAESTIO. VIII.

DVBITATVR Octauo, quare alibi agens actione reali, non probat se dominum (in ea enim, duo extrema sunt quàm maximè necessaria, dominium ex parte agentis, & possessio

fio ex parte rei conuenti. §. j. iusti. de actio. l. si in rem. ff. de rei uendi.) & nihilominus in eum transfertur possessio, & possidenti aufertur, cum tamen habeamus regulam iuris, quod qui accusare uolunt probationes habere debent. l. qui ac cusare. C. de eden. l. actor quod asseuerat. C. de proba. quodque actore non probante reus absol ui debet. d. l. qui accusare. c. i. ut eccl. be. si. di. confe. Et respondetur breuiter, fore id enim in mendacij pœnam. & est simile in l. ii. in §. si absens. ff. si ex noxa. causa aga. ubi si dominus negauerit seruum esse in sua potestate, ea ratione tenetur conuictus insolidum sine noxe deditione. & in l. si seruus depositus in §. fi. ff. de noxal. ac. vbi si negauerit pariter esse seruum in sua potestate actori arbitrium datur, uel iurandi, vel iudicium dictandi sine deditione noxe. & in l. eum qui. ff. quod cum eo. ubi qui dixit se patrē familiam. cum non esset, tenetur insolidum, per ditque beneficium ne conueniatur nisi inquantum facere potest & in l. fi. ff. de Int. ac. ubi qui dixit se hæredem, cum non esset, creditoribus te netur. & in l. j. C. ad Macedo. ubi si filiusfa. dixerit se patrē familiam. mutuo que pecuniam acceperit, excep. S. C. macedoniani perdit in pœnā (ut diximus) mendacij. ea de re ueteres (Theophrastus dicebat) duorum maxime curam habebant, Alterum ut in foro omnia citra tumultum fierent, Alterum uero ut à Mendacijs præcipue hominea abstinerent.

QVAESTIO IX.

Dubitatur nono, aliquia accusatus est de homicidio, negat se hominem occidisse de mendacio conuincitur, postea dicit se id fecisse ad sui defensionē, an admitti debeat & breuiter respondetur, quod sic, tametsi mendax fuerit & in mendacij pœnam istud sibi negari debuerit, ut proxime dicebam. l. fi. ff. de rei ve. l. ii. §. si absens in ii. respon. ff. si ex no. cau. aga. l. i. C. ad. Macedo. ita Bal. in auth. contra qui pro priam. C. de non num. pecu. ubi etiam Bar. Saly. & alij. Bertran. consi. lxxvi. nu. 2. vol. i. & probatur amplius in d. auth. & in l. nemo ex his. ff. de reg. iu. Maxime quia ratione mendacii prædicti eidem necessitas imponitur probandi quo onere tamen non grauaretur, si confessus fuisset cum dicta qualitate, ut idem Bal. not. in d. auth. contra qui propriam & Abb. ante eum in c. auditis col. pe. de prescrip. sed dubito & contrarium tenet Bar. ueriusque est in l. non solum in §. idem quesiit. ff. de lib. lega. & est communis theorica ut attestatur Ias. in l. ut vim col. iiij. de iusti. & iur. ideo cogitabis.

QVAESTIO X.

Dubitatur, decimo, quare Homerus Iliad. xxi. dixerit, pactorū deos testes fore optimos, & custodes. & respondetur breuiter, id esse quia pacisceudi etiam forma veterum erat huiusmodi. *Do tibi meam, tuamque dextram accipio, Dij autem nobis testes sunt*, sic Cyrus persa & Gobryas Assyrius. vt Xenophō Socraticus iii. de ipsius Cyri uita testatus est. Imò. dicimus nos, quod dominus, inter iuramentū & loquelam nostram nullam uult esse distantiam. c. iuramenti. xxii. q. v. c. quicunque suffragio. xii. q. ii. nec ecclesia quæ se cum Dei iudicio cōformat. c. à nobis de sen. exco. in vi. Io. And. in c. ut animarum de sep. eo. lib. late Gui. Papæ consi. xxxii. col. i. & quod ex nudo pacto oritur etiam actio e. i. c. qualiter de pac. c. i. eo. titu. in vi. Bal. in l. petens ad fi. C. eo. & in l. cum quis C. de iu. & fac. igno. Ro. con si. xxx. uu. 1. & nihil tam congruum esse fidei humanę quam seruare ea quæ partibus placuerunt, l. i. ff. de pac. l. ex exempto in prin. ff. de ac. emp. l. non minorem C. de transac. quanquam iuris ciuilis rigore secus dispositum sit, de quo aliàs in l. iurisgētium in §. sed cum nulla. ff. eo. & male quando quidem adhuc fidem seruare, iure naturali primæuo inuentum sit, uitaque hominis si ne fide peior quam mors, hosti quoque seruāda hac de re. l. i. §. non fuit, ff. de dolo. vsq; adeo ut cōdemnatus falsi non sit homo, & habeat locū regula, frangenti fidem fides frangatur eidem. l. cum proponas. ii. C. de pac. tradit Ana. in rub. de crimi. fal. qua (ad propositum) nihil sanctius est apud persas, vt loquacitate nihil deformius silentio uero nihil pulchrius.

QVAESTIO XI.

Dubitatur vndecimo, quando statutū mandat stari dicto seu relationi alicuius, exē pli gratia familię, de maleficio per eā repertο siue denunciationi Syndici, de quo aliàs per docto. in l. ii. in §. si alicuius. ff. si ex noxa. cau. aga. vbi & nos multa, an intelligi debeat cū iuramento, licet nō exprimatur, si non exprimeretur, tunc nulla foret dubitatio ut in l. qui bona in §. qui damni ff. de dam. inf. quod stetur iurament odamnum passi, fusius in l. si quando. C. vnde vi. & breuiter respondetur, quod sic, casus est singularis in l. Theopompus. ff. de dote prælega. & ibi Bar. not. Bal. pulchrè in l. iusiurandū quod ex conuentione, in prin. ff. de iureiu. Ias. in l. admonendi, in lectu. col. iiii. ff. de iureiu. Corn. consi. xl. nu. 12. uol. i.

QVAESTIO XII.

Dubitatur duodecimo, quare sit quod renunciatio generalis non ualeat. l. sed & si quis. §. quæsitum, ff. si quia cau. & tamē auia vel mater debent (si tutrices fuerint filiorū nepotumq; suorum) renunciare, Velleiano omnique legum auxilio inquit formaliter text. in auth. matri & auię. & in corpore vnde sumitur.

C. quando

C. quando mul.tute.offi.funga. renunciatioque ualet & male ac contra tex.in d.§.quæsitum ex quo verba generalia consensum non habent .l. obligationum substantia.ff.de actio. & obli. & vbi non est consensus ibi non est obligatio.l.cū amplius.§.is natura debet. ff. de reg. iur. Et respōdetur breuiter,illud ideo esse. in casu.d.auth. quia renunciatio fit de conscientia legis,vt inquit Bal.in l.i.ad fi.ff.si quis in ius.uo.non.icrit. & forte ultra eum ut dicebam ego quoque aliàs in d.§.quesitum in iii.lectu.quia mulieres istę releuatę in hoc quod tutrices esse possent prohibitę alias & de iure ciuili, nisi id à principe,impetrassent l.fi.& ibi not.glo.ff. de tutel.fuerunt in eo postea grauate,ut omni legum auailio renunciarent argum.in l.eum qui ff.de iureiu. Quod tamen de consuetudine hodie non seruatur ut testatur Io.fab.in d.authen.matri & auię,& post eum Nicola.Boer.Burdegal.decisio.cxaiiij.nu. aiij.par.i.triaque tantum requiruntur,quod pupillus non habeat tutorem testamētarium, quod auia seu mater sit legitimę etatis, & quod denique uerbo tantum renuntiet Velleiano & secundis nuptijs,egregieq; docet Bal.in c.ex parte M. col.iii.de appella.

QVAESTIO. XIII.

DVBITATVR Decimotertio, cum dicatur adhuc in preallega.§.quesitum , quod specialiter causæ exceptionum eaprimi debent, quibus à promissore sponte renunciatum est, quo modo hoc ipsum intelligi debeat, & respondetur breuiter (sepositis multis de quibus ibi) specialiter exprimi , si in renunciatione casuum fortuitorum maris & fluminis mentio fiat,& sufficit, quoniam si tempestatis ventorum aut Pyratarum, foret tunc renunciatio singularis l.fin. C.quod cum eo.l.generaliter, C. de non nume. pecu.tradit Bart. in l. i, ad fi.ff. si quis in ius no. non ie.

QVAESTIO. XIIII.

DVBITATVR Decimoquarto, Nanque certum est si fur absolutus fuerit , quod de eodem delicto non poterit amplius accusari,nec consequenter puniri conuictus, quia de delicto eiusdem hominis sepius queri non debuit l.licet §.fi.ff. nau. caupo. stab. vsque adeo. vt de facto debeat retractari quæ de facto fiunt , iuata gloss. in l.minor ff. de euic. sed pone quod suspendatur, fractoque laqueo incolumnis euadat , erit ne iterum suspendendus ? & breuiter respondetur quod non,quoniam sic miraculose detegitur innocentia ipsius,neque sibi debet auferri,quod fortunę, siue potius diuini numinis beneficio,& largitate consecutus est,ita Luc. de pœna in l. i. col.vi.& vii.plene arti. discutiens.C.de deserto. lib.x. Si fur tamen publice conqueratur,dicatq; se innocentem,deum optimum maaimum præcatus, sanctosque suos, signum aliquod innocentiæ suæ,ostenderent.argum.in c.duæ sunt aix.q. ii.& bene. Simileque adhuc in fure , falso accusato,recitat. Sic con.Polenton. in vita D.Anto. confessoris, c.x.ad fi. sed est nihilominus cogitandum amplius. Si conuictus sit in presenti casu, maximam quoque fore pro iudice suspendente præsumptioneui. l. Herennius. §.Caia.ff. de euic.l.uir bonus.ff.iud.sol. delictaque sic impunita manere haud esse iuridicum uel rationabile,vulga.l. ita vulneratas ff. ad legem acqui.c. vi famæ de sen.eacom. & contra ipsum furem non parua , licet conqueratur , vitæ cupiditate, arg.in l.i.ff.de bo.eo.qui sibi ip.mor.consci. eoque magis quia(vt inquit Aristo.ij. Rhet.omnis fur malignus est, & furtum delictum atrox arg. sumpto ab effectu l. iij. & ibi not. C. de summa trin.quia pro eo furcarum imponitur pœna.l.capitalium.§.famosos.ff.de fur.

QVAESTIO XV.

DVbitatur decimo quinto,si incile ducere ut inquit Iurecon.inil.i.in §.similique modo. ff.ne quid in loco pub.nil aliud est, nisi fossam incidere qua aquc ea flumine uel ex lacu in riuum compellātur,& incile locus depressus ad latus fluminū,ex eo dictus qđ incidatur,vnde primum aqua (ut diai)ex flumine ducatur.l.i.§. incilc.ff.de riuis.& incilia rurlum fossarum principia.l.i.§.caput.ff.de aqua quot.& esti.Nebrissen.grammaticus.plura parum Iacob. spiegel. fere nihil Hottomanus præter hæc,de uerb.iur. an idem sit incilare quanquam ii.non dicant. & breuiter respondetur(hoc declarato primum testū deuer.si incillas per duplea l.dixisse,fossas effe quæ in uiis fiunt ad deducendam aquam.siue deriuationes de riuo communi factas(quod nō aliudque omnino diuersum significare penitus, nec sibi velle aliud rursum,quam reprehendere, increpare aliquem uel dicere malimus improbare,quod minus is homo scilicet probus sit. & si verbum inde formari deberet,incilire & non incilare diceremus quodque uerum sit istud , seni Lucbret.ita.iii,de rerum natu.canentem.

Nunc aliena tua tamen ætate omnia mitte
Aequo animoq; agēdū iā aliis cōcede:necesse est
Iura(ut opinor)agat:iure increpet:incilet q;.

& quia hęc grammaticis sunt potius relinquenda ne dicam pertinacibus & curiosis (ut inquit Cice.& alibi glo.in rub.ff.sol mat.) transeo.

QVAESTIO XVI

DVbitatur decimo seato cur Paulus uidetur, in l.solent.ff.de alsato.ibi hasta, pila lactu, saltu,lncta.ludos non dixerit,his enim quinque vtebantur Græci vnde penthalon latinis quinquertium, & pēthali quinquertiones dicti sunt qui

qui his ludis uicissent. inque Gymnicis certaminibus periodō vicisse rursum qui pythia, isthmia Nemea olimpia uicisset. & breuiter respondetur forte id non fecisse, ne Grçcorū imitatione eos à Ro. hominibus institutos fuisse respondere quod ex eo constat etiam, quoniam senatuscon. mentionem facit & male si sic esset, (quanquam os in cçlum (ut aiunt) ponere uideamur) quoniam ingenui pudoris (vulgo quoque dici solet) est fateri per quos profeceris obnoxij uero infelicisque ingenii, deprçhendi infurto malle quā mutuum reddere. sed dixit sanè si non explicite, implicite tamē & virtualiter & sufficit, nec impudentię nota ei inurenda est argumentum. in l. hęc verba ff. de lega. i. & in l. hęc stipulatio in §. diuus. ff. ut lega. no. caue. & in l. cum quid. ff. si cer. peta.

QVAESTIO XVII.

Dubitatur decimo septimo. postquā ludorum mentio facta est, qui nam circenses forent de quibus vlpianus in l. plenum in §. ęquitij. ff. de usu & hab. ibi nō puto eū in circēsibus his vsurū. Et breuiter rn̄det, ab equorū cursu & circu, circū vero à circuitu, dictos fuisse, sed tn̄ sciendum est ab ouo, olim Ro. homines, Theatris ligneis & temporariis vsos, postea versatilibus, vltimo lapide cæso & marmore extructu, æternitatique destinatis. eratque Theatrum quod grçce dicitur ϑεατρίδιον dimidia pars semicirculi, in quo fiebēt ludi Scenici, Postea duobus theatris iunctis Aphiteatrum ædificari cœptum est, ad ludos gladiatorios, & conclusarum ferarum venationes. Verum postquam in oblongam formam tractum est, circus vocari cœpit à circuitu dictus (& nūc ad propositum vt supra) ad ludos currules, cursus & naumachias deque circo & theatro nonnihil xlviij. dist. in prin. summe. nimirum igitur si circenses dicti fuerunt ludi, fusius ego infra de Romanorum ludis.

QVESTIO. XVIII.

Dubitatur decimo octauo, quid sibi uolerit Naso Metamorpho. viii. ibi & vno duo ferrea brachia nodò iunxit, ut æquali spatio distantibus illis Altera pars staret, pars altera duceret orbem. & respondetur breuiter perifrastice Circinum, quem nos Italica lingua sesto. o uero Cōpasso uocamus, describere uoluisse, cuius centrū idest pedē, mobilem alterū appellamus, alterū uero imobilem. deque his etiam vitruui. iii. ibi Circiniq; collocatum centrum, grçce διαβήτης vocāt & dicebat alibi quoq; Plin. oīa que cōstāt rōne circini, fore semp indubitatā, estq; rursum circūductio pœnæ. differtq; à verbo cancellare & inducere, cancellamus. enim quando eam ducimus ad modum crucis: inducimus uero, quando trahimus per medias literas, & circūducimus quando eam quasi circino quodam ducimus. ut pulchrè tradit Bal. inducere, Marga. nu. i.

QVAESTIO XIX.

Dubitatur decimo nono, quare sit quod alibi legatum non ualeat, puta ędium destruendarum, alicui relictum, nec sacramentum subinde etiam in testamento scriptū ad idem. l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de lega. ii. l. non dubium. C. de legi. & breuiter respondetur legatum non ualere, quia est contra legem, hoc idem fieri non debere iubentem ex quo integris edificiis depositus publicus deformaretur aspectus. l. ii. C. de edif. priua. l. ii. §. si quis nemine. ff. ne quid in loco pub. l. senatus ff. de cont. emp. Non iuramentū quia si principale improbatū est, nec accessoriū valere debet, ut inquit pulcherrime Bal. in l. i. in prin. C. si aduer. uē. & probatur in d. l. nō dubiū & in d. l. si quis inquilinos & in l. fi. C. de nō nu. pe. tradit Bar. in l. sed & si quis in §. quęsitum ad fi. ff. si quis cautio.

QVAESTIO. XX.

Dubitatur vigesimo, quare sit quod alibi Papa quodāmodo se excuset, mutādo legem, dicens. non debere reprehensibile iudicari, si secundum uarietatem temporum, statuta quoque uariantur humana. in c. non debet de cōsangui. & affi. & nimirum quoniam. xii. sunt horæ diei (ut est in prouerbio nec semper in eadē opinione persistimus. l. non nunquam. ff. de colla. bo. & nihilominus potestatem habet quam maximam condendi legem, imò omnibus aliis legum latoribus maiorē & pstantiorē c. cūctt per mundū. c. per principalē. ix. q. iii. & luminare omni alio lumine maius sit, c. nouit de iudi. vsque adeo ut non uideatur usquequaque id fuisse opportunum sanè vel necessarium. & breuiter respōdetur id dixisse forte, & non ab re quanquam vnicus orbis Monarche sit, & princeps supremus (iterato dixerim, traditque Barba. in c. i. nu. 10. & ibi Bal. ante eum nu. 2. de proba. c. significasti de electio.) quia nouitates, sunt odiosę & plenę tristissimi euentus. l. in rebus. ff. de consti. prin. qua de re (ut inquit etiam ci. in familia.) orationi lupi & Hortensij olim uehementer acclamatum est, quia noua. Nouaque uectigalia minime sunt instituenda. l. uectigalia & ibi Bar. ff. de publica. l. ii. C. no. uectig. insti. non. po. & si fabula deterruit a nouandis rebus. Themistoclem populum Atheniēsem ęgre ferētem auaritiam magistratus, non mirum est. Imò quod præcæteris rei pub. præceptis, hoc ipsum maxime præcipuum est, priuatorum mores attendat atque exploret magistratus, ne res nouæ oriantur. quodque mādauit chordas duas, quas phrines musicus plectro adiecerat, præcidi, vt nouitatem hanc tolleret, autor est Plutar. in moralibus. Et profectò

rebus nouis rapienda sunt consilia, non quærenda dicebat quoque Boetius Sabinus in senatu contra Maximinū, Gordianis interemptis. quia Epicurus etiam delirus iudicatus est, qui quod euidentissimum erat, audacter negabat, inueniēdi noua studio. Et quia postea (teste Lactan.) nihil noui potuit inuenire, vt à cæteris dissentire videretur, antiqua euertere voluit.

QVAESTIO XXI.

DVbitatur vigesimo primo, quare sit, si mulier donet, & iuret subinde, quod donationem non reuocabit, eique nascantur filij, quod nihilominus iuramento non obstante reuocabitur argumentum in l. si vnquam. C. de reuoc. do. Bar. in l. Titia. in §. Imperator. ad fi. ff. de leg. ij. Et breuiter respondetur, hoc ideo esse, quia reuocatio d. l. si vnquam. fit ex præsumpta voluntate donantis, quæ est, quod non donasset si de liberis cogitasset, verum hæc conditio inest iuramento, ergo reuocationem non impediet ut in simili habetur etiam in l. fi. C. de non nume. pec. & in l. fi. ff. qui satisda. cog. & ita consuluerunt Recup. de S. Mini. & Fran. de pig. & Bar. vt ipse testatur, in d. §. Imperator. & in simili q. etiam in l. sed & si quis in §. quæsitum. ad fi. pariter. ff. si quis cautio.

QVAESTIO XXII.

DVbitatur vigesimo secundo, si spurius & illegitime natus, monasterium ingrediatur, an efficiatur legitimus, eique aboleatur infamia, esse spurium enim infamiæ est nomen, inquit Azo in summa. C. ex quib. cau. infa. irroga. Bal. cons. ccvij. col. ij. vol. ij. nec est nobilis, neque de domo nobilium, quia prouenit à sanguine putrefacto, ut idem Bal. dicit in c. innotuit nu. 15. de electi. nec rursum dicitur filius ut admittatur sed ut excludetur. c. Michael, de fil. presbit. & ibi per Inno. c. per tuas de proba. c. transmissa qui fil. sint leg. idem Bal. adhuc in l. fęnerator col. ii. ff. de nauti. fęno. quia magna iniuria est tamē, & præter hæc, si quis eo nomine uocetur. c. i. §. iniuria & ibi not. de pa. iu. fir. in vsib. imò quod hac de re à Gulielmo filio spurio, Iacobus de carraria pater interfectus est. Spuriusq; fuit Bar. Io. And. & Gratian. Alexander Macedo. Romulus & Hercules, Cynosargesque athenis, ipsiusque Tēplum, Nothorum Gymnasium, iuuandus potius est quam despiciendus, ex quo non ipse rursum sed progenitor potius inculpandus est. & Breuiter ac ad propositum respondetur, quod sic, ex quo uidemus etiam quanquam lege xii. tab. non esset cognitus quod legitimatione tamen cognoscit, & sic imp. uel papa. legitimādo supplet quique falcultatem habet ab eis, vt ego. prętereris, qui & à fęlicis recondationis Karolo. V. & à Ferdinando. I. fratre inuictissimo, & vltimo, ac nouissimo à Pio. iiij. Pontifice maximo, Benignitate & liberalitate ac clementia tantorum principum, amplissimis gratiosissimisque priuilegiis sum cohonestatus, & quod sic etiam per ingressum religionis efficitur legitimus eique omnis macula substergitur vt in simili dicitur in l. Imperialis. C. de nup. & in c. non liceat. xix. q. iij, & in c. scripturæ de uoto. tenuit Gul. de Cun. in l. j. C. de sacrosanc. eccle. & Ro. in authen. similiter. C. ad legem Falcid. & Feli. in c. ex tuæ. col. j. per illum tex. de limo.

QVAESTIO XXIII.

DVbitatur vigesimotertio, si sententia sit nulla, & nullitatis exceptio opponatur, quæ requirat altiorem indaginem, nunquid differatur executio, an vero fieri posit interim & donec de nullitate constet. Et breuiter respondetur, quod sic, cæterum si postea de nullitate apparuerit, tūc omnia attentata reuocabuntur, tanquam nulliter facta & perinde ac si pendente appellatione attentata fuissent, ita glo. in cle. j. de re iud. Bar. in l. j. C. quando prouo. non est ne. Bald. in l. j. C. ne li. in vna eademque cau. Areti. consi. lvj. col. j. & vbique assignatur ratio, quia si principale nō valuit, accessorium quoque corruit, id est executio ipsa quæ fieri non poterat. l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. accessorium. eo. tit. in vj. l. non dubium. C. de legi. c. inter dilectos. de fid. instr. dixi ego supra, & in l. sed & si quis. in §. quæsitum. ff. si quis cau. & ibi Bar. ad fi.

QVAESTIO XXIIII.

DVbitatur uigesimo quarto, in duello enim plura sunt necessaria & maxime ꝙ uocatus sit diffamatus uel suspectus, ꝙ hoc nō possit ueris probationibus ostēdi, quod prouocans sit maior uel per, quod casus sit personalis. & quod denique sit electa armorū uia non iudiciorum strepitus, & ni fallor dixi ego in tracta. de duello. lingua Italica conscripto, tradit Bal. in l. cum filius in §. fi. ff. de lega. ii. si prouocans duos habet oculos prout naturale habet quisque prouocatus uero vnum tantū, quia aliū amiserit forte casu ut in alpibus Hānibal, uel sibi alius eruerit ut sertorius Cymbrica an teneatur ille vnum claudere, & breuiter respōdetur quod nō prima fronte quia virtus unita est fortior se ipsa dispersa. §. fi. in auth. de consangui. & ute; frat. Bar. in tracta. de regi. ci. col. i. nec minus uidet Monocolus, quā qui duos habet. hinc experientia videmus qui balistis sagittam iaciūt, oculum vnum claudere, quo feriant certius. Nihilominus idem Bal. alibi, tenet contrarium illi (ut pugna sit par.) claudi oculus fasciā, siue (uulgo aiunt) sudariolo debent, in c. i. col. vij. de pace te. obtegi ex quo tolletur Grien de quo ipse nihil subiiciens tamen ita tenere quoniam consilium

est

est & discretio proborum uirorum.nec secus & tio ego,& est argumentum in l.fi.C.de fructibus & lit.expen.& in l.petendæ.C.de tempo. in int.resti.pe.

QVAESTIO XXV.

Dubitatur uigesimo quarto & ultimo, stat statutum testamentum,nisi scriptum sit à notario matriculato,non ualeat pestis grossatur in loco à notario nō matriculato scriptum est,an ualeat,& breuiter respōdetur quod non prima facie,ex quo statuti forma seruata non est,& male,hincque dicimus etiam quod semper actus est nullus,l.qui romæ §.Flauius.ff. de ver.ob.l.cum hi.§.si pretor.ff.de trāsac.l.scio ibi quasi forma quadam obstrictus.ff.de ap.tamen contrarium uerius est, ut tenuit Ange. in l. si uacantia in §.fi.C.de bo.uacan.& Alex.in l.fi. C.de testa.& Ias.in rep.l.admonendi col.cii. ff. de iureiu.& Firmian.in tracta. gabella.q. xxiiij. par.ii.et Ripa in tracta. de peste. inque prælud. q.xiii.et nimirum ultra eos quoniam necessitas nulli legi subiecta est,facitque licitum & probabile quod aliàs non esset.l.i. ff. de offi.cōsu.l.cū fidei.ff.de fideicō.lib.l.i.C.de ope. lib.Bal.conf. xcvii.col.i.uol.iii.in simili casu Ange. in l.fi.ff. de.iudi.& dixit ad propositum xenophon socraticus, quod præstantissimus omnium doctor est,& bene,quia nec deus unquam(ut est in prouerbio)cum necessitate pugnabit Finis

MANTISSA Quæstionum.

QVAESTIO XXVI.



VBITATVR nouissime, & vigesimo sexto quare est in l.i.in §.fi.ff.ad leg. Cor.de fal. si seruus falsum cōmittat, qd̄ afficiē vltimo supplicio, liberi hominis autem pœna est, bonorum publicatio & deportatio in insulam.& breuiter respondetur ut dixi aliàs in lib.qui τῶν ταχτῶν inscribitur. infra in v. uirtu. legis. in xiij.casu id esse scilicet quia bona non habet,& nouissime,qui non habet in ære luit in corpus.l. quicunque.C.de ser. fug.& ibi ego ad huc multa.non etiam deportatur,quia nec ciuitatem habet quam amittat,cum non sit ciuis,priuatio presupponit habitum.l.decem, ff.de uer.ob.ergo. addo etiam quamuis nō habeat bona aliàs,quod tamen habet peculium,pater famil.uero non, l. peculium . ff. de pecu. quodque hinc dicti fuerunt serui peculiares à peculio. l. filiusfamilias. ff.de iur.pat.& vinum peculiare,quod in vsu seruorum remansit.l.si quis vinum.§.fin.sed fi.ff.de trit. vi. oleoq; lega. Et de peculiaribus seruis in Iulio Cæsare, Tranquil. de abusu dominationis & potestatis eiusdem,ibi præterea monetæ, publicisq; vectigalibus peculiares seruos præposuit.vbi & Philip.Beroald.alioquin Rhetor ille, sua ætate disertissimus, multa.

QVAESTIO XXVII.

Dubitatur vigesimoseptimo, quare est quod dicitur alibi,religioni iudicantis fore standum,& simile quiddā,vt in l.j.ad fi.ff.de reb. eo. & in l.j.in §.diuus.ff.de quæstio.& in l.fin.ff. de var.& extraordi.cog.& in l.quæsitum.ff.de testi. & insti.de obli. quæ ex qua. delic. & alibi sæpe. Et breuiter respōdetur dici forte, quia iudex vir bonus appellatur.l.vir bonus.ff.iud.sol. seu potius,quia Deus est in causis iudicans.l.ij.§.quod si actor.C.de iura.cal.vel quia leges quibus iudicat. l.illicitas.§. veritas. ff. de offi. præsi. per ora principum diuinitus promulgantur.l. fin. C. de pręscrip.lon. tempo.& minister legum sacrarum non ab re inde quoque sacerdos dictus est.l.j.ibi cuius merito quis nos sacerdotes appellat. ff. de iusti.& iur.& leges sacratissimę.l.leges.C.de legi.vel & vltimo quia iurare iudices soliti sunt in leges,quod religione obstricti,iudicabunt.l.rem non nouam.C.de iudi.argumentum in l.ij. C.de reb.cred.glo. in rub. ff. de iureiu. & in Tyberio, Suetu.his verbis etiam sensisse videtur. c. xxxiij. ibi.Et si quem reorum elabi gratia, rumor esset, subitus aderat, iudicesq; aut è plano, aut è quæsitoris tribunali,legum,& religionis,& noxę,de qua cognoscerent admonebat.

QVAESTIO XXVIII.

Quando contractus absolutus est,& perfectus iuxta tex.in l.contractus.C.de fid. instru. consentiunt omnes periculū esse emptoris,& non venditoris.l.j.l.necessario.ff. de pericu.& commo.rei vendi. sed dubitatur vigesimo octauo,quid si vicium,damnum, seu infirmitas statim appareat,vel superueniet incontinenti,an sit emptoris vel venditoris. Et breuiter respondetur quod hoc casu erit venditoris, ex quo à principio præsumptio erit adfuisse, argumentum in l.lecta.in ver.dicebam.ff. si cer.peta.& in l.iurisgētium.in §. quinimmò. ff.de pac. & in l. petens. C. eo. & ita tenet etiam Cyn. in l. j.ad fi.C.de edil.ac. verumq; est nec aliud audacter tenendum . & dixi etiam ego in l. iurisgentium . in §. quinimmò . in ij. lectu. in j. notab. ff.de pactis.

QVAESTIO XXIX.

Quia de pileatis fit mentio in l.j. in §. sed & qui funus.C.de lati.lib.tol. pręter ea quæ alibi diximus,dubitare hinc nō ab re & vigesimonono quidem contingit, quare est quod Castor & Pollux fratres, quorum ædes olim Romæ(vt memoriæ proditum est) in foro

positæ

posite erant, pileati pingantur) pileum enim teg mē capitis erat, quod seruis capitibus abrasis in Feroniæ templo manumissis (id enim manumissionis erat signum, & planè vindicatæ libertatis argumentum quàm maximum) imponi solebat) & breuiter respondetur id non alia ratione fieri, nisi ea, quia ij lacones fuerant, quibus pileatis mos erat militare, & sic in suæ nationis memoriam.

QVAESTIO XXX.

QVare est trigesimo, quod eruenta spectacula in ocio ciuili & quiete domestica, nec non gladiatores quoque, prohibet verbo hoc præciso omninò, Constantius Impe. in l. vnica. C. de gladiato. lib. xj. cum tamen olim munus esset iure permissum, ædilium q; curuliū officium. Respōdetur breuiter, hoc ideò statuisse quia (vt in episto. inquit Cyp.) crudelium luminum lidido, hominum sanguine haud debet oblectari, homoq; in hominis voluptatem occidi, & scelus denique non modo geri, uerum etiā doceri. Et hinc ad duellū posset inferri, sed quia alibi tractant multi, & nos aliquando satis, lingua Italica, transeundum est.

QVAESTIO XXXI.

DVbitatur trigesimo primo, quid sibi uelint uerba illa posita i l. unica. i §. exactio. C. de rei uxo. ac. quod olim in casu diuortij dos restitui debebat annua. Bima, trima die, quibus uerbis & quo modo loquendi utitur etiam prius, siue usus est I. Con. in l. necessarias in §. si annua. ff. de pigno. ac. & in l. sed celsus in §. i. ff. de contrahen. emp. & in l. si cui in §. i. ff. de lega. i. & alibi sæpe. & breuiter respondetur, scitque dignum est. fore adiectiua sui natura nō amplius quam tria, bima, trima, & quadrima deque duobus fit mentio in d. locis tantum. sensusque est ad propositum, dotem primis diebus trium annorum restitui tune debuisse, exempli gratia si trecentorum solidorum fuisset, centum prima die primi anni, alia centum prima die secundi, & alia centum prima die tertii, ut etiam not. in d. §. si annua nonnihil Odof. in d. l. i. in §. i. col. ii. C. de rei uxo. actio. Finis.

Nomos siue de legibus.



VONIAM lex, est regula atque mensura actuum, quaquisque ad agendum uel ad nō agēdum inducitur ipsiusque actus hominum regulare debito ordine secundum exigentiam finis à legislatore intenti, ideo statui ego præter ca quæ sparsim hinc inde ab aliis dicta fuerunt & a me etiam in libr. qui polymathia inscribitur, aliqua etiam breuitati consulens tamen nunc quo ad fieri poterit, de legibus conscribere, Doricos imitatus, qui sic pariter scribebant, siue laconés breuitatis amatores & loquendo & scribēdo, unde fit vt hinc laconismos etiam breuiloquium significet nou mirumque fuisse, si Poeta Satyric. & alii, Chrysippi Soritas, hoc est prolixas argumentationes carpant. Sciendum igitur est, primum, leges à Deo optimo maximo latas fuisse in uasta solitudine, quia referte uitijs sanè sunt urbes, quæ orationes appellantur. in probe, fforum. animatæque sunt, nec aliud lex quam Rex insti sissimus inqt. phi. heb. et nimirum si diuinitus per ora principum promulgātur. l. fi. C. de præscrip. lon. tempo. vnde colloquium cū diis habere fingebāt Numa, Minos & Lycurgus si legislator sacratissimus appellatur. l. fi. C. de iur. deli. & si denique legis habet uigorem quod principi placuit, §. sed & quod principi insti. de iu. natu. l. i. ff. de consti. prin.

Secundo sciendum est legem triplicem fore, naturæ. quod tibi non uis fieri alis feceris caueto, quod quisque iuris in alterum statuerit ipse eodem iure utatur, & iuxta illud Patere legem quam tu ipse tuleris. c. i. i. dist. l. i. & ibi not. ff. quod quisq; in. hinc Xistus Pythagoricus. quod pati non uis ab alio neque id facias. suntque hęc extrema operationis humanæ, & prima principia in operabilibus. & cum ipso homine à principio nata securitas, quando dictum est. quod tibi non uis fieri &c. & regula quasi de cœlo delapsa, naturæ impressa, & à CHRISTO totidem verbis exposita, ad vitę nostræ actionumque nostrarum emendationem. est & scripturę, in qua continentur pręcepta. data Moysi, & gratię Euangelii scilicet.

Tertio sciendum est, quod lex concernit bonum commune. l. i. ff. de legi. c. erit autē lex. iiii. dis. ex quo Macareus nescio quis. in Lesbo. insula regnās ad communem utilitatem, legem tulit quam leonem quoque uocauit, ab eius animantis uirtute & robore ut Diodo. inquit. debetque esse honesta ut religioni conueniat, ex quo dicitur hinc iudex, qui secundum leges iudicat. l. illicitas §. ueritas. ff. de offi. presid. uir bonus. l. nir bonus ff. iud. sol. & quod pro sua religione ius dicit. l. fi. ff. de ua. extraordi. co. l. quęsitum. ff. de testi. l. i. §. diuus. ff. de questio. l. i. ad fi. ff. de reb. eo. & insti. de ob. quę ex qua. de nal. in prin. iusta ut secū dum rationem procedat, quę est ipsius anima ut inquit Bal. in l. si quis seruo col. ii. C. de fur. late Ias. in l. quod dictum col. i. ff. de pac. quod ratione caret extirpandum est tradit idem Bal. cō si. ccccclxxxvi. col. ii. vol. ii. & probatur in l. maximum uicium C. de lib. pręte. possibilis, ut a subditis possit adimpleri, quia dixit etiam Dominus iugum meum suane est & onus leue Math. xi. argumentum in l. impossibilium ff. de reg. iu. Bal. in l. Titius. in §. fi. ff. de excu. tut. Augusti. de Anco. de potesta. papæ. q. iiii. arti. vi. col. ij.

Quarto

Quarto sciendum est & præter hæc, ꝙ est ēt lex diuina, uetus & noua, Mosayca & Euangelica, una dignior atque præstantior altera. Ista sci licet illa, ista quia immediate à Deo est, illa mediate per Moysem, ut supra. Ista gratiam non continet, illa promisit, ista bona cœlestia exptesse, illa tacite. Illa sicut humana permittebat mala quædam, ut libellum repudij, meretrices & usuras. ista nullum. Ista inducit homines ad ipsius obseruantiā amore, illa timore. Et breui illa se habet ad istā ut imperfectū ad perfectū, vt mediū ad finem, ut materia ad formā, ista uero ad illā ut meridies ad aurorā, ut lumen ad umbram, ut ueritas ad figurā, & ut ancilla denique ad dominam.

Quinto sciendum est, legibus obtemperandū esse, quoniam factæ sunt ut humana coherceatur audacia & ut inter improbos tuta sit innocētia, c. factæ sunt leges. iiij. dist. Bonis uiris autem non, quia moderatione animi & moribus, non metu parent honestati. iuxta uulga. illud.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ:

Oderunt peccare boni, uirtutis amore.

Vnde T. Manlius Cos. filium qui contra edictum pugnauerat aduersus latinos quanquā pro spere securi percussit. Tyberius Sēpronius Gracchus, legum transgressor à primatibus occisus, atque in flumen etiam insepultus proiectus est. Et strangulatus filius æthiops à matre, quia id ꝙ moris erat, & legis facere neglexit (autor est Diodo.) imò spreuit, & contempsit. Quo tempore Carthago succubuit; multo quā antea negligenter colebantur leges. Et multo quam vnquam diligenter Romæ idcirco uictrix euasit. & ingenia quæ ita natura distorta sunt (dicebat Isocrates) ut legibus obtemperare nequeant, pestes dicuntur rerum publicarum.

Sexto sciendum est, legem à rogatione differre, quoniam lex illa est quę rogata est in fori columna infixa, mox in æs incisa. Rogatio uero cū est in fieri, eumq; dicitur. uultis iubetis quirites, hoc & illud fieri? quam tulit Lacedæmoniis Licurgus, cuiq; legislatori, tāquam Deo, templum erexerant. imò quod Mercurius Nomius appellatus est à νομω lege, quandoquidem imperet in hominum societate facienda, & non facienda intercidat Zaleucus locrensibus Charondas tyriis. Philolaus Thebanis. Plato Magnesiis. Draco Atheniensibus.

Pittacus prieneis. Andromadas Thracibus. Et Romæ primus Numapompilius, indeq; postea multæ à multis conditæ, & maxime (aliquot enumerabimus, breuitati studentes vt polliciti fu mus primum, ne suo quoque studio & cura fraudetur posteritas, inueniendi alias, quibus curiosis aliquando si non in totum saltim aliqua ex parte satisfactum esse videatur)

Atinia, qua cautum fuit, vt eius rei quæ surrepta fuisset, eterna esset autoritas.

Agraria, de agris diuidendis inter plebem, quę magnas excitauit tragedias.

Alimentaria de alimentis impertiendis.

Acilia, quā tulit Acilius Glabrio de pecun iis repetundis, factusq; hinc ti. ad legem Iul. rep.

Annalis, ne quis longiori tempore Cos. esset. tū Cęsar calcatis legibus ad decēniū designatus ē

Aurelia, ꝙ senatores æquites Ro. & Trib. ærarij iudicarent.

Annonaria, à Clodio lata donationis frumentarię, ꝙ singulis mensibus fiebat populo.

Amnestia, obliuionis discordiarum.

Calphurnia Calphurnij pisonis de ambitu. Et ad idem Ciceroniana.

Curiata, ꝙ nō permittebat prouinciā obtin eri sine sortitione vt plene Ci. in fam. j. Cornelia sic.

Capraria, ne colonus caprā in fundo pasceret.

Clodia, ne quæstorum exercerent negociationes scribæ.

Cornelia, de sumptibus, vt infra, quia post Di diam & Fanniam lata est à Cor. Sylla ditatore.

Cincia, ne quis pro causa peroranda pecuniā, siue munus, accipere auderet.

Didia, quę fanniā post annos xviij. cōsecuta ē, ꝙ sumptibus modum fecit assibus centum.

Decem viralis, ægro, in ius vocato, vel seni, iumentum dari iubebat.

De prouocatione ad populum Valeria.

Aelia sentia, qua libertatē inferiorē cōsequebantur, qui deditiij manumissi manebāt, ad differētiā eorū qui consequebātur maiorē & iustā, fiebātq; ciues Ro. & minorē latini, ex lege Iulia Norbana. De qua ēt in l. qui contra. ff. de iur. pa.

Fannia, de cibariis sumptibus vt supra Didia, quæ ēt ludis Ro. plebeiis & Saturnalibus, cōcessit, centenos æris singulis consumi diebus.

Gabinia, quæ ex scriptura priuata ius dici ue tabat, dixi ego in l. j. C. de eden. fatis.

Hortensia, vt nundinarū diebus ius redderēt.

Iulia, ꝙ Coss. alternis mēsibus vterēt fascibus.

Iulia Norbana, vt supra Aelia sentia.

Iudiciaria, ab Aurelio Cotta lata, vt supra Aurelia.

Iulia theatralis, ne cui sedendi esset in xiiij. or dinibus nisi sestertia quadrīgēta habuisset ī cēsu,

Iulia iudiciaria, ꝙ pęna solidorū centū puniebat infamiaq; notabat, si quis domum iudicis ingressus, eius fauorem ambiuisset. de quo etiam in l. j. ad si. ff. ad legem Iul. ambi.

Licinia, ꝙ absolutus iterū in iudiciū deduceretur cōtra. l. licet. ff. nau. cau. stab. deq; sumptibus ut supra, Didia & Fānia, à P. Licinio Crasso diui te lata est, quæ paucis mutatis (vt inquit in Satur nal. Macrob.) cum Fannia in plerisq; cōgruebat.

Menia, de oculis parētū ī obitu nō suggillādis

Muneralis, qua cincius cauit, ne cui liceret munus accipere vt supra Cincia.

Norbana vt supra Aelia sentia.

Orchia, de cœnis vt Didia, Fānia, & Cornelia, ac Licinia, de qbus supra, hęc ꝗ oīum prims fuit à C. Orcho Tr. plebis de senatus sententia, tertio anno quām Cato Censor fuerat, lata est.

Papia, quæ delatoribus prẽmia constituebat, quæq; multa continebat capita, & præcæteris etiã sexagenario fibulã imponit ne nubat, id est qđ sit cœlebs, cui tamen postea derogauit Claudius Imp. De caducis vt plenè habetur in l. vnica C. de cadu. tol. Bal. in l. Celsus. ff. de lega. ii. col. i. ne senatores matrimonia cum libertinis cõtraherent, ut pontificis arbitratu xx. legerentur virgines, indeq; sortitio fieret uestalis, in demortuæ locum. & id genus plura.

Pedia, qua sub Augusto damnati sunt Conscij, autoresq; Cæsarianæ necis, ut etiam dicitur in l. vtrũ. ff. ad legem Pompe. de par. à Q. Pedio lata ex quadrante ab ipso Cẹsare hærede Institu.

Pompeij patre, ne latinitate, nisi certẹ personẹ donarentur.

Platonica, epitaphia quattuor uersibus hẹroicis, in defunctorũ laudẽ conscribi debere. Iubebatque magistratum quo tempore remp. administrabat, vino abstinere.

Portia, pro tergo ciuium lata, ne verberibus in eos animaduerteretur.

Plocia, de vi illata.

Pupia, qua cauebatur tantisper dum comitia fiebant, quod senatus non haberetur.

Quina vicenaria, quæ filiofam. prohibebat pecuniam mutuo dari. Cui postea S. C. Macedo. successit, de quo in l. i. ff. eo.

Rhemia, quẹ pœnã calũniatoribus irrogabat.

Roscia theatralio, vt supra Iulia.

Sumptuaria quam Cibariam appellabat Cato, de sumptibus minuendis, vt supra Fannia, Didia, Cornelia, & Licinia, quẹque impensam præscribebat, sumptumque comprimebat in cibis emendis,

Sempronia, vt Portia supra à sempronio Graccho postea lata.

Scatinia, à Scatinio Municipe Aricino lata in eos, de quibus in l. cum uir. C. ad legẽ Iul. de ad. idest in pedicones, & in eos q̃ muliebria patiũt.

Symposiaca, de hauriendis poculis.

Tribunicia, si quis sacer fuisset, alius ut eum occidisset, parricida esset.

Viaria, de vijs faciẽdis. hæcq; satis sint, siq; tu alias volueris, & planè prolixiores, ac copiosius quã par sit, tibi studio ac diligentia compares & quærito, & si hoc vnũ pro sigillo tibi rursum dixero, tibi inquàm me satisfecisse putabo, qđ lege agere verbũ iuris est, qđ significat actionẽ intentare autor est Ci. In Verrẽ. & qđ legis actio est actus legitimus. l. iii. ff. de offi. procon. & qđ nõ licebat olim Ioue tonante, legẽ ferre. qđq; lex xii. tab. antiquitatis effigies est, prisca uerborum uetustas ĩ eis cognoscitur, & fons oĩs publici priuatiq; iuris, bibliothecis oĩum philosophorũ ãnponẽda amplius vt idẽ Ci. ait in lib. de orato. & malè alibi sic gloriatus, sibiq; contrarius, in ora. pro l. Mure. Si mihi homini uehemẽter occupato stomachũ moueris triduo efficiar iurisconsultus, at eloquẽtia illa sola est, quẹ põt hominẽ in amplissimũ dignitatis gradũ collocare. & qđ deniq; in legislatore quatuor inesse debent, charĩtas erga proximum. Iustitia, virtutum amor, & vitiorum odium. Finis.

DE PRAECIPVIS RO. LVDIS.



Vandoq; licet relaxare aĩum, & ingeniũ delassatũ, imò & corporis vires laboribus afflicti, cõpensatione aliqua honesti sanè alicuius ocij recreare, q̃nquidẽ (vt poeta inquit) durabile non sit, qđ alterna caret requie. Nec ab re Mar. vj. dicebat etiãnũ CHRISTVS, discipulis suis. Venite seorsũ ĩ desertũ locũ & requiescite pusillũ. Et Archidamus Lacedẹmonius eleis scribẽs. καλον υσγχια q. d. latinẹ, pulchrũ est quiescere. idcirco Ro. hoĩes spectacula ludosq; instituerũt, qui, q̃m populus eisdẽ oblectat aliàs ducitur, & veluti muneribus q̃busdã mirũ in modũ capit, munera populi appellari solebãt, de quibus (breuitate tñ qua semꝑ vti uelle profitemur) nũc ẽt aliqua dicere intẽdimus ad idẽ. Et primo, ꝙ ludorũ celebrationes, deorũ festa erãt, uenationes Saturno, Scenici libero, & circenses Neptuno.

Secũdo dico, ꝙ ludi ꝑcẹteris erãt quinq;, vñ grẹce πενταθλον latinẹ quinquertiũ, & πενταθλου ac quinquertiones qui his ludis uicissent appellabantur. Saltu enim cursu, disco, iaculo, & lucta certabant, & dixi etiam supra, licet ad aliud.

Tertio dico, ꝙ erãt ẽt ludi honorarij, quos in ꝑtura ꝑtores exhibere solebãt, & nimirũ quidem ꝑtoriũ ius hinc dictũ est quoq; honorariũ, ab honore ꝑtorũ sic noĩatũ. l. ius aũt ciuile. ff. de iust. & iur. honorarium tumulũ honoris gr̃a factũ, de quo Sueto. in Claudio c. j. ibi cẹterũ exercitus honorariũ ei tumulũ excitauit. honorariũ salarium assessorũ & aduocatorum. l. j. §. in honorariis. §. si cui. ff. de uar. & extraor. cog. & honoraria tutela eorũ qui honoris gr̃a (rursum) quasi custodes da ti uidebãtur. l. iij. §. j. ff. de admi. tuto. l. si quis tutor. §. quid ergo. ff. de ritu nup.

Quarto Luperci, q̃ à nudis adulescentibus celebrabant, obuiis se se scuticis percutiẽtibus, sed honestatis causa ab Augusto prohibiti fuerunt.

Quinro, sẹculares à Valerio post exactos reges instituti, à seculo dicti ꝙ est tẽpus annorum centum, uitæ hominis longæuũ de quo in l. fi. C. de sacrosan. eccl. & hac de re forte à sene, quia sit (ut dixi) senescendorum hominum spacium.

Sexto, Actiaci, actio Apollini consecrati, qui Nicopoli celebrabantur & Νικοπολις græce ciuitas uictoriæ dicitur, ab Augusto ædificata, quãdoquidem ibi Antonium Cleopatramq; superauerit, unde Maro. in eiusdem Augusti honorem.

Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.

Erant & septimo, Hastici, qui hastis conficiebantur.

Octauo Miscellanei, qui multi iugis fiebant ludicris.

Palatini

Palatini nono, qui in palatio agebantur in honorem Cæsaris.

Decimo iuuenales, pro salute iuuenũ à Nerone instituti, qui uoluit (qm̃ Ro. magni appellabãtur) vt sui uocarẽtur maximi. & magni ad propositũ illi à regibus instituti appellabãtur, quia magna celebrabantur, impensis, ducentis militibus nũmum scilicet. vel quia diis magnis, id est laribus urbis Romæ dabantur.

Vndecimo votiui, qui à Pompeio acti fuerũt, si tũc (ut memoriæ ꝓditũ est) Sertoriũ supauisset.

Erãt duodecimo quoq; Floralia, i honorẽ Floræ meretricis, vt oĩa prospere fęliciterq; florescerẽt, instituta 4. Kal. Maij, q̃ nudis mulieribus celebrabãtur, usq; adeò ut populus postulare erubuerit mimas nudari, Catone ludos spectãte quo tamen cognito aliquãdo statim è theatro discesserit, ne ipsorum consuetudinem impediret.

Decimo tertio, circẽses qui à circo dicti, deno minatiq; fuerũt (primus em̃ eos instituit Tatquinius priscus) mõ magni, & mõ Romani, magni ꝙ maximis fiebãt impẽsis, vel à magnis diis, laribus s. ut supra Romani vero ab urbe Roma, uel quia ĩ Ro. populi grãm celebrabant. Amphiteatrũ amplius (qđ alienũ nõ erit ad horũ declarationem) duobus theatris iunctis (theatrũ em̃ erat circuli dimidia pars) ędificari cępit, postea circus vocari, à circuitu dictus, ad ludos currules, cursus, & naumachias, (ad ludos prius gladiatorios & conclusarũ ferarũ venationes erat) nimirũ igit̃ si circenses prius vocati fuerũt. dictuq; mirũ est, ꝙ in euripis, id est canalibus vino plenis, hosce ludos, (circenses. s.) aliquãdo exhibuerit ille, oĩum Imperatorũ vilissimus imò nequã & sordidus Heliogabalus. qđq; in tẽporario M. Scaurus Hippopotamũ & crocodilos ostenderit. quos ẽt in honorẽ defunctæ matris Agrippinæ Caligula voluit quo tãnis celebrari, & conferunt ad tex. in l. plenũ. in §. æquitij. ff. de vsu & hab. ibi, non puto eũ in circensibus his vsurum, de quibus ẽt nos alibi satis.

Decimoquarto dico (ꝙ adhuc nõ est ꝑtermittẽdũ) Agonoothetas vocari, qui ludis pfecti sunt. Thensas vero, pulpita in quibus simulachra, inque ludis & pompa circensi feruntur.

Et quanquã titulus inscriptus sit de pręcipuis Ro. ludis, attamẽ Decimoquintò & vltimo (de ludo ẽt quãdoq; satis licet de his, alibi diximus) ꝓ sigillo, prædictorũ oĩum. non ab re, nec alienum esse putabo eisdem addere, quos Veneti quotannis bacchanalibus festis celebrãt in foro D. Marci, & quid ita. Igitur sciẽdũ est, Patritiatio Baduario Duce, olim autore institutos fuisse, aduersus Vlricũ Aquilegiẽsem P. Forouliensesq; belli socios, quos superauerat victoria parta. Nõ secus ac Aug. Cleopatrã & M. Ant. hisce. n. cõditionibus dimissi sunt, ut reipub. quotannis sues xij. totidemq; panes sextarij vnius douo darent, ut ea die qua victi superatiq; fuerãt quotãnis (vt dixi) vnã cũ tauro, hastis Scipionibusq; ferratis, frequenti populi multitudine, risu, cachinis, clamoribusq; astãtiũ occiderentur, quasi victa & superata animaliũ ratione carentiũ & iudicio grex, & porcorũ simul, strenui ducis atq; inuicti pugna, & Venetorum imperij, omnium potentissimi. Claudite tam riuos pueri sat prata biberunt. Finis.

MILES.



EMINI me ẽt aliqñ dixisse multa de priuileg. militarib. ad ornatũ. l. ꝑ cibus. C. de imp. & ali. sub. & l. Cẽturio. ff. de vul. & pup. sub. nũc sanè alia de militibus ꝑcurrere intẽdimus, quibus cognoscãt quãta sit ipsorũ dignitas & amplitudo, nec nõ militię, q̃ principatũ Italię aliàs peperit Ro. populo. Sciẽdũ igit̃ est primũ, ꝙ miles a malo arcendo dictus est, vel a militia, id est duritia quam pro nobis sustinet vnde maxilla percutit̃ vt inqt Bal. in l. j. in §. j. ff. de mil. testa. vel a mille hoĩum numero quẽ gręci ταγμα appellãt, & nõ secus ac exercitus q nomẽ ab exercitatione traxit pariter & vt formaliter ẽt dicit̃ in d. l. i. ad fi. ff. de mil. testa. nec ab re milites, militari disciplina, exercendos esse aiũt. adeo grata Cyro psarũ regi, vt feras domi venaret̃, q̃ in hortis alebant̃. Cęnãq; nunq̃ anteq̃ sudaret capiebat, nec equis priusquam essent exercitati, pabulum inicie bat.

Secũdo sciẽdũ est, ꝙ ĩ Ro. militia tres erãt ordines, senatorius amplissimus, eq̃stris & plebeius

Tertio sciendũ est, ꝙ pueri nõ militabant, q̃q̃ postea bello punico secus decretum fuerit.

Quartò sciendũ est, militis propriũ fore viriliter pugnare, vt Ducis & Imperatoris solerter ꝑ parare cũcta, ꝓuidereq; oĩa ad victoriã cõsequndã cõducẽtia. vñ si miles rursũ rerũ bellicarũ gloria excelluerit, opes fœlicitatem, honoresq; maximos sibi & reip. comparabit. Sicq; Cyrum militibus dixisse ferunt, dum aduersus Medos, Astiage mortuo, bellum moliretur,

Quinto sciẽdũ est, ꝙ iurabãt se strenue facturos tũc qcq̃d Imp. ꝓcepisset, seq; militiã nõ deserturos, ꝓ Ro. rep. sacrũq; appellabat̃ militare sine militũ. qua de re nec sũt ab eo auocandi, & q̃q̃ l. posthumius vir cõsularis, cũ exercitui ꝓesset opera militũ in agro suo vsus fuerit, attamẽ dãnatus est. Vnde Cẽturio manipularis, cũ in forum venisset sic dixit, sta miles, hic optimẽ manebimus.

Sexto sciendũ est, extra ordinẽ dep̃hẽsos olim ob id, Ro. vitibus. l. milites. §. irreuerẽs. ver. si vitem. ff. de re mil. extraneos vero virgis à Scipione Africano aliquando cęsos fuisse hinc sine periculo à signis discedere non potuisse, inquit In reconsi. in l. pe. ff. ex quib. cau. maio.

Septimo sciẽdũ est, militẽ in clypeo imò ĩ corde, hoc ipsum inscriptum habere debere; Discesferire, & intrepide mori. prouerbioq; militari amplius vti. vel occides vel occideris.

Octauo sciendum est, quod idem Scipio, licẽtia luxuriaq; exercitũ corruptum ad generosissimã militiæ disciplinã reuocauit; & qđ aliàs pro parua re etiam magna seueritate est cohercenda

ut pesceniū nigrum olim fecisse legimus, qui ob vnius galli gallinacei surreptionem, decem com manipulones securi percuti iussit.

Nono sciendum est, à milite nō minus modestiam & continentiam desiderari, quam sit animi magnitudo desideranda & virtus. Ex obsidione.n. muliere deprehēsa cū miles digitis p obscęna adhibitis in illam conuiciaretur oculos sibi eruit, qua de re cohortem omnem ad similia infamem Sertorius interfecit.

Decimo sciendum est, hoc nomine quandoq; ab Imp. appellatos fuisse, interdum vero qui rites à Cæsare.

Vndecimo sciendum est, quod milites cincti semper esse debent pro more, quodq; præcincti strenui sunt, discincti vero ignaui & inefficaces, quos deliquētes pedibus stare iubebat Augustus

Duodecimo sciendum est, præter alia dicta supra, qđ milites ēt tituli quasi Tutuli dicuntur, quia tuentur patriam, parentes, & liberos.

Draconarij, qui draconum gestabant insignia ut Aquiliferi, qui aquilam.

Cetrati, qui cetris (cetra enim erat scutum loreum) muniti, siue ornati apperebant.

Legionarij à legionibus. Romani.

Auxiliares socij.

Aerarij ab ære quod stipendia facerent.

Subitarij quos sic repentina appellabant auxilla, teste est Liui. iij. decad. j.

Paludati, insignibus ac ornamentis militaribus decorati ad bellum exeuntes.

Decumani decimæ legionis, quæ erat præcipua & singularis.

Gregarij viles & ignobiles, vt infra.

Classiarij qui in classibus depugnabant.

Accersiti siue super numerarij, additi.

Caligati, à calceamento caligari, vnde C. Caligula Imp. quoque vocatus est.

Contati qui contis vtuntur, id est hastis longioribus & robustis, siue conto hasta qua nautæ vtuntur ad loca nauibus opportuna.

Scutarij, à scuto.

Cateruarij, à caterua.

Alares siue alarij qui alarū similitudine acies protegunt.

Voluntarij libertinorum, quorum cohortes plures in Germania inque illyrico legit Augustus, quia tamen legitimi non erant, eos alias singulari numero appellauit, & libertinum militem dixit, non libertinos, quasi (vt dixi) non legitimus esset miles.

Simplares & duplares qui duplas annonæ mēsuras habebant.

Stationarij, custodię præpositi.

Accensi, id est super additi, & supernumerarij vt supra.

Aere diruti, quibus stipendium ignominiæ causa non dabatur.

Volones, qui post miserabilem illam cladem cannensem, se ad militiam voluntarie adscripsęrunt ad numerum octo millium vsque.

Rudiarij, qui ab onere militiæ dimittuntur, quasi rude donati (rudis enim virga erat, qua gladiatores missionem accipiebant à sanguinario ludo,) de quibus in l. milites. in §. missionum. ff. de re mili.

Lepores galeati, qui fugiunt vt dicebat Cornifi. Poeta.

Alaude, sic appellati, cum ex gallis legionem conscriberet Cęsar. seu Galeati milites, quandoquidem galli hoc nomine vocent galeam. Alauda enim auis est quam rursum galeritam vocāt, nos lingua Italica Vpupam, quia apicē habet in capite, in galeri modum siue galeę, nimirum igitur si alaudas milites (iterato dixerim) vocauit. hinc M. Anto. olim quoque decuriam iudicum pariter conscripsit, ex legione alaudarum.

Gręgarij, qui nulla re pręeminent, quiq; sunt de media militum turba vt supra.

Palantes, seu palabundi id est vaghi & errātes.

Præsidionales, qui in arcibus disponuntur.

Ascriptitij, qui in demortuorum locum deliguntur, quique accensi quoq; dicebantur, & ad censum legionum adscripti vt supra.

Chrysoasphidę à clypeis auro cęlatis, Alexandri Seueri Christiana Mammea geniti.

Cataphrasti, æquites ferro muniti.

Aequites, leuis armaturę.

Pedites, qui etiam hastati possunt appellari, sine contati ut supra, quippe quod longioribus utuntur contis, siue hastis, in bello.

Et Triarij deniq; qui ultimo loco seruabantur, utpotè robustiores. vnde prouerbium sanè ortum est, res uenit ad triarios, hęcq; de Ro. militibus, dicta sufficiāt. pręcipuum id unum tū haud omittentes, quod Carthaginensium dum militabant se à uino abstinebant. voloq; istud mihi pręstet argu. de uino aliqua ēt dicere, que ad hęc corrollarium sit, quo bibaces, quiq; uinū libenter bibunt, gaudeant lętentur, deq; uino dicta libētius legāt quam de aliis, eaq; abstemiis relinquamus. uel ut (cognoscētes quā turpis sit temulentia) à uino abstineant studiosi, & sobrie uiuāt. Finis.

οινος Vinum.



OSTQVAM de vino polliciti sumus nos aliqua dicturos, qñquidem nobis ēt arg. fuerint Atheniēsiū milites, ea rōne qa Abstemij erāt à bello. Sciendū est & primo, in vinea nasci & legi, in torculari vero premi, in pœnu cōdi, & in aula bibi. quodq; vitis tres vuas fert, voluptatis, ebrietatis, & mœroris. Et qđ deniq; qui Musas amat ternos cyatos potat, qui vero grātum est cultor, supra tres bibere prohibetur. Siq; exiguū sumatur largitatē largitur, si modicū facūdiā parit, si multum insaniā mentiq; & corpori nocet. Nec ab re liber pr̄, Bacchis comitat̄, chorēā ducit secū, calcos hēt asseclas, nudus pingit̄ hędera coronatus, cui

cui nec cornua desunt. Alexander Macedonicus Rex vicit hostes à vino victus est. Exitiumq; præbuit possessoribus suis, aliisq; sui exemplum dederunt, Noe, Loth, Dauit, adolescens Scitice Reginæ filius, Antonius triumuir & Cato. nec aliud est ebrietas quàm insania voluntaria. ebriorumque vita non in sanguine sed in vino. Et plus, quod etiam venus in vino, ignis in igne fuit natusq; fingitur Priapus, hortorum custos, ex venere & Baccho, quia in vino luxuria est. Vnde quia vires animi demit. & marcescit, aliqui Maronem à Marcore nominarunt. Et quia sapientiam obumbrat, magistratus abstineant vino necesse est, & sacerdotes vt sciant discernere inter sanctum & prophanum, mundum & immundum,

Secundò sciendum est, vinum nigrum, album, mediumq; reperiri, hoc idemq; nouissimum est, uerum scias nigrum uires augere, album urinam eicere, medium concoctionem disponere. Nouũ rursus uetus, & medium pariter. nouum refrigerare, uetus calefacere, medium uero caninũ prandium parere. Et quod è uitibus uetustioribus melius nascitur, è recentioribus copiosius. Imò quod uina ipsa mitiora fiunt ætate. & quod absolute uinum uetus est melius nouo, probaturque in l. cũ quid. ff. si cer. pet. uetus uero post annum. l. uetus ff. de trit, uino oleoque lega. Imò quod ab Euryclia ad xx. annum usque seruatum est. à Nestore uero in xj. usque retentum. Hinc uulgatum illud. uinum à uetustate, Poemata autem à nouitate commendari.

Tertiò sciendum est, Scytas, ac Thraces nõ modo uino penitus vti uerum etiã uestes perfundere, præclarum hoc, & beatum uitæ genus (ut inquit Plato de legib.) existimantes. Contra uero Sueui, rati homines ad laborem ferẽdum, remollescere atque effœminari.

Quartò, quod Thoreisomeni uinum bibentes appellantur, abstemij uero qui uinũ nõ bibũt. Et uini uenditores uinarij, tabernaq; uinaria & ubi non sit taberna hæc, locus sobrius. Vinaliorũq; dies Ioui sacer & apotheca rursum cella uinaria. & cymbia etiam uasa.

Quintò sciendum est, uinum quoq; picatum esse, à pice, qua intus uasa doliaque uinaria liniri solebant. Vnde Eras. in familiarib. Si uinum mihi mittendũ est, uase bene picato mittas oportet.

Meracum, quod merum sit aqua non admixta. unde Proper.

Ah pereat quicunq; meracas repperit uuas:
Corrupitq; bonas nectare primus aquas.

Iubetq; hinc Cor. Cel. arte medica olim præstantissimus, hyeme meracius bibendũ esse, æstate dilutius. Hoc casu tamen dolum pati dicitur, non secus ac aurum, si cum argento & ære coeat. & ueritas, si uerbis falsa connectantur.

Proropon, quod effluit anteq̃ uuæ calcẽtur.

Tortiuum Torculari expressum, quod (dum Botri calcantur) ex eo compressu uelut infans ex aluo matris nascitur.

Lixiuum antequam nimium calcetur.

Peliganeũ, quod in usum operariorũ eligitur.

Mamertinum præstantissimum.

Et peculiare ultimo loco, quod est seruorum. l. si quis uinum. §. si acetum. ff. de tri. uin. oleoq; lega. à peculio quod habent à quo ipsi etiam peculiares dicuntur, vt ibi & in l. filiusfa. ff. de iur. pat. & quia bona non habent, nec paterfam. peculium. l. j. ad fi. ff. ad legem Cor. de fal.

Quibus tamen addendum est, Ectromatium quoque quod abortus facit (ἔκτρωμα enim abortiuus dicitur) & quod vinum à vi dictum est, quia vim infert. si (vt dictum est) bibatur immodicè, hincque Temetum, & ob id Temulentus, & Temulantia, Bacchique duo sunt quorum alter iuuenis est, Barbatus vero alter, & Temetum rursus quia tenet mentem, & Temulentia bestia multiplex, quam deuitent adulescentes & bonarum artium atque disciplinarum studiosi, quia morsu vulnerat, & nisi sobrietate velut medela quadam cito succurratur, de salute desperant, nec absque nota pereunt & moriuntur. Finis.

AHÆWCIC VARIA RERVM QVOTIDIANARVM,

VNDE MVLTA CVM PVLCHRA TVM VTILIA,

Studiosi adulescentes iuris hauriant.





VM in l.iij.de offi. pręf. uig. dicitur, Aug. septem cohortes cõstituisse, opportunis locis, vt binas regiones vrbis vnaqueque tueretur, declara, cohortem à cohortãdo dictã fuisse & esse multorũ hominum societatem, quæ pedites, Mille & quingẽtos habebat, equites verò centum & triginta duos. hasque libertinorum fuisse, quas rursum. Idem Aug. uoluntarias appellauit, ut sueto. refert in ipsius Aug. vita c. xxv.

Adeo verum est quod dicitur in l. si non defendantur ff. de pœn. præsidem suscipere defensionem reorum omnimodo debere, si à nemine defendantur, ut ad propositum docuerit Aug. rursum parricidam negare parricidium, vt per inficiationem (ex quo ipsius lęnitas argui videbatur) atrocitati pœne subduceretur. qđ et xxxiii. c. in præallega. loco, adhuc pulchre legitur ibi, Certe patrem tuũ non occidisti? equitesque quibus crimina objiciebant, admonebat, vt ea soli recognoscerent, neque in vulgarentur, inquit postea idem Sueto. c. xxxix.

Non ab re ærosœ pecuniæ. l. con. mentionem fecit in l. creditor ff. de sol. quia veteres æs magis quàm aliud habuerunt aptiorque materia est religioni quàm alia vsque adeo ut Flamines diales æneis cultris tonderentur, fuerintque etiam hinc sœcula aurea. & Trib. ærarij, pecuniam sibi, & tributam militibus reddentes. Idque ęs militare. & milites ærarij. Stipendia facientes. deque alias in Iulio Cæsare. Sueto. c. xxxxi.

Causa bisexti nominis de quo in l. cum bisextus. ff. de reg. iu. ea est, q̃a duobus dieb. cõtinuis bis dicitur. vi. Kal. Martias, duos videlicet dies pro uno computantes, vnde natus bissexto Kal. non refert an priore vel posteriore die nascatur, quando quidem habeatur pro vno tantum. d. l. cum bissextus & ibi not. l. iii. §. minorem vbi I. cons. ita formaliter declarat ff. de mino. sed adde quod infaustus fuit Ro. Reip. quodque Valentinianus (vt memoriæ proditum est) ipsum vti Ominosum aliquando deuitauit.

Quoniam veteres assem diuersis temporibus uariarunt, nec facile intelligi potest ualor Sestertij, ideo Accur. igno scendum est dicenti in l. verba superflua. C. de dona. se id non intelligere. Adde tamen quod sestertium, nũmus argenteus erat duarum lib. & semis, quodque duplicato H. & S. scribebatur. siue quod mille, sestertium neutro genere faciebant, & plus minus, ualorisque erat xxv. coronatorum. Et quod sestertia. cccc. censum ro. equitis conficiebant, & quod deniq; sestertium masculino genere usurpabant, minutulam summam significantes, sestertia verò neutro, pro maioribus. eaque ratione forte denarios etiam & denaria dicebant ut in l. publia in §. i. ff. depo. vsque adeo vt non rectè senserit Alcia. alioquin eruditissimus I. cons. lib. iiij. de uer. si. quod denaria dicere, barbarismus est. quoniam dicitur etiam alibi sæpe. & maximè in l. si ita stipulatus in §. grisogonus. ff. de uer. ob.

In l. ego ff. de mann. uindic. litoris mentio fit. declara tu litorem à ligando dici, quippe quod iussu Magistratus Rom. Si virgis quis verberandus erat, crura eius manusque ligabantur. græce λείτος publicus dicebatur, & sine. c. scribi debet, quamquàm secus in pand. Flo. inueniatur & male. vnde Ci. pro. C. Rab. I litor colliga manus, caput obnubito, arbori infœlici suspendito multa liui. i. j. decad. Sciendum est insuper ad litoris propositum, Coss. qui duo erant, xxiiij. litores habuisse. & sic xij. quisque. Sicque a Romulo institutum, quippe quod aues. xij. quoque augurio regnum portenderant. proconsulem uerò sextantum, quos pro mensibus ridicule accur. Interpretatus est in l. proconsulem ff. de offic. proconsul.

Fasces in pręallega. l. proconsules pro litoribus ponuntur, ne qua dubitatio supersit legenti, quæ uirgis & securibus ligabantur, indicantes magistratuum iracundiam. dissolutã esse non oportere. eisdemque vtebantur Coss. lege Iulia alternis mensibus. Li.

Fit viatici mentio in l. cum filiusfamilias. ff. si cer. pet. adde tu quod in græci ἐφόδιον vocant, & plus quod uiaticari etiam ad materiam dicimus

viaticum

viaticum ipsum parari, iuxta illud Comi. In Menechmis. æstiue admodum uiaticati sumus.

Pœna legis Cor. de sica. punitur qui hominē castrauerit, ex S. con. vel libidinis vel commercij causa, vt dicitur in l. iii. in §. qui hominem. ff. ad legem Cor. de sica. Adde quod prima omniū Semiramis regina, mares (vt proditum est) castrauit, quodque Domitianus (quāquàm Imperatorum omnium pessimus fuerit) eunuchos tamen fieri lege prohibuit. vt. c. vii. in uita ipius legitur. ibi, castrari mares vetuit. Et si quis hoc idem fecerit, sibique virilia amputauerit sui homicida erit c. si quis absciderit. lv. d. est uerum quod ratione delicti, hoc idem tamen à lege permissum est vt Auinioni alias euenisse testatur Old. consl. cccxxxiii. edictoque causam (vt aiunt) Pandonus Iudeus dederat, cui abscisa genitalia fuerāt, quippe quod carnaliter fœminam Christianam cognouerat, eaque sic abscisa ante palatij portam uidisse proprijs oculis.

Missionum causæ tres sunt honesta, causaria, & ignominiosa, vt inquit aureus text. in l. milites in §. missionum. ibique liquet clare, que nam sint, verum hic ignominiosæ uerba, subijcienda sunt, quibus milites exauctorationem timentes, caueant ne sibi aliquando dici possint ex Cæsaris Commentarijs hausta. namque hæc sunt tandem. Vos cum neque bello fortes, neque Pace boni vel utiles fueritis seditionis studiosi, indignos esse arbitror, qui in exercitu meo ordines ducatis. vosque missos facio, & quintum potestis abesse. (Sic enim Cæsar in Africa) ab Africa iubeo.

Esto quod verbum Grassari. vnde etiam Grassatores deriuantur in malam partem capiatur l. capitalium. §. grassatores. ff. de pœn. vbi casus clarus, attamen sciendum est, veteres grassari pro adulari posuisse aliquando ut inquit Sext. de uer. si. honestumque uerbum quoque interdum fuisse, quandoquidem sic etiam Salusti. dicat. virtutis uia grassatur. Grassandumq; (Silius Italicus) ad clara periclis. Idcirco uerba semp intelligēda sunt atq; interpretanda scd̄m subiectam materiā qm̄ alibi donationis mētio fit notissimumq; est quid sibi uelit l. i. ff. de dona. & tamē donatio. i. transactio exponitur l. si uno. ff. loca. simileque est in l. olei. C. eo. & in l. ii. C. de susp. tu. Feli. in c. significante col. iii. de rescrip.

Libelli famosi pœna capitalis est l. i. C. de lib. famo. dixique ego alibi satis ad exornationem dictę legis & titu. Adde nouissime A. Cecinam, exilio graui aliquando multatum fuisse, quippe quod librum aduersus Cœsarem conscripserat. vnde ipse (histo. nota est.) Sic dicebat. Styli pœnas do.

In l. ij. in prin. ff. de origi. iu. ibi exactis regibus. adde tu & dic. à Bruto libertatis uindice, Cuius statua fixa in Capitolio fuit olim media inter illas regum, strictum hoc est euaginatum gladium exerente.

Si pōtifices olim negabant, unam eandemque cellam duobus diis dicari potuisse, Seiunctaque illam Iouis ab alia Iunonis incapitolina arce et fuisse, nimirū uidetur qm̄ est quoq; regula iuris quod apud duos uno eodemque tempore eadem res insolidum esse non potest, imò quod naturalis ipsa ratio dictat, ne, tu, ubi sedeo ego, tu inquam sedere possis. l. si ut certo §. si duobus uehiculum ff. commo. l. iii. §. ex pluribus. ff. de acqui. po. exquo fit ut neq; duo apostolici eodem tpe admittantur neque imperantes duo c. non autem. c. in apibus. vii. q. i. c. Venerabilē de elec. Iacob. bellouis. in auth. quomo. op. ep. in prin. col. ii. nec posse fieri (inquit Comic. in amphit.) tempore vno, homo idem, duobis locis, ut simul sit.

Quanta sit criminis grauitas uiolati sepulchri, et ti. de sep. uiola. ff. & C. neminem latet. & nimirum, quia mortui sunt sacri, sepulchra etiā sacra, vnde à Græcis prouerbialiter dictum est, neque aras neque sepulchra, neque Heròa moueri oportere, quo moneantur Anotomici nostrorum temporum tam facile cadauera amouentes à locis suis. noctu, monumentaque violantes, caueant ne graue illud sacrilegij crimen, incurrāt. ex quo fit vt non ab re hinc quoque Solon, lege cauerit, si quis bustum violasset vel disiecisset.

In funere etiam (quod ad materiam istā maxime confert) testatoris voluntas negligenda non est l. militis uoluntatē. C. de relig. & sump. fune. ex quo M. æmilius lepidus, antequam expiraret, filiis præcepit, lecto se strato sine linteis, si ne purpura efferrent, ne plusquam æris denos cō sumerent. dicens Imaginum specie non sumptibus maximorum uirorum funera nobilitari solere, nec secus actum fuisse, verisimile est. Nec prętermittendum duxi, funus, a funalibus dictum fuisse quippe quod noctu olim cadauera efferri solebant. appellatique sepellientes pollinctores, portitores vero Sanda pilę & vespillones.

Quanquam verbum appellere, sit nauticum, ex pelago scilicet ad litus, Seruitus tamen est etiam, pascendi pecoris scilicet, & ad aquam appellendi inquit. I. Con. in l. pecoris. ff. de ser. rustico. prædio. & in l. i. in §. Trebatius. ff. de aqua quot. & esti.

Fit etiam in l. ii. ff. eo. ti. prętorii mentio. ibi per uicini domum uel prætorium habere licere, dic tu villas elegantiores fuisse. de quibus in August. Sueto. c. lxxii. ibi, Ampla & operosa prętoria grauabatur. i. grauiter. ferebat. Nebriss. Grāmatic. fusius prætorium & de quo etiam in l. plenum in prin. ff. de usu & hab. & in l. urbana. ff. de ver. si. & in l. iniuriarum in §. fi. ff. de iniu. nec alicubi verbum intellexit Accur.

Dixi alibi satis custodes principis, latrones, quasi laterones appellari solere, siue stipatores aliàs, quia stipati ferro circundant corpora regū inquit Sext. de uer. sig. Adde nūc Græcè ad idē σωματοφύλακας appellari rursum, quasi corporis custodes

custodes & conferunt ad dicta etiam satis, super quæ satis aliquãdo à nobis in l.oĩum.C.de testa.

Fauorabiliores sunt rei quam actores maxime in criminalibus l.fauorabiliores. ff. de regu. iur.l.si non defendantur. ff.de pen.l.i.§.fin.ff.de questio. l.non tantum ff.de ap.l.addictos. & ibi not.C. de ap. & ideo hac de re deprecationi locum esse aiunt Rhetores.Ob idque natalium & Nobilitatis maiorum allegatio,aliquãdo in causa fauorabilis est quanquã merita tamẽ cum demeritis cõpensanda nõ sint, iuxta illud Nasonis.

Si mihi non uis parcere parce meis. alibique rogat familia Claudia populũ,ut Appius Claudius reus, familiæ Claudiæ condonetur, histo. nota est.

In l.vasa.ff.de sup.le.vasa murea uocantur, dic tu aliàs literamque restituas,Murrhina quæ in urbem inuexit primus Cn.Pompeius ex victoria Mithridatica.

C.Gracchus dimenso uiarum spatio Columnas lapideas singulis miliariis spatij signa præferentes (autor est Plut.in vita Gracchorum) cõstituit,Nec ab re Liuius hĩnc Hanibalem,ad tertium ab urbe lapidem Roma, constituisse. deque prætorio locutus Martial.de quo etiam paulo ante nos,in hunc modum.

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum.& I.consf.denique in l.j.in §.j.ff.de of.præf. vrb.si quid intra centesimum lapidem admissum sit quod ad præfectum vrbis,pertinet, si ultra ipsum egressum est,quod ipsius notio non est.

Non intellexit Accur.in l. si vero in §.interdũ ff.de his qui deic. vel effu. quid sit exhedra . ibi, ex cuius cubiculo vel exhedra,deiectum est.ideo dic tu locum esse vbi sint sedilia ad disputandum sicut sunt Monacorum capitula, à sedium frequẽtia in famil. vult Ci. vel ad colloquendum seu meridie dormiendum, ut sensit Vitruui. Pollio de archit.

Minus intellexit in l. pœ.in §. pater familias. ff.de lega.iij.quæ nam sigillaria sint,ea de re sciẽdum est, locum adhuc Romæ fuisse in quo non solum sigilla confici & uendi verum vasa etiam inde solebant.

Tametsi solariũ alibi vocet I. consf. quod pro solo penditur, vestigalque sit amplius in l. ij.in §. si quis nemine.ff. ne quid in lo. pub. attamen solarium dicitur etiam Horologium , à sole. Et tecta plana etiam solaria quàm alio nomine, Meniana appellantur latine,græce verò δώματα. & de quibus etiam in l.Mçniana.C.de ediffi.priua. & in l.malum.ff.de uer.si.& in l.prætor ait.ff. ne quid in loc.pub.& diximus nos alibi satis.

Expungere militem,proprie,(quod adhuc nesciuit Accur.in l.pœn.ff. de re milita.) nil aliud est,nisi ipsum exauctorare, de quo in l.ij.in §.j. ff.de his qui not.infa.& in l. qui de libertate. ff. de lib.cã & in l.qui vno in §.exauctoratus. ff. eo. de re mil.& in c.ij.de pœ.in vj. alias ære dirutus miles appellari solebat ut inquit Sext.de uer.sig.

Præses prouinciam egredi non potest,nisi soluendi uoti causa,l.illud ff.de offi.præsid. Adde tamen tu, quod non modo hac de causa sibi hoc idem permisit Claudius Imp. (vt in vita ipsius legitur) verumetiam ne triumphi spectaculo fraudaretur.dum tamen ab noctare ei non liceret ut in d.l.illud aperte dicitur.

Titulus ille sanè pulcherrimus ff. ad legem rhod.de iactu,ad rem Nauticam pertinet) quam quàm ibi à scribentibus,non declaretur)quoniã Rhodij (vt memoriæ proditum est) Nautica disciplina erant instructissimi.

Si libertus ingratus in seruitutem redigi potest l.ij.C.de lib.& eo.lib.dixique ego alibi satis, non mirum est, quippe quod eorum natura ferme hæc est, vt sint in dominos & patronos semper contumaces.

Ornatrices de quibus in l. legatis seruis in §. ornatricibus. ff. de lega.iij. græci κοσμήτριας appellant. Vestis pices vero puellas quæ dominarum vestes custodiunt.

Quid sit Catadromus in l.pœ. ff. de ac. emp in prin.non declaratur,sed tamen habe tu,decursorium esse,de quo in uita Neronis.c.xi.ibi Notissimus eques Rom.elephanto supersedens,per Catadromũ decurrit. Et in ipsius nummismate, parte auersa,his inscripto litteris Decursio.græceque καταδρόμη dicitur.

Dedit causam edicto,quo Nero(tametsi omnium Imperatorum pessimus)cauit,ne quis notarius in alieno testamento, sibi legatum ascriberet,Regulus nescio quis,qui cum ad signandum Aureliæ ornatissimç fçminç testamentum uenisset,coegit eam sibi tunicas quas erat induta legare,& confert ad titu.C.de his qui sibi in testam. ascrib.

Ridicule nescio quid dicit Accur. in l. si seruus seruum in §.inquit lex,ibi, qui uinum spurcauit ff.ad legem æquil.ad d.uerbum,quod planè distinctum est ab alijs prorsus. quæ sequuntur,quçque huiusmodi sunt,vel effudit, uel acetum fecit,uel alio modo vitiauit, eã de re dic tu spurcauit.j.aquam miscuit, & hinc veteres Meracum uinum uocabant , cui aqua admista non fuisset,& vinum ipsum,merum. hinc Proper.ij.

Ah pereat quicumq; meracas repperit uuas.
Corrupitque bonas nectare primus aquas.

Et in Pçnelope Ouid.

Atq; aliquis posita monstrat fera prælia mensa
Pingit & exiguo pergama tota mero.

Licet exigere sit ab inuito extorquere l.debitorum ff.de ver.si.l.pupillus,ff.quç in frau.cred. l.fideicommissa.§.si rem vbi glo. singul.ff. de lega.iij.aliquando tamen pro eicere ponitur,ut in l.ij.in §.exactis.ff.de ori.iu.quam ob rem Publicola quoque regum exactor appellatus est.& nimirum quia verba intentioni deseruiunt, non intentio uerbis c. intelligentia de uer.si.l. scire leges.ff.de legi.

Sepulchrorum quædam hæreditaria sunt,quç dam

dam familiaria, hoc est hæredibus uel familiæ constituta, l. familiaria ff. de religio. l. ius sepulchri. C. eo. & ibi dixi in æquilibrio Scholastico, verum scias alio nomine etiam familiaria, Gentilicia scilicet uocari, vt in Nero. Sueto. c. Libi Reliquias i. corpus ægloge & Alexandria nutrices cum Acte concubina gentili Domitiorum monumento condiderunt.

In l. si collactaneus. ff. de ma. uind. Inquit Accur. quod ille est qui ex eodem lacte nutritus est. & nos alibi sæpe, & quē delicato uerbo, æqualē esse significauit Hiero. ad furiam de uidui. seruanda. adde nunc ὁμογάλακτας græce uocaui.

Suppellex est domesticum patris familias instrumentum l. j. ff. de sup. lega. & bene, sed ut nihil antiquitatis pęnitus ignoretur ut dicitur insti. de testa. in prin. scias quod licet hodie sic dicatur, olim tamē aliter dicebatur, suppellectilis scilicet & non suppelles, ut senis, & nunc senex.

De forma multa diximus alias, multis in locis, exornantes text. in l. Iulianus in §. sed & siquis ff. ad exhiben. verum adde nunc, quod materię præstat. Ouidianumque Illud facere.

Materiam superabat opus.

Diffinitio bo. po. quæ ponitur in l. iii. in §. est autē. ff. de bo. po. est ab effectu, ut illa Iusticia est constans & perpetua uoluntas, ius suum vnicuique tribuens, de qua insti. de iusti. & in. in prin. & in l. iusticia, ff. de iusti. & iu. & nimirum quia alibi est essentialis, ut illa testamentum est iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri noluerit. l. i. ff. de testa. à causa efficiente, cum dicimus, quod ius naturale est, quod omnia animalia docuit ut insti. de iu. natu. in prin. à partibus. quod homo est animal. constans anima & corpore. & ab accidentibus denique si dicatur ad idem quod leo sit animal quadruples, uillosum, pedatim incedens. vel (ut dicebat Diogenes Platonem castigans) animal bipes, sine pœnis, latis unguibus. deque his alibi satis in l. omnis diffinitio. ff. de regu. in.

Quid sit papyrus non explicatur in l. librorū in §. chartis. ff. de lega. iij. ideo dic tu quod est frutex, nascens in palustribus Aegypti, siue Nili aquis quiescentibus, vnde charta etiam papyracea dicta est. ide Augusta, olim hieratica, Mercaturea, Faniana, liuiana, & Claudiana. de quibus Plini. alibi satis lib. xiii. nonnihil ego etiam paulo inferius.

De Heliocamino meminit. Iureconf. in l. si arborē in prin. ff. de ser. urba. prædio. & satis bene explicat ibi Accur. locum esse, soli expositum adde tu, Venetijs mulieribus potissimum vsui esse, ad crines dealbandos. idque ad camini differentiam dixi, qui in loco est ubi edulia coquuntur, ad vsum patrisfamilias, & quem Græci proprie καμινον uocant. & meo quidē iudicio Helio caminus quoque solarium appellari posset de quo paulo supra.

De lecticariis seruis quod erant hii qui lecticam baiulabant. liquet & probatur. in. l. vxori. ff. de au. & ar. leg. & ī l. legatis seruis. in §. si unus ff. de lega. iii. nonnihil Cice. famil. iiii. quidque lectica ipsa ab ipso uerbo, & diminutiuum lecticula, de qua idē Cic. ubi. supra vii. M. Mario. ibi, & mecum simul lecticula concursare possis. sed non quid Basterua, quid gestatorium, quid asseres & Burdones, & quid denique Octophorus. Ideo dic tu Ballernas lecticas delicatas fuisse, quibus Matronę opulentæ per urbem deferrebātur quarum meminit Hiero. ad Eustochium. Gestatorium uero sella lecticariorum, que ab eis gestari solebat ut in vittellio sueto. c. xvi. Asseres autē & Burdones ligna, quibus lecticam Baiulabant, deque in Calligula idem c. lviij. ibi. ad primum tumultum lecticarii eum asseribus in auxilium accurrerunt.

Quanquam legati serui, qui erat etiam cocus mentionem alibi facait Iurecō. in l. seruis in si. prin. ff. de lega. iii. scias tamē quod in seruicijs eos non habebant, sed ex Macello cōducebant, deinde inter mancipia, recepti fuerunt ipsi & pistores, quibus solis comitatus vitellius, cum sibi hostem aduentare nunciatum fuisset, paternam domum clam petii. ut inde in campaniam fugeret, sueto. autor est in vitel. c. xvi.

In. l. si quis mihi mandauerit. ff. de manda. hypocaustum Fornacula est in qua qua ignis succēditur in Balneis. i. cellulis ad lauandum quæ etiā vaporaria uocat Ci. ad Q. frat. & fornacarius hinc de quo in l. si seruus seruum in l. si fornacarius, ff. ad legem aqui. & in l. cum quidam in §. si seus. ff. de usu. quorum neutrum intellexit Accur. in d. l. si quis mihi. & minus quid sit spheristerum de quo ad huc in prællega. l. si quis mihi, ideo dic tu locum esse in quo pila Inditur. quia Græci pilam σφαίραν uocant. & σφαιρίζω ludo.

Titulus de quo in l. i. ibi ideo sub hoc titulo prætor de commodato & de pignore edixit. ff. si cer. pet. multiplicem habet significationem, ut pro rub. ibidem ponatur, quandoque pro canone, interdum pro accusatione, nonnunquam possessionis est qualitas, aliquando causa sępe dominium importat & fusius ut per glo. in c. dudū de elec. & in l. non est ambiguum, C. fam. hær. Archid. in c. si quis col. i. 50. dist. imò & præter hæc adde tu quod olim etiam milites tituli dicebantur quasi tutuli quod patriam tueantur.

Filius regis rex dicitur etiam uiuente patre, ei in regno successurus argumen. in l. in suis. ff. de lib. & posthu. figuraque prolepsis est, siue anticipatio. plene Corse. in c. grandi de sup. negl. prela. in vj. dixique ego alibi sæpe, uerum nunc addas uelim, non ab re si olim Titus etiam (ille enim est quod delitias humani generis uocabāt) regnante Vespasiano patre Romæ Imperator appellatus est.

Non dubium est Nouelletum de quo in l. ueluti ff. de impen. in reb. dotal. fac. locum dici nouis uitibus consitum lingua Italica vignaletto,

ſicuti Nouale ager ad Culturã redactus. c. quid p nouale de uer. ſi dixiq; ego alibi ſatis. unde nouiter obſeruandũ eſt quod hinc nouellare dicemus ob id nil aliud eſſe niſi nouas uites pangere.

Quod pœna puniãtur, qui muliebra paſsi fuerint. & grauiſsima quidẽ, liquet ex his quæ habentur. in l. cum uir nubit in fœminã. C. ad leg. Iul. de adult. uerum ſcias legem etiam, nõ Scãtiniam (ut ſentit Zaſi. in catalo. legum antiquarũ) ſed ſcatiniam ad idem latam fuiſſe, à Scatinio municipe Aricino, vel à C. Scatinio (ut aliqui putant) quod uim inferre voluerit Marcelli filio. ſed ut prius melius, cum leges à conditoribus non à reis denominentur, Iulia, Cornelia, Fauia, Papia, & ſimiles, hac igitur Domitianum (inquit Sueto. in uita ipſius) quoſdam, ex utroque ordine condemnaſſe conſtat. c. viii. deque ea non nihil Ci. in Phillip. iij.

De multis multa diximus in l. vnica in princ. ff. ſi quis ius di. non obtemp. & quod ſine c. ſcribi debet, adde nunc Cn. Tremelio olim Trib. Plebis, multam dictam fuiſſe, quia cum M. Aemilio lepido, pontifice maximo, iniurioſe contenderat. Liui. teſtis eſt.

In apibus princeps vnus eſt, & grues vnam ſequuutur ordine litterato, inquit Hiero. ad ruſticum Monachum, & de quo in c. in apibus vij. q. j. hoc idemque Palamedem deprehendiſſe legimus. hinc græce ο᾽υκἀγαθον hoc eſt multitudinẽ Imperatorum bonam non eſſe, quod etiam Dionyſius Syracuſanus, & Caligula dicebat. & ille alias qui ſic cecinit.

Non opus eſt multis ſed princeps imperet vnus:
Rex vnus cui ſceptra dedit, venerandaque iura. l. deprecatio vulga. ff. ad legem rhod. de Iac. & nos alibi ſæpe.

Liquet, vxoris abortu teſtamentum mariti nõ ſolui. l. ij. C. de poſthu. hæ. inſtit. alibi partum abigi, dicit tex. in l. Cicero. ff. de pœn. Imò quod eidem imminet capitalis pœna ſi pecunia accepta id feciſſet, ut Mileſia quedam mulier, quód & Ci. teſtatur in ora. pro A. Cluentio, & I. conſ. in d. l. Cicero. ſed ad propoſitum, nota abortum ἐκτρωμα uocant, ἐκτρωμάλιον, vinum etiam quia græci quod abortum facit, dici.

De chartis aliqua dixi ſupra ad tex. in l. librorum in §. chartis, ff. de lega. iii. adde nouiſsime quod membranę e pellibus chartæ è lintheis conficiuntur. Codicilli uero è ligno. Olimque erant ante chartę & membranarum uſum, ceratęque tabulæ, aut arborum cortices, vnde libri etiã Codices à Caudice ſcilicet arborum, dicti fuerunt, & à tabulis hinc portitores, Tabellarij Eſt etiam charta deletiſia quam Cice. In famili. vii. palimpſeſtum uocat, & non abraſa ut aliqui ibi uolunt & male. Et membrana rurſum, quia ab animaliũ educitur mẽbris. appellata poſtea pergamæna, quia pergami Rex Attalus, Romam multitudinẽ membranarum miſit chartarum inopia.

Quadrat ad remunerationem de qua in l. ſed & ſi lege in §. conſuluit ff. de peti. hæ. Siue antidoralis donationis, quę eſt, vt benefacienti bene faciamus, argum. etiam ſumentes, ex his quę dicuntur in l. ſeruus ea lege ff. de ſer. expor. & in l. ut uim ff. de iuſti. & iu. prouerbium. Mutuum muli ſcabunt. de quo nos alibi in prouerb. libello, & in ſuis Eraſ. fuſius.

Nec minus illud ad tex. in l. naturaliter in §. nihil commune ff. de acqui. po. quando duo ſunt quę ſimul non bene conueniant. Nihil cum fidibus graculo, nec Amaricino ſui a nihil commune habet gladius, cum ſpiritu. ſiue. in lente vnguentum.

De aleatoribus rub. habemus, uerbumque eſt (vt alibi diximus) ſeu nomen deſcendens à uerbo quod (vt inquit ualla) non reperitur ex quo non aleare ſed alea ludere & Troco dicimus. Idcirco ſciendum eſt, quod antiquitus Aleones uocabantur hij qui illiberales & ſordidi in ſordido etiam lucro uerſantur. ducentes ſecum inde cupiditatem, Rapinam, conuicia, periurium, mendacium, furtum, iracundias contemptum, & amiſsionem denique bonorum vſque adeo vt uere dici poſsit, quod fomes ſit & ſentina omnium malorum. Finis.

ADDITIO.

Aqua & Ignis olim interdici ſolebat l. ij. ff. de pu. iud. in cuius locum poſtea ſucceſsit deportatio l. iij. ff. ad legem Iul. pec. ſciendum eſt tamẽ Metello Coſſ. per preconem iuſsiſſe annunciari igne & aqua tectoque ab omnibus interdicendũ eſſe, quippe quod ius iurandum renuerat, eſtque tunc decretum ab Apuleio Tr. plebis confirmatum, & Marij iuſſu publicatum amplius, ſicque Metellus (autor eſt Appian. Alexand. Bellorum ciuili. j.) uir præſtantiſsimus vrbe eiectus eſt.

Id quod dicitur in l. j. C. de execu. rei iud. ibi, nimis propere Marcelle agis, de quo nos alibi ſæpe, pulcherrimo Ciceronis exemplo nouiſsime & nunc quidem ornari poteſt, qui à Clodio in ius uocatur (teſtis eſt Ap. Alexand. ij. bellorum ciuil.) quod ante ſententiam à ſenatu latam, Lentulum, Certhegumque ſupplicio affecerit, & perpetuo eſt memoriæ commendandum.

Rub. ſæpe citamus de ſenten. ex periculo recitan. vbi ridicula etiam dicit Azo. eam more maiorum continuando, quę non refero, tibique ſatis ſit uerbum reſtituiſſe, ſi ex breuiculo (vt Haloand. ibidem ſcribit) & non ex periculo, legeris. quando quidem veteres, ſcripta ſua breuia appellarint, non ſecus ac apoſtolica vulgo calus eſt in l. inter chartulas ibi confiſcati breuis inuentus eſt. C. de conuenien. fi. debito. lib. x. unde poſtea breuiculum, & breuicolus diminutiuum deriuaſſe cenſemus. quod & alibi etiam Cuſpinian. in præfatio. Sex. Rub. de conſu. & Imper. dignitate teſtatur & bene, & poſt Haloand. Alcia.

Interrogarat

Interrogarat me solertissimum legum schola ris, rara morum integritate, eruditione non vulgari, acrique iudicio, Io. Christophorus de velasco cordubensis auditor meus, quid nam sibi uelit id quod de Coss. dicunt, palmata testis olim munere cōsueuisse insigniri, quę nam foret hoc uestis. quæque officia consularia. & quid deniq; missilia iactare in vulgus, quod sanè consulibus adhuc permissum erat. §. fi. insti. de re. di. l. adeo. ff. de acqui. re. do. Ange. in q. Nobilis quidam: col. vii. Cui (prout succurrerat tunc) respondi, verissimumque esse non dubitamus, Palmatam uestem, (alias tunicam) pro uictoria & palma re portata, sic vocatam fuisse (autor est Sydon. apol lina.) sed addendum est insuper, non modę ueste palmata, uerum etiam baculo, qui consulatus erat insigne (regia enim panes consulem potestas erat), & fascibus non facibus (vt Cuspinianus ait & malè) quibus alligate erant securos & virgæ, ornari solebat. Officiumque consulis fuisse vt dicit Iureconsult. in l. j. ff. de offi. consu. auctoritatem præbere manumittentibus. & prius (tam etsi ibi non dicatur) reddendi ius, locandique publicos reditus, sumptus temperandi, deque rebus sanè dubijs consultandi. & non aliud denique Missilia iactare in vulgus: nisi ex argento muneribus populum honorare, ut etiam dicitur in §. hoc itaque in authen. de Consuli. & ex argento dixi, quia soli principi aurum spargere po pulo concessum est vt sic à Coss. distinguantur, & vt ibi fusius legitur, qui mos tamen postea ab rogatus est, ut in l. ii. C. de consu. lib. xii. & in rub. ibidem, quę non aliud innuere uidetur his verbis. de consulibus, deque non spargendis ab his pecuniis, & non ab re (ut ibidem legitur adhuc scituque dignū est pręter hæc) designatum Coss. (is enim ab ordinario differt, quippe quod in seq. annum creari cōsueuerat) iurare solitum per caput suum, idque etiam, domumque suam, si scienter fefellisset, deorum iræ consecrare.

Mirabilis est tex. (vt alibi sępe diximus) illæ, in l. ad bestias in princ. ibi roboris & artificij ff. de pœn. quod uirtutis gratia, plerumque etiam delinquentibus est ignoscendum, legesque transcendendæ. Adde nunc, pulcherrimo Horatij exemplo comprobari posse, quem cum in publica Lætitia (historia nota est) sororem, maritum deplorantem, interfecisset, stricto ense, à duum uiris condemnatum ferunt, & absolutum postea cum ad populum prouocasset, admiratione magis uirtutis quam iure causæ. sic Liui. i. decad. i.

Demaratus Corinthius (Romam enim commigrarat profugus) duos habuit filios Lucumo nem & Aruntem, Aruus viuo patre moritur, relicta vxore pręgnante, quod ignorans pater, testamentum condit, & instituto Lucumone hærede, ventrem præterit, moritur & ipse, nascitur posthumus, præteritus, & tamen testamentū non rumpitur, quandoquidem ei ab Inopia, egerio nomen inditum sit ut inquit Liui. i. decad. i.

Cogita, quia contrarium deciditur in l. posthumo. C. de bo. po. con. tab. & in l. si quis posthumos in §. si filium vbi omnes ff. de libe. & posthu. quo modo sic egerio tunc succurri potuerit, siue tutoribus eius. tam apertum ius ignorantibus.

Cuius sint uerba illa, pater, notumque est lippis & tonsoribus.



FORMALITER dicit glo. in l. quidam cū filium, in uer. committere. ff. de uer. ob. hoc pater lippis & tonsoribus, vbi etiam Imo. colum. iii. non bene tamen id declarans ibi col. iii. nonnihil Ange. in l. i. colum. xiiii. C. de Indi. Inque re manifesta quę omnibus pateat factum est tam tritum sermone prouerbium. Adde tu primum id planè Hora. dictum fuisse. Saty. vii. lib. i. ibi opinor.

Omnibus & lippis notum & tonsoribus esse. lippis, quia domo prodire nequeunt, nec lucem ferre, eoque fit ut curiose, quæ foris aguntur, ab his cognoscant, à quibus inuisuntur. nec secus tonsores agant.

Sepulchrorum duo sunt genera.

SEPVLCHRORVM quædam sunt familiaria, quædam autem hæreditaria. Familiaria quæ quis sibi familięque suæ constituit, quæque gentilia uocat in Claudio Sueton. c. l. hæreditaria uero, quæ sibi hæredibusque suis, constituuntur l. familiaria. ff. de religio. & sump. fu. Et non ab re ita plerunque monumentis inscriptum erat. H. M. H. N, S. idest hoc monumentum hæredes non sequitur. Sicque vnum ab alio uerbis planè istis, distingui solebat. Quo ad hæreditarium tamen, nota, quod ad quęcunque transit hæredem, ut innuere uidetur tex. in l. uel quæ paterfamilias in prin. ff. eod. tradit Alex. in l. perinde ff. ad treb.

Quomodo athenis punirentur adulteri.

IVRE ciuili gladio puniri adulteros palam est l. quamuis ad fi. C. ad legem Iul. de adulte. §. Item lex Iulia insti. de pub. iud. & dixi alibi satis, verum nunc adde olim athenis aliter puniri consueuisse, nanque diuites sese pecunia redimebant, pauperes uero turpi pœna quadam multabant, obseruantes vulgatum illud de quo in l. quicunque. C. de ser. fugi. qui non habet in ære luat in corpus. pœnaque huiusmodi erat. quod raphano sibi podicem (ride si placet) perfodebant.

Turpe

Turpe nomen non imponi, impositum verò deuitari, consulendum est.

DE pulchro & turpi nomine, illo imponendo, emendoque, si uenderetur, isto verò deuitando, dixi multa in l.ii.in §.appellata.ff.si cer. pet. Adde nunc quod sic Rom. homines, turpia fugiebant nomina, vt pote mali hominis causa, quodque non ab re Beneuentum oppidum, coloniamq; eorum (quod prius græci maleuentum dicebant) appellarunt.

De publicanis aliqua, quiq; coactores ad idem sint.

MAXIME mirum est quod alibi sic dixerit Iu.consul.in l.quante ff.de public. & vectigal. Quantę audacię, quantęq; temeritatis sint, publicanorum factiones, nemo est qui nesciat, idcirco prætor ad compescendum eorum audaciã, hoc edictũ proposuit. cũ tamẽ alibi scripserit Ci. qui vestigalia exercent, quiq; ex eo ordine sunt, cęterorum ordinũ esse firmamentũ. vestigaliaq; ipsa reip. neruos, publicanorũq; ministros Coactores appellari, ad Q. fratrem. Inq; materia, Censoriã quoque fuisse legem, qua conditiones ac rerum capita, vectigalium redemptoribus concessa, atque exigenda, continebantur. Quid multa? in publicanorum ordine extollit Cice. ex eodem forte ortus, ut ipsemet, in prælega. loco testatus est.

Not. declaratio. l. qui petitorio ff. de rei vend.

DICITVR hic quod reus potest interrogari an possideat, vel dolo desierit possidere, mihiq; mirum videtur, cũ non teneatur interrogationi criminose respõdere, nec ipse, nec quiuis alius, vt ibi sentit Bar. nec resoluit, & fusius in l. qui iurasse in §.i.ff. de iureiur. Nisi respondeamus & iudicio meo uerissimum est, regulam fallere, quando aliter iudicium instituti siue recte incohari non potest vt ibi, rei uendicatio enim pręsupponit dominum ex parte agentis, & ex parte rei conuenti possessionem, vnde ne frustra agatur, quia tempore sententiæ ferendæ, posset negare se possidere, non ab re interrogari potest, & probari etiam sol. hæc videtur in l. quotiens in §. prætor ff. de noxal. ac.

Faciles sunt homines ad dissentiendum.

NON ab re dixit Iu. cons. in l. Itẽ si vnus in §. fi. ff. de arb. naturalem hominum facilitatẽ esse ad dissentiendum. Imò (adeo verũ est quoq; vulgatum illud. Quot capita tot sententię) quod uix duo inueniuntur, qui omnibus in rebus, & opinionibus consentiant. quodq; nulla inter se ita dissident animalia vt homines. Cicada uerò cicadam (inquit Theocritus) & formica formicã, amat quia in nullo animalium genere etiam vt in homine rursum, tanta inuenitur & ingeniorum & morum, varietas.

De Antithesi figura, nonnihil.

QVOD vna dictio plerumque pro alia pœnatur, seu uerbum vnum pro alio, vt inquit gloss. in l. eas causas ff. de condi. & dem. & tutor pro curatore in l. pater seuerinam in §. conditionum, ff. eo. Antithesis figura est.

Quod præcipere & imperare omnio differant.

QVICQVID dicat alibi Greg. in ep. ad Iouinianum. ibi. Quod præcipitur imperatur, quod imperatur necesse est fieri, Si non fiat pœnam habet. in c. fin. xiiij. q. i. aliter sentio ego, præcipi potius & doceri persuasione quadam, cuiusdam excellentiæ de nobis, imperari autem ui quadam, & cum parendi necessitate, & in hoc bene, vsque adeo vt illic auditorem habeamus vltro attentum, hic uero faciamus uel inuitu. Quod & Cice. etiam sensit in lib. officio ibi. vt nemini parere animus bene à natura informatus uelit, nisi præcipienti, aut docenti, aut utilitatis causa iuste & legitimè imperanti., & hinc duo illi rerum publicarum nerui. pœna, & prẽmium. vulgatumq; illud adhuc.

Oderunt peccare boni, uirtutis amore,
Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.

Delicta impunita manere, absurdum est, imò nihil absurdius.

NON sine ratione vulgo dicitur, quod delicta impunita esse non debent, in l. ita vulneratus. ff. ad legem aqui. & in c. vt famę de sen. excom. & in l. stichum in fi. prin. ff. de sol. quoniam cętus hominum saluus esse non potest, ubi mali haud castigantur, nec secus idem quàm egrotus, cuius pars nisi medicina sauetur, morbus in reliquas eiusdem partes diffunditur. dicebatque rursum Cato illę Romanorum Demosthenes, se maluisse rectè factorum gratia carere, quàm delictorum pœna.

Ad l. quod si ephesi. ff. de eo quod cer. lo. & l. diuus. ff. de resti. in int.

FACTVM iam est tritum sermone prouerbium. Summum ius summa iniuria. Imò quod ueteres summam putabant crucem. Aequitate temperandum. l. quod si ephesi. ff. de eo quod cer. lo. l. diuus ff. resti. In int. ibi, & si nihil est ex solemnibus immutandum, ubi tamen æquitas euidens suadet, subueniendum est. qua uti potuisset & debuisset, Manlius, qui nihilominus filium uictorem, & hostium contumelijs irritatum, securi peccati mandauit, & malæ,

namque

clareq; sunt, sed qui eas acutius quàm par est, interpretatur,& obliquo(ut ita dicam) oculo intuetur,calumniator potius,quàm interpres est.

Ad id uulgatum Corœbi dictum. Dolus an virtus quis in hoste requiratur?

TAmetsi vulgo dicatur.Dolus,an uirtus,qs in hoste requirat?& de quo alias in l.j.in §. non fuit.ff. de dolo. dixiq; ego alibi satis, summopere tamen Athenienses sunt laudandi, q, Themistoclis cõsilium,de lacedemoniorũ classe incendenda,repudiarunt, nihil utile esse dicentes,quod non idem esset honestum.

Ad.l.fustibus.C.ex quib.cau. infa. irroga.

DIcitur in l. fustibus.C.ex quib. cau. in fa. irro. Fustibus cæsum,cui per præconẽ dr, τσυκοφάντας calumniatorem videri notatum,ideoq; famosum esse,& bene,tu vero præter cætera quæ hic alias nos congessisse meminimus,ad.d.verbi τσυκοφάντας propositũ,obseruabis,quod Sycophantæ proprie in foro,& iudicijs sunt,sophistę in scholis, Nebulones in cõtractibus, & uitæ generibus,Hypocrite vero (quorum vita pestilentissima habenda est)in templis.

Quomodo locum religiosum superstitioso quodam ritu veteres faciebant.

LOcum religiosum vnusquisq; sua uolũtate facit,dum mortuum in suum infert, inquit tex.in §.religiosum, insti. de re. di. uel & alias, ubi qđ principale in homine est.i. caput, conditũ est.l. cum in diuersis.ff. de religio. uerũ habeto, aliter à priscis fieri consueuisse olim, si prius ter gleba in os mortui iniecta fuisset.alias locus ille ubi crematum corpus fuerat, nihil religionis habebat.hincq; Hora.Ode.28.ibi.

Quanquàm festinas non est mora longa, licebit Iniecto ter puluere curras.

Insepulta corpora ne iaceãt uniuscuiusq; itereſt.

PRudenter quidem Vlpianum dixisse alibi legitur,ita fieri debere, ne insepulta corpora iaceant,imò si terra cõditũ sit corpus, quod aliter inquietari non debet.l. si quis sepulchrum §.prætor ait.l.diui fratres.ff.de religio.nec ab re sepulchri uiolati hinc etiã actio,inuenta est,horribileq; & formidolosum ueteribus erat inhumatos iacere,usq; adeo ut iam iã moriturus Hector olim,ab Achille peteret, ne se canibus dilacerãdũ linqueret,uel pateretur,sed patri potius,matriq;sepeliendum,atq; humandum redderet.

Prouerbium stultorum quale.

IN.l.si quis domũ in §.fi.ff.loca.dicitur.inspici debere qđ euenire potest idemq; in l. qui bona in.§.cũ inter.ff.de dam.inf.& in l. Lucius in. §.pe.ff.ad Treb.& in l.sed & si.in §. si feriæ ff. ex quib.cau.ma.& in l.si idem cum eodem, ad fi.ff. de iu.om.iu. om. iud. egoq; alibi satis, adde tu nouissimè,quando imò prudentis hoc idem proprium est,e rebus præsentibus scilicet, diuinare futura,& (ut dicebat etiam Isocrates)ante & nõ post factum,sapere,maximè quia stultorum prouerbium est,dicere, non Putaram.

Quo nomine uocentur,quibus reip. cura commissa est.

PAtauij, ij quibus reip. cura committitur, Deputati appellantur.Vincentiæ & Veronæ Consules,Florentię olim Anciani,unde hinc orta est quæstio,an statuta istorum,ius ciui le uel prætorium esse dicantur,de quo ego alias in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.& in l.j.ff.qđ quisque iu.& in.l.ciuitas.ff.si cer.pet.& olim dixi,quia postea viri boni, uocati fuerunt,deinde priores,& ultimo loco domini. In rep.Augustana Germaniæ autem, tutores, quod ciues non secus ac pupillos, defendant & tueantur.l. j. in fi.prin.ff.de tutel.scituq; dignum est.

Pœna delicto est commensuranda.

VVlgatum dictum est, pœnam fore delicto comensurandam.l. sancimus. C. de pœn.hinc Pyle.in.q.suis, ad idem, ne ultra progrediatur metus, quàm fuerit delictum. 64. imò & Cice.ipse,in lib.officio.ibi,ne,maior pœna quàm culpa sit. Sicq; tyrannica crudelitas uel Mezentij,

Mortuis, qui etiam iungebat corpora uiuis uel Draconis cuius leges ob id sanguinarias uocabant:pœnorum item, Sybaritarum,& phalaridarum immanitas improbatur.

Ira dictum uel factum quid, ratum id non habeas.

QVando irato,animi indicium nũ est, nec id, quod ab eo dictum uel factum sit ratum haberi debet.l. quicquid calore.ff. de regu. iur.ea de re viciosum est argumentum quoque, si probabilem excusationem non habeat, puta quia dicatur iratus feci, ut.in.d. l.quicquid calore. dicebatque aliquando sic Architas Tarentinus, seruo, quo te modo tractassem ego,nisi iratus fuissem. & certè quamquàm propter delicta commoueri liceat, permissumque sit, irato tamen pœnam irrogare delinquentibus, permissum non est, nec cuiquàm licet. Ex quo hinc in offi. Ci. prohibenda autem maximè est ira in puniendo, nunquàm enim iratus, qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium, & parum.

Sigillum Senecæ.

CVm in sigillo senecę diceret. secretũ meũ mihi. non aliud (meo quidẽ iudicio) dicere voluit, nisi id, quod sępissimè nos quoq; in susurrare solemus, ordinatam sanè charitatem à se ipso incipere. l. pręses. C. de serui. & aqua vñ Plato (adde tu) quod multi in hoc consentiunt, sapientem in primis, sibi ipsi sapere oportere. qđ que suę cuiq; leges primũ placent, secundo loco aliene. Et quod deniq; lupus agnum nõ odit, sed quod amore sui eum lacerat atq; deuorat. Et pulchre Eurip. sic. quis hominum non nouit hoc quod omnes se magis quàm alios amant. pręceptumq; non ab re tenendum.

Res tuas curato, potius quàm aliorum.

Non est exemplis iudicandum.

NOn exemplis iudicandũ est, sed legibus. l. nemo. C. de senten. & int. omni. iud. Saly. in. l. i. col. vj. C. q̃ sit lon. cõ sue. & nos alibi latè. ea de re omnia quæ fiunt certo iudicio, ponderato fiant. & nõ quid fieri soleat, sed quid fieri oporteat (vt Demosthenes dicere solebat) videndum est semper.

Statuti verbis inhærendum est.

QVia statuta terrarum, vt plurimũ consistunt in sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas, quę cantilena tyrãnica est, ideo eorundem verbis tenaciter est inhærendũ, nihil addi vel minui, imò quod nec extendi debet id, qđ contra rationẽ est. l. quia poterat. ff. ad Treb. l. quod contra. ff. de legi. Bal. in. c. i. ad fi. de alie. feu. in vsib. & in. l. Gallus i. §. quid si is. ff. de lib. & posthu. Corne. cons. clxxviii. nu. 12. vol. ij.

Causas scelerum obducunt improbi.

TAmetsi puniatur capite, q̃ ciuitatis muros transcendit. l. fi. ff. de rerũ diui. nõ ea ratio ne tamen Romulus, Fratrẽ Remũ, interfecit, ex quo potius (quicquid ibi Pompo. dixerit) ambitio, & regnandi libido, & iniustum sanè facimus fuit: Bruti vero honestissimũ ac laudabile, qđ à metu seruitutis patriã liberauerit. hinc statua eiusdem inter illas regũ, in capitolio collocata, gladium strictũ exerentis. Et nũmisma ipsius imaginẽ habens, pileũ, duosq; pugiones, & subinde declarans patriã a se, & Cassio in libertatẽ vindicatam esse. & ad Romuli propositũ, non ab re Hora. inquit alibi.

Acerba fata Romanos agunt,
Scelusq; fraternæ necis.

Cliuus Capitolinus.

NEscit Accur. Antiquitatis ignarus, in. l. si ex plagis in. §. in cliuo. ff. ad legẽ aqui. quis nã sit Cliuus Capitolinus, solũq; dicit ibidem (in cæteris egregius est interpres, iuris ciuilis tenebris occurens, ut ipsemet dicit in. l. facta in. §. si in danda. ff. ad Treb.) qđ Cliuus lucus est quidam. Ea de re dic tu, & declara Cliuũ, Sacrum quoq; appellari, forũ Romanũ spectãtẽ, quodq; triumphantes, via sacra, ac Romano foro in capitoliũ vehi solebant, & sic capitolinũ hinc, vocari consueuisse. & qđ in cæteris interpręs egregius sit, loquẽdi genus Grecũ est pariter, vt in Oreste Euripid. Et in ep. Hora. ibi.

Excepto, quod non simul esses, cætera lætus.

Et Carmi. ibi.

Fronte curuatos imitatus ignes
Tertium lunæ referentis ortum,
Qua notam duxit, niueus uideri.

Cætera Fuluus.

Et via sacra rursum, quod in ea inter Romulũ & Tatium fœdus ictum sit, decliuis à carinis ad forum, ad capitolium vero accliuis.

Iurare in verba quid sit declaratur.

DE multiplici iuramenti specie, deq; forma iurisiurandi alibi dicitur, latè. Et maximè in. l. admonẽdi, ubi & nos multa, & in rub. ff. de iureiu. verũ nullibi declaratur quid sit iurare in verba, ea propter dictum, non aliud esse, nisi verbis ab alio conceptis, iurare, & meo quidem iudicio (quàmquã, sermo militaris sit, autore liuio, & Cęsare in comentarijs, vñ Hora. epod.


Cum tu magnorum numen læsura deorum in verba iurabas mea.) nõ aliud iusiurandum est, q̃ id qđ à parte parti defertur, & de quo alias in. l. nõ erit in. §. dato, & in. l. duobus. ff. de iureiu. ad fi. vbi dato iureiurando non aliud quæritur quã an iuratum sit. quia dicit sic. Iures quod res ita se habeat, qđq; factũ quid sit, vel nõ, & simile q̃ddã.

MANTISSA.

Ad. l. ut vim. ff. de iusti. & iure.
Ad. l. frater à fratre. ff. de condic. ind.
Ad. l. Iulianus verum debitorem. ff. eo.
Ad authen. habita. C. ne fil. pro pat.
Ad. l. unicam. C. de rei uxo. actio.
Ad. l. unicam. C. de cad. tol.
Ad. l. i. C. de pac.
Et ad. c. omnis utriusq; Sexus, de peniten. & re.

De iusti. & iure.

Florentinus lib. j. institutionum.



[V]T VIM; quanquam diximus multa, i explanatione huius legis, inq; lectu. & collectaneis, nihilominus quia natura semper (quod etiam sæpe dicere consueuimus) nouas deproperat edere formas. l. ii. §. sed quia. C. de uet. iur. enuclean.

enucl.c.i.§.sed quia.quæ fuc.pri.cau.be.amit. in usib.aliqua nuper inuenta quanuis ab aliis dicta (nil enim dictū qđ prius dictū non fuerit, ut inquit Comicus) à nobis tamē ordinata, & quia id quod dicimus ex alio nostrū est, addere ad ipsius ornatum cogitauimus, quæ non tā prodesse possint, quam te ipsum (lector candidissime) ad audiendum allicere, ne dicam legendum, quippè quod non tam fructuosa sunt & vtilia, quam pulchra, & scitu ac annotatu digna.

Et primo ad illud uulgatum, quod uim ui repellere licet, de quo hic & in l.i.in §.eū qui.ff. de ui & ui ar.Imò (ut ibi dicitur) quod id ius naturæ id est iuri naturali comparatur, oēsq; leges & oīa iura permittunt inquit ēt tex.in c.significasti ad fi.de homi.adde licere cū moderamine inculpatę tutelę.l.i.& ibi Bar.Bal.Alb.& oēs.C.unde ui.Cataldi.de bon cōpa.cōs.liii.col.i.uol.i. causarum crimi.non autem ad uindictā, maxime quia dicit Dominus. Mihi uindictam, & ego retribuam. d. c. significasti. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. l. nullus. C. de iudę. & si potest hoc casu, non potest nisi iudicis auctoritate, ut per Bar.in l.i.C.de his quib.ut indi. & glo. in l. deuotum. C. de metat. lib. x. Corn. cons.cxcvii.col.ii.uol. ii.

Secundo adde, fore paria occidere innocentem uel eum qui iustam habet defensionem, ideo nulli neganda est, cum etiam sit de iure naturali ut dixi, & nouissimè probatur in l. i. in §. cum arietes. ff.si quadrup.paup.fe.dica. & in clemen. pastoralis. de re iudi. Bald. Marga.iudex.num. 26. per text. quem dicit singularem & aureum in l. lex. in §. fina. ff. ad legem Iuliam repetun. & uulgo hinc dici solet, quod homo homini lupus esse non debet, sed Deus.l. seruus ea lege. ff. de ser.expor.Et quanquam priuationis feudi causa sit, uasallus uitę domini gladio, ueneno, uel aliter fuerit insidiatus.c.i.§.porrò.quę fue.pri.cau. be.amit.in usib.attamen si se defendendo dominum interfecerit, quia aliter periculum euadere non poterat uitæ suæ, non priuabitur ut dicit gl. ibi per istum tex.& glo.in §.si quis hominem.de pa.te.& ita communiter tenetur, in materia feudorum.& facit uulgatum illud. Ordinata charitas incipit à seipso.l.pſes.C.de ser.& aqua. Cur. iuni.olim collega noster.in feu.par.iiii.q.ultim. col. vii.& ideo ad propositum statutum, quod bannitus non posit se defendere, non ualet, ut inquit Bar.in l.cum mulier.ff.sol.mat. Qui tamen contrarium tenet hic, & male, ex quo ius naturale nemini auferri potest.si maxime ciuile ut statutum.l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.§. sed ius quidem.insti.de iu.na.auferat.§.sed naturalia quidem.insti.eo.§.fi.inst.de legi.agna.tu.l.ii.§.fi.ff. de usuf.ea.re.quæ usu consu.sed defensio est iuris naturalis ut supra, ergo.Et si dixerit (ultra) ꝙ offensus posit facere competentem uindictam, erit contra naturalem rationem, & non ualebit pariter de iure, de quo tamen per glo.in l. cū fundum.ff.de ui & ui ar.Bal.in statu.uindicta.nu.2 & hic.Est uerum si iudex nolit audire aduocatos, eorumq; allegationes, quod non ob id propterea tolletur defensio, neq; dicetur negari ex quo pręsumitur sapiens & iuris peritus, & multi sunt qui non egent allegationibus iuris, ut per Inno.in c. pastoralis.de cau.pos.& prop.Bal.Marga.iudex. nu.101. Et quod non licet uim ui repellere, si sit iusta, ut hic no.& est tex.singularis in l.si seruus C.de his qui ad ec.confu.idem Bal. in loco pręal leg.in uerbo uis.nu.1. & si insultatus à uili potuit fugere, & non fugit, occiditq; insultantem, quod punitur ut hic per Bar.quanquam contrarium tenent, & male, in l.i.C. unde ui. ex quo non uidetur istud factum cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut ibi & ut dictum etiam est supra.

Tertio adde, quod pro defensione coniuncti licet offendere, & pro defensione socij in itinere, ex quo ad instar fraternitatis est societas.l.uerū. ff.pro so.& pro defensione extranei secūdum affectionem.Et pro defensione denique rerum suarum ut hic per Bar.late Corn.cons.cvii.num.12. uol.i.& cons.cciiii.nu.8.eo.lib.

Quarto adde quod ad sui defensionem potest quis uti auxilio etiam infideliū, ut hic per Albe. nume. 4. & in d. l.i.C.vnde ui.not.in c.i. & ibi Io.And.col.iiii.de homicid.in vj. Ancha. consi. lxxi.

Quinto adde ad probandum quem occisum fuisse ad necessariam defensionem, non oportere quod testis cōcludat, nisi occidisset quod fuisset occisus, sed quod erat in periculo uitę, si nō occidisset.ita Bar.cōs.lix.& Bal.hic, & Corn.cō s. cxxxiiii.nu.3.uol.iii.& cons.cccxxv.eo.lib.

Sexto adde quod arma sumere non licet, absq; licentia principis.l.i.C.ut ar.usus. lib.x. pręterquam tamen in casu, cum iniuriam propulsamus & vim ui repellimus vt hic, & in l.ex hoc iure. & ibi Albe.in prin.supra eo. Et ideo dicebat Phocilides Poeta. *Ensem accinge, non ad cedem, sed ad defensionem.* quę iniuria propulsatur etiā pulchro in casu.l.in nostrę.C.de statu. & imagi. Et dicebat quoque Cyrus aduersus Medos pugnaturus, Astiage Auo mortuo, militibus nil iustius quam iniuriam propulsare, sicuti nil pulchrius quā amicis succurrere. & quanquam natura duas habeat partes, ut inquit in lib. Topic.Cice. tuitionē sui, & ulciscendi ius, fasq; sit par pari rependere, & remordere mordētem, iuxta illud è Triuio.Si dixeris qđ uis, audies quod non uis, prout sementē feceris, ita metes, respondet nihilominus Plato. longe melius esse iniuriam pati quam facere.

Septimo adde quod licitū est inferiori bellum indicere, sine Papę uel Imperatoris licentia, pro defensione suæ personę, ac rerū suarū, & pro recuperatione earū, dūmodo fiat incōtinenti. Et si non esset forte copia iudicis superioris, ad quem posit haberi recursus.& pro exercitio iurisdōni proprię, in sibi subiectos. Et si dominus denega iustitiam facere, de suo homine iniuriante meū

vt hic & in l.iii.in §.cum igitur,ff.de ui & ui ar. & in l.ait prætor in §. si debitorē, ff. quę in fraud. cred.& in l.qui restituere.ff.de rei uen.& in c.dilectus & ibi not.de ap.late Prat.pap. in for. lib. in ac.rea.uer.iure dominij col.iiii.

Octauo adde, quod iniuriam patitur suus, si emancipatus velit admitti ad successionem patris,sed tamē collatione propulsatur l.si filius ff. de colla.bo.

Nono adde quod timor naturali rationi concordat,ne alter alteri insidietur ut hic & in illis verbis quidem.natura enim inter nos cognationē quandā constituit vt nefas sit hominē homini insidiari. Ea de re Moyses cum vidisset ægyptiū,hębreum fratrē suū percutientem ipsum occidit,inq; sabulo abscondit,vel ad defensionē dixeris illius,uel inspiratione diuina vt exo.c.ii.legitur. Sicque ad propositum ait lactan.si ab vno homine quem deus finxit orimur omnes, certe consanguinei sumus, & ideo maximū scelus putandum.est odisse hominem.Item homo naturæ obediens,homini nocere non potest,si ergo nocere homini contra naturam est, prodesse homini secundum naturam necesse est. Imò quod virtutibus & ingenij homini, cum Deo manifesta est cognatio,nefas igitur est(vt diximus) hominem homini insidiari.

Decimo adde,quamuis uim ui repellere liceat vt dictum est,quod non tamen licet fratribus prædicatoribus,uue minoribus, ex quo se opponunt tantum,uel resistunt,præceptumq; est Enāgelij. Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam,præbe illi & alteram,& ei qui vult tibi tunicam tollere, dimitte ei & pallium, Math.v. ad fi.Cardi.in cle.i.q.xxi.de homici.

Vndecimo adde, quod etiam in flumine nauigabili potest fieri fortalitium causa uitandæ hostilitatis, & multo fortius si bella permissa sint, & sanguinis effusio, ex quo nihil est illaudabile in uia defensionis,ita Bal.consi. li. ante fi.uol.i. Boer.consi.xxiiii.num.xviij.

Duodecimo adde, si resistet defensio quę tolli non potest ut supra vel iudicialis sit vel extraiudicialis, quod tamen requiretur semper citatio,quę non est sub regula potestatiua sed naturali,tum ex parte iudicis, in quo liquidatio causæ,& cognitio consistit, tum ex parte partis,ratione defensionis,quæ(vt dixi) tolli non potest, & ut fusius declarat Soci.consi.cclxvi.col. xviii. uol.ii.prob.in c.si cōfirmationem ad fi. In addi. Io.Mona.fusius de elec.in vi.

Decimotertio adde, quod hæc lex loquitur de defensione extraiudiciali, ad differentiam iudicialis,de qua in l.defensionis facultas.C.de iu. fi.lib.x.tradit prob.& Soci in locis præallega.& Bal.consi.lxi.uol.iii.& Anchara.consi.cclix.col. j.Adeo necessaria(qualicunque fuerit adeoq; non bis permissa) vt animalia quoque nobis rursum, documento sint.namq; mures,sese denticulis utcūq; tuētur.Apiculę ignē seuiunt aculeo. Equus se tuetur calcibus. Canis dente. Bos cornibus. histrix spinis. Narce veneno.Columbe uolatu. & Polypus stupore.

Decimoquarto adde, quod replicatione fano tabilior est,vt inquit Bald. in c.à nobis nume.i. de excep.

Decimoquinto adde,rursum, quod defensio sui natura mandatum non requirit l. si mater.§. hoc iure.ff.de excep.rei.iud.& ideo factum falsi procuratoris in iudicijs ex parte rei poterit ratū haberi, ex quo fuisset admissus ad defensionem, & sine mandato vt per Bal.in l.si procuratori columi.iii.de cond.ob.cau.

Decimosexto adde,qđ qui prohibet aliquem vti iure suo, tenetur iniuriarū.& si fuerit assessor nec permiserit reum vti pariter defensionib.suis non solū tenebit ad interesse ex quasi maleficio, verū ēt criminaliter.& ciuiliter ad vindictā, ita idē Bal.in l.qui pēdentē p illū tex.ff.de ac.emp.

Decimoseptimo ad materiā adde,qđ inculpata tutela cōsistit in tribus,in qualitate,in tēpore, & in defensione ipsa,deducēdo ut pꝫ ꝑ eūdē Bal.in d.l.i.in prin.lectu.i.C.vnde ui.qui clarius dicit lect.ii.col.iiii.qđ cōsistit in qualitate facti,in tēporis vicinitate,& ī ipsa ꝓpulsatione,qa aggressus sine armis,se cū armis nō defendit, nec ex interuallo sed immediate,& ī ipso cōgressu,taliq; & tāta debet esse ꝓpulsatio,quāta ē, defensionis necessitas. Et ad ꝓpositū col. v. qđ ponere manus ad arma debet esse vltimum refugium.

Decimo octauo adde,si recuperatio fiat in cōtinēti qđ defensio dicetur,& iuris fictione defensionis species,ex quo nō fingitur amissum, quod est incontinenti recuperatū l.Pomponius,ff.de acq.re.do.Bal.in loco præallega.col.iii.argu.in l.lecta in uer.dicebam ff.si cer.pet.

Decimonono adde,defensionē de qua hic plurimū ab excep.differre,ex quo hæc si opponatur actionē nō annullat,illa verò sic,intētionē agentis ut p gl.in c.i.de lit.cōt.in vi. quā pulchre inducit Bal.in l.nō exceptionibus. C.de excep.qui tū aliter dicit & uerius in l.i.col.xiiii.C.qui ac. non po. quod non omnis exceptio est defensio, strictè & propriè loquendo,sed large sic.

Vigesimo adde dictuq; mirum uidetur, quod nunciatio noui operis defensio est,quod tamen qualiter intelligi debeat,declarat Bar.in l.de pupillo.ff.de no.op. nun.interim Bal. in l.in prouinciali in §.fi.ad fi.ff.co.

Vigesimoprimo adde,qđ defensioni & saluti hominū non minus fauere debemus quā sepulturæ mortuorū, etiā ipsis inuitis l. non tm ff. de ap.l.stichus & ibi Bar.ff.de pecu.le.c.ipsa pietas xxiii.q.iiii. Alex.in l.quāuis col.iii.ff.sol.mat.

Vigesimosecundo adde, cū sit defensio iuris naturalis(ut sæpe dictum est supra)quod nec statuto, nec pacto tolli poterit, nouissime tradit Bal.formaliter in quæstione Banniti, quod sibi defensio auferri non possit (ut dictum est pariter supra) in l.cum mulier col.vi.ff.sol.mat.

Vigesimo

Vigesimotertio, adde, quanquam defensio ratione supra dicta tolli non possit, quod tolli tamen poterit, si habeat vim offensionis, & effectũ permixtũ. l. ij. §. si publico. ff. ad leg. Iul. de adult. Bal. in l. quoniam. col. j. C. eo. & nimirũ quia nõ est mera defensio, argu. in l. Imperium (vltra eũ) ff. de iur. om. iud. Et quia id nõ dicitur tale, quod non est simpliciter tale. l. hoc legatum. ff. de leg. iij. l. j. ff. de dona. Bar. in l. si maritus. in §. legis Iuliæ. ff. ad legem Iul. de adul.

Vigesimoquarto adde, defensionem illam proprie dici quæ rationabilis sit casus est not. in l. fi. & ibi Bal. ff. de procu.

Vigesimoquinto & vltimo, quoniam satis superque dictum est (vt iam testati sumus) & in lectu. & in collectan. ne plus sit Mantissa quam obsoniũ, adde quod defensio & salus omni via a nobis tentanda est vt angues, qui omnia experti, ob trito capite, postremum cauda minantur.

Laus Deo Optimo Maximo.

De condic. ind eb.

Africanus lib. ix. quæstionum.



FRATER A FRATRE; hanc legem difficillimam africani (valet enim consequentia est africani, ergo difficilis (vt inquit Bar. in l. cum quis. in prin. ff. de sol. & Ang. in l. fi. in prin. ff. de neg. gest.) repetij ego alias admodum iuuenis, dixiq; etiam in collectaneis, nonnihil nũc vero, aliqua iterato addẽdã sunt, quæ & si noua ex toto non fuerint, poterunt tamen aliqua in parte prodesse, vtpotè dicta aliàs, vetera vel confirmantia vel declarantia, vsq; adeò vt sperni nõ debeãt, sed appeti potius, quippè quod hæc de re forte tibi optimè lector non displicebunt. Et breuiter (imitatione Iurecon. in l. j. ibi ne res exemplis egeat, paucis agam. ff. de præscrip. ver. & in l. ita vulneratus. ad fi. ibi vnum proposuisse contẽtus ero. ff. ad leg. Aquil. & in l. si quis obrepserit. ff. ad leg. Cor. de fal. ibi vnum argumenti causa sufficiat & in l. etiam. ff. de ma. vind. ibi longum est si exequi volueris. Et in l. j. ibi pauca de significatione tituli referre. ff. si cer. pet.) ac primo adde, ad id quod in profectitiis, cõtractus inter patrem & filium, non valet, Cor. cons. cxxix. nu. 5. vol. j. dicentem etiam alibi adhuc per istum tex. quod nec inter eos oritur obligatio efficax ad agendum, sed naturalis tantum, cons. ccxviij. nu. 9. eod. lib. & olim & hodie vt hic not. idẽ Cor. cons. cxliiij. col. i. vol. ij. Et hoc propter patriam potestatem, quæ inuenta est de iure ciuili. l. nam ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & insti. de pat. pot. In prin. Idem Corn. ibi nu. 14. & cõs. ccxxxv. ad fi. & cons. ccxxxviii. eo. nu. & lib. Imò quod neque hodie obligatur filius patri in aduentitiis in quibus quæritur eidem vsufructus ut hic per Bar. Saly. & alios, pater tamen filio sic. l. iubemus. C. ad Treb. glo. in auth. vide si parens. C. de inoffi. testa. & in l. pactum. C. de pac. conuen. idẽ Corn. cons. cclxxii. nu. 15. eo. lib. ex quibus infertur, quod nec societas inter eos contrahi potest expresse vel tacite, ut nelle uidetur Bal. in l. cum oportet. C. de bonisq; lib. Et in auth. ex testa. C. de colla. idem Cor. ubi supra nu. 14. Nec donatio facta inter auum paternum aut patrẽ & filiũ; aut nepotem in potestate, valeat. l. ii. C. de inoffi. dona. l. donationes. C. de dona. int. uir. & uxo. l. filiæ. C. fam. her. Corn. cons. ix. col. i. uol. ii. Est uerum ut subiicit quod iurata ualebit, & firmabitur. ex quo iuramentum quod seruari potest, sine interitu salutis æternæ, utiq; est seruandum. c. cũ contingat. de iureiu. c. licet. eo. ti. in vj. c. quamuis de pac. eo. lib. pulchrè Bertran. cõs. cxii. ad fi. uol. iii. & cons. cccii. nu. 8. eo. lib. Confirmatur etiam morte, quamuis ab initio non ualeat aliàs, si tamẽ præcedat traditio, ut not. hic & in auth. ex testamento. & in l. si donatione. C. de colla. & uidetur casus in l. filiæ. C. fam. her. Idem Bertran. ubi supra, Corn. cõs. clxxxv. col. iii. uol. ii. & clarius ibidem ad fi. Qui aliàs rationem quoq; adducit q̃d iurata ualeat & confirmetur cons. cccvj. col. iii. uol. iii. quia scilicet iuramentum, est iuris naturalis, & quod patria potestas, quę est de iure ciuili ut supra nõ curatur, & bene. nõnihil Bertrã. cõs. i. nu. 18. uol. ii. Est uerum si filius esset emancipatus, ꝙ ualeret iure antiquo & nouo, nec egeret adminiculo alicuius cõfirmationis. d. l. ii. ad fi. C. de inoffi. don. l. siue emãcipatis. C. de don. l. donationes. §. pater. ff. eo. idẽ Cor. cons. xlii. col. i. uol. iii. Bertrã. cõs. ccxxvii. nu. 5. uol. ii. & pręter hæc, ꝙ alias nec stipulatio ualeat, nec inter eos cadat obligatio, tradit idem Corn. cõs. prealle. cccvi. col. ii. & cons. ccxxviii. col. i. uol. iiii.

Secundo adde donationẽ factã à patre filio nõ ualere, nisi donans sit rex, siue princeps, nõ recognoscẽs aliquem in superiorem. l. donationes. C. de dona. Ex quo legis firmitatem habet ut ibi dicitur, estq; ipse princeps, lex animata in terris. §. fi. in auth. de consu. & quod principi placuit legis habet uigorem. l. fi. C. de legi. §. sed & quod principi. insti. de iur. natu. l. i. ff. de consti. princi. & nouissime tradit Bertran. cons. lxxxvj. num. 6. uol. iii. & col. ii. latius, & cons. ccxxvii. num. 6. & cons. cclxxvj. nu. 9. eo. lib.

Tertio ad supra dicta redeuntes & in priuato, ꝙ ualeat ẽt iurata, perinde ac si a rege, uel à principe facta fuisset, de nõ cõtrauueniendo, eisdẽ rõnibus quibus supra tenuit idẽ Bertrã. cõs. xxxv. in prin. vol. i. Et quia nouissime iuramẽtũ est uinculũ spirituale, quo casu nõ curat patria potestas. c. si aonũ. de iud. in vj. inquit idẽ met, cons. lxii. nu. 6. eo. lib. & ita cõiter teneri ibi testatur. Et idẽ dicit & cõcludit cõs. 6. nu. 12. uol. ii. & cõs. xx. nu. 2. eo. lib. & cõs. xxxiiii. nu. 4. eo. lib. & cõs. lxxxii. nu. 1. eo. lib. & cõs. xci. nu. 4. eo. lib. & cõs. ciii. nu. 9. eo. lib. & cons. cxcvii. num. 3. eo. lib. & cons. ccxxvii. nu. 5. eo. lib.

Quarto adde, licet donatio quæ non valet in caſu huius legis, morte nihilominus confirmetur ut ſupra quod tamen confirmari non poterit ſi donatarius prædecedat, de quo idem Bertran.conſi.cclxxvi.col.i.uol.ii.

Quinto adde quãquàm donatio regulariter ſit prohibita neque poſsit fieri a patre filio, quod tamen filius poteſt donare patri, & ualebit donatio, ex quo res quàm donat reuertitur, ad ius antiquum, quo omnia acquirebantur patri. l. placet, ff. de acqui. hæ. Albe. in l.ii.col.ii.C. de inoff.dona.& quia hoc non reperitur lege prohibitum, ergo conceſſum, l.nec non §.quod eis.ff. ex quib.cau.ma. Bertran.conſi.iiij.nu. 8. & conſil. xxxii.num.5.vol.iii.

Sexto adde iuramentum ſupplere inſinuationis defectum, vt tradit Io.And.in addi. Spec.in §.porrò, ad fi.de inſtru.edi. Imò in c. cum contingat in x.membro de iure iu.& Alex. in l.nemo poteſt colum.v. ff. de lega. i. Arc. conſil. ii. xlvij.& lxxvii. Idem Bertran.conſi. lxxviij.nume.7.vol.iij.

Septimo adde rationem quare regulariter donatio inter patrem & filium non ualeat, & quare inter eos non oriatur obligatio ciuilis confutatis communibus Bar. & aliorum Vaco.lib.iiji.c. xxxiii.& xxxiiii.& lib.i.c.ix. nouarum declaration.iur.quam tamen facile confutabis, & communes ſuſtinebis, ſi cogitaueris ſedato animo, & pro ut nos alias hic in rep. diximus.

Octauo adde ad id etiam quod hic not. confiſcatis bonis filij, patrem præferri fiſco, etiã in caſtrenſibus, Bal. ita tenentem in c.paſtoralis in §.quia uero nu.18.de offi.del.

Nono adde quamquàm donatio facta inter patrem & filium, regulariter non ualeat, neque inter eos cadat ciuilis obligatio, ſed naturalis tamen, niſi fuerit iurata, vt dictum eſt, & nouiſsime tradit pulcherrimam doctrinam in materia Guid. Papæ deciſio. clxvi. valebit tamen facta contemplatione matrimonij, vt ex multis oſtendit idem Gui. Papæ deciſio.cxlv.

Decimo adde, quamquàm ſola naturalis oriatur inter patrem & filium, nec eadem ſit efficax ad agendum, quod impedit tamen indebiti ſoluti iure ciuili repetitionem, ut hic & in l.naturales.ff.de ac. & ob. Idem Guid. Papæ conſil.xii. nume.4.

Vndecimo adde, ad ſupra dicta idcirco iuramento ualidari donationem alias nullam, hoc caſu, ex quo ſolum de præiudicio rei familiaris agitur, vt inquit Inno. in c. cum contingat & in c.quemadmodum, de iureiur.& Archidia.ac Io. And.in c.ii.de pac. in vi. Idem Gui. Papæ conſi.xxiii.num.5. Qui ex alio hoc idem quoq; probat alibi, quia contractus nullus in fauorem & priuilegium alicuius, ita quod aliqua etiam actio non oriatur ex eo, nanque quod nullum eſt iam non poteſt inde aliquid parere. l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.pet. l. nam & ſi.ſub conditione, ff.de iniuſto rup.irri.teſta.ualidatur tamen iuramento, & ex eo tunc orietur actio, authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.uen.conſi. lxxxi.col. vi. Et hoc eſt quod dicit etiam Alex. quod iuramentum reddit obligationem. ipſam naturalem efficacem, inter patrem & filium (vt diximus) ortam, conſi.xx.col.ii. uol. iii. & promiſsionem patris adhuc factam filiæ, maximè ex cauſa dotis conſi.xcv.in prin.eo.lib.& probatur in l.pomponius philadelphus.ff.famil. hęr. & in l.ſi pro te à ſenſu contrario.C.de dot.promiſsio.& not. in l. ii.C.de inoffi.dona.& ſi in contractu iuramentum non adſit, ex ipſa obligatione naturali orietur, & competet patri exceptio pacti.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ff. de pac. l. creditori. C. eo. Idem Alex.conſi.cxlix.col.i.uol.vii.

Duodecimo adde, quicquid dictum fuerit ſupra quod hodie in aduentitijs, poteſt inter patrem & filium cadere naturalis & ciuilis obligatio, vt ſignanter per not.hic ſenſit Pau.Caſt.conſil.ccccl vi.col.iiij.uol.ii.quod tamen declara verum, & ita concordabitur dictum hoc Pauli cum alijs de quibus ſupra ſi pater obligetur filio, non ſi filius patri.

Decimotertio adde, ad id etiam, quod creditor ſibi ipſi obligatus eſſe non poteſt, hac ratione, ſi ſuccedat debitori, quod hodie confecto, vel non confecto inuentario ipſo iure confunduntur actiones, alias (vt dixi) eſſet ſibi obligatus; dictu abſurdiſsimum, ita per not.hic idem Pau.Caſt.conſi.lxxvij.col.j.uol. ii. Qui ad idem dicit etiam conſ.clxxxvi.col.i.eo.lib.quòd actio quæ prius competebat filiæ in caſu de quo ibi p aditionem hęreditatis, fuerat confuſa, ne inueniretur obligata ſibi ipſi.& not.in l.debitori.C.de pac.& ibi dixi.

Decimoquarto adde, ad dictum Bar. hic quod actus palam & bona fide factus dicitur, ſi fiat iudice preſente, ut etiam dicit Deci. ſeni. in l. pacta nouiſsima ad fi.C.eod.vel etiam in preſentia neceſſariorum ut ibi ſubijcit. & in l.tranſactionem. C. de tranſac. preſumiturque rurſum hoc caſu abeſſe dolus omnis & culpa ut ibidem. & not.in l.palam.C.de his quibus, ut indi.& in l.ii. & ibi in ſpecie Alex.ff.quod quiſque iu. & in l.i. C. de præd. mino. & quod iudicis decretum remoueat fraudis ſuſpitionẽ, nouiſsimè poſt Bart. hic, tradit Deci.conſi.ccix.col.ii.vol.ii.

Decimoquinto adde, quamquàm in relicto annuo, ſit appoſitum tempus, quod non tamen hęres in mora conſtituetur, ex quo appoſitũ eſt cauſa multiplicandę obligationis, non ſolutionis differendę, vſque adeo ut ſufficiat, quantum ad iſtum effectum, totque legata ſint quot anni, & eſt argum. hic in glo.conſecutus.ibi.& his finibus contenta eſt, & ita dicit Paul.Caſtr. conſi. xlvii.col.i.vol.ii. & in pulchro caſu Iudei feneràntis, quod ſufficit pariter quod ſtipulatio, producat effectum, propter quem fuit interpoſita & contenta ſit ſuis finibus, nec vlterius extendatur,

tendatur,consi.clxxiiii.col.ii.eo.lib.

Decimo sexto adde,in materia donationis ad supradicta etiam nunc,quod facta causa mortis à filio patri,cõsentiẽti ad eius utilitatem, non valet,quanquam multi teneant contrarium, & disputatio sit varia,sed negatiua crebrior est ut testatur Deci.consi.cclxxix.col.iii.vol.ii.

Decimo septimo Adde,ad Bar.hic,quod adhoc ut merita excludant insinuationem,oportet quod sint æquiualentia donationi, nel pacto de nõ petendo ut dicit etiam ex multis Calcan.cõs. xxv.nu.39.

Decimo octauo adde,ad eundem, si pater stipuletur filio,pecuniam aduentitiam,ꝙ pacto nõ qritur per filiũ,quo ad proprietatẽ.l.cũ oportet. C.de bonisque lib.idemque iuris esse in profectitia,ex quo nsufructus patris non distinguitur à dominio censetur que dominus durante usufructu,l.ii.l.si diui ff.de nluf.ea.re.quę usu.con.& ita post eum dicit etiam Soci.(Io.de monte sperelo reliquit cogitandum)in l.certi condictio in §.si nummos col.iii.nu.22.ff.si cer.peta.

Decimo nono adde, ibi idque maxime &c. exquo decisionem primę partis non modo ratione & argumento probat Africanus.uerum etiã Iuliani auctoritate, quod tũc sapientissimus Iurecon.& non contemnendæ existimationis erat iudicatus.l.ii.§.sed quia.C.de uete.iu.enuclean. in princi. in auth. quib. mo.natu.effi.sui.cuius auctoritate frerus adhuc, Paulus noster edidit.l.Iulianus,infra eo.& l.Iulianus,ff. de actio. emp. et ille est denique qui sic dicere solebat. Et si alterum pedem in foueam haberem, adhuc addiscere nellem de quo in l.apud Iulianum. ff. de fideicõ.lib.

Vigesimo adde,quanquàm donatio inter patrem & filium facta(ut sæpe dictum est)non valeat regulariter ut hic,ualet tamen vltra alios casus,de quibus supra facta filio naturali, ex quo tũc cessat ratio prohibitiua propter patriam potestatẽ, & ita tenet Ro.consi.xcviij.col.i.& probatur in l.Lucius.ff.mand.& in l.oratio in §.Lucius.ff.quæ in frau. cred.

Vigesimo primo adde quod neque filio naturali facta ualeret,si donaret pater, quæ filiis suis legitimis & naturalibus,post mortem suam, ex principia dispositione uenirent acquirenda.c.i. de suc.in feu.in usib.not.Bar.in l.ut iurisiurandi in §.si liberi ff.de op.lib.& Bal.in auth.si quas ruinas.C.de sacrosan.eccl. idem.Ro.ubi supra.

Vigesimo secundo adde,ad regu.iuris de qua hic,qui me tenetur ab alio defendere, quod me pariter impugnare non debet.Ro.mct.cõsi.ccli. ubi alia ad idem multa col.i.

Vigesimo tertio adde ꝙ quod hęredi. utpotè debitori à creditoribus hæreditariis actiones cedi non possunt,quia sic cederentur sibi & contra se,& male.ut hic not. & in l.debitori & ibi Ferrarien.post glo.& Bar.in fi.C.de pac.

Vigesimo quarto adde, adhuc ad supra dicta de quibus etiã hic per glo.quod additione hæreditatis confunditur actio,quãquam coacta, quia sicut uoluntas coacta inducit etiam naturalem obligationẽ,ita potest eam tollere.ita Soci.in l. debitori allega.sępe col.ii.C.de pac.

Vigesimo quinto & vltimo(prolixitati.enim occurremus ut Olim idomeneus Merioni,apud Home.ne ue proteruus aliquis hoc nobis uitio uertat,cum aliàs dixerimus præter hæc & aliàs satis) adde, quando legitimæ quantitas certa esse nõ potest,tempore mortis patris,quod de isto dubio põt,inter ipsum & filium transigi ex quo consensus iure naturali constat inter eos,nec ratione caret.& si aliquando iuris apicibus.i.ciuili rationi non congruat ut hic.& propterea si naturali uinculo accesserit iuramentum, quod est naturalis obligation is simplicis supplementum, nec interueniat metus uel fraus, ipsi iuramento standũ est,ut etiam fuit dictum supra. & ut in l.ii.de pac.in vj.nouissime & pulchrè Bal consi. cccclxi.col.iii.uol.v.

Laus Deo optimo maximo.

De condic. in debiti.

Paulus lib.iii.Quæstionum.



VLIANUS; TAMETsi in scholiis huius legis & in collectaneis,aliqua dixerimus non est propterea quod non supersit semper festucularum nonnihil scriptis anterioribus more egentium agricolarum, qui post metentiũ terga, spicas colligunt, etiam nunc addendum, maxime, quia in nobis pariter quotidie, generãtur noua phantasmata & nouę opiniones & quia nouitatis iocunditate,pręcipue si pulchritudine fuerit decoratã (ut Marcellinus inquit) auditores ut plurimũ accendũt.Ea de re ad materiã adde primo si iudex inique absoluit reum ratione peccati quia naturale debitum non soluit ut hic quod non ob id tamen,ecclesiæ poterit denuntiari ex quo sentẽtia lata ab eo,ab ep̃iscopo rata haberi debet propter bonum publicum,& ne prætorum decreta sint elusoria.c.fi.§.similiter de excep.in vj.l.si prętor ff.de iud,pręterquam tamen in casu,quando uictor sententiam confiteretur iniustam,quia hoc casu non haberetur pro ueritate, possetque iudex tunc ecclesiæ denunciari, ita Inno.in c.quia plerique de immu.ec. & de quo etiam in c.cum ęterni de re iud.in vj. pulchrè Bal.in statut.arbitrium nú.29.

Secundo adde.ut hic etiam not.quod ex sententia non oritur obligatio naturalis, maxime quando fuit iniusta, usque adeo ut sciens se debitorem ex ea quę transiuit in rem iudicatam, posśit pręscribere,secundum Abb. in c.quoniã omne. col. vij. de pręscrip. multa Bertran. cõs. cclxxiii.

cclxxiii.col.i.vol.i.& con.cccxxxv.col. ii.& iii, fusius vol.ii.

Tertio adde ad id etiam, quod dicens solui non uidetur fateri se obligatum, nec opponens exceptionem solutionis videtur fateri debitum. multa per Feli.in c.cum uenerabilis col. iii. & iiij.de excep.nonnihil Bal.in c.i.nu.10. de lit. con.& in c. i.nu.2.de ordi.co.& in c.cum in iure peritus nu.5. de offi. del.aliquid Alex.consi. clxxxiij. nu.20.uol.vj.& in simili dicit alibi idē Feli.quanquam renuncians liti, non possit amplius agere.l.postquam liti.C.de pac. quod tamen non uidetur fateri aduersarium ius habere, in c.olim.ad fi. de rescrip. est bonus tex.& ibi Bal.in l.si te. C. de ingema. Renūcians tñ appellationi uidetur fateri sententiam iustam.l.iii. C. de fi.inst.de quo tamen dubitat idem Feli.in c. pastoralis col. vj.de offi.del.& qui penitentiam agit delictum confiteri praesumitur. l.locum. §. si quis dolo.ff.de tabul.exhib.idem Feli.in c.literas col.v.de pręsump.

Quarto adde ad dictum. Bar. de laudo quod non plus importat quam uerba eius de necessitate inferant, vt etiam tradit post eum Pau.Cast. consi.ccxxvi.ad fi. vol. ii. pulchrè Deci. consi. cccxlviij.nu.6.vol. ii.hoc est strictè, ut idē Bar. tradit,in l.si expressim col.ii.ff.de ap.& Deci.in sententia & laudo.cons.ccclxxxviij.col.j.vol.ii.

Quinto adde ad materiam laudi,& rursus,qui dem, quod incidit in poenam compromissi qui venit contra ipsum laudum, nisi dicatur iniquū & petatur ipsum reduci ad arbitrium boni uiri & obtineatur,vt not. Bar.post Dy.in l.qui Romae in §.duo fratres ff.de uer.ob. & hic idē Pau. consi.xxxi.ad fi. eo.lib.

Sexto adde aliud si quis coactus soluat per instrumentum Guarentigiae, cōtra quod exceptionem opponere non potuit, quod non tamen sibi praeiudicat,quominus solutum repetere possit, vt not.idem Bar.in l.i.in prin.ff.quod ui aut clā & hic idem Pau.consi.xxxix.ad fi.eo.lib.

Septimo etiam ad id adde,de quo rursum hic, si absolutio simpliciter facta sit,quod facta censetur ex eo quia narrata in libello probata non fuerunt,& sic erit diffinitiua. l. qui accusare.C. de eden.gloss.in authen.qui semel.C.quomo.& quando iud.Idem Paul. Cast. consil.lxxxv.ad fi. eod. lib.

Octauo ad id, si facta sit reformatio,quod repressaliae reuideantur per duos bonos viros,quod nihilominus fieri poterit executio antequàm reuideantur, vt hic per Bart. ex quo reformationis verba non habent uim extensiuam de presenti. Adde simile in eo qui confitetur se debitorem in x.& plus & minus pro ut apparebit in rationum libris, quod confessio dictorum x.erit certa de presenti, quamquàm in futurum possit alterari. l.haec uenditio ad fi.ff.de cont.emp. Idem Bart. in l.publia in §.6.ff.depo.Bal.in rub.C.eo.in vi. q.Deci.consil. ccclxxxv. col.ii.uol.ii. Soci.in simili in l.pecuniam colum.ii.supra si cer.pet.

Nono ad id quod sententia pręsumitur lata ex causa quae vera appareat ex actis. adde etiam notari in l.si quis ad exhibēdum.ff. de excep. rei iud.& in l.hoc enim ff.de suspec.tu.& in c.si confirmationem de elec.in vi. Alexan. multa consi. lxvi.col.ii.vol.v.& consi.ccvij.num. vii. vol.vii.

Decimo adde, si ego succubui, quia iudex in causa reductionis ad arbitrium boni uiri, simpliciter absoluit reum nulla causa expressa, vel expressa, quia non probaueram de iniquitate laudi, quia ista sententia non obstante, potero postea in causa poenę, me defendere, & ostendere dicti laudi iniquitatem, de quo etiam hic, & per Alex.in loco supra allega.

Vndecimo adde, quod sententia lata in ciuili praeiudicat criminali,quando lata est super facto vt hic,& in l.i.C.quando ciui.actio ex Imo.consil.cxlv.col.pe.

Duodecimo adde,quod tutus exceptione perpetua & fauorabili repetit indebitum, quando exceptio elidit naturalem obligationem, alias soluens iuris errore,non repetit,vt hic, & in l.si non sortem in §.indebitum,& ibi Ang.supra eo., Soci.ibidem in §.si centum col.ii.

Decimotertio adde,quod omnis sententia absolutoria tollit ciuilem obligationem, vt hic, & per Soci. vbi in materia multa, attestatum amplius ita,communiter teneri in l.j.colum.iij. supra eod.

Decimoquarto adde, si quando soluitur ex naturali,quę nunquàm fuit vnita cum ciuili, potest solutum errore facti probabilis repeti.l.error.C.ad legem fal.multo fortius repeti poterit, quando vnita fuit cum ciuili, ea sublata,ex quo prima secunda est fortior, quicquid dixerit Bar. hic,& declarat Soci.in d.l.i.col.iiij.

Decimoquinto ad id etiam de quo hic, quod ex sententia condemnatoria oritur obligatio naturalis,quam absolutoria tamen tollere non potest,quamquàm tollat ciuilem ut supra. Adde Socin. adhuc in l. frater à fratre. colum. x. & in l. j.col.iij.supra eo.

Decimosexto adde, quod per sententiam iniustam non tollitur,neque inducitur obligatio naturalis ut hic not.per Bart. & in l. ab eo.C.quomo.& quando iud.usque adeo ut ratione peccati debeat victus, quamquàm non appellans, audiri, vt egregie tradit Abb.consi.lx.col.ii.vol.ii.

Decimoseptimo adde,licet à sententia iniusta appellatum non fuerit, quod non per hoc ipsius vicium purgatur respectu eā obtinentis, de quo tamen latę Abb.in loco praeallega.col.i.

Decimo octauo ad dicta supra adde,quod nō modo sententia absolutoria, quia non probatū, est diffinitiua, uerum etiam plus quod retractari non poterit ex probationibus superuenientibus de quo etiā in l.si quis ex argentarijs in §.cū autem ff.de eden.& in l.sub praetextu & ibi no. C. de transac.

Decimo


Decimo nono adde, quod exceptio extenuationis fortis respectu fructuum perceptorum à creditore; opponi non potest, sed bene condici, ut in simili bis solutum, de quo hic, & ut plenius per Bal. in l. peremptorias col. ii. C. sen. re. nō po.

Vigesimo & vltimo (accuratum enim uitæ studium plus aiunt nocere, quā delectare, sic id quod nimium est, minus laudo, quam illud, ne quid nimis inquit euripides) adde quod Iulianus de quo hic, ut etiam dixi in l. frater à fratre. supra eo. in addi. est ille qui dicere solebat, & si alterum pedem in foueam haberem, adhuc addiscere uellem & de quo in l. apud Iulianum, ff. de fideicō. lib. annum sexagesimum ingressus ut refert Ancha. quoque consi. ccccix. ad fi. Septuagesimum uero dicit Luc. de pena in prohe. triū lib. Cod. col. ii. hinc philedono Cuidam platonē carpenti, quod non minus in discendo quam in docendo studiosus esset ac sedulus, & quoad discipulus esse vellet interroganti, quo ad (inquit) meliorem atque peritiorem esse me non penitebit. Solonemque dicere solitum accepimus, multa quotidie se discentem consenescere. & uere fatuus est quanquam senex, qui bona quæ uidet discere contemnit.

Laus Deo Optimo Maximo.

Ne filius pro patre. C.

Noua constitutio Federici.



HABITA; VLTRA EA quæ ego aliàs scripsi in materia huius auth. sanè pulcherrime, nouissime quædam addenda sunt, quæ tibi, amantissime lector, esse possint aliquando usui & emolumento. & primo ut à personis incipiamus, cęteris rebus præstantioribus. l. i. ff. de sta. ho. §. fi. insti. de iu. natu. l. iustissime. ff. de edil. edic. quod personarum electio, rerum & mixta, plerumque causatur ex oratione alternatiua, seu disiunctiua. l. plerumque. §. fi. ff. de iu. do. quandoque ex remediorum affluētia. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. ac. quandoque ex pluralitate tribunalium. l. non utique. ff. de eo quod. cer. lo. quandoque à fortuna, iuxta illud euan. sors cecidit. super Mathiam. l. fi. C. communia de lega. quandoque & vltimo prouidentia legis vt hic & not. Bal. in rub. de electio. nu. 12.

Secundo adde. quod rector. scholarium debet esse clericus, vt iurisditionem pariter exerceat in clericos, si ergo fuerit laicus, cognoscere non poterit, de causis scholarium clericorum sed ad episcoporum eundum erit, ita formaliter Bald. in c. cum ab ecclesiarum prælatis. nu. 13. de offi. ordi.

Tertio hinc pulcherrima Oritur quęstio, an Doctor. & Magister scholaris. qui ipsius etiam est iudex ordinarius, vt hic, & ut infra. possit in ius uocari sine uenia, & an sit de illis enumeratis in titu. de in ius uo. & breuiter dicendum est quod non, quanquam eidem reuerentia debeatur. l. obsequio. ff. de obseq. lib. ex quo non est de enumeratis in d. titu. unde. ut dicitur in l. i. in §. si is qui nauem. ff. de exercito. act. melius est verbis edicti seruire. & ita tenuit Io. de platea in §. pœnales & ibi Ias. post eū nu. 78. insti. de actio.

Quarto adde ad propositū Doctoris & scholaris, si Doctor conducatur ad publice legendū in studiis approbatis, quod habebit iurisdictionem in scholares ut per istum tex. & in §. hæc autem tria in prohe. fforum. & in c. tuę de cle. non resid. in ec. & post. Bal. in d. ad fi. inquit Alex. consi. clxx col. ii. vol. vij.

Quinto adde, ad id de quo etiam hic, quod scholaris habet quattuor iudices quodque iuri operas nauans in patria non gaudet priuilegijs huius auth. forte quia in eo non possunt uerificari verba ipsius, ibi qui causa studiorum peregrinantur. & ibi, qui amore scientię facti exules, vitam suam multis periculis exponunt. & est argumentum. in l. iiij. in §. totiens cum vulga. ff. de dam. inf.

Sexto adde, iurisdictionem quam habet Doctor in scholares esse ordinariam, & consequenter posse delegari. l. à iudice. C. de iudi. & not. in l. i. ff. de offi. eius cui man. est iu. tradit Bar. in l. ambitiosa ad fi. ff. de decret. ab. or. fa. & Alex. in l. solet ad fin. ff. de iu. o. iud. & ideo Zasi. alibi allucinatus est, dicens contrarium, à partibus sufficienter enumeratis, quod arbiter non est, quia non eligitur à partibus, non delegatus, ex quo propriam habet iurisdictionem, nec ordinarius deniq; quia habet iure magistratus. in l. ii. in vers. his legibus latis ad fin. ff. de ori. iu. & ibi Cagno. olim collega. nu. 91. & bene fuitq; opi. Saly. hic. ad literā. & nimirū quidem quia si propriam habet iurisditionem, ergo & consequenter ordinariam iurisditionē habebit & delegabilem, quia quæ iure magistratus cōpetunt delegari possunt. d. l. i. in prin. & not. etiam Albe. in proœ. fforum in §. illud. col. ii. Ferrarien. late in d. l. i. col. ix. & ut infra latius.

Septimò adde, si studium nouum erigatur, & instituatur schola in aliquo loco, quod gaudebit priuilegiis huius authen. quod scholares scilicet proprios habeant iudices etiam in criminalibus, tametsi secus dicat glo. hic, ex quo per non usum, & consuetudine prædictæ huic authen. renuntiatum uidetur, quod non est hoc casu, quandoquidem consuetudo noceat in loco in quo uiguit, & ideo si de nouo erigatur studium, oportet recurrere ad ius commune, ut signanter & in terminis Abb. in c. cum olim. ad fi. de consue. & Pet. Raue. in tracta. de consue. in prin. nu. 86. nonnihil Feli. in c. significasti, col. iiij. de offi. deleg.

Octauo adde, quanuis hic in prin. dicatur. data super hoc diligenti inquisitione Episcoporū, Abbatum,

Abbatũ Ducum ex & fiat lex communiter cum maxima deliberatione, & cum consilio procerũ & prout dicitur etiam in l.humanum C. de legi. & not.in c.i.de consti.quod tamen necessarium non est, sed de honestate, ut pulchrè per istum tex.dicebat Barba.in tracta.de prę̃stan.Cardi.q. ii.primè partis nu.7.

Nono adde, quod quamuis ex speciali prouisione Imp.hic,seruitores & famuli scholariũ gaudeant priuilegijs huius authen.vt hic not.& tradit etiam Calca.cons.lxxi.col.i. regulariter tamẽ alias, Inque alijs secus est, argum. in l.ius singulare, & in l. quod uero contrã ff. de legi. & in l. quęsitum in §.denique ff.de fun. inst. instrumentoque lega.Gui.Papæ consi.xxx.num.5. dicit tamen Albe.in §.illud col.ii.in prohe.fforum, qđ etiam eorum scriptores gaudent. Idemq̃ue Fede.in tracta.de int.iu.col.lxxviii.

Decimo adde, si scholaris contra scholarem agat, quod non poterit uti priuilegijs sibi competentibus,de quibus hic & rationabiliter, quia priuilegiatus non utitur priuilegio contra priuilegiatum pariter §.sed & hoc presenti,in authẽ. de sanc,ep.not. in c. in prę̃sentia de proba. & in specie Bal.in l.ii.per illum tex.C.de priui.fi.Gomes.in reg.de Impet.be.q.xii.nu.iiii.

Vndecimo adde,quod etiam Magister Grammaticę iurisdictionem habet in scholares ut per Bar.in l.omnes populi colum.v.ff.de iusti.& iu. & alios in l. & si prætor.ff. de offi. eius cui man. est iu.quod tamen Deci.seni.in d.l.omnes populi declarat uerum fore, si ad docendum publicè conducatur in studio generali, & uerum est,sed Rhetor erit is, & non Grammaticus ut hij qui docent in triuijs, Rhetorumque nobis exemplo sunt Robertellus & Sygonius, quorum illæ hic, istę vero Bononiæ summa cum sua laude & gloria (duo enim sunt per loquentiæ lumina & eruditionis, splendidissima) profitentur,cogita, & dic etiam plenè vt per Albe.in d.l.omnes populi col.x.& xi.& Nig.in d.l.& si prętor col.iiii.deque Rhetore in l.aquilius regulus ff.de don.ibi. ad Nicostratum Rhetorem (prætorem enim dicit & malè, restituendusque est tex. ille.)

Duodecimo adde vulgatum illud hic probari. qui omne dicit nihil excludit l.Iulianus ff.de lega.iii.c.solitè de maio. & obed.Bar.in l.centurio col.ix.ff.de vulga.& pup.sub. & ut hic inque illis verbis,ab omni iniuria. ex quibus argum. sumitur, quod à quocunque grauaminè, poterit scholaris appellare,& sentit etiam Bald. hic col. iiii.& bene,vt verba aliquid operentur l.si quando ff.de lega.i.c.si Papa de priui.in vi.Corn.consil.cxxxvi.col.iii.vol.iiii.

Decimotertio adde, quamquàm sit in arbitrio actoris reum conuenire coram quo iudice uoluerit l.i.ii.iii.ff.de eo quod cer.lo.l.hęres absens ad fi.ff.de iudi.quod tamen in scholari erit secus vt hic,vbi reus conueniendus est,coram illo iudice,coram quo uoluerit ipse scholaris reus, & ex pluribus declarat quoque Prat. pap.in for lib.de declina.iurisd.uer. nec fuisse col. iij. latẽ Feli.in c.dilectus ii.ver.oriebatur,colu.i. de rescrip.Ancha.consi.xxi.ad fi.

Decimoquarto adde, licet doctores habeant iurisdictionem in scholares ut supra, & nouissimè etiam correctionem morum l. item quæritur §.Iulianus ff. commo. quod tamen non possunt facere statuta pœnalia l.unica §.placuit C.de rei vxo.ac.Por.in §.sed.& quod principi col.iii.insti.de iure natu.Albe.in d.l.omnes populi col.x. ff.eo.nonnihil Ancha.in c.i.in rep.colum.lxxxi. de constitutio.

Decimoquinto adde,quod doctor est infamis nisi pecunia uel precibus scholares alliciat ad eũ audiendum, vel si curet ut famuli scholarium, uel alij intrent scholas & auditoria, vt pulchrè per Ang.& Ias.in addi.por.in §. suspectus col.i. insti.de susp.tuto.nonnihil Bar.in l.i.C.de anno Ci. lib.xi.& in l.i.C.de stud.lib.vrb.Rom.lib.x. Imò si mutuo det pecuniam scholari,quod infamiam adhuc non deuitat l.quin etiam & ibi glo. ff.de calum. Nicola. de Neap. & Ias. in loco de quo supra.

Decimosexto adde, quamquàm priuilegia scholarium, ad omnes suos & maximè seruitores extendantur,ut supra dictum fuit,quod non extendentur tamen ad concubinas eorum,ganeas & meretrices,argum.in l. non aliter ff. de usu & hab.& in l.quæ adulterium ad fi.C.ad legem Iulia.de ad.not.in c.i.vbi Prob.pulchrè in addi.nume.24.de usu.in vj.

Decimoseptimo adde, adhuc ad uerbum exilio, vltra dicta supra,quod uiri docti prouincias lustrant,& adeunt adipiscendæ doctrinæ gratia, (ut pythagoras & alij) susceptis uerius (quod ait Plinius) exilijs quàm peregrinationibus. Ecce idem pythagoras Memphiticos uates, Plato ægyptum,eamque oram Italiæ, quæ quondam magna dicebatur græcia,laboriosissimè peragrauit, vt qui Athenis magister erat & potens, cuiusque doctrinam Academiæ Gymnasia personabant fieret peregrinus atque discipulus, malens aliena uerecundæ discere, quàm sua impudenter ingerere.

Decimo octauo adde, quamuis in re sua, sit quis moderator & arbiter.l.in re mandata C.mãda.l.sed si lege §.consuluit ff.de pet.hæ. nec emere aut uendere, seu locare,& conducere rem cogatur l.nec emere C. de iure del. cogitur tamen dominus locare domum scholaribus inque hoc etiam est priuilegiatus, ut not. in l.decernimus, C.de episcop. & cleri. & in l. prima. C. de stud. lib. vrb.Rom.lib.decimo. Bald. in l. i. col.v.ff. sol. mat.

Decimo nono adde, quod huius authen. autor, fuit Fridericus (tres enim fuerunt) primus, cognomento Barbarossa,Sueuus,fortitudine, iusticia & liberalitate in ægenos omnium præstantissimus, quodq̃ue eam in studiosorum gratiam (vt ex

(vt ex verbis clare apparet) promulgauit.

Vigesimo adde, quod studia debent esse libera penitus à cura temporalium, scholaresq; à censu & exactionibus, & immunes à solutione gabellæ pro rebus suis, vt nudam virtutem, nudi & ipsi, atque expediti sequantur. l. in honoribus. §. fi. ff. de uaca. mu. c. non minus de immu. ecc. not. hic plene in pragma. inq; . §. i. de colla. ibi, ut uacare posit liberius ubi glo. late in uer. liberius.

Vigesimo primo adde, quod non potest conduci à scholari hospicium alterius, ante finitum tempus, quod pendet à dictis. supra priuilegiatū vti non posse priuilegio contra pariter priuilegiatum, interim dic priuilegium istud. fore Bononie. c. i. de loca. pragma. in loco præallega. ad finem.

Vigesimo secundo adde, consilium de quo hic uersari circa duo, in animo scilicet, & corpore, ut ibi *Quis eorum non misereatur qui amore scitiæ facti sunt exules.* & est vtilitas, quia ex hoc alibi decidit Boer. quod consiliarii magni Consilij in Gallia, ex quo diuersis ministeriis utuntur in se, & in alios plus merentur, quam consiliarij parlamentorum, & consequenter sunt præferendi, in tracta. de auctoritate magni consi. num. cxliii. ad fin.

Vigesimo tertio adde, quod literati æquiparantur nobilibus, quodq; scientia nō modo prodest habenti, verum etiam toti uniuersali ecclesiæ, nanq; (ut hic dicitur) Orbis sine literatis hominibus regi non posset, illuminaturq; mundus scientia, & tradit etiam Abb. in. c. de multa col. ij. & in c. licet. col. ij. de præben. & consi. lxiii. col. iiij. vol. ij. Bar. de insig. & ar. col. v. ex quo clericis rudibus & literarum ignaris, dici potest vulgatum illud. Osee. iiij. Scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris.

Vigesimo quarto adde, quod contraueniens huic legi, cadit à causa, quamquàm iustissima, hoc idemq; studiorum fauore inductum est. & est simile. in. l. tam collatores ad fi. ibi iactura litis. C. de re milita. lib. x. declarat Feli. in. c. ex tenore in ver. perdere de rescrip.

Vigesimo quinto adde, quod etiam scholaris vnius diei gaudet priuilegijs huius auth. argum. in l. qui concubinam. in §. i. ff. de lega. iii. declarat Bal. in §. illud. de quo etiam supra in prohe. fforum.

Vigesimo sexto adde, quod qualitas quę inest ex natura rei, deduci non debet. Et ideo si scholaris conqueratur de damno sibi dato, vel furto sibi facto, qualitas hęc, ratione prædicta, nō est exprimenda ut per Bal. hic col. vj. & Feli. ultra cum in. c. examinata col. iiij. de iudi.

Vigesimo septimo adde, ad exilij propositū, quod triplex est, vnum quando alicui locus præscribitur siue conceditur, ut Monasterium Monacho, aliud quando locus interdicitur, ut excommunicato ecclesia, Tertium vero si eidem negentur omnia loca, vel ad tempus, uel perpetuo. Et etiam aliud in scholaribus, extra patriam suam studentibus, ut hic, & per eundem Feli. latius in. c. i. col. ij. & iij. de calumniato.

Vigesimo octauo tamen adde, exiliū de quo hic uoluntarium esse, quod scholares studiorum causa sibi eligunt, illa uero secundum canones à maioribus magistratibus, seu necessitate quadā iuris proueniunt, maximè secūdum & tertium, quoniam omnino primum ut hic, uoluntarium est pariter.

Vigesimo nono adde, quod alias Græci cum in exilium aliquem misissent, eum bouem seruare dicebant, quippe quod argiuis (illuc enim damnati mili solebant) Bos erat æneus, magnitudine conspicuus.

Trigesimo adde, quamquam dubitatio sit an doctor dicatur habere dignitatem, & non parua de quo latè per docto. in. c. quinto de magist. habet tamen sine aliqua dubitatione, si sit doctor legens, quia habet iurisdictionem ordinariam, ut etiam dictum fuit supra & ita declarat Abb. in. c. proposuisti ad fi. de proba. & in. cap. quinto & ibi etiam Feli. col. j.

Trigesimo primo adde, quàmuis priuilegiū non egrediatur personam priuilegiati. c. priuilegium de regu. iu. in. vj. ægreditur tamen ut hic not. quando ipse solus uti non potest priuilegio & ideo si testator eidem reliquit habitationem suam, intelligitur reliquisse pro ipso & familia sua ut hic per Bal. col. ii. & propterea dictū est. supra quod seruitores hic scholarium includuntur. & nouissime quoque scriptores, quod est de mente Albe. in d. §. illud ad fi. in prohe. fforum. & prædicta omnia ponit etiam Feli. in c. quam sit in prin. de iude. deque famulis & seruitoribus, Pet. à Duenna. regu. cccv. Bal. in d. prohe. in §. hæc autem tria ad fi.

Trigesimo secundo adde, quod si Doctor. legens. legerit an. xx. augetur dignitas quam habet ratione iurisdictionis ut supra quia efficitur illustris & comes sacri palatij. ac clarissimus usque adeo ut iudei & similes, hac dignitate frui nō possint, ut per Bar. in l. i. n. 10. C. de no. Codi. faci. dixi. in l. Imperium ff. de iu. om. iud. & ad propositum si quis legit & docuit an. xx. est Comes. & (ut dixi) sacri palatij, illustris ac clarissimus. quid ero ego (quod tamen non ambio) cū sit iā annus quinquagesimus, quo munere. hoc fungor. annos. lxxvii. natus.

Trigesimo tertio adde si Doctor. exerceret iurisdictionem in scholares aliàs enim de facto non seruatur ut per Bar. in d. l. Imperium enim. nu. 8. ff. de iu. om. iud.) quod suam sententiam exequi nō posset, ita Dy. i l. episcopale. C. de ep. aud. namq; iurisdictio alia est realis, alia personalis, realis ordinaria, personalis delegata. Ordinaria quedam actu & habitu adherens territorio quedam quę adheret dignitati seu qualitati personæ. si iudex igitur. actu. & habitu eam habeat & iudicet, suam sententiam exequitur, aliàs. autem

tem non, vt hic, ex quo doctor non habet iurisdictionem adhærentem territorio, sicuti nec episcopus de iure Codicis, d.l. episcopale. pulchrè Bal. & latius in l. & quia. lectu.j.ff.de iuris. om. iudi. Et ideo quicquid dictum sit supra & præter ea posset considerari nunc, & palinodia recantaris sic. quod quidam sit iudex ordinarius, quidam delegatus, quidã autem, qui nec ordinarius sit nec delegatus, argumentum in l. mouentium. ff. de verb. sig. nisi dicamus, quod sit delegatus legis. ꝙ tamen iurisdictionem habeat ordinariam nouissime tenuit Bar. in q. adunantia. col. iij. Cogita.

Trigesimo quarto adde, ad id quod dicit Saly. hic, & ego post eum, quod hæc auth. deberet scribi literatis aureis, tex. in simili, de quo sic ibi dicit Bar. pariter, in l. si à te in §. si quis fundum. ff. de excep. rei iud. & Feli. in c. aduersario, col. pe. de præscrip.

Trigesimo quinto adde, quod priuilegia scholarium non debent eneruari, vnde quia habent prærogatiuam iudicij, dum agunt uel conueniuntur, non propterea habebit (prædicta ratione) aduersarius suus, ita Bal. in l. fi. col. ii. C. de fruc. & lit. expen.

Trigesimo sexto adde, hanc auth. habere locũ in studijs approbatis, ut Patauino, Bononiensi, Parisiensi, & similibus non in aliis, tradit idem Bal. in §. hæc autem tria ad fi. in prohe. fforum.

Trigemo septimo adde, simile quod præsentes in curia ꝓferuntur absentibus, in beneficiis uacãtibus, maxime quia illi graues iniurias patiuntur uti scholares, plerunque a uilissimis hominibus quod grauiter ferendum est, ut hic, & in regu. Cãcel. 15. ubi glo. in iiii. par. in prin.

Trigesimo octauo adde, quod infamis non potest esse rector scholarium. l. iudices. C. de digni. lib. xii. l. cassius. ff. de sena. & ideo (vt dixi. supra) oportet quod sit clericus, & tradit Bal. indubitatum fore, quod infamia ipsum repellat, siue propter delictum siue quia fama sit, ipsum esse inhabilem in prohe. Gregoria. col. iii.

Trigesimo nono adde quod Doctores legentes, faciunt collegium licitum & approbatum, quodque statuta similiter cõdere possunt, ex quo professionem exercẽt. l. fi. C. de iu. om. iud. Abb. in c. ex literis in prin. de consti.

Quadragesimo adde, si statuto caueatur, quod scholares forenses pro ciuibus in omnibus habeãtur, quod habebunt etiam priuilegia huius auth. ex quo nõ debent eis minui, quanquam redacti sint ad instar ciuium, argumentum. in l. falsa demonstratio in §. i. ff. de cond. & de. & in l. in fraudem in §. neque ff. de iu. fi. declarat Ancha. in c. i. in rep. col. ccix. de const.

Quadragesimo primo adde, quod in rebus dei, qualitates extrinsecæ maxime respiciuntur, præsertim sciẽtia, quoniã bono vniuersali prouidetur, & quia ut dicebam etiam supra. sine sciẽtia mundus regi non posset, indigetque vniuersalis ecclesia uiris literatis ut hic & in c. cum ex eo. de elec. in vj. & in c. fi. de Magist. Abb. in c. cum adeo col. ii. de rescrip.

Quadragesimo secundo adde, quod auth. ista, habet locum etiam in clericis scholaribus, ut dixit Archid. quoque in c. inolita, col. ii. 11. q. i. & Abb. in c. cæterum. de iudi. & ita cõiter tenetur & non ab re dixi supra quod etiam rector clericus esse debet. tamen dubitat Feli. in c. ecclesia S. Mariẹ in i. q. ad fi. de consti. & Cur. (bonis rationibus) in feud. par. i. q. ii. col. i. & forte uerius est, nec secus de consuetudine seruatur quæ est optima legum interpres. l. si de interpetratione. de legi. l. ii. C. quæ sit lon. consue.

Quadragesimo tertio adde, licet scholares in terra in qua habitant non sint ciues, quod tamen tractari debent ut ciues. §. pe. in prohe. fforum. Bar. in trac. repræsalia. col. ii. uer. ad Quintum queritur

Quadragesimo quarto adde siue in actu sint siue in potẽtia quia peregrinẽtur studiorũ gratia, quod contra eos repræsaliæ exerceri non possunt ut hic, & tradit idem Bar. ubi supra in tracta. repræsalia col. xv. uer. ad sextum queritur. ubi etiã quod hẹc auth. alias generaliter loquatur, de nũciis & famulis scholarium plura, de quibus etiã supra satis.

Quadragesimo quinto adde, si scholaris delinquat, quod debẽt iudices cõuenire (plures enim ut dictum fuit, habet) quis eorum procedat, ut postea pro portionibus diuidatur pœna. ex quo sunt pares, & par in parem Imperium non habet l. nam magistratus. ff. de arbit. & ita sensit Bar. in tracta. de iurisd. col. iiii. & supra.

Quadragesimo sexto adde, quod notarius vniuersitatis scholarium, quicquid dictum sit de seruitoribus & familiaribus eorum supra, non habet priuilegia huius authen. neque in ea continetur. l. inter eos. §. j. ff. ex quib. cau. ma. Bal. in l. scriniarios, ad fi. C. de mili. testa.

Quadragesimo septimo adde ad fin. ibi apud Ronchalias, quod his verbis, vtitur etiam text. sitq; eorum mentio, in c. j. in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. in vsib. & quod ita olim dicebatur, hodie Romandiola est.

Quadragesimo octauo adde, cautelam esse, ꝙ scholares habeant literas testimoniales, ne gabellam soluere cogantur, alias eis non crederetur. Et aduertit hic Saly. & bene. l. ij. ff. de proba. argumentum in l. qui accusare. C. de eden. & in l. in exceptionibus. ff. de proba.

Quadragesimo nono ad materiam adde, quod scholares debent esse iuuenes, diuites, & sedato animo, alias studiis optimarum artium operam nauare non poterunt, & malentes olere vinum quam oleum, statuæ venient, & statuẹ recedent. quodq; Homerici carminis memores esse debẽt.

Turpe fore (scilicet) mansisse diu uacuũq; reuerti.

Quinquagesimo & vltimo, (in hisce additionibus enim selectis, hoc numero imitabimur ẽt 50. decisiones Iustiniani, de quibus in l. j. in §. j. C. de

C.de iusti.Cod.cōfir.) adde qđ societas priuatā scholarium, non facit collegiū, sed autoritas publica ut hic, ibiq; præsidentem habere debet, cui omnes ut potē membra, capiti obediant. ita Bal. in c.i.col.i.de electio.

Nouissimè tñ addentes, (ut Bouē nō secus ac Pythagoras musis imolemus) qđ Doctor hic dominus appellat, alibi iuris peritus in l.i.C.de pfesso.qui in ur. Constantinopol.lib.x.alibi vero eodē noīe & verbo, sic propriè dictus à docēdo, quæ auditoribus sint utilia in l.i.ff.si cer.peta.in gl.i. Quiq; habere debet docendi peritiā, dicēdi facundiā, interpretandi subtilitatē, & copiā disserendi ut dr in.d.l.i.cuius tñ in pandectis mentio facta nō est nisi i l.sed & reprobari in §.amplius ff.de excu.tuto. hinc Cice. ad Trebatiū iu. con. plurimi sunt libri iuris ciuilis, q tamen doctorē lumenq; desiderant. hębrei scribas aliter uocant, Gręci Philosophos, persę Magos, Latini vero (vt dictū est) doctores & sapientes. Et hæc ultra plene dicta à Veronen. in l. quibus pcipua col. ij. ff.de ver.si. Et aliud quoq; adhuc calamo nō occludendum, qđ doctor à discipulo conueniri nō pōt nisi venia impetrata ut i filio & liberto dr.l. quiq; §.i.ff.de in ius uo. Et si conueniatur deniq; qđ actio famosa contra eū intentari nō poterit, sed verbis temperanda erit ut adhuc in filio dr i l.nō debet.ff.de dolo.Cy.pulchrè i l.i.C.de obseq.pat.pręstan. Laus deo optimo Maximo.

De rei vxo. actio. C.

Imp. Iustinianus A. ad populum vrbis Constantinopolitanæ, & ad vniuersos prouinciales.



EM IN PRESENTI; locuturi in dei noīe dicturiq; aliqua de rei vxo. actione deque materia huius legis vnicę. & ad ipsius quidē ornatū, deligētes tamen quæ pter alias dicta maximè faciant nunc sciendū est Prim o, Quingentis ferè annis post Romam conditā, qđ nullæ rei vxorie erant actiones, siue cautiones, neq; Romæ neq; in latio, ex quo nihil ēt desiderabatur, nec diuortia matrimoniorum fiebant.

Secundo sciendū est, seruiū Sulpitium primū rei vxorie cautiones necessarias esse uidens, nōnihil scripsisse i libro, quē de dotibus cōposuit, cū Sp. Carbilius ruga (autore Gellio in noctibus atticis) diuortiū cōiugis sterilitate fecisset, sicq; edicto cām dedit, ut i simili Caia afrania i l.i.§. Sexum (sic enim tex. ex Vale. restituendus est, Calphurniam dicens & male) ff.de postulan.

Tertio sciendū est, rei vxorie actionē, q dabat vxori ad repetitionē, dotis sublatā esse, eiusq; loco actionē dari ex stipulatu, vt hic i prin. & i §.i. & in §.fuerat insti.de actio.Corn.consi.lxxi.col. iij.uol.iiij. quæ etiam dabatur daturque marito ad ipsius dotis petitionem ut infra.

Quarto sciendum est, quod olim etiam fiebat solutio dotis rursum diuortio secuto, annua, Bima, trima die, hodie vero non, sed post annum si bona fuerint mobilia, si imobilia statim ut infra.

Quinto adde simile, qđ ante Cęsarē) Augustū nihil de legibus i adulteros cautū erat, nemo de adulterijs, cām dixit. Clodius đ pollutis sacris nō de adulterio est postulatus. de hoc Augustus legē tulit in viros, de pudicitia i fœminas, postea i vtrunq; Sexum data ē actio, ut toto ti.ff.& C.eo. ad legem Iul. de adult.

Sexto præstat nobis argu. hic in prin. si testis rationem reddat, & minus bene, quod non propterea eius dictum uiciari debebit, ex quo ad id non interrogatus haud tenebatur. l.solam ubi gl. C.de testi.de quo tamen plenè Deci.cōs.xxxvii. col.ij.uol.j.interim aliter non firmo.

Septimo si qs ppria auctoritate possit capere debitorē suspectū đ fuga.l.ait ptor.§.si debitorē. ff.quæ in frau.cred.non nocebit sibi si ipsum capere faciat à Iudice in compeтenti ipsius incompetentia ut per Ias.in l.ij.col.vj.ff.de iu.om. iud.& ibi etiam Ferrarien.col.iij.

Octauo qđ psumpta psumptione iuris ut hic stipulatio, psumunt expssa, Bar.i l.i.ff.de lega.ij. multa Fede.i trac.de iterp.iur.col.86.q dicit ēt. 89.qđ multis modis subauditiones fieri possunt, & maximè ex legis pręsumptione ut hic.

Nono (ad id redeundo de quo supra) qđ licet actio in libello inepta exprimatur, nō propterea uiciatur libellus, ex quo (ut dicebam proximè) nō erat necessarium.c.dilecti de iudi.dixi. & ibi etiam not.in l.edita supra de eden. Ias. in §. omnium nu.166.insti.de actio.estq; opi cōmunis.

Et idem dicit Ro. Decimo loco, si in causa offeratur libellus, in qua nō erat necessarius, isq; rursum ineptus sit, quod ob id iudicium non uiciat consi.ccccxcvii.col.ij.

Vndecimo adde ad idē, qđ actus inutilis q geritur, nō uiciat dispositionē iuris cois, i ipso actu necessario iferētē.ut ēt no.i l.q testō i §.p cōtrarium.ff.de testa. Ancha. pulchrè cōs.182. col.ij.

Qui dicit ēt Duodecimo qđ i gra cōcessa motu pprio nō est necesse qđ exprimat, uerus beneficij valor, & si fuerit expssus, superflua expręssio, licet falsa nō uiciat. p d.iura cons.ccxcv.col. ij.Feli.in c.ad aures col.viii.de rescrip.

Et alibi Decimo tertio, si ex omissione alicuius reseruationis exceptionū non posset appellatus, dicere se grauatū, multo minus poterit dicere id si fuerit facta aliqua reseruatio, licet i forma inepta, cons.372.col.5.

Et ad id de stipulatione, Bal. (Decimo quarto) in l.conuenticulam ad fi.C.de ep. & cler. qđ ad probationem expressi, iuris dispositione sequitur tacitum, quodq; probat tacitum, legis auxilio cooperante, & non per se.

Et Ro. Decimo quinto, qñ lex fingit expressā stipulationē interuenisse qđ tribuit eidē oīa beneficia, q uere expresse cōpetunt, cōs.147.col.j.

Decimo sexto adde, quod argumētū sumitur

ex præsumptione cõsuetudinis, vel legis, quæ aliqua dicta esse præsumũt, quasi quã dicta nõ fuerint, ut hic & in l. precibus. C. de imp. & al. sub. & in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & in l. qđ si nolit in §. quia assidua ff. de edil. edic. Fed. in tracta. de quo. supra col. vi.

Decimo septimo dicunt Regien. in l. si quis in fundi vocabulo col. ii. & iii. ff. de lega. i. si tota lis omissio nominis non uiciat, qđ multo minus viciabit expressio quanquam inepta.

Decimo octauo dicebã ego ẽt alias, q̃uis positioni iuris nõ sit respõdendũ. l. ornamentorũ. ff. de au. & ar. le. quod tñ si respondeatur, responsio nõ viciabit in rub. de consti. extra. nu. 14. 15. declarat Sadol. in l. nõ fatet post glo. ibi col. 2. de confe, vel aliter ut dr̃ in d. l. ornamentorũ, quod error heredis, positioni iuris respõdentis, ad qđ tamen non tenebatur, ius testamenti nõ mutat.

Decimo nono adde gl. in §. multis, insti. de libertin, dicentẽ. vbicunq; nõ requiritur decretũ, si interponatur, & inepte quidẽ, qđ non uiciat actũ pariter. Et Nig. post ẽt in l. i. col. v. ff. de offi. assesso. Dicens quoq; sñiam ualere, q̃q̃ actio. in ea expressa nõ sit, & multo magis si fuerit expressa inepta tamen, ibidẽ col. seq. & in simili i libello dictũ fuit supra, & forte Nig. non actionem sed cãm quę in sñia exprimi nõ debet, dicere uoluit, & si fuerit expressa & inepte quidẽ qđ nõ uiciat. Et idẽ in libello. c. sicut de re iud. not. in l. edita & ibi diximus. C. de eden. Ro. cõs. cccc xcvii. col. ij. latẽ Crot. in l. qui Romę in §. duo fratres. n. 13. ff. de verb. ob. Soci. in l. certi condictio in §. si nũmos col, iij. ff. si cer. peta. dubitant tamen Ferrarien. in l. postquàm liti ad fi. C. de pac.

Vigesimo adde, ubi actus expediri potest sine testibus, quod potest etiam expediri cũ testibus inualidis, ita Ange. in d. l. qui testamento in §. pallega. §. per contrarium. ff. de testa.

Est vigesimo primo, qđ multas uarietates ponit Feli. i c. qualiter & q̃n j. col. ij. & iij. de accu. & in c. examinata de iudi. & in c. cũ ordinẽ in prin. de rescrip. & Ias. in l. i. ff. de eden. imò dicit qđ istud nõ probatur hic, & male, i que illis uerbis innuitur clarè. Eodemq; modo, & si inutiliter facta est stipulatio; adiuuari. n. eã magis q̃ euanescere oportet. Sed nos interim à regula no recedemus. l. oĩs diffinitio. ff. de regu. iu. l. ab ea parte. ff. de proba. quia contraria sunt specialia ut per eundẽ Feli. in locis prællega. col. iij. dic ut per eum.

Pro qua ẽt & Vigesimo secũdo facit, q̃ assertio in certa q̃titate ualoris beneficij suspẽsiue relata, nõ debet literas uiciare, quia nec totalis suppressio uiciasset, ut i pulchro casu tradit Ancha. cons. cccxxviii. ad fi. nonnihil supra in simili tñ.

Vigesimo tertio ꝓbatur ẽt aliud hic, supra dictis nonissimè addendũ, qđ obligatio restitutionis dotis, uenit ex mẽte & consensu cõtrahentiũ, licet nõ ex verbis, vsq; adeo ut re ipsa intelligatur subsecuta stipulatio, & ex uerbis cõtractus uenire videatur, & expresiè qđ uenit ex mẽte ipsorũ l. nominis & rei. §. verbũ ex legibus. ff. de ver. si. l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca. imò qđ intelligũtur velle qđ lex disponit, & id quidẽ cogitare vel agere l. si duo. ff. de acqui. he. & pinde deniq; ac si mulier fuisset expresse stipulata sibi dotem prædictam reddi, & Fusius Anto. Cana. in tracta. executio. inst. col. xxxv.

Vigesimo quarto reuertor ad regulã, & dico à simili qđ illud qđ confirmatione nõ indiget, nõ uiciatur pariter ꝑ cõfirmationẽ inutilẽ, & ideo uti lis electio nõ viciatur, q̃q̃ ꝓnunciet cõfirmationẽ fuisse inualidam, nisi iudex adijciat cãm ex uicio electionis, ut ꝑ Bal. i l. quidã in §. sed cum ueteres per illum tex. (de isto mentionem non facit & tamen optimè probat) C. de neces. ser. he. insti.

Vigesimo quinto adde, qđ cũ filius nõ habeat ĩ bonis matris bo. po. vñ liberi, si ĩ indicio dicat agnosco bo. po. vñ liberi ĩ bonis matris meę; non ꝑ hoc uiciabit agnitio, ita Ias. i rub. c. vñ li. ad fi.

Est verũ vigesimo sexto, qđ alibi actio, ĩ libello inepte ꝓposita ẽ, & tñ (quæqđ dictũ fuerit supra) viciat, cuius expsio (ut dicebã ibi) nõ require batur. c. dilecti de iud. & qđ viciet ẽ casus in l. i. ff. si men. fal. mo. di. nisi dicamus & uerum est, ut per Bar. in l. i. ff. de eden. uiciare, quia non modo actio, uerum etiam causa inepte fuerat proposita. & dixi satis in d. l. edita. C. eo.

Obstat ẽt vigesimo septimo tex. ĩ l. i. §. si qs ĩ duobus & ibi Bar. ff. de bo. po. scđm tab. ubi bo. po. agnosci põt, absq; ꝓductione testamẽti, & tñ si ꝓducatur inepte, & minus solẽniter, uiciat agnitio, unaq; ẽ ex uarietatibus de quibus ĩ d. c. cũ ordinẽ, & ĩ d. l. i. de eden. sed dicto casu ẽt ipsale ẽ, q̃m testm̃, quotiẽs ostenditur, debet esse solemne, non abolitum nec cancellatum, nec in aliqua sui parte uiciatur. l. fi. C. de edic. di. ad. tol.

Vigesimo octauo adde, si pr̃ dixisset filio emãcipato, dono tibi hanc rẽ in peculiũ, qđ donatio simplex remanebit & cõferet, additioq; peculij, nihil operabit. & nimirũ q̃m nomen peculij, nõ cadit in eo qui non est sui iuris. l. fin. ad fi. C. de inoffi. testa. l. donationes. §. pater. ff. de dona. dixi ego in l. si donatione nu. 60. C. de colla.

Obstat tñ adhuc regulę vigesimo nono, q̃ nõ tenetur qs exprimere ex quo capite agnoscat bo. po. l. fi. C. q̃ admi. & tñ si explsit & ineptè quidẽ actus uiciabit, & agnoscẽs nihil aget. l. fi. ff. de li. & posthu. sed ad istud quoq; ꝑ sol. dicas, qđ cum tex. ĩ d. l. fi, loquatur de iure antiquo, quo requirebatur decretũ l. i. §. decretalis. ff. de suc. ed. nõ mirũ est, si ineptè petatur, petitionẽ uiciari, & not. ẽt Alex. ĩ l. q̃ diu col. i. C. q̃ admi. Et ad saturitatẽ regulæ multa Barba. i rub. col. xxvi. C. eo. nõnihil de hoc deq; bo. po. Ferrarien. ĩ l. j. col. 8. ff. de in. om. iud. Ro. in. d. rub. qui admi. col. ij. Et ad idem trigesimo dicebat Bar. in l. ij. col. i. C. de sen. ex pe. re. quod cum in summarijs non requiratur libelli oblatio, quælibet petitio debet procedere.

Obstat rursum & aliud trigesimo primo, q̃ nõ debet interrogari testis an sit criminosus, & tñ si interrogatus responderit qđ sic, repellet, ut ꝑ Bar. in l. si duo patroni in. §. idẽ Iulianus ad fi. ff. de iure

de iure.iu.sed nihil.ē istud quoq;,ex quo sumus tunc in cōcernentibus animā,quo casu crimino sus admitti nō debet,quia falsum depouere psumeret. c. testimoniū de testi. merito fallit regu. tunc, & not.in .l.i.ff.de offi.asse.

Et qđ fingatur stipulatio in dote,ubi expressa nō est vt primitus dicebamus,Trigesimo secūdo adde,qđ fingitur quoq;,i l.nō aliter.ff.de adop. & in l.cū de in rē uerso.ff.de vsu.& in l.cū osten dimus.ff.de fideiu.tuto.& in l.si finita in.§. eleganter.ff.de dam.inf.Bar.in l. i. in priu. col.i.ff. de verbo.obli.Bal. Nouel.in tracta.de dote par. vj.principa.col.iij.

Trigesimo tertio adde,quod sic ī simili,fingitur consensus vbi non est.d.l. cum ostendimus. not.Ange.in l.i.col.xviii.C.de iudi.

Trigesimo quarto adde,si ex ficta dispositione,actio aut obligatio, psentialiter sint quęsitæ, quod poterit agi ut illa actio uel obligatio uerè interponatur,aut per iudicem declaretur, ex illa ficta dispositione actionem cōpetere, estq; notā dum pro omnibus casibus quibus fingitur stipulatio interposita ut per Ange.& Ro. ī pręallega. §.eleganter col.i.per illum tex.

Et si (trigesimo quinto) subuenitur doti, quādo nulla ē stipulatio,nisi ficta,multo magis subuenietur qñ est aliqua q̄q̄ inualida ut pulchrè declarat Iser.in l.i.col. iii. de seruan. hono. comi. Baro.& mi. constitutio.j. Neap.

Et pter dicta supra ī libello (Trigesimo sexto) ad materiā adde,qđ vbi proceditur sine figura iudicij,nō requiritur in eo cōclusio, & si apponatur inepte libellus nō uiciabitur,ita gl.in l.vinū.ff.si cer.peta.Auge.in.l. obseruare in §. proficisci.ff. de offi.procons. Areti.consi.cxxvj.col.ij.

Trigesimo septimo adde, quod dos bifariam duobusq; repetitur modis, aliquādo ex tacita stipulatione ficta p legē ut hic, aliquādo prouidentia hominis.i.ex stipulatione expressa.l.ij.§.i.ff. sol.mat.Bal.consi.xciij.col.i.vol.iiij.Por.in rub. insti.de ver.ob.in priu.

Trigesimo octauo dicit etiam Pau.Cast.quod omissio eorū quæ necessaria nō erant,nō uiciat, con.lxxv.col.i.uol.i.sicuti nec ipsorū adhibitio nocet l. q̄ extrinsecus.ff.de uer.ob.l.non soleut. (ultra eū)l.quę dubitationis tollēdę gratia.ff.de regu.iu.l.i.§.sed sciendum.ff. de edil.edic.

Trigesimo nono adde,quādo ius certū ē,deq; aliquo facto fingit, statuendo oppositū ut hic, vxorē stipulatā sibi dotē reddi,licet certū sit qđ stipulata nō fuerit in mulieris fauorem,quod est fictio iuris & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium.l. antique.C. ad Velleia. Abba.in.c. is.qui de spon.& in.c.quanto de præ sump.Gramma.decisio.ciij.nu.6.

Quadragesimo adde, qđ stipulatio tacita seu ficta,de qua hic ita meretur executionem ut expressa in instrumento,secundum Bal.in §.sed ut plenius infra & nimirū,qa psumitur,qđ solemniter acta sit l.cū ostēdimus.§.fi. ff.de fideiusso. tu. refert idē Grāma.in loco pallega.& sequit n.14.

Quadragesimo primo adde, idem quod hic in dote dicitur,locum habere etiam in donatione propter nuptias.l.fi.in priu. C. cōmunia ut. iud.l.ij.& ibi. Bal.C.de bonisq; lib.Ias.in §.fuerat col.viii.insti.de actio. Idē Grāma.ibi. n.24.

Quadragesimo secundo adde, quod ubi auctoritas tutoris necessaria nō est interposita inepte ad ipsius tutoris utilitatem, non uiciabit.l. i. §. fuit quæsitum & ibi Cuma.ff.ad Treb.

Quadragesimo tertio adde,ubi in spurio, nō requiritur expressio nominis matris,si expressū sit tamen, & cum aliquo defectu quod non uiciabitur expressio,ut in pulchro casu dixit Alexan. consi.cviii.ad fi.uol.vii.

Quadragesimo quarto adde,qualitatē facilius præsumi,quā substantiā facti, ut hic, ubi(ut sæpe dictū est)ū eo casu quo nulla est,facta stipulatio præsumitur,fortius præsumetur si interuenerit, & minus legitimè, tradit Ange.in l.petens.C.de pac.quē referunt & sequunt Ferrarię.ibi.col.xii.

Dicit etiam Quadragesimo quinto ad ornatū huius legis,Niconi.olim acutissimus discipulus meus,Refercudarius apostolicus,Romæ à famulis interfectus in allega.suis.iu col.iij. par.i.satis ad propositum, quod frustratoria adiectio, non debet uiciare, quæ rectè concepta sunt, sed fuit verbum Soci. ante eum in l. demonstratio falsa col.iii.ff.de condi.& de.aliquid in l.non dubitamus, in prin.ff.co.

Et alibi Corn.quadragesimo sexto, quod due specialitates cōcurrere possunt,ad efficaciā actus & limitabitur quod dr̄ secundū intellectum com munē in l.i.C.de dot.promi.& in l. cum post in §.gener.ff.de iu.do.cōs.cxxix.col.ij.uol.iii.tamē aduertēdū est,quis cōtrariū potius ibi innuere vr̄ per istū tex. ex meo quidē iudicio male, quia imò cōcurrunt hic, prims est dotis in se.d.l.i. ff. sol.mat.secūda est stipulationis subintellectæ.ve nitq; vna in cōsequentiā alterius ut not.Bar.in l. si is q. pro emptore in pe.col.ff.de usuca. cogita.

Qui dicit ēt alibi Quadragesimo septimo,qđ in stipulationibus fit semper interpretatio , cōtra eū q. potuit legē sptius dicere argu.ī l.ueteribus ff.de pac.& ī l.quicquid astringēdę.ff.de ver.ob. vsq; adeo ut cēseat pr̄ stipulatus dotē restitui sibi quatenus de iure sit restituenda,uel filiæ & eius hæredibus.Et maximè ac ad propositū,quia subintelligitur sic à iure stipulatio, p eo scilicet cui de iure ēt est restituenda,consi.lxvi.nu.6.uol.4.

Et qđ q. nō promisit (Quadragesimo octauo) dotē restituere,ex ficta stipulatione teneatur,tradit idē Corn.cos.xcii.ī priu.eo.lib.verū nota qđ stipulatio ficta debet habere extrema habilia, qa si mutus dotē acciperet,nō fingeret stipulatio,vt ex multis ondit Bal.Nouel.ī trac.dot.par.6.prin. col.3.& 4. & āplius qđ fingit ēt ī fideiussore dotis dādę & restituēdę,ut not ī l.fi.C.ad Velle. & ī l.si cōstāte ī §.quotiēs.ff.so.ma.idē Bal.ibi.col.6.

Quadragesimo nono adde,quod ex ficta stipulatione

latione uera nihilominus oritur actio ita idem Corn.consi. ccc.ad fi.eo.lib. estq; argum.in l.certè in §.i.ff.de preca.

Quinquagesimo adde, facilius esse actum inutiliter factum cōfirmare, & ualidare q̃ de nouo inducere ut inq̃t idē Cor.cōs. xcix.ad fi.eo. lib.

Quinquagesimo primo adde, qđ de ficta stipulatione loquitur hic Imp.extra iudiciū,& intro.in l.cum ostendimus in §.fi.ff. de fideiusso. tu. in iudicio,de uera aūt tex.in l.i.ff.de uer.ob.

Quinquagesimo secundo adde, sicut omisio præparationis querele nō impedit transmissionem.l.si quis filium.C.de inoffi.testa.quod pari modo præparatio sopita per transactionem,non impediret,de quo Ferrarien.in l. cum mota col. ij.& ibi ego multa.C. de transac. Est etiam not. tex.iste, Quinquagesimo tertio,ad id, quod ueritas fictioni opponitur, ut in not.q. inquit Purpura.in l.i.nu.71.C.de pac.

Et cum de stipulatione fingenda agatur(quinquagesimo quarto) adde Barba.alibi dicentem, quod est terribilis passus.in l.i.col.xxi.ff.de uer. ob.ubi multos alios casus dat, in quibus fingitur, & de quibus nos ēt supra dic iterim ut p eū.

Est uerum si actus de se validus sit, quod per inutilem adiectionē redderetur inualidus,quicquid hic dicatur quod non uiciat, quando esset turpis,& faceret ipsum actum peccare in forma, ut pulchrè declarat (& Quinquagesimo quinto) Soci.in l.nō dubitamus col.ii.ff.de condi. & de. & facit dictum Por.insti.de uer.ob.in prin.

Quinquagesimo sexto adde, quod uerbū intelligitur,fictionem significat, & idem quod hic in l.ossa in §.fi.ff.de religio.& ī l.cū auus, & ibi idē Soci.n.68.ff.eo.de cōdi.& de.& ī l. intelligēdus.ff.de.ver.si.& in l.si familia.ff.de iu.om.iud.

ET VT PLENIVS,quod pro restitutione dotis, omnia bona mariti, siue eius patris,sint tacitè hypotecata (ut etiā hic dicitur) tradit Corn. consi.cclvi.col.v.& vi.uol.i.& consi. cxx.col. i. vol.iii. usq; adeo ut mulier præferatur omnibus creditoribus, etiam anterioribus.l. assiduis.C. qui po.in pig.hab.Et idem dicit Corn.ibi.& Fusius consi.xxxi.nu.10.uol.iiii. quod sicuti omnia testatoris bona,sunt hypotecata pro legato.l.i.& ij.C.cōmunia de lega. ita sunt pro debito dotis, & signanter per istū tex.& per tex.i.d.l.assiduis. Et oīa quidē pñtia & futura,dicit adhuc consi. cxxvi,nu.5.eo.lib.Et plus qđ idubio facta interpretatur generalis obligatio bonoū,& ut ēt dr ī l.fi.C.quę res pi.ob.po.idē Cor. cōs.cli.col.i.& consi.cliii.col.i.eod.lib.

Secundo adde (ut ēt hic not.) qđ id qđ uenit ex mēte,dicitur uenire ex lege & ex uerbis legis l.nois & rei.§.uerbū ex legibus.ff.de uer.si. Bar. Bal.& Imo.in l.i.i prin.ff.de his q ī testa.del.usq; adeo ut id ēt qđ resultat ex instrumēto psumptiue, & cōtentis in eo, habent executionē paratā, quā habet quoq; instrumētum ipsum, ex forma statutorū, & latius ut declarant Ferrarien. in l.i. col.ix.ff.de offi.eius cui man.est iu.

Tertio adde,qđ plenius in dotibus subueniēdum est mulieribus q̃ alijs,estq; argu.in.d.l. assiduis,& in l.i.cum utrobique not.ff.sol.mat. & in l.i.ff. ad Velleia.

Quarto adde istud ipsum fore æquū & rationabile, qđ indicat verbū hic positū. Subueniaē, ut in simili l.cū filius.ff.si cer.pet.& in l.diuus. ff.de resti.in int.& in l.si finita in §.si forte.ff. de dam.inf.& in l.si mater in fi.prin.ff.de excep.rei iud.& in l.si quis in graui in.§.subuenit.ff.ad Sillania.& in l.cū quidā.ff.de acqui.hę.& ī l. iii.ff. qui pet.tu.& in l.cū quasi in §.sed & si quis.ff.de fideicō.lib.& in l.tractabaē.ff.de mil.testa.& ī l. j.ad fi.ff.de eden.& in l.i.ff.de dolo.& in l. iii.in §.sed utrum.ff.de mino.& in l.fi.ff.de hęre.insti.

Quinto adde, (ut statim innuere vr̃ tex. iste) tametsi pupilli præcipuū mereantur fauorē.l. ex pluribus.ff. de admi. tu. dixi ego latè in trac. de pupilli fauoribus. qđ tamen non minus mulieribus in dotibus fauendū est.Et ī dotibus dixi,qm̃ alias cōparatiue ad pupillū, mulieris fauor odiū est l.si apud.ff.de mino.Bal.in l.fi.C. ad Velleia. & in c.in præsentia col.iii.de proba.

Sexto adde priuilegium de quo hic ad patrem nō extendi, qui si stipuletur dotem sibi reddi, & eueniat casus eiusdem restituendæ propter obitū filię prædecētis,in matrimonio,actio ex stipulatu ipsi patri cōpetens,stabit in sui propria natura,stricti iuris,ut declarat Dy. in l. post dotē ad fi.ff.sol.mat.& pulchrè Bal. Nouel. in tracta.de dot, par.iiii.prin.col.iii.nu.6.

Septimo adde,ad id ēt qđ hic cōmuniter tenēt, qđ ī extraneo similiter paciscēte sibi dotē reddi, nō oritur tacita stipulatio,de qua supra nec tacita hypoteca,de qua hic,probari expresse in §.fuerat insti.de actio. latè idem Bal. Nouel. in loco præallega.col.ij.


Octauo adde, prouisionē hanc extendi ēt ad virum,cui dos promissa sit,generaliter loquēte, ut stipulatio facta intelligatur, & hypoteca ex utraque parte, & ut latius ostendit idē Bal.Nouel.in d.tracta.de dote,par.vj.prin.col.ij.

Nono adde,oīa priuilegia dotis dandę,extedi ad priuilegia dotis restituēdæ,& ē contra,ut idē adhuc dicit ibidē,col.vj. & nimirū ultra cū,qm̃ contrariorum eadem est disciplina, si non possit diuersitatis ratio assignari.l.fi.ff.de lega. iij.l. j. ff.de his qui sunt sui uel alie.iu.

Decimo adde, quod ēt bona uiri, sunt tacitè hypotecata,pro interesse alimentorū,quibus alere uxorē debet,nō secus ac ēt p dote.l.Lucius ff. qui po.in pi.hab.Spe.in §. formatis ver. sed nūquid bo.na.qui fi.l.fint legi.idē Bal. ibidē col.x.

Vltimo adde,qđ priuilegiū hypotecę concessum est nō actioni,ut(hic innuitur)sed cōtractui dotis,patet,q̃a actiones sunt diuersę, p dote, & p hypoteca.alias tanq̃ accessoriū, nō posset ab illa separari,& tanq̃ qualitas non posset stare sine subiecto.

subiecto.l.eius qui in prouincia.ff. si cer. pet. & quod hic de actione dicitur,exponi debet, actio ni.i.contractui,& not.in l.eas causas.ff.de códi. & de.vbi unum uerbum pro alio exponitur, absurditatis uitandæ gratia, & qđ ita hic actio pro contractu capiatur, pro quo actio etiam compe tit,not.in l.i.ff.sol.mat.



ED ET SI NON IGNORA mus, stipulationi siue expresse siue subintellectæ hic, ex vtraque parte, mulieris scilicet, vel alterius promit tentis dotem,siue ex parte viri obligati ad restitutionem ipsius,semper inest natura & beneficiũ iudicij bonæfidei, quicquid dicatur in.§.fuerat insti. de actio. ex quo ibi non perfecte refertur dispositio noua,de qua hic,vnde quod ibi deficit hic cõpletur, & in §.sed ut plenius supra & ut la tè not.Bald.Nouel.in. iiii. par. prin. col. iiii. in ratta.dot.


RIMVM ITAQVE, ad id de quo hic quoq; sciendũ est quãdo ma ritus legat, quod dotis & legati non fit compensatio, secus uero si leget pater, & rationẽ diuersitatis assignat Bal. in l.si cũ dotẽ,& §.si pater col.i.ff.sol.mat.ex quo vnus est debitor voluntarius,alius necessarius, inq; ne cessitatibus nemo liberalis existit.l. rẽ legatã.ff. de adi.lega.l.creditorẽ.ff.de lega.ij. & ut ille latius ibidẽ. De iure Longobardo tamen pater ha bens filios,nihil uxori relinquere põt,quo ad ꝓprietatem, usumfructũ aũt sic tertię partis bonõ rum suorum,ita Bar.in uarieta.iuris ciui.& Lon gob.In rub.ut mar.hab.fil.nu.1. & 2. Et quo ad edictum de alterutro, de quo etiam hic, adde Bal.pulchrè consi.ccxxi.col.ii.uol.iiii.


ACEAT, ad id etiam de quo hic, an propter aliqua bona quæ reperiũ tur pœnes uxorem uel propter res amotas, debeat eidem dotis restitutio impediri,dicendum est quod non, Adde mul ta per Soci.in pulchro casu simili,consi.cxix.col. ij.& fi.uol.ij.

Adde secundo,(& est intellectus) quod mulieri dotem repetenti opponi non potest exceptio, nisi mores eius pudicitiam, & castitatem lædant.ut in l.fi.in §. fi.C. de repud.Bal. pulchrè in l.rei iudicatæ in §.i. & ibi exemplum.ff. solu. matrimo.

Tertio adde, quod dos non excluditur per cõ pensationem rerum amotarum (ut etiam dictum est supra) & (ut hic nouissimè in ver. sed nec retentio) Bal. tradentem intellectũ ad istud in l.neq; col.ii.C.de compensa.vnum uerbum ponit Soci.in.l. si non sortem in §. si certum. ad fi. ff.de cond.ind.


VM AVTEM,quod pacto dilatio legalis possit minui, quæ erat olim annua, bima, trima, die hodie uero annus ut hic & in §.exactio infra ea l.tradit etiam Corn.consi.ccciii.ad fi.uol.iiii. & facit ultra eum ratio.quia contractus ex conuen tione partium legem accipiunt l.i.§.si cõueniat. ff.depo.l.legem.C.depac.l.cõtractus.ff.de regu. iu. quæ uerba declara annua, bima, trima die, hoc est prima die primi anni, prima secundi, & prima tertii,de quibus etiam in l.ii.ff.sol.mat.& in l.si necessarias in §.si annua.ff.de pigno.actio. & in l.sed celsus in.§.i. ff. de con. emp. & in.l.si cui in §.i.ff. de lega.i. dicit tñ Bal. qđ satis erit soluere in fine cuiuslibet termini in præallega.l. si cui col.i.& dic(ut Valla inquit elegan.i.c.v.) adiectiua hæc tantum tria esse,& non amplius.

Secundò adde cũ iura quędã indiuidua sint, quod ipsorum forma substantialis. dicitur ipsius rei natura,usq; adeo ut sic actionis ipsius dicatur figura,& si naturæ ipsius actionis aliquid addatur,dicatur noua actio,ut hic & per Bar. in trac. de alueo col.viii.& ad reprimen.in uer. & figura, in prin.

Tertio adde, licet priuilegium hic marito sit concessum, ratione reuerentie maritalis, quod nihilominus uerificatur etiam in socero.l.re iudicata.§.h.cum.l.seq.ff.sol.mat.Are.cõsi.xxiii i. col. ij. & hoc quia in eo. eadem inest reuerentia ut ibidem dicitur,& est argum.ultra eum in l. si vero in §.uiro.ff.sol.mat.

Quarto ad notata hic rursum adde, alimenta quę uxori debentur miserationis causa post mor tem uiri, ab hæredibus intra annum peti posse, quo dos non soluitur, si ipsa non habeat vnde se alat,estq; opi.cõmunis,ut testatur Bertran. cõs. ccciiii.nu.4.uol.i.& cõs.cccix.col.i.uol.ii. Pau. Cast.consi.ccccxxix.col.ii.uol.ii.Et si petantur, peti ut interesse, onusq; probandi incũbere ipsi uxori,quia id est fundamẽtum suæ intentionis, ut not.in.l.si uero.in §.si.ff.q satisda.cog.Et hoc casu tenebitur cum hęredibus cohabitare, & ibi operari si uoluerint,siq; ibi honeste morari possit, siq; operari noluerit, tanto minus accipiet, quantum sit operarum pręcium,ut tradit Bar.in l.diuortio in prin.ff.sol.mat. & plus si operę forent tales,ex quibus ali posset,tunc hæredes non tenerentur,& ut latius habetur in l.si maritus.ff. eo.Mil.in.§. alimenta.nu. 3.& ut infra ẽt ĩ §.exa ctio ubi istud not. & non hic, quid qđ dicatur.

Quinto adde, ęquissimum fore(ut hic etiam dicitur, & in l. maritum.ff. solu. matri.) maritum scilicet, non teneri, neque insolidum esse condemnandum, nisi inquantum facere potest. est uerum quod cessat hæc exceptio, si perueniat ad pinguiorẽ fortunã de quo latè Corn.cõs. cxxviii.col.iii.uol.iii.& est alias beneficiũ ꝑsonale,cõpetens eidẽ, q ꝓ dotis restitutione cõue nitur,ut in.d.l.maritum, cum legibus seq.& per eundem Corn.consi.xxxvi.col.i.uol. iiii. dixiq; ego satis in.d.l.maritum,in Collectan.


XACTIO,quod stabilia statim restituantur, mobilia uero, & pecuniæ, intra annum, de quo etiam hic, tradit pulchrè Bertrandus,

 consi.

consi.cccix.col.j.vol.ij.Corn.multa consi.cclxxxix.col.ij.vol iij & consi.cccxii.col.j.vol. iiij. & ibi quod dies interpellat & constituit debitorem in mora.

Et nouissimè de quo etiã supra quod mulier sit alenda ab hęredibus uiri, si non habeat vnde se alat tradit etiam Bernar. de luco regu.481. Et nimirum quia interim non potest honeste nubere.l.i.C.de secun. nup.Inq; matrimonio durare censetur.l.filij.§.uidua.ff.ad municipa.l.fi.C.de bo.mat.Corn.consi.cxxix.col.i.vol.i.quod ultimum uerum est tamen,quoad quędam,non simpliciter, ut idem Corn. ibidem dicit. Et quo ad alimẽta,multa Capici.scitu digna decisio.xxiiii. col.i.& ij.

Secundo adde,quod cursus usurarum inconti nenti post annum incipit, ex quo (ut dicebam etiam supra) dies tacita ita interpellat pro homine,ut expressa,& debitorem in mora constituit. l.si duo.§.fi.& ibi.glo.ff.de consti.pe.Bal.in rub. C.eo.in.iij.q.& in l. fi. post Cy. in fi. C. de iure do.Alex.consi.lxxiiii.col.iii.uol.v.& nota quãquàm hodie,vtroque iure prohibitę sint, ut habetur in l.i.C.de summa tri. quod tamen (ut dictum est) currunt & peti possunt,ut pulchrè per Ancha.consi.cl.col.i. & ij. & sic.§. iste remanet incorrectus.

Tertio adde,soluto matrimonio, appellari id tempus repetitionis dotis, & si quid impensum est vtiliter in fundo dotali,id peti posse ab hęredibus uiri,si tamen habet mulier aliunde quo satisfacere possit,alias non,de quo tamen uidenda est longa distinctio Alex. consi. clxii. col. ij. & iij. vol. vij.

Quarto adde, ad dictum de bonis immobilibus, quod tam iure nouo quàm ueteri, fforum, statim sunt restituenda,& tradit Bal.in.l.diuortio in §.Interdum,in prin.ff.sol.mat. multa Por. in.§.pe.ad fi.insti.de dona.

Dicit etiam & quinto,idem Bal. quod ad huc soluto matrimonio dos,est patrimonium vxoris, eo vero constante,uiri,consi.xciiii.ad fi.vol.i. & ideo ipsi uiro debentur alimenta, unde se vxorẽ & liberos alat, & onera matrimonij sustineat.l. pro oneribus (ultra eum).l. vbi adhuc.C.de iure do.l.curator.ff.de ven.in po.mit.l.si maritus. ff. fam.her.l.doce ancillam.C.de rei uen.c.salubriter de vsur.

Sexto adde,quamuis matrimonium non transeat ad hæredes, quod tamen transit semper dos quodque censetur fundus dotalis, donec reperitur pœnes hæredes,alias eo restituto,desinit esse talis,ut etiam declarat Bal. in l.i.C. sine cen. vel reliq. Ferrarien. in l.ex conuentione col. ij. C. pace.



VMQVE EX STIPVLATV, ad fi.istius.§.sciendum est,si prędia in dotem dentur ęstimata,quod empta quodãmodo censebuntur,quasi ęstimatio faciat emptionem, ut hic & in l.quotiens.C.de iure do.& in l.plerũq;.ff.eo. pulchrè Corn.(vbi multa) consi.cxxxvii.col.i.uol.i.

VIDEAMVS, ibi æquissimũ nobis uisum est,hic est not. tex.in marito mortuo procedẽs,quo casu sub est æquitas, mulierem siue uxorem dotem suã petere posse,quod secus esset si uiueret.l.si pro te.C.de iu.do.pulchrè Gui.Papę.cõs. vj.nu.vj.& nimirum quidem, quia sic sibi stipulatam fuisse reddi pręsumitur,ut hic in prin.legis dicitur & bene,ibiq; satis declaratum est.

Secundo adde,si pater nõ dotem leget scilicet pecuniam,quam pro dote dederat,postea moriatur,quod ius dotis consolidatur in filiam ut hic, & grauari uidetur hæres, ad soluendum æstimationem corporis,datę dotis,si corpus aliquod datum sit,alias tantam quantitatẽ,quanta fuit dos, & ut per Ro. latius consi. ccliii.col. i. Et quod alias patris morte consolidatio fiat dotis in filiã, tradit Corn.consi.cxxxviii.col.i.& ij.uol.iij.



CCEDIT,tex iste not. est, quod extraneus promittendo dotem, non potest per pactum uel stipulationẽ sibi actionem de dote appropriare, ex quo,donasse uidetur ei,pro quo dedit ad intellectum etiam.l.ex morte. C. de pac.con. nihilominus dubito,ideo uidenda sunt quæ traduntur,& pręcipuè ad intellectum pariter istius tex. in l.legem,C.de pac.ubi etiam Soci.ad fi.& in.l. in bonæfidei col.ij.& iii.eo. tit. & in d. l. legem Ferrarien.latè,col.ij.& iij.nonnihil Corn.cons. cclxv.col.iii.uol.i.Dicit alibi tamen cons.lxivj. col.ii.uol.iiii,dato quod cẽseatur donare,si dotet simpliciter, nec stipuletur sibi dotem reddi, quod istud fallit,quando esset debitor mulieris. uel si aliter negotia ipsius gessisset, eodem teste consi. lxxxvi. nu.12.eo.lib. uel amicus absente patre,quia tunc primo casu dotem dedisse uidetur,compensandi animo,secundo uero repetendi,& bene,faciuntq; not.in l.si cum dotem in.§. si pater.ff.sol.mat.l.vxorem.§.pater naturalis.ff. de lega.iii.Idem Corn. consi.clxxv.col.i.eo.lib. Pala.ruuios in.c. per uestras.§.lxvi.nume.12. de dona.int.ui.& vxo.Bar.de Bartolin. i l.i.nu.62. ff.sol.mat.Et quod censeatur alias donari dos(ut supra)si detur,nec stipuletur quis eam sibi reddi nouissimè firmat idem Corn.consi.cccxxiii. col. ij.eo.lib.iiii.& consi.ccc.col.i. & consi. cccxvi. col.i.Et Abb.consi.xii.col.iiii.uol.i.& Bar.in l. singularia col.iii.ff.si cer.peta.& not.i l. post dotem.ff.sol.mat.nõnihil Deci.seni.in l.iii.col. ii. C.de pac. Et idem dicit Pau. Cast.in donatione propter nuptias,facta à matre,quod ad eam mortuo filio,non reuertitur, si stipulata nõ fuit,quia donasse uidetur,consi.ccclxxv.ad fi.uol.i.subijciens in patre secus.l.ii.C.de bonisq; libe. & in extraneo dotante ut supra pulchè declarat Soci. in l.sed & in illo col.i.ff.de reb.dub.


Secundo adde, eo ipso quod dos data est, uel promissa marito,ueniatq; casus restituendæ dotis,

tis, quod ipsi vxori uel hęredibus eius restituatur, ut hic & pulchrè Corn.consi. cclxxxv. col. j.uol.iiii.

Tertio ad glo.& not.hic,quod pręsumptio est uerorum,falsorum uero fictio,tradit etiam egregie Bal.in l.qui in prouincia in.§.diuus col.2 ff. de ritu nuptia.& habetur etiam in l.mulier in §. cum proponeretur.ff. ad Treb. Et dicunt Ferrarien.ad idē,tradēdo intellectū ad tex.ī l.si filius, C.de peti.he.ī l.q in aliena.ī.§.i.ff.de acq.he.qđ p̄sumptio est super dubio fictio uero super certo in l.i.col.ix.C.qui admi. Abb.consi.lxxi. col. 3. vol.j.Imò.in l.ex cōsensu.in §.eū q col.xvi.ff.de ap.Alex.cōs.clviii.col.3.uol.ii.& cōs. ccvij.col. iij.eo.lib.& ideo(vt ibi subiicit)cōtra p̄sumptionem admittitur probatio,contra fictionem autem,non dixi ego in l.precibus.C.de impub. & al.sub.Soci.in l.cum auus col.xxxvj.ff.de cond. & de. & habetur etiam in l.siue possidetis, C. de proba.& in c.i.eo.ti.& in l.fi.ff.quod met. cau. & quod vna super dubio,alia autem super certo cadat ut supra.nouissime etiā tradit idem Imol. consi.xlij.col.ij.Butigel.in l.sciendum nu.13.ff. de ver.ob.Ias.in l.talis scriptura col.v.ff. de leg. i.& hinc dicimus quod in certis,non est opus cō iecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de ver.ob.Veronensis consi.xxvj.causarum ciuiliū nu. 3.not. in c.is qui fidem,de sponsa.& quod licet ratihabitio seu fictio præcedentis cōsensus induci nō possit,in alterius præiudicium . l. si indebitum §.fi.ff.rem rat. hab.l.si partem.§.fi.ff.queadmo. ser.amit.l.seruum filij.§.fi.ff. de lega.i.l.potior in prin.ff.qui po.in pi.hab. secus est tamen in pręsumptione, quæ est(ut dictum fuit)super dubio. Qua de re si filius agnouerit bonorum poss. postea possederit longo temporis spatio , patre sciente & patiente , presumetur ratum eam habuisse(ratihabitio enim requiritur ut valeat) non quod sit ratihabitio proprie,sed quia patris patientia & scientia efficit & presumatur à principio consensus interuenisse,& pulchrè declarat Alex.in d.l.i.col.vj.C.qui admi.& ad materiam quod fictio & presumptio differant,ut supra tradit etiam Bar.in l.fi.in prin.ff.quod met.cau.& ibi quotuplex sit præsumptio.

Quarto adde,quod priuilegium de quo hic transit ad heredes mulieris,si in matrimonio pręcedat & ut latius not.Bal.nouel.in tract. dot. par.xij.q.ix. imò (ut subiicit ibi) quod transit etiam in quencūq; cessionariū,& not. Bar.ī d. l. post.dotē in vj.q.& Bal.in l.i.C.de priuile. dot.

Quinto adde , quod potest extraneus alteri stipulari, uel pati quod alius habeat dotem, muliere exclusa, de quo tamen latissime Ias.& parpal. post cum in l.ii.nu.lxiii.ff.sol.mat.



XTRANEVM;quod omnis ille dicatur extraneus ut hic qui non est de ascendentibus,habentibus descēdentem in potestate, tradit etiam Corn. consi.ccxxiii.col.ii.uol.iiii.& in pulchro casu inque matre exemplificans, dante tutorem filie,Ro.consi.clxxxix.col.ii.& signāter per istū tex.glo.in l.i.in verbo extraneos. C. de impo. luc. descrip. lib. x. subiiciens , extraneum dici etiam, qui nullo modo est cognatus , & de quo in l.fi.C.de iu. do & in.§.inordinatum in auth. de here.& fal.& omnes præter superiorem & inferiorem lineam.Fusius Albe.in l.non putans in §.si quis emancipatum filium.ff.de bo.po.cōtra tab.& ad materiam adde,quod extraneo,contrarium est quoque intraneus.quod que ille est qui succedit ab intestato ut per.Bal.cōsi.ccxcii. in prin.vol.i.& vtile est ad cognoscendum , an & qñ rite exhæredatio facta est , uel inepte, quo ad intellectum.l.quidam cum filium ff. de uer. ob.declarat. Albe.in d.§. si quis emancipatum filium & ista sufficiant ad ornatum pulcherrime huiusce legis a me sic conclusiue & breuiter cō scripta ut tibi lectori sine multo labore consultum esse possit eoque magis quia agro Fœcundo multo lętamine(ut aiunt.)opus nō est Culta enim est prolixioribus verbis condita,forte quā par sit,deque industria hac de re, sic agere(prius quam ea aggrederer) instituerem. Faxit igitur deus optimus,maximus,ut in ea legenda tibi ipsi complaceas,quoniam sic mihi hinc.suscepti labores quoque,& uigiliæ leues imò locundę & suaues fuisse uidebuntur. Finis.

De cadu.tollen. C.

Imp.Iustinianus A.Senatu.vrbis Constantinopolitanæ.



T NOMEN,ad uerba hic in fi.prin.dicta, adde qđ sic erubuit lex imponere iugum naturæ , quodq; defensio hac de re , q̄ est de iure naturali cle. pastoralis, de re iud. tolli per statutum non potest, usque adeo ut nec ab ea repellatur quis , etiam si sit à quolibet actu legitimo remotus.c.cum inter & ibi glo.de censi.Bal. Marga.defensio.nu.11.& 12.

Secundo adde ad idem , quod statuta contra legem quotiens.C.de suis & legiti. non compre hendit,nisi casum in eis expressum, ex quo sicut fauorabile est,successiones extendere, ita odiosum est , fauores liberorum restringere. imò qđ statutum male positum erubescit ut hic & in.l.i. C.de impo.luc.descrip.lib.x.Bal.in d.l. quotiēs in prin.& in statut.fauor.nu.2.

Tertio adde quod nō ab re adhuc dicitur hic, legem Papiam erubuisse , cum iugum imposuisset solis parentibus & liberis testatoris usque ad tertium gradum, ante aperturā tabularū , quoad hæreditatis aditionem. exquo uanissimam eam quoquè appellat Tertul. in apologet. suo.c. iiii. eaque Seuerus omnium constantissimus princeps , exclusit.

Quarto

Quarto adde ad id rursum, quod in prin. dicitur hic, humanum genus scilicet pacem ac quietem appetere, & in c. fundamenta de elec. in vi. (quod prius dicere debebam) quod hac ratione ualet consuetudo primogenituræ, in Gallia ut not. Alb. in prohe. ff. orum. & in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. multa Gui. Papę consi. cxxxi. nu. 3. De patribus conscriptis nihil etiam scribo, die ut per Cy. hic, latè Boer. in tracta. de anctorita. magni consi. nu. 172. & 173. de quibus hic, & infra ad fi.



VM IGITVR; quod legatū quo ad transmissionem ad hæredes legatarij, cedat à die mortis testatoris, si erat purum uel in diem certā ut hic dicitur lege Papia (de qua etiam supra) correcta, adde Alex. plenè consi. xxxxii. col. i. uol. 7. si aūt sub conditione uel in diem incertam, tunc cedit à tempore euenientis conditionis, uel diei incerte, ut infra in §. sinautem aliquid sub cōditione, & ibi dicemus. & in l. si ita legatum in §. illi si uo let. ff. de lega. i. Alex. in loco pręallega.

Secundo adde, quod hæreditas, facta institutione de certa quantitate, habente ob id uim legati, etiam non agnita transmittitur, ut signanter per illum tex. & per tex. in §. in nouissimo. infra & ibi dicemus pariter, dixit idem Alexan. consi. ccxi. col. ii. eo. lib. Bar. Bal. & alii in l. quotiens. C. de hære. insti. & in l. ex facto. ij. ff. eo. ti.

Tertio adde, quotienscunq; institutus est omnino incapax, exempli gratia spurius, quod institutio haberi debet pro non scripta, quodq; tunc transit hęreditas ad substitutos ut hic, & tradit adhuc Alex. consi. ecii. uol. vi. & Gozad. consi. xxi. post eum nu. 20.



T CVM TRIPLICI; ad dicta hic adde si testator instituat filios suos æquis portionibus, hijque præ decedant superstitibus filiis in uita ipsius testatoris. quod institutiones efficiuntur caducæ, vt signanter per istum tex. inquit Corn. consi. ccvii. col. i. vol. ii.

Ad idem secundo adde, si duo sint heredes pariter instituti, quod vnus insolidum admittetur eritque heres, portione coheredes instituti irrita facta in causam caduci per eius mortem, contingentem in uita testatoris, ut idem Corn. dicit consi. cceii. nu. 6. vol. iiii.

Tertio adde quod filii nati post mortem heredis, postquam substitutio locum habuit, non admittūtur ad fideicōmissum ut hic & in l. cum pater in §. hęreditatem ad fi. ff. de lega. ii. Io. And. in addi. spe. in rub. de testa. col. i. Alex. consi. xx. col. ii. uol. iii. Bertran. consi. ii. ad fi. uol. ii.

Quarto adde & rursum ad not. hic, quod non solum dispositio caduca dicitur per mortem hæredis, vel substituti ante testatorem, uerum etiā si uiuente eo, res legata, vel aliter relicta, ante mortē ipsius adhuc deficiat & esse desinat ut ętiā dixit Gui. Papę. consi. xcviii. nu. 4.

Quinto adde, si primus gradus redditur nullus quia venerit, in causam caduci, & primus hæres viuo testatore decesserit, quod viciabitur etiam & idem dici debebit de secundo, de quo videtur in l. nam & si sub cōditione in §. fi. ff. de iniusto rupto irritoque testa. & per Bar. in l. iii. in §. fi. ff. de lib. & posthu.

Sexto adde si post mortem grauati non superest aliquis de descendentibus testatoris, cui fidei commissum erat restituendum quod euanescit & efficitur caducum, bona que libera remanent inque libera dispositione grauati, ut hic & in §. sinautem aliquid sub conditione. infra & ibi dicemus. vel & clarioris verbis dici ad idem potest, quod grauamen extinguatur, siue caducetur quotiens nullus ex vocatis ad fideicommissum inuenitur, esse in rerum natura, & sentit Soci. in ni. consi. xxvij. nu. 12. & consi. lxiiij. nu. 10. & cō si. cxxij. nu. iiij. vol. iij.

Septimo adde. (scituque dignum est) quod caduca hæreditas erat antiquitus, quę à certo hærede ita decidebat. ut à nemine iure adiri posset quodque sic in ærarium referri solebat; aliter hic lege Papia ut supra. imò quod caduci sic etiā Poeta Saty. meminit.

Legatū omne capis, nec nō & dulce caducū:
Commoda præterea, iūgūtur multa caducis.

Octauo adde quotiens deficit institutio & substitutio, quod sumus in causa caduci, quodque admittuntur omnes venientes ab intestato.

Nono adde quod aperitur via causæ intestati per defectum (idemque est) causæ testati.

Decimo adde, quod relicta in testamento tacitam conditionem habere videntur, si ex testamento adeatur hereditas, hęc quæ omnia hic & in l. i. eam quam. C. de fideicom. & in l. hæc. verba. ff. de lega. i. Bal. pulchre consi. cxcj. col. i. vol. iiij.



N PRIMO; quod pro non scripta aplicentur hæredibus, à quibus relicta sunt, ut hic & in l. fi. ff. de his quæ pro non scrip. hab. tradit etiam Corn. consi. xliiij. col. ij. uol. j.

Secundo adde quod relictum incapaci ad eū pertinet (idemque est fere quod supra) qui oneratur ipso relicto, ut idem Corn. dicit cōsi. cccx. nu. 13. eo. lib.

Tertio adde quod legata & fideicommissa pro non scripta in causam caduci, siue caduca. vadunt ad substitutum vulgarem, vt hic & in §. sin autem sub conditione infra & ibi dicam, & tradit adhuc Corn. consi. ccciij. ad fi. uol. ij.

Quarto adde ad supra dicta fusius & clarius nunc, quod quando pater relinquit aliquid incapaci palam, puta spurio relictum tanquam non scriptum, remanet apud hæredem scriptum vel apud venientes ab intestato, quando ab intestato relictum fuisset ut hic, & in l. si in metallum. ff. de his quæ pro nō scrip. hab. & in l. non intelligitur in §. si quia palam. ff. de iur. fi. Bar. in l. si ff.

ff.ex quib. ut indi. idem Corn. consi. ccxxxvj. eo.lib.

Quinto adde.ad materiã,quod pro nõ scriptum dicitur id,quod à principio non valet,ut hic & in l.iij. & toto.ti.ff.de his quæ pro non scrip. hab.Corn.consi.lxxx.ad fi.vol.iiij.

Sexto adde,quando relictum fit pluribus, & euanescit in aliqua parte,quod accrescit coniũcto.siue sit pro non scripto ut hic,siue sit in causam caduci,ut infra in §.pro secundo,siue sit caducum ut infra in §.sinautem sub conditione. & in l.re coniuncti.ff.de lega.iii.idem Corne.cõsi. lxviii.ad fi.eo.lib.

Septimo adhuc addendum est ad prædicta si fideicommissum vniuersale alicui relictum propter præuentionem mortis fiat in causam caduci,quod deuoluetur ad substitutum ita Corn.cõsi.clxxx.col.vi.eo.lib.

Octauo adde si legatum cesset in legatarii persona,non existente coniuncto, vel substituto. quod applicatur hęredi grauato, de iure communi,vt hic,& in §.pro secundo & in §. sinautẽ sub conditione.infra.ea. l. censeturque testator se conformare cum dispositione iuris cõis. l. hęredes mei.§.cum ita ff.ad treb.not.in l.ut iurisiurandi in §.si liberi.ff.de ope.lib.idem Corn. consi.clxvii.col.i.eo.lib.

Nono adde,quod relictum pro non scriptum (ut etiam dictum est supra fusius tamen) accrescit coniuncto. sed succisius nouissime firmat Corne.consi.ccxxxj.ad fi.eo.lib.

Decimo adde,vbi honor onerati est pro non scriptus,quod reddit ad hęredem sine onere, nõ autem si efficiatur caducus,vt hic & in §.pro secundo infra ea.l. idem Corne.cõsi. cclxxiij. col. iiij.eo.lib.

Vndecimo adde, ferè ad idem & clarius,ut idem Corn. inquit & declarat cõsi.ccxcviij. col. ij.eo.lib.quando legatum alicui factum viciatur vel quia sit pro non scriptum,vel quia sit in causam caduci,vel quia proprie fiat caducum , deuoluitur prius ad substitutum, eoque deficiente ad coniunctum,deficientibus vero his. remanet apud eum,à quo derelictum est, vt hic & in d. §. pro secundo.& in d.§. sinautem sub conditione infra ea.l.& notandum est quod substitutus prefertur omnibus,vt ibi subiicit.

Duodecimo adde,quod inter coniunctos verbis,etiam legatarios,est locus iuri accrescendi, vt hic & in iuribus supra allega. deque materia in d.l. re coniuncti,Corne.consi.cccxix.in prin. eo.lib.

Decimo tertio adde, si duo sint substituti, vnusque prius quã hæres decedat,deinde hęres, altero substituto superstite,quod iste poterit petere portionem suam,& alterius substituti,& ita per istum text.& per text. in §. his itaque. infra ea.l.dixit Gui.Papæ,decisciõ.cccxxxv.

Decimo quarto adde,ad not.hic,sicuti sentẽtia lata contra defunctum,non valet,quia reputatur viuus,quod ita non valebit in fauorem defuncti,nisi prætextu libertatis & ecclesiæ.l.cum quasi in prin.ff.de fideicom.lib.Bal.hic,& Soci. in l.eius qui in prouincia nu.13.ff.si cer.peta.

Decimo quinto adde,quę hic dicuntur in legatis,si pro non scriptis habeantur,non procedere in institutione hæredis,siue in hęreditatibus, si pro non scriptis habeantur pariter, & ut per Fulgo.alias consi.xcii.col.i

Decimo sexto adde,quanquam regulariter in feudo nouo & fraterno, vno decedente sine filiis masculis,dicamus ipsum ad concedentem redire,quod tamen fallit quando ab Imperatore concessum est,quoniam tunc est locus iuri accrescẽdi,ut hic per.Bal.& in c.i.de frat.de n o. be. inuesti.eo.lib. Alex.consi.ii.col.iii. vol.v. & omnes per tex.in l.i.C.si lib.imp.so. lib.x.& quod fauor libertatis & ecclesiæ æquiparentur.ut dicebam supra & not.Bal.hic,(Decimo septimo)adde,Alex.met.vbi multa consi.cix.col.iii.vol.vi.

Decimo octauo adde,quamuis ius accrescendi sit potentius successorio edicto, quod tamen in substitutione est secus,exquo substitutus præfertur ut hic & in §.pro secundo.infra ea.l.& declarant quoq; Ferrarien.in l.i.col.ii.C. quando non peten.par.

Decimo nono adde.ad id de quo hic ad.fi. ut etiam inquit hic Bal.in prin.quod quæ sunt naturali ratione subnixa, intacta illibataque debẽt perpetuo custodiri.quodque est semper ad naturalem rationem recurrendum.& ad idem est etiã bonus tex.in l.scire oportet.in §.sufficit,ff.de ex cu.tu.ubi idem Bal.Qui dicit etiam in c.filii tui. si de feu. fue.cõt.inter do.& agna.in usib.si Imperator legitimat filium illegitimum,stante legitimo,quod erit vnum pecus, contra naturalem rationem quem referunt & sequuntur Ferrariẽ. in l.ii.col.ii.C.de in ius uo.



IN NOVISSIMO; ad id de quo hic,qđ filius suus rõne suitatis,trãsmittit hæreditatem, & ius adeundi ad hæredes suos,adde multa per Ferrarien.cons.xix.col.i.& cõs.xx.col.ii.vol.i.Fulgo.consi.lxxiiii.col.ii.

Secundo adde,si fuerit transuersalium, quod non adita non transmittitur,sed eorum portiones accrescunt aliis ut hic & in §. hic itaque.infra ea.l.& ibi dicemus.& in l.quoniam sororem C.de iu. del.& in l.i. C. quando non pet.par. Corn.consi.lxix.col. i.& consi. cxlvii. col.ii.& consi.clxv.ad fi.& consi.cclxii. col. iii.et consi. cclxxv.in prin.et ad fi.uol.i.et consi.cxxi.nu.5. uol.ii.et consi.cc.col.ii. eo. lib. et consi. clxxx. col.ii.et consi.cxcix.col.xiiii.et cõsi.ccviii. col. i.et consi.ccxi.ad fi.et consi.ccxiii.nu.ix. et consi.ccxlii.col.ii.eo.lib.et consi.cxxv.col.i.vol.iii. et consi.cxxxviii.ad fi.et consi.cxlix. uol. iii. et consi.ccxxv.col.i.et consi.ccxxviii.ad fi.et consi.ccxcviii.ad fi.et consi.ccxcix.col. ii. et consi. cccii.nu.12.eo.lib.et consi.xlix.ad fi.uol. iii. et

consi.

consi.lx.nu.1.& cons.clix.col.iiii.& cōs.ccliiii. & consi.cccv.col.iiii.& cōs.cccvii.col.ii.& cōsi. cccii.col.ii.& consi.cccxiiii.col.iii. eo. lib. ego in l.cum secundum.C.de fideicom.Fulgo.consi. lxiiii.col.i.& ii.& consi.lxxiiii.col. i. Ro. consi. clxxxv.nu.vj.idem Corn.consi.cclxxv.ad fi.vol. i.& consi.cccxxxi.col.i.eo.lib.

Tertio adde,in legatis & fideicommissis secus,quia etiam non agnita transmittūtur, ut per istum tex.& per tex.in l.si cum hæres & seq. ff. quādo di.lega.ced.dicit idem Corn.cōsi.cclxiii. nu. 23. uol. i.

Quarto adde indubitatum esse aditam transmitti ut hic.idem Corn.consi.cccxvi.nu.32.eo. lib.alias non,ut supra & nouissime tradit consi. cccxxxviii.col.i.eo lib.& consi.i.nu.7.uol.ii. & consi.cccv.nu.17.& consi.lv.nu.33.eo.lib.

Et quod fideicommissa purificata non agnita transmittantur(Quinto loco)sicuti in hæredita te dicitur contrarium,quod non agnita non trāsmittitur ut supra & idem in quęrela.l.cum mota.C.de transac. nouissime tradit idem Corne. consi.cxxvi.col.iiii.uol.ii.& consi.xl.col. v.uol. iii.& consi.xliiii.col.iiii.& consi.cxlix. col. i. & iii.eo.lib.& consi.xxviiii.col.i.uol.iiii.& in legatis(ut supra.)nouissime quod transmittantur. etiam non agnita,idem Corn. consi. lxxv. col.i. eo.lib.& adhuc in legatis & fideicommissis consi.cxxxvii.col.ii.eo.lib.ego in d.l.cum secundū C.de fideicō.Ro.cōsi.lxiiii.col.i.& cōsi.cxxiiii. numero.1.

Sexto adde, quando institutus de sua institutione non dubitat, quod etiam clausis tabulis hæreditas adiri potest, ut hic, tradit idem Corne.consil.clxviii.col.i.vol.ii.& cons.clxxii. col. ii. eod. lib.

Septimo adde,quādo aliquid relinquitur sub conditione in vltima uoluntate, conditioque eueniat post mortem honorati, quod relictum caducatur, ut hic, & in §. sinautem sub conditione,infra ea.l.& in l.si cum hæres in prin.ff.quando di.lega.ced.& in l.si in personam.C.de fideicom.Corn.consi.cxlviiii.col.i.uol.iii.

Octauo adde,licet ipso iure dominium rei legatę recta uia transeat in legatarium,si id legati natura patiatur,l.à titio.ff.de fur.tamen dies legati cedit,à morte testatoris,ut hic & in l.i.& in l.si dies.ff.quando di.lega.ced.Corn.consi xxix. col.ii. uol.iiii.

Nono adde,quod hic dicitur, quod hæreditas transuersalium non adita,non transmittitur, & ut supra late,procedere etiam in clerico, ut pulcherrime per Feli.vbi alia etiam dicit in c.ecclesia.S.Marię.col.xxii. de constitutio.

Decimo adde quamuis hæreditas non adita non transmittatur,quod tamē in fideicommisso vniuersali est secus,quia eo ipso quod hæreditas adita est,fideicommissarius habet actionem ex testamento compellereque hæredem potest, ad restitutionem fideicommissi, hancque actionē transmittere potest,ad quoscunq; hęredes suos, hęcque est opi.communis,quam tenent omnes, tam antiqui quàm Moder. ut refert Iaco. pute. in l.cum filio.ff.de lega.i.& Gui.Papæ post eum consi.cxxii.col.vii.


SIN AVTEM ALIQVID, quando honoratus in ultima uoluntate decedit, pendente conditione, caducatur omne relictum, factum sibi,ut hic,& propterea sibi rursum,tanquàm nō honorato,non potest substitui.l.ab eo.C. de fideicom.Adde Corn.consi.vii.col.i. uol.i. & qđ quoad eum dispositio euanescat & (ut dixi) caducetur,tradit consi.clxxxv.col.ij.& cons.cclviii.nu.3.eo. lib.& quod hoc casu cōiunctis accrescit.consi.cclxiii.nu.25.eo.lib.

Secundo adde, quod in singularibus relictis cadit propriè substitutio uulgaris,ut hic rursum habetur,& in §.in primo,& in §. pro secundo supra ea.l.Corn.ccxcv.col.ult.uol.i.& consi.xxix. ad fi.vol.ij.

Tertio adde,quod fideicommissaria substitutio,caducatur pariter,si decedat honoratus,ante mortem onerati,ut hic & in l. hæres meus.ff. de condi. & de. & in l. si cum hæres.ff. quando di.lega.ced.Corn.consi.cccvii.col.i.uol.i. & qđ transeat hoc casu ad substitutum tradit consil. cccv.nu.25.vol.ij.

Et (ut primitus dicebatur) quod si honoratus in ultima uoluntate, sub conditione decedat pendente conditione,euanescat relictum,& caducetur, pulchrè declarat consi. lxiii. col.i.vol. iiij.& consi.ccxcviii.col.i.eo. lib. & quod in aliqua parte accrescit coniuncto, siue sit pro non scriptū,siue in causam caduci ibidem ad fi. idest in d.consi.lxviii.

Quarto adde ad idem, quod conditio debet purificari uiuo fideicommissario, alias euanescit, ut dicit idem Corn. consi.cxxvi.col. pe. & consi.clxxxii.ad fi.uol.ij.

Quinto adde,quod ius conditionale,substitutionis non transmittitur ut hic, & in l. rogo ad fi. & in l.miles in §.i. ff. de lega. ij. idem Corn. cons.cxlvi.col.ij.eo. lib.ex quo euanuit ut etiam dicit consi.cc.col.i.eo.lib.

Sexto adde, ut dictum etiam est supra si legatum uel fideicommissum efficiatur caducum in personam unius ex coniunctis, quod accrescit coniuncto,siue quod non decrescit,& nouissime tradit adhuc Corn.consi.xviii.nu.4.uol.iiii.

Septimo adde,si legatū dotis efficiatur caducum nuptijs nō sequutis,mortua muliere, deuoluitur ad substitutū, quo cessante uel cōiuncto, remanet apud hæredem oneratū ut idem Corn. declarat. consi.xxxij.col.j.uol.iiij.

Et quod legatum si legatarius rursum, pendēte conditione decesserit,expiret neque transmittatur ad hæredes sed caducetur ut hic,& in l.hæres meus.ff.de condi.& de & in l.cum hęres. ff. quando di lega.ced.& dictum fuit supra nouissi

me

me adde Corn.consi.cliiii.nu.4.vol.iiii. & cōsi. xxi.ad fi.uol.i.& hoc idem Octauo loco.

Nono.adde ad idem,quod cessante legato,in persona legatarij nō existente cōiuncto, vel sub stituto applicatur hæredi grauato de iure communi ut hic,& in §.in primo,& in §.pro secundo.supra.ea l.censetur que testator se conforma re cum dispositione iuris ut per Bar.in l.ut inris iurandi in §.si liberi.ff.de ope.lib. Fulgo. consi. lxx.col.i.Corn.consi.clxvii.col.i.uo l.iiii.

Et idem(Decimo)dicit consi. clxxx. col.iiii. eo.lib.in fideicōmisso vniuersali si propter præuentionem mortis factum sit in causam caduci quod ad substitutum deuoluetur.

Et quod si fideicōmissarius pendente conditione moriatur . expiret fideicommissum,siue sit vniuersale.siue paticulare,ut etiam. supra dictū fuit(Vndecimo)probatur,vltra tex.istū ex mul tis de quibus Bertran.consi.cxxxix nū.1.vol.i. & consi.ccclxxiiii.ad fi.uol.ii.& consi. cxlviiii. ad fi.uol.iii.& consi.cxci.nu.5.eo.lib.Fulgo. cōsi. cviii.col.i.usque adeo ut transmissionis locus nō sit.quia quod non est transmitti.non potest,ex quo non entium non est qualitas.l.eius qui in prouincia.ff.si cer.peta.idem Bertran.(qui tamen hęc non adducit)cons.xxiii.col.i.eo.lib.Ro.con si.xvii.& consi.clxii.& consi.ccxlvii. Gozadi.cō si.xxix.nu.17.& nu.24.Soci.iuni. consi. lxxiiii. nu.10.uol.iii.& consi.cxxii. nu. 4. eo. lib. Bertrand.consi.ccclxv.nu.1.vol.i.pulchre.io.parisien.in trac.de primogenitu. q. xxv. col. ix. vbi etiam tradit intellectum ad istum tex.in hoc,ad differentiam contractus.

Et quod substitutio fiat caduca , si substituti moriantur,ante hęredem,& euanescat(Duodecimo loco)firmat Gui.Papæ.consi.xxv.col. i. & consi.xxv.in prin.

Decimo adde.quanquam legatum conditionale.non transmittatur , si legatarius pendente conditione moriatur ut sępe dictum est nouissi me Fulgo.consi.ciii.col.ii.Sylua.late cōsi.xxiii. numero.7.uol.i.Alex.consi.ccxi.col.iii.uol.vii. idem Fulgo.cōsi.xiiii.& cōsi.xv.& cōsi.xxxviii. col.ii.quod tamen transmittetur modale,ut tradit Ias.in l.homini nu.12.ff.de lega.i.

§.ISTE SINAVTEM; CADEBAT. POST.§.IN.

Primo & ante.§.in nouissimo;sed quia de mẽ te constat(ut aiunt)scripturę ordo attendi non debet.l.nec.enim ff. de sol.Bar.in auth.hoc amplius in prin.C.de fideicom.& in auth. hoc ius porrectum col.i.C.de sacrosanc.ec.Ange. in §. etenim in auth.de hære.& fal.idem Bal.in l.cum pater in §.fidei,ff.de lega.ii.Qui dicit etiam qđ fingitur dici,seu fieri,quod prius dicendum agẽ dum ue erat in l.illud ff. de acqui.hę.Ne tu igitur cures velim lector,si quo quo modo quoque §.iste poestrgatus est.



RO SECVNDO; ad id de quo hic primum adde ꝙ scilicet vulgaris substitutio militet & locum habeat etiam si is cui facta est decedat in ui ta testatoris. Corn.consi.ccxcviii.ad fi. nol. i. & plus quod substitutio facit cessare ius accrescen di ut inquit Gozadi.consi.xxi.nu.25.

Secundo adde,eundem,ad aliud de quo etiam hic,quod relictum incapaci pertinet ad eum qui oneratur ipso relicto(dictumque etiam est alibi supra)consi.ccci.col.iii.eo.lib.

Tertio adde quod legata & fideicommissa, que pro non scriptis habentur,inque causam caduci & caduca, uadunt ad substitutum uulgare , (de quo etiam supra) Corn.consi. xxxv. ad fin. volum.secundo.

Quarto adde,ubi honor onerati pro non scriptus est reddit ad hæredem fine onere,quod secus erit si efficiatur caducus, ut idem Corn. declarat , consi.cclxxiii.col.iiii.uol. iiii. dictumq; fuit pariter in §.in primo supra.

Quinto adde , si hæres uiuo testatore moriatur,quod testamētum redditur null um, nec ipse hæreditatem transmittit ad hęredes ut hic,& in §.nouissimo infra ea.l. prat.pap. in for. lib. quo peti.hę.ex testa.col.ij.uer.eundem.

Sexto adde quod perempto primo gradu substitutionis,fideicommissum remanet apud primum hæredem, cum onere restituendi secundo fideicōmissario & Fusius ut pulcherrimè inquit Deci.consi.xxv.col.ii.uol.iii.

Septimo adde ad intellectum istius tex. & §. sinautem sub conditione infra quod procedunt in conditione mere causali, non depēdente à potestate grauati & honorati , uel potestatiua dependente à potestate honorati,non autem in ea quæ dependet à uoiuntate hæredis, ita Regien. assignantes etiam rationem diuersitatis consil. cxi.nu.14.& 15.uol.iii.

Octauo adde;qui aliquid acceptat,quod accepta re intelligitur cū suo onere,ut hic & per Bal. in c.cum accessissent nu.27.de constitu.

Nono adde ad id etiam de quo supra quando legata efficiuntur caduca quod remanent penes hæredem,nisi sit de substituto pronisum ut hic & tradit quoque Soci.iuni.consi. xxvii. col. iiii.uol.iii.Seysel.& omnes in l.cum filio col.ii. ff. de legatis i.

Qui Soci.dicit.etiā Decimo,adhuc. per istū tex.consi.lxiiii.numero. 8. eo. lib. iii. quando bona transferuntur de vno in aliū,quod intelligi tur cum suo onere,& bene.

Vndecimo adde si institutio caducetur,quod hęreditas per ius accrescendi uadit ad coheredē, si aliqua coniunctione tamen,præmortuo coniunctus fuerit ut per Ro.consi.lxxxi.col. i. Gui. Papæ.cccccxxxi.col.ii.

Duodecimo adde quod ille qui non admittitur ad partem, nec admitti speratur ; aliquo iure,actionis, retentionis , uel alterius æquitatis per

per se uel per alium, non facit partem, ut hic, & in §.in primo.supra ea.l.& in l.si duobus in §.si ticio ff.de lega.i.Bar.in l.huiusmodi in §.si ticio & meuio.ff.eo.Gui.Papæ.decisio.ccxcv.col.iii.

Decimo tertio adde si personæ substitute sint sigillatim nominate, neque sint in rerum natura quod tunc caduca fit morientis substitutio. ita Alex.quoque consi.xiii.col.iiii.uol.iiii.

Decimo quarto ibi.neque.enim ferrendus est adde qui legatum acceptat, quod onus etiam (ut dicebam quoque supra) subire debet, alias non esset legatarius audiendus. & nouissimo firmat Gui. Papæ.consi.xiiii.ad fi.pulchrè Ro.in acceptante beneficium sibi concessum consi.lxxxix. nu.8.

NE AVTEM; quãdo aliqui nomine proprio exprimuntur, uidetur electa personarum industria, siue persona singularum, ut hic, & in l.inter artifices.ff.de sol.Inno.in c. quoniã abbas de offi. del.& ideo adde si sapientibus aliquid agendum committatur, hoc addito, quod quicquid ab eis factum fuerit, ualet, quod idem facere per alium non poterunt, ita Bal.in statut.Alius.nu. 1. pulchrè Ro.in l.i.col.vj.C.qui admi.multa Seysel. in l.si stipu latus essem abste col.ii.ff. de uer.ob.

Secundo adde, quod factum ad heredem non transit, & pulcherrimam distinctionẽ tradit Pet. de bella per.in hoc tamen se firmans si (ut dictũ est) electa fuerit industria persone.q.cxxx.

HIS ITA; quod portio portioni accrescat (ut hic dicitur) primum adde uerum fore, si hereditas transuersalis non adeatur, quia nec transmittitur l. vuoniam sororem.C.de iure delib.Corn.consi. lxix.col.iiii.uol.i.& consi.cxlviii.col.ii.& cõsi. lxv.col.i. eo.lib.& consi.cc.col.i.uol.ij. & idem dicit cõsi.lxxxv.col.ii.uol.iii.quod si portio scilicet dimidia unius ex hæredibus defecisset, propter repudiationem uel non acceptationem, uel aliter, quod tunc tota esset deuoluta ad cohæredem, ad eum quæ pertineret, iure accrescendi mediante, uel non decrescendi subiicit in dicto consi.cc.

Secundo adde (ut hic etiam dicitur) quod his casibus accrescit aliis cohæredibus, etiam inuitis, & ut in l.vnica.C.quando non pe.par.& in l. si qs hæres institutus, ff.de acqui.hæ. idẽ Corn. consi.cccv.col.iiii.uol.iii.

Tertio adde, quod etiam inter heredes non coniunctos, est locus substitutioni ut per istum tex.signanter dicit Corn.met, cõsi.ccxcviii. col. iii.uol.iiii.

Quarto adde, quod ius accrescendi locum habet inter coniunctos tantum.ut hic, & in d.l.vnica.C.quando non pet.par.& in d.l.re coniuncti ff.de lega.iii.Gui.Papæ.decisio.cccxxxv.Bertrã consi.xvi.numero.1.uol.i.Corn.cõsi. cccxxiiii. col.ii.uol.iiii,

Quinto adde, quod ubi hæreditas non adita transmittitur, fauor specialis est, & dispensatio legis, & not.hic, & in d.l.vnica ubi Bal.col.ii.

Sexto adde (ut etiam dicit Cuma.) quod portio quomodocunque euacuata coniuncto accrescit consi.cxiiii.col.pe.

Septimo adde, quod portio quæ accrescit, accrescit ipso iure ut hic, & non modo inuito (ut dictum est) uerum ẽt ignoranti.& not. etiã in d. l.vnica ubi ĩ specie Ro.& Ferrarien.col.pe.& fi. & quod ius accrescendi diferat à substitutione, liquet ex supra dictis, & ex multis ostendunt Doct.in d.l.vnica, ubi & nos.plene.

Octauo adde, quamuis ius accrescendi accrescat ipso iure, (ut dictum est.& nouissime probatur ẽt in l. ij. in §.si duo.ff.de bo.po.se.tab.) qđ tamen secus est in quærela ubi petitione opus ẽ l.si proponas, §.fi.& ibi Albe.ff.de inoffi. testa.

Nono, adde ad uer.cum sit absurdum, Ias. per hanc rationem, dicentem habere locum ius accrescendi, in ultimis uoluntatibus, eiusdem hæreditatis scilicet, partem agnoscere, partem uero respuere.absurdum fore, ex aliis multis in l.re cõiuncti col.xxviii.ff.de lega.iii.

Decimo ibi, hoc ita tam uarie, Adde, quod vnitatem sermonis, lex maximẽ perpendit & amplectitur, ut etiam inquit Bal.in l.precibus col. xiiii.C.de impub.& al.sub.signãter per istũ tex.

VBI AVTEM; quod inter collegatarios & fideicommissarios, sit locus iuri accrescendi si coniunctim sibi legata uel fideicommissa ralinquantur, ut hic dicitur indubitatum est.adde Soci.iunio.consi.lxxij.col.i.uol.iii.sed ante eum Corn. consi.cccxix.numero 2. uol.iiii.& ordinarie in l.re coniuncti.allega.sæpe ff. de lega.iii.& in l. vnica.C.quãdo non pe.par.in pulchra q.pluriũ executorum, quibus legatum relictum fuerat, capel.Tholosa.decisio.ccxciii.

Secundo adde ad aliud, quando testator, relinquit eandem rem pluribus, in diuersis orationibus, & separatim, onusque hæredis sit, quod nõ tamen tenetur eisdem insolidum, eandem rem soluere, nec vni, preuenienti, aliis uero æstimationem, sed quod omnes cõcurrunt in ea, facientes sibi partes per concursum, ut hic ver. finautẽ disiunctis, & in l.si pluribus.ff.de lega.i.& in l. si alij fundum.ff.de usuf.le.Corn.consi.cvi.col. ii. uol.ii.& consi.vii.col.iii.uol.i.

Tertio adde, quando duobus eadem res copulatiuè legata est, quod coniuncti dicuntur re, & verbis, & si adderetur æquis portionibus secus, uel similia uerba, tacita enim partium distributio, non impedit coniunctionem realem, licet expressa sit.l. si duobus.§.si Titio.ff.de lega.i. & ibi not. Bart. in l.re coniuncti.ff.de lega. iii. & qui primo admittitur, censetur uocatus ad solidum, ita quod si alius non admittitur, nihil accrescat, sed non decrescat, prout decresceret si alius admitteretur, ut hic in ver.si uero non omnes. & ut Fusius inquit Corn.consi. xvii. col. v. volum.iiij.

Quarto

Quarto adde, (ut etiam dictum est supra) ꝙ coniuncti re, faciunt sibi partes per concursum. & nouissimè tradit idem Corn. consi.xxi.nume. 16.eod. lib.

Quinto adde, quãdo aliquid non expressit testator, uel non expresserunt statuentes, quod id consequenter uoluisse uidentur, ex quo facile eis fuisset idem exprimere, si noluissent, ad quod etiã tex. iste communiter solet allegari. Et maxime ꝙ non dixit, seu quod non dixerunt ipsi, nec nos dicere possumus. l. si uero. §. de uiro. ff. solu. mat. l. si seruum. §. nõ dixerit prætor. ff. de acqui. hę. Dec. pulchrè cons. xl. col. ii. uol. iiii. Corn. in pulchro casu. cons. cccxiiii. col. ii. uol. iiii. Soci. iun. cons. lxxvij. nume. 21. uol. iiii.

Sexto adde, quando quis agnouit bo. po. quod non uidetur adire de iure ciuili, nisi hęreditas delata sit, & si in eodem sermone sit bo. pos. & hæreditas, utique de diuersis intelligendum erit, quia sciuit bene lex, quãdo uoluit, facere mentionem bo. pos. & hęreditatis. Et ideo dubitabilis quęstio est, quam latissime disputat Bulgar. in rub. C. qui admi. col. xxiii. xxiiii. & xxv.

Septimo ad idem hoc est ad regulam adde, tex. in c. inter corporalia. in §. sed neq;. de transla. prę lato. & in c. ad audientiã. de deci. nouissimè Gui. Papæ decis. cxxxviij. col. iiij. multa cons. clj. col. iij. & cons. cxcv. col. ij. uol. vj. & cons. cciiij. col. ij. eo. lib. & cõs. ccxvj. col. iij. uol. vij. Imol. cõs. xvij. & cons. lxxxiiij. col. ij. & cons. xcvij. col. ij. & cõs. cij. col. iiij. & cons. cvj. col. ij. & cons. cxiij. col. iij. Idem Gui. Papę cons. cxxij. col. v. & cõs. xxx. col. ij. & cons. xxxj. nu. 12. Deci. seni. in l. præses. col. ii. C. de transac. Ferrarien. in l. in bonæ fidei. col. iiij. C. de pac. & in l. petens. col. iiii. C. eo.

Octauo adde si testator in substitutione expressit aliquos casus, quod omnes alios exclusisse uidebitur, argu. in l. cum prętor. ff. de iud. & in c. nonne. de pręsump. & ita per regu. istam quoq; dixit Soci. iun. cõs. j. nu. 3. uol. iii. & hoc est quod dicit etiam tex. à me exornatus in multis locis, in l. quidam cum filium. ff. de hære. insti. & de quo multa Ias. in l. iii. C. de lib. præt. ꝙ nõ est satis aliquid uoluisse, nisi id etiã in dispositione trãseat.

Nono adde, probari etiam hic, si conditio casualis uel etiã mixta, per casum deficiat, quod facit extingui dispositum, ut per eundem Soci. consil. lviij. nu. 9. eod. lib.

Decimo adde quæ hic dicantur & ut supra ꝓcedere (estq; not. intellectus) quãdo agitur de interpretatione extensiua, quę non habet locum in casu omisso, declaratiua autem sic, argu. in l. hæredes palam. in §. sed si notam. ff. de testa. & in l. adeo. in §. cum quis. ff. de acqui. rer. do. Regien. cons. cxlvj. nu. 8. uol. ii. licet nihil allegent.

HAEC AVTEM OMNIA: quod ius accrescendi (de quo supra sæpe) locum habeat in donatione causa mortis, hic probatur. Adde qđ habet locum etiam in mortis causa capione. l. thays. §. Seio. ff. de fideicommiss. lib, & in emphyteosi ut inquit Corn. cons. cxxij. nu. 16. uol. ij.

Secundo adde, ad id ad quod etiam solet allegari, quod similiter dicit expresse, quod utilitas publica, est priuatę præferenda, probari quoq; ex eo, quod dicitur Io. c. ij. & aliàs in passione Domini, ibi. expedit potius ut unus pro populo moriatur, quam tota gens pereat. bonus tex. in l. utilitas. C. de primipi. lib. xij.

Tertio adde ad idem, quod præscriptio, respectu priuati iniqua est, siue priuatę utilitatis, respectu autem publicæ æqua, nec repugnat fini æterno. l. i. ff. de usucap. ideo seruãda quia utilitas publica (ut diximus) priuatæ est anteponenda, Feli. pulchrè in rub. de præscrip. in prin. not. in l. i. ff. de iust. & iur. Antiochus enim Syrię rex (nota ad idem exemplum sanè non uulgare) Scipionibus legatos pro pace petenda destinarat, simulq; filiũ è paruo nauigio traicientem, captum Africano miserat quibus ipse inquit. priuata beneficia, à rebus publicis segregata esse, aliaque officia patris & alia patriæ iura, quæ non modo liberis, sed uitæ etiam est anteponenda. Cæsare simili modo in Gallia existente, petenteq; imperium prorogari, uocato in patriam, sibi minime obtemperatum est. Pompeius rursum se excusat, neùe ad iniuriam traheret Cæsar, quod aliquando contra eum locutus fuerit, charissimum sibi affirmans, sed rempublicam omnibus rebus chariorem. Et certe salutaris est omnis gubernatio in qua publica commoda, priuatis anteponuntur, & recta intentio regentis, si bonum publicum magis quam proprium consideret, ut etiam inquit Bar. in tracta. de regi. ciui. col. iij. hac de re Fabius filius Cos. Fabio patri, quem obuiam habuit, iussit ex equo descenderet, & ad ipsum iret ut Cos. quod quidem præsto fecit, & gauisus est. Dicebatque ad propositum Claudius Imp. iniuriam publicam prius quam priuatam uindicãdam esse. Imò quod nec merita sunt cum demeritis compensanda, ut alibi ostendi satis, & nouissime ob id recitata ab Appio Claudio, subinde etiam prouocante ne duceretur in carcerem (historia nota est) sibi parum profuerunt. Quam maxime autem M. Aquilio Cos. repetundarum accusato, qui tunicam à pectore discidit, cicatrices ostendit pro rep. & absolutus est. & male ac perperã, cum (ut diximus) compensatio fieri haud debuerit meritorum, cum ipsius demeritis. Sp. Melius hinc, regni affectati suspitione, occisus est, deque Saxo tarpeio deiectus M. Manlius, tametsi Capitolium à Gallis Senoneñ. defendisset iste, ille uero pop. Ro. fame laboranti, Annonam ære proprio largitus fuerit. Traianus etiam laudatissimus omnium Imp. morum elegantia, & literarum eruditione, sic Daciæ regi, respondit (is enim longinum quendam ipsius Traiani præfectum legionum in bello cœperat, minitans se eum morti daturum, ni Traianus pacem, quam similiter petebat, ei concessisset) nolle scilicet publico bono, utilitatem quę priuata erat, præferre.

Quarto adde, quod ut plurimum argumentū fit ab utilitate, ut docent Rhetores, si publica scilicet fuerit, ut præferatur priuatę, & sic in repub. bene instituta.

Quinto adde, ad declarationem, quod publica utilitas est quadruplex, prima quando cõmodum omnes in uniuersum tangit, & priuatim quoque singulos, ut sacerdotia & magistratus. l.i.§. ius publicum.ff.de iusti.& iu. Secunda quę in uniuersum conducit, non singulis, ut bona fisci. Tertia quæ principaliter prodest priuatis, & in consequentiam reip. ut dotes mulieribus conseruari l.i.ff.sol.mat. Quarta quę singulis non autem uniuersis prodest, quando generaliter dicimus. Expedit reip. ne q.s re sua male utatur, pulchrè Bar. in l. i. nu. 25. ff. sol. mat, ubi etiam principaliter not. duplicem esse, militiam scilicet, & secundariam in studio consistentem, argumentū eorum quoq; quæ habentur in auth. habita. C. ne fil. pro pat. ubi & nos multa. & in lectu. & in addi. supra.

Sexto adde, quod bonus ciuis pluris remp. patriamq; suam facere debet, quàm seipsum, cui primum nascitur postea parẽtibus, & ad quam ordinatur. l.j.§. generaliter. ff. de uen. in pos. mit. l. ueluti. ff. de iusti. & iu. & ibi not. & ad idem etiam (pręter dicta supra) historia Q. Curtij, Horatij, & M. Attilij reguli nota est, aliorumque innumerabilium.

Septimo adde, bonum gentis melius esse (idẽque est) quam unius hominis, ut Ethyco. j. inquit philosophus. Et ad idem quod propter publicã utilitatem potest quis re propria priuari. l. item si uerberatum. §. i. ff. de rei uen. Calca. cons. xlix. nu. 9. & cons. 50. nu. 18.

Octauo adde, quod supra oẽs res Deum optimum maximum, diligere debemus, & plus quam nos ipsos, quia Deo omnia constant, sicuti ergo plus patriam, quam se ipsum (ut diximus) magni facere debet quisq;, ita plus Deum quam omnes res diligere debet, & amare, unde Matth. c. xxij. Diliges D. Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua &c. Nec ab re si Pet. dixit. Domine & si oportuerit me tecum mori, non te negabo. siq; partes totum diligere debent potius quã se ipsas pariter. quia sic quoq; ad totũ ordinãtur.

Nono adde, quando causa habet publicam utilitatem, quod reputatur fauorabilis & pia, usque adeo ut acta & instrumẽta actori, etiam hoc casu edenda sint, quãquam regulare non sit. l. fi. & ibi Deci. Seni. col. fi. C. de eden.


Decimo & ultimo (satis enim superq; diximus, receptuiq; tandem canendum est, & (quod aiunt) satius uni roscio etiam placere, quam totius theatri plausum ferre) adde quod etiam scriptura publica præfertur, anteponendaq; est priuatæ. l. scripturas. C. qui po. in pig. hab. Alex. cõs. xix. in prin. uol. ij. quodq; ex priuatis seditionibus, seu dissensionibus resp. lędi non debet. l. si q.s ingenuã. §. in ciuilibus. ff. de capt. & postl. re.

Laus Deo Optimo Maximo.

GLOSSEMATA

l. primæ. C. de pac.

Imp. Seuerus A. Philino.



CONDITIONIS INcertum; fideicommissum intelligit, ut alibi conditio iurisiurandi, iusiurãdum, hoc est si iuraueris in l. delata. C. de reb. cred. & in l. Papinianus. in §. si quis. ff. de inoffi. testa. conditio electionis, pro electione ponitur. Et in l. legem. infra eo. conditio pacti pro pacto. Μετονυμίαq; figura est, cõtentum scilicet pro continente, ut in l. si ab arbitrio. ff. qui satisda. cog. Querela, pro appellatione querelam continente. & in l. i. ff. de postu. ius pro loco in quo redditur. & in l. iurisgentin m. in §. quod fere. ff. de pac. pacta pro instrumentis ea continentibus.

NON INIQVIS RATIONIBVS; imò æquis, quia pactum reducebat ipsos fratres Philinum & Licinium, ad æqualitatem, id est ad ius cõmune, quod est ut inter eos seruetur ęqualitas. l. ut liberis. infra de colla. ex quo inæqualitas discordiæ aliàs est causa. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ii. tollebat uotum captandæ mortis. l. de fideicommisso. infra de transac. & iuri suo poterat Licinius (in re sua pariter moderator & arbiter) absq; dubio renuntiare. l. in re mãdata. C. manda. l. pe. infra eod.

FINITVM EST: ope exceptionis non ipso iure, ex natura pacti. l. si unus. §. pactus. ff. de pac. & si hoc est, resultatque ex tacito pacto. l. ii. infra eo. l. Labeo. ff. eo. quanto magis ex expresso ut hic, auth. multo magis. C. de sacrosan. eccle. Et est utilitas, quia si nõ opponeretur, posset reus condemnari, ad restitutionem fideicommissi, & sententia ualeret §. omnis & ibi Are. not. institu. de uerbo. obli. Bar. in l. cum qui ita. in §. qui ita. ff. eo. Deci. hic & in regu. non uidetur cœpisse. nu. 5. ff. de reg. iur.

FIDEICOMMISSI: hic fideicommissum dicit, supra uero per ifrasticè, & conditionis incertum, ut uaria esset oratio, & ut uerborum inculcatio uitaretur, argumentum not. in l. lecta. ff. si cer. peta. & in l. certi condictio. in prin. ff. eo. & in proœ. insti. in prin.

PROFITEARIS: simile uerbum est in l. cum profitearis. C. de reuo. dona.

VT SI VITA: ex hoc, perque dictionem seu monosyllabam si, cõditio arguitur iuxta not. per Bar. in l. i. ff. de cond. & demon.

SINE LIBERIS DECEDERET; quanquam conditio hæc rursum, apposita sit in numero plurali, in vno tamen verificari etiam iuris est. l. non est sine liberis. ff. de verborum significa. l. prima. C. de condi. inser. Et cum etiam sint verba in conditionis vi posita, non dispositionis, filii non vocati seu inclusi præsumentur.

tur. l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omi. cau. testamen. vsque adeo ut pater Philinus hic potuerit præiudicare filio, postea nato, & not. aliàs in l. Lucius. vbi gloss. communiter approbata. ff. de hæred. instituen. Quæ tamen limitatur quando etiam liberi in cõditione positi fuissent grauati pariter, vt per Bar. in l. Centurio. num. 37. ff. de vulga. & pupil. sub. Vel prohibiti alienare, quod ferè idem est, traditque Soci. cõsil. ccl. ad fin. vol. ij. Vel secundum Alexan. cõsil. lxiiij. ad fin. vol. v. quando fuisset dignatus testator ad plures substitutionum gradus. Aut facta masculorum mentione iuxta not. per Bart. in l. liberorum. col. pen. ff. de ver. sig. late Soci. in l. cum auus. ff. de cond. & demon.

HAEREDITATEM; quid sit hæreditas notum est. l. nihil aliud. ff. de verbo. signifi. l. hæreditas pro portione ponitur, & subauditur sua, argumentum in l. oratio. ff. de sponsa. & in l. j. iuncta glo. ff. de testa.

RESTITVERET; per fideicommissum §. in primis. insti. de fideicom. hære. l. i. l. restituta. ff. ad Treb.

PACTVM; duorum pluriumúe in idem placitum & cõsensus. l. i. ff. de pac. melius ad propositum in l. pactum ff. de pollicita. vbi est duorum consensus, atque conuentio vt hic.

DE SEXTANTE; partis suæ intelligi debere longe verisimilius, quoniam alias si de sextante totius hæreditatis, absurdum foret, ex quo in accipientem, dominium non transtulisset nisi quo ad vnam vnciam tantum. l. traditio. ff. de acqui. rer. do. l. nemo. ff. de reg. iur.

FRONTONI DANDO; melius dixisset eidem dando, quia sic Cocophoniam deuitasse, vt inquit in simili glo. in l. lecta. ff. si cer. pet. & in l. certi condictio. in princi. ff. eod. & in proœ. insti. de quibus etiam supra.

NON IDCIRCO POTEST INIQVVM VIDERI; & paulò supra dixit, nõ iniquis rationibus, conuentione finitum est. & hoc, quia filij (vt dictum fuit pariter) vocati non erant, tollebatur votum captandæ mortis, iuri suo Fronto, potuit renuntiare, reducebaturque fratres ad æqualitatem. Et perinde ac si dixisset iniquum non est, verbumque videri, veritatem non fictionem, (vt est regulare. l. j. §. deiecisse. ff. de vi & vi arm.) importabit. l. naturaliter. in princip. & ibi Are. Ias. & omnes. ff. de acqui. pos.

DIVISIONE; facta per pactum, aliàs simplici, non fuisset remissum fideicommissum, de quo late aliàs in l. qui Romę. in §. duo fratres. ff. de verbo. obli.

FILIO EIVS; Philino iuniore.

FVNCTVS ESSET; id est mortuus. l. diem functo. & ibi de hoc multa. ff. de offi. asses.

Laus Deo.

GLOSSEMATA

c. omnis vtriusq; sexus. de pęn. & remiss.

Inno. III. in Concilio generali.



OMNIS VTRIVSQVE SEXus fidelis; idcircò sic dixit, quia de his qui foris sunt, nihil ad nos Paul. j. ad Corinth. v. c. gaudemus. de diuor. Imò qđ neq; græci sub dictione hac vniuersali omnis, cõprehenduntur, de qua alias in l. Iulianus. ff. de lega. iij. & in c. solite. de maio. & obedien. Ex quo nec vniuersalis ecclesię traditio hęc ad nos emanauit, vt hic not. & bene. Et nimirum quidem, quia nec semper effectum habet vniuersaliter operandi. l. i. C. de summa Trini. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mune. & hono. l. inter omnes. ff. qui satisda. cog. l. qui autem. ad fi. ff. de cõsti. pecu. glo. not. in l. fi. C. sine cen. vel rel. Et fortè abundat etiam verbum vtriusque sexus, cum fœmininum aliàs masculinum concipiat. l. i. ff. de verb. sig. maxime in fauorabilibus & animam respicientibus, omni alia re præstantiorem. l. sancimus. C. de sacrosanc. eccle. c. præcipimus. xii. q. i. c. si habes. xxiiij. q. iij. c. cum infirmitas. infra eo. not. in d. l. j. & in l. fœminæ. ff. de reg. iur. sed nec tollendæ dubitationis gratia negligendum est. l. i. §. quanuis. ff. de vent. inspi. l. non solent. l. quæ dubitationis tollendæ gratia. ff. de reg. iur. l. i. §. sed sciendum. ff. de edil. edic. ibi ne qua dubitatio supersit. Et fidelis rursum à fide Domini nostri Iesu Christi, qui regenerauit nos ex aqua & Spiritu Sancto, & in quem speramus, quia saluator omnium hominum est, maxime fidelium inquit idem Paul. j. ad Timoth. iiij.

POSTQVAM AD ANNOS DISCRETIONIS PERVENERIT; xxv. l. i. ff. de mino. ante vero ætas tenera est & imbecillis, vsque adeo vt quid videat ignoret. l. prima. C. de fal. mon. Et quia verba hæc non modo ad id. Confiteatur referuntur, verum etiam ad illud. quod ad minus in pascha Eucharistiæ sacramentum suscipere debeat, vt paulò post subiicit, sciendum est, quod hoc non obstante tamen Zepherinus Pontifex XV. anno Christi Ducentesimo septimo, qui sedit ann. viij. à fidelibus cum primum pubertatem egressi sunt, sanctissimo suo decreto, voluit præceptum hoc, ad vnguem (vt aiunt) seruari. Et non ab re quantum ad id de quo hic, Peruenerit, adhuc dictum est, quia perfectionem quandam temporis cui adiicitur, significat ante vero ad annos discretionis peruenisse dici non potest, vt sciat cognoscere ac distinguere bonum à malo. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. sig. l. ii. §. peregisse. ff. ad legem Iuliam de adulte. c. i. §. si per triginta, & ibi not. si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. in vsib.

OMNIA SVA SOLVS PECCATA SALTEM SEMEL IN ANNO confiteatur; ut supra verbum istud omnia, tametsi uniuersale, ad mortalia restringitur, quia si oratione dominica, & aquę benedictæ insuper aspersione, ac eleemosynis venialia extinguuntur, iam opus non erit amplius ea confiteri. c. de quotidianis depeniten. d. iij. & not. hic. Venialiaq; uocantur non ab re, quia veniam merentur facile, mortalia mortem, nisi (ut diximus) ore confiteantur. Id vnum quoque pro absoluto habentes, originale tolli Baptismo & deleri, se infans sit qui Baptizatur, si adultus uero, contritione. Et ad propositum sua, ac solus, quia ipse solus etiã peccauit, nec aliena propalari debent, forte ne detractor potius sit mordax quàm peccator penitens. Et quod ex hoc, aliena aliosq; excludat, probatur in l. pomponius in §. i. in simili tamen. ff. de procura. uulga. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nonne de præsump. & quia pœna etiam debet suos autores tenere, morique anima quæ peccauit. l. sancimus. C. de pœn. l. si plures ad fin. ff. de admin. tuto. l. i. §. nunc tractemus. l. si ex duobus. ff. de tute. & ra. distra. Ezech. 18. & ad Ro. Pau. 13. Et saltem dixit, ac semel in anno, quia septies in die cadit iustus, & hac de re etiam sępe confiteri deberet, prouerb 14. c. pœnitet, de pen. d. iij. gl. in sti. de iusti. & iur. ĩ prin. ut facilius, & ꝓmptius, ac libẽtius fiat, nõ ꝙ tollatur tñ, si bis & ter voluerit hoc idẽ facere, & sæpius, qđ nõ possit. Imò si fiat, qđ meritum augebitur, & gratia dei. Dixit item confiteatur. Imperando, verbum enim est imperatiui modi, & temporis præsentis, vsque ad eo ut huic sanctioni, & statuto obediendum sit. nanque inquit Augusti. de sermone domini in monte quisquis præceptis non obtemperat, reus est, & debitor pœne, quodque præcepto domini, non obtemperare, peccatum est. c. quisquis. c. quod præcipitur. 14. q. i. Et si quæratur hinc occasione sumpta, unde confessio hæc ortum habuerit. à iure diuino primum respondebimus, habuisse, cum deus post primi parentis nostri peccatum, dixisset. Adam ubi es? ut id sanè confiteretur. Expressius, quando à Cain fratricida, quæsiuit, ubi nam esset frater suus. Vel ex eo quod legitur Io. 20. ibi. accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Et quorum retinueritis, retenta sunt. Vel (ut nonnulli aiunt) quia in ueteri testamento Iosue fratri suo Achor iusserat pariter, ut crimen confiteretur, & lapidatus est. Alij ab Apostolis, quando Iacob. 5. dixit, Confitemini alterutrum peccata uestra. Multi à Christo, ut Luce. 5. habetur ibi. Vade, & ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut pręcepit Moyses in testimonium illis. Verissimumque est præmissis his, à generali traditione ecclesię, ut pote declaratiua executiuaq; diuini iuris, emanasse ut hic. Cui non obedire (ut dictum fuit grauissimum foret crimen, & ut legitur quoq; de pen. d. iij. ĩ sũma Abb. & omnes hic.



PROPRIO SACERDOTI cui parrochialis ecclesia commissa sit, alias confessio nulla foret. cap. si diligenti. c. significasti de foro com. argu. in c. nullus de parroch. & ĩ l. fi. ff. de iu. om. iud. & not. in c. at si clerici, de iudi. nisi ex ipsius licentia alius eligatur, ut hic rursum subiicitur. Ad quod tamen aduertendum putamus, quia aut committit sacerdos alteri ut pœnitentem audiat, aut dat ei licentiam, sibi sacerdotem eligendi, primo casu (scituque dignum est) sufficit etiam si curam non habeat, quia fungitur uice delegantis. l. i. §. qui mandatam. ff. de offi. eius cui man. est iu. l. solet. ff. de iu. om. iud. Pau. de Eleaza. in cle. q̃uis de priuile. Capel. Tholo. decisio. ccxxi. secundo uero non, quia ista sanè (ut prædicti ibidem subijciunt,) prorogatio quędam est, quę non potest fieri in eum qui curam non habet. l. priuatorum consensus. C. de iu. om. iud. l. ij. C. cõmunia ut. iud. Cald. consi. viii. col. ii. de re iud. proprius sacerdos igitur, uel subrogatus, tria habere debet, legis prudentiã in cognoscendo, virga iustitiam in corrigendo, & Manne dulcedinẽ in ignoscendo. Et more periti Medici (dicitur hic rursum & bene) superinfundere uinum & oleum, uulneribus sauciati, de quo etiam Luc. 10. vinum scilicet iusticię, & oleum Misericordiæ.

ET INIVNCTA SIBI PENITENTIAM PROPRIIS VIRIBVS STVDEAT ADIMPLERE; à sacerdote ꝓ peccatis commissis, uel in ieiunio, uel in elemosina, uel in oratione consistat. Et propriis uiribus dicit, quia supra uires non tenetur pœnitens, & ad impossibile quidem. l. impossibilium. ff. de regu. iu. c. fi. de pac. Ideo dicitur. Omne ꝙ est impossibile, pro sua impossibilitate cadere. l. unica. C. de sen. q̃ pro eo qđ int. Bal. cõs. ccccxxix. ad fi. uol. j. quodq; pręceptũ datur de possibili, consilium de difficili, neutrũ uero de impossibili, ĩquit Augusti. de ancho. de potestate Papę. q. iiii. ar. vii.

SVSCIPIENS REVERENTER, AD MINVS IN PASCHA SACRAMENTVM EVCHARISTIAE; quia supra dixerat. Saltem semel in anno. Et quia alias Fabianus Papa, ter pceperat hoc idẽ fieri, in pascha te ut hic, penthecoste, & natali domini, diebus dominicis uero Augustinus, quotidie nec laudans. nec uituperans. c. quotidie. c. & si nõ frequentius de consecra. d. ii. & ad uerbi *Pascha*, propositum, nil aliud ẽ q̃ trãsitus. Christus. n. a morte ad uitã, deq; mũdo ad patrẽ trãsiuit, à tenebris ad lucẽ, & à laboribus deniq; ad sũmã fęlicitatẽ & requiẽ. & nr̃ ãplius ex ĩfidelitate ad fidẽ, hic ternas festiuitates iudeos celebrasse legimus, pascha egressi ex ęgipto, hæcq; prima erat, Penthecostẽ à malis liberati, quibus in solitudine affligebantur, Scenopeiã uero ultimo loco, in gratiarum actione, ob collectas frugens mense septẽbri. De paschate Math. 26. de penthecoste, actuum. 2. & 20. Deque Scenopeia, Matth. rursum. 10. & 3. Esod. v. Nec aliud

aliud Eucharistia, quàm panis & vini sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, iuxta illud adhuc Matth. xxvj. Iesus panem benedixit & fregit, deditq; discipulis suis & ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meũ. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens. bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus, noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et Luc. xxij. ibi, & accepto pane gratias egit, & fregit & dedit eis dicens. hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquàm cœnauit dicens. hic est calix, nouum testamentum in sanguine meo, qui pro nobis fundetur.

VNDE HOC SALVTARE STAtutum; salutare quia in salutem hominum ab ecclesia, introductum est vnde psal. 51. in deo salutari meo, spes mea posita est. &. 118. expectabam salutare tuum domine, & mandata tua dilexi. & 52. Esai. viderunt omnes fines terræ salutare dei nostri hac ratione haud negligendum, scilicet ei potius obediendũ ut supra & in præallega. c. quisquis & seq. 14. q. i. vsque adeo, ut neq; præscribi possit, neq; consuetudine tolli. c. fi. de consue. Et si quis non obediat (ut paulo supra dicitur) uiuens ab ecclesiæ ingressu arcebitur. Et moriens Christiani carebit sepultura. quod quàm miserrimum sit & detestabile homini christiano, ex eo liquet, argu. quę apertissimum est, quod ueteres eã uiolantibus quàm grauissimas statuerunt pœnas l. i. ii. iii. & toto titul. ff. de sep. uiola. imò, uetustissima est sepulcrorum religio. xii. tab. lege, latĩ norum græcorumq; omnium, existimantium, ea, templa quædam esse deorum Manium, dicitque Bal. noster, pœnas adhuc, q̃ maximas esse, quem priuari sepultura consi. ccccxxvi. uol. i. & probatur secundum eum in l. i. C. de his qui pat. uel. fi. occid. quodq; creditor appellans ne debitor sepeliatur, audiendus non est l. fi. ff. de ap. non recip. Spe. in §. quibus ver. viii. de ap. Neq; restituendus Clericus spoliatus corpore iam humato. c. reintegranda. iij. q. j. Estq; limitatio ad regulam quod spoliatus ante omnia restituendus est. l. si quis à se fundum. C. ad legem Iul. de ui pub. Et si olim sepeliri corpus ab aliquo impeditus fuisset quis, pœna librarum. 50. auri puniri solebat impediẽs, hodiè tertię partis bonorum confiscatione, ab actione cadit, efficitur infamis, & tantundem hęredibus defuncti erogare tenetur. l. cũ sit & auth seq. C. de sep. uio. Don. Sanchio, figliuolo del Conte Garcia di Castiglia, nemico del padre uiuo, morto ch'egli ne fu il comperò da Mori per darli sepoltura, quod exemplum lingua Italica scripsi, quia sic etiã scriptum & annotatũ reperi.

FREQVENTER IN ECCLESIIS PVBLICETVR; ne (ut subiicit) prætextu ignorantię non obediens excusetur. similisq; ratio est in c. quoniam ad fi. de limo. & melius quã alibi in c. j. in §. i. de postu. prælato. perpendendũque est, non semel bis & ter, & non in ecclesia tãtum, sed frequenter & quidem in ecclesijs, quia ubi periculum est maius ibi cautius est prouidendum. l. i. §. sed & si quis. ff. de carb. ed. c. ubi periculum de elec. in. vj. not. in l. si tutor. C. de peri. tuto. & in l. sed & si pupillus in. §. proscribere. ff. de insti. ac. Laus deo optimo maximo.

Finis.

LABOR.

QVemadmodum agricolæ summo cum labore terre semina mandant, fructus uero maiore cum uoluptate colligunt, sic qui disciplinis operam nauant, laboribus multis sibi comitem gloriam comparant.

Ad Idem.

Qui uitat molam, uitat farinam, quiq; apes qđ aculeatæ sint, perpeti noluerit, nec melle quidem fruetur. laboribus igitur uirtus quæritur, quia nec Aristoteles, nec cleantes, nec Euclides, ullos subterfugiebant labores, imò quod à laboribus originem trahit quies (ut inquit Plato) & ab ocio ac negligentia labores. nemoq; ignauus deos in ore habens facultates conquiret sine laboribus, dicebat etiam Euripid.

ISMENIAS IVRIS
MANTVA PATAINO
IVR. CON. AVTORE.



SI CERTVM PETA.



HAEC RVB. generalis est, ut de illa iudi. maximè quia ibi & hic, fforũ est Secunda, & tertia pars, ad differentiam librorum qui sub alijs partibus cõtinentur, & qui cõscripti sunt, qm̃ singulares dicuntur, ut declarat Iacob. de ra. & post eum Albe. in §. In secundo autem, in prohæ. eiusdem lib. Et non ab re(ut dicemus infra(verbum rei generale est, & ab hoc verbo incipit legislator, & si ad cognitionem specierum debet præcedere cognitio generis, & si deniq; credendi generalis appellatio est.

De puncto in diuisione huius rub. dicitur ẽt nescio quid, quod est loco copulæ. l. aut facta. §. uiri. ff. de pen. adde Bar. in l. cum duobus in §. in cocunda. ff. pro so. gl. in. l. iij. in §. duæ ff. de carb. ed. & in l. precia rerum in prin. ff. ad legem fal. & in cle. sæpe de ver. si. Nec est obiter omittendum, quod est minima lineæ pars, ut intellexit Iob. c. xx. ibi hypocr ta ad instar puncti est. seu & melius. laus impiorum breuis est, & gaudium hypocritę instar puncti. Et supra positus significatiuus.

In medio uero diuisiuus, ut hic, In fine autem, terminatiuus, secundum grammaticos. Dicit etiam ad propositum Bal. quod alias extremitas quædam est, quodque ad punctum finaliter omnia reducũtur, in l. arethusa col. ij. ff. de statu. ho. tamen aduertendum est, quia ibi pũctum finalem intelligit. i. finalem rationem actus. Ad dicta etiam hic, de præpositione ista De. qđ quandoq; significat materiam, quandoq; causam immediatam, vt hic per docto. & in l. non dubium ubi Ias. multa col. v. C. de legib. Aduertendum est, quia imò quandoque remotam significare uidetur. l. i. ff. quo. bo. ubi de bonis testatoris dictum est, inq; interdicto illo facta mentio, & tamen fructus quoque ueniunt eo casu. Sol. id est quia in ultimis voluntatibus, bona pro hęreditate capiuntur. l. nam quo ad fi. ff. ad Treb. ereditas autem nil aliud nisi successio in uniuersum ius quod habuit defunctus. l. nihil aliud. ff. de ver. si. ergo. Secundo tamen adhuc instatur de. l. i. iuncto. §. ex die. ff. de ui & ui. arma. ubi in illo interdicto pariter, fructus continentur, hoc est agi posse contra deicientem quoque fructuũ ratione, & eo respon. etiam quæ ad ipsum peruenerunt. Sol. lex ibi processit ulterius disponendo, cui acquiescendum est. l. prospexit. ff. qui & à quib. glo. in l. si non fuerint. ff. pro so. Bar. in l. Titia in §. Imperator ad fi. ff. de lega. ij. Tertio instatur per tex. in l. de almentis. C. de transac. vbi transactio facta ualet super alimentis prętereris futura autem regulariter non compręhendit. Sol. nec id absq; ratione decisum est, quoniam à futuris uita hominis pendet ut ibi not. & ratione subiectè materię ita dicendum est argum. in l. si vno. ff. loca. Quarto facit tex. in l. fi. in §. fi. ff. de cont. emp. ubi promissio de fundo modiorũ mille facta est, & tamen si alienatus sit fundus, ad ditis verbis quo iure quaq; conditione ea proedia Lucij Titij hodie sunt ita ueneunt, non debebuntur. Sol. illud ideo est quia obligatio personalis non sequitur fundum. ad quod ille tex. allegari solet, vbi glo. etiam allegat conpordantes, & maximè in l. i. in §. si hæres. ff. ad Treb. vbi ego in collectan. & in dialogo latè.

Quinto & ultimo facit tex. in l. si finita in §. i. ff. de dam. infe. ibi de opere. i. de damno quod fit ex opere. Sol. effectus inest sue causæ. uel dic qđ causa cum effectu expræssa sit, & sic immediata non remota, Causam immediatam igitur significat his non obstantibus. Et ideo si statutum dicat quod condemnatus de homicidio non possit cancellari de banno, poterit tamen condemnatus ex mandato siue ratione mandati. d. l. non dubium. C. de legi. not. in l. mulier. ff. de ac. re amot. Cyn. in l. i. C. si reus uel ac. Bal. in statu.

homi

homicidium. numero. iij.

Quandoque præpositio hæc de, auget, l. i. in prin. ff. depo. vnde lucretur. hinc. 5. & 6. ibi.

Qui faciant solem certa de surgere parte.

& ibi.

multasq; lacunas

Ingremio gerere: & rupes deruptaq; saxa.

Interdum pro à ponitur. l. si is qui. ij. ad fi. ibi. de te stipulatus hoc est à te. ff. de fur. l. fullo. ij. ibi, de domino liberatus, idest à domino. ff. eo. Nec aliter Ci. ad at. i. ibi. De censoribus condu xerunt Asiæ uectigalia. i. à censoribus. Ego de crasso domum emi. i. à Crasso. Et idem in l. i. C. de fideicom. & in l. idem Pomponius in prin. ff. de arb. Nonnunquàm De. i. pro. §. necessarium, ibi nulla mulier de qualibet re includatur, aut cu stodiatur in auth. ut nulli iud. & Fusius Io. And. in regu. nullus ex consilio ad fi. in mercurial. & ut subiecta materia dictat, sicuti paulo ante declaramus, & nouissimè sentit Bal. in l. ex arrali ad fi. C. de actio. emp. Vel sepositis omnibus dici potest, præstabitq; nobis argum. ad similia, quod stet demonstratiue siue declaratiuè, de qui bus legislator tractaturus est, præalle. l. idem Pō ponius, ibi si de meis solis cōtrouersiis sit cōpromissum. l. cum delanionis. §. cum de villico. ff. de fun. inst. in ceteris & ad materiam multa etiā dicit Corne. consi. liii. col. ii. uol. i. non nihil, cō si. xlviii. col. iiii. uol. ii. & consi. clxvii. nu. 13. eo. lib. & consi xxvi. col. iii. uol. iii. & col. v. ibidem & consi. ccxc. col. xiiii. eo. lib.

ADDITIO.

Ad id de statuto quod de instrumento soluatur gabella nec dictum sit à quo an creditor uel debitor teneatur de quo per Deci. hic le ctu. iii. preter dicta alias adde in simili multa per Alex. consi. li. col. ii. uol. iij.

In glo. ibi ad exemplum earum, adde tex. in simili in l. liberto. ff. de nego. gest. & in l. i. C. de preca. & quod actiones arbitrariæ sunt tres, quan do quis stipulatus est, ex testamento, & ex mutuo. quarto ad exemplum instrumentorum de cō stituta, ita Bar. in l. si hæres. ff. de eo quod cer. lo. & simile est in l. incerti. C. de interdic. & in l. cū. proponas C. de bo. auc. iud. po. & in l. i. in §. tūc tractemus ff. de tute. & ra. distra. & in l. huius. ff. quod fal. tuto. & in l. i. in §. si præses. ff. de mag. conue. & in l. ii. ff. de ven. inspi. & quod depositum ad idem quod ammodo imitatur naturam realium actionum inquit Bar. in l. idem pomponius col. ii. ff. de nego. gest. & probatur in l. i. in §. si apud deposi. & not. Dy. in l. qui fundum in §. si tu ex parte. ff. ad legem fal. & ad idem rursus adde tex. in l. i. in prin. ff. de cura. fu. & in l. gallus in §. & quid si tantum. ff. de lib. & po stu. & in l. iii. ff. de iniusi. test. & in l. quod dicitur in fi. ff. de mil. testa. & in l. licet in prin. ff. si quis omi. cau. testa. & in l. si seruus pluriū in §. si quis ante. & in l. sed & si certos. ff. de lega. i. & in l. cū pater in §. i. ff. de lega. ii. & in l. seruo. ff. ad treb. & in l. i. C. de rerum permu. idem Bar. in l. i. in §. i. in prin. ff. de preto. stip. & in l. omnes populi col. iii. ff. de iusti. & iu.

Subijcit glo. superest uidere de actionibus personalibus. & male (addas tu) quia actio de dolo de qua dictum est supra est personalis & non in rem scripta ut ad exhibendum noxalis & quod metus causa, ergo non de omnibus personali bus supererat uidere ut inquit & mirum est, nisi pro resolutione dicas ut per Bar. in l. sed & si in §. in hac actione. ff. de dolo.

Et posthæc, quod subiicitur hic si cer. petatur & exponitur. i. mutuum, quia multa specialia & singularia habet. l. singularia. infra eo. & ea rōne etiam secundum Bar. hic, quia mutuum contractus est, qui præceters frequentius quam alii celebratur. Adde. tex. in l. i. in argumentum tamen ibi frequentes. ff. de inoffi. test. & in l. properan dum in prin. C. de iudi. & in l. i. in prin. ff. de diuer. & tempo. præscriptio & in l. nā ad ea. ff. de legi. & in l. certe ad fi. ff. de preca. & in l. in ciui lem C. de fur. & simile, quod in adulterio ratione frequentiæ trāsactio prohibita est ut pulchrè de clarat Bar. in l. qui cetum in §. fi. ff. ad legem Iul. de ui pub. & ad idem quod in l. & seruorum in prin. ff. de sta. bo. fit mentio uenditionis gratia frequentioris usus, non quod id non habeat locum etiam alio casu. estque rursum tex. in c. fraternitatem de sepultu. idem Bar. in l. sed quis in pignore in §. i. ff. de pigno. actio. & dicit alibi Bal. quod sic priuilegium prælationis quod habet depositum, habet propter frequentiam con tractus (seruitque ad dicta in l. i. C. de eden.) in l. pro debito. C. de. bo. auc. iud. pos. non. nihil etiam Odof. in l. i. col. ii. de publcia. Bar. in l. ii. ff. pro empto. hac ratione etiam nouissime inquit Iurecon. in l. fulcinius in §. i. ff. quibus ex causis ī po. ea. qđ frequētissima ē possesionis causa Tutaturque Bal. ratione frequentiæ diffinitionem mandati, in rub. ff. eo. col. i. per tex. in d. l. nam ad ea. & in gladio exemplificat ad huc vlpia. in l. Imperiū ff. de iur. om. iud. & sic in maiori Impe rio, non autē magistro uel aliis, & aduertit Cur. iun. collega. olim, vbi nos sępe ibi numero. 82. & dictu mirabile est, etiam, quod frequentia pręsumptionem inducit secundum Flo. in l. seruitutes col. x. ff. de serui. & quod confessioni factę etiam cum causa, indote, standum nō est, nisi lap sa sint tempora opponendi exceptionem non nu merate dotis, ne mutuo amore se spolient coniuges. l. i. ii. & iii. ff. de don. int. ui. & uxo. vel (& nunc ad propositum) quia frequenter consueuit fieri contestatio, spe future numerationis dotis, ita Bal. in c. si cautio in prin. de fide inst. & his stantibus nō mirum est etiam si cōmuniter, rub. hæc sic allegatur. si cer. peta. scilicet, & non de reb. cred. uel de cer. condic. quanquam alia ratio ne dicant aliquid hoc idem esse potius, quia in

medio

verbo.§.mixte.ff.de actio.& ob.& in simili,in §. ex maleficiis.ibi.& ob id.mixte sunt insti.eo.ergo & petitio hæreditatis d.l. hæreditatis. C. de peti.hę.quia illud ideo est ex quo nullibi cautũ erat.ꝙ essent realia, ut petitio hęreditatis hic, & ĩ d.§.petitio.& ꝓbatur adhuc pter dicta alias, in pãlle.l.hęreditatis.ibi à ceteris aũt,ꝗ uer.loquẽs dẽ reali singulari,indicat superiorẽ quoque realẽ pariter,sed vniuersalẽ.l.cũ prætor.§.i.ff. de iudi. ceterorum.ff.de uer.sig.c.raynucius de test. l. ex omnibus ff.de offi.præsi.& quia aduersatiua autem aduersatur his quę sunt eiusdem generis.l.si mariti.§.fi.& ibi.Bar.ff.ad legem Iul.de ad.

ADDITIO.

Glo.ista uidetur esse male locuta in tribus. primo.dũ præsupponit petitionem hæreditatis actionem realem,namque mixta uidetur(ut etiã dicebam proxime)probatur,presupposito in primis id merum esse,quod est simplex & a compositione alteris rei abstractum penitus.l. Imperiũ & ibi dixi.ff.de iur.om.iudi.l.cum seruus. ff. de cõd.& de.hinc merum solum dicimus. Merulam auem, quod sola uolet & Meracum vinum aqua non admixta,quod ex vnius Meracis fit iuxta illud Prop.ii.

Ah pereat quicunque meracas repperit vuas.
Corrupitque bonas nectare primus aquas. & sic purum ac merum.quia ad propositum mera realis esse non potest propter præstationes personales.d.§.petitio.Non mera personalis,ex quo datur cõtra quẽcunq; possidentem, ergo mixta necessario.l.munerũ.§.mixta.ff.de mune.& ho.

Nec ob.tex.in d.§.petitio,& in d. §.sed & is. quia sensus est,quod non realis simpliciter sit nisi ratione supra dicta ex quo datur ut realis contra quemcunque possidentem.& simile est in §. sequens insti.de actio.& in illis tribus iudicijs famil.hær.communi diuid. & fi.regun. tripliciter considerando mixtum ut per Areti.in §. quædam in prin.insti.eo.

Secundo male locuta uidetur,quod personales in rem scriptę ad exemplum realium proponantur,siue ad earum similitudine, Nam simile est id quod conuenit in qualitate, vt idem per omnia,quod conuenit in substantia & diuersum quod nec in substãtia, nec in qualitate.l.si vnus. §.pactas & ibi Bal.col.i.ff.de pac.sed personales in rem scriptæ non conueniunt in qualitatibus per omnia cum realibus, ex quo pręsupponunt eum cum quo agitur obligatum secundum Bar. in l.i.ff.de interdic.realis autem nullam presuponit obligationem §.i.inst.de actio.ergo.

Tertio male locuta uidetur quod nunc.de personalibus sit uidendum,quia actio de dolo personalis est,& tamen(ut dicebam pariter supra) posita est in tractatu personalium in rem scriptarũ & male imò quod affinitatem habere non videtur,cum actione quod metus causa,quoniam illa pœnalis est & non infamat.ista autem non, & infamat.

Nisi ad.i. respondeamus, quod denominatio fit ab eo quod est magis proprium,cum maxime iura clara sint,istud idem dicentia.in d.§.sed & is & in d.§.petitio, quibus non est ex hoc sufficienter rñsum.l.queritur.ff.de sta.ho.Abb.in c.quod in dubiis de consecra. ec.uel alta.& hoc est quod dicit etiam Bal.in simili quod effectus cuiusque rei debet attribui parti quę præponderat, consi. cccxi.col.ii.uol.iiii.

Ad secundum uero,satis esse quod conueniat in eo pariter quod est ipsius actionis proprium, quod detur scilicet contra quẽcunq; possidentẽ.

Ad tertium & ultimum, quod habent se tanquam excedentia & excessa secundum Bal. in l. si cum exceptione in §.eum qui ff.quod met.cau. & ita in simili dicit etiam Bar.in l.ij.in i.col. ff. de iniusto testa.& in l.ij. lectu. i. C. de dolo. & glo.in l.naturaliter in §.nihil cõmune,ff. de acqui.po.& Bal.in c. fi.col.pe.de consuetu.& in c. nouit de ap.idem.Bar. in l. lumen, ff. de seruit. urb.predio.et Bal.adhuc in l.prescriptione col. viij.C.si con.ius uel uti.pub.& in c.fi. col. ij. de præscrip.& in l.aliquando.ff.de tributo. & quia dixi alibi etiam satis transeo.

Ad dicta hic rursum de actionibus realibus, & personalibus, quod ille sunt istis digniores, ex quo sunt maioris comprehensionis. c. in nouo.xxi.dist.aduertendum est,quia imò personales plenius prouident,namque annis.xxx.durãt, ille.x. & xx.l.petitionis.C.de peti. hære.l.sicut. C.de præscrip.xxx. an. extinctaq; re extinguitur realis, personalis non l. qui res. §. aream. ff. de sol.l.in rem.ff.de rei uen.& quia denique realis datur ad speciem personalis ad genus, quod nunquam perit.l. incendium.C.si cer.pet.l.si ex legati causa ff.de uer.ob.verũ hac ratione digniores dici non possunt.sed ualidiores realibus, imò & rursum, quod reales ualidiores esse videntur personalibus quoniam personalia animi personis extinguũtur,(quicquid dictum sit supra)realia non l.si tibi.§.pactum.l.iurisgentium.§.pactorum §.idem.§.personale.ff.de pac.l.si pactum ff. de proba.l.iii.ff.de censi.l.i.§.personis.ff.de iure immu.Alia ratione igitur personales digniores esse uidentur,ut hic per Docto.ratione subiecti s.§.fi.insti.de iu.na.l.iustissime.ff.de edil.ed.

Sed contra quia si uasallus fuerit clericus, pares curie nohilominus erunt eiusdem iudices,ita Bal.in c.i.col.ii.de controuer.feu.apud par.termi.in vsib.cuius contrarium tamen dici deberet ratione subiecti,c.si diligenti de fo.comp.c.ij.de iudi.Sol.id est propter naturam causæ, nanque ad se personam trahit, non persona causam, potest quę generalis consuetudo,hãc iurisdictionem conferre etiam in clericos,non si fuerit specialis.c.ecclesia S.Marię.de cõst.not.in c.qđ clericis de fo.compe.late Bal. in loco supra allega.

Circa.q.illam, an vna sit tantum certi condictio

ctio, vel plures, de quo etiam hic per gloss. & latius in l. certi conditio, infra eo. cōmunis conclusio esse uidetur quod sint duæ vna generalis, altera specialis, & bene, ac primo per text. instit. quibus mo. re cont. ob. in prin. ubi ex mutui cōtractu, nascitur actio, quę uocatur (inquit tex.) conditio, ergo specialis. l. i. §. ex incendio. ff. de incen. rui. nauf. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. & quia cum sit ipsius causæ effectus. i. mutui, eidē etiam debet commensurari. l. ita autem in prin. l. si plures in fi. prin. ff. de admi. tu. sed mutuum specialiter contractus est, ergo & actio, siue certi conditio. & dicit in simili tex. in l. iii. in prin. C. de transac. quod specialis transactio. specialem producit effectum. & est argumentum quoque in l. in agris. ff. de acqui. re. do. Considerādo etiam quod in numero singulari ibi tex. loquutus est, ubi alias si de generali loqui uoluisset, numero plurali utique usus fuisset. quæ etiam pro mutuo datur d. l. certi conditio, §. quoniam. infra eo.

Secundo probatur per tex. in l. i. ff. de tritica. ubi qui pecuniam numeratam petit. illa actione utitur si cer. petatur, ergo certi conditionem speciali. quia perinde est ac si dixisset idem mutui conditione peti posse, & sic necessario ad differentiā certi cōditionis generalis, copetentis pro omni eo quod certum nobis dari petitur.

Tertio probatur, quia eodem modo contrahitur & contractum petitur mutuum, quo indebitum §. i. insti. quib. mod. re cont. obli. sed indebitum specialem habet conditionem ut ibi, ergo & mutuum. l. si quis seruo. C. de fur. & multo magis quidem, cum sit contractus frequens & priuilegiatus l. singularia. infra eo, argumentum. in l. item apud labeonem in §. hoc edictum. ff. de iniur. & quia etiam si ex stipulatione oritur dummodo certa sit ut insti. de uer. ob. in prin. inducēdo ut hic per Alex. non est ratio cur ex mutuo ēt oriri atque competere non debeat. considerādo adhuc quod contractus mutui noīatus est l. quotiens. ff. de præscirp. uer. l. iurisgentium in prin. ff. de pāc. & quod hac ratione nominatam etiam actionem producere debet.

Quarto probatur per tex. in §. sequens Insti. de actio. ubi actiones rei persecutoriæ sunt, quibus actor mutuā pecuniam petit, ergo plures & non vna generalis scilicet & specialis. l. ubi numerus. ff. de testi. & idem præsupponitur in l. qui mandatum. ff. manda. vbi qui mandato domini pecuniam mutuo dedit actiones (inquit tex. in numero plurali) cedere tenetur.

Quinto & ultimo quia certi conditio generalis non est necessaria, sed datur ubi alias ex aliqua speciali actionem certum peti potest, ut hic per Bar. col. iii. in prin. sed ex mutuo datur etiā generalis. d. §. quoniam, ergo & specialis necessario, ergo duo & non vna.

Tamen contrarium etiam suaderi posse uidetur, ex pluribus quoque fuitque vltramontanorum opi. ita tenoratium audacter, & primo, quia iure cautum non reperitur. quod plures sint, §. consideremus. in auth. de trien. & sem. §. cum autem, uer. sinautem in authen. de non elig. secun. nub. sed contrarium potius in d. §. quoniā ibi hanc certi conditionem generalem argumētum in l. i. allega. etiam supra de tritica. ibi illa actione utitur si cer. pet. & in l. quotiens. ff. de actio. & ob. ergo vna. l. ii. §. ex his. ff. de ori. iu. cōsiderando ad idem, quod leges semper utuntur vacabulo singularis numeri, ut hic in rub. in fi. in que illis verbis, & de certi cōditione, & in d. §. j. insti. quib. mo. re cont. ob. & in d. l. certi conditio & est argumentum, in l. Iulius phæbus. ff. ad treb. vbi singularis numerus non congruit pluribus, nec pluralis sermo vnitari. & quod idem est homen. l. si idem. C. de codicil.

Secundo probatur quia diuersitas actis nunc cognoscitur ex medio concludendi, exemplificādo ut per Bar. in l. non licet per illum tex. ff. de dolo. & hic. verum hic idem est medium, ex quo certum petitur, ergo (ut diximus) una.

Tertio quia si generalis datur pro mutuo, d. §. quoniam specialis utique foret sine effectu. ergo multiplicari non debet, quandoquidem ars & natura nihil operentur frustra. l. qui bis idem ff. de uer. ob. nec fieri debeat quod factum nō releuat. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. cauea. l. hæredes. §. pluribus. ff. fam. hær. imò quod ex generali prouisione, specialis locum habere non potest, ex quo concurrerent & male. l. doli. clausula. ff. de uer. ob. c. generi per speciem de regu. iu. in vj.

Quarto quia numquam genus in speciem trāsit nisi species quoque speciale nomen assumat. argumentum in l. mortis causa capimus ff. de dona. cau. mor. sed hic speciale nomē nō assumeret ergo vna tantum generalis.

Quinto & vltimo fere ad idem, quia genus nūquam transit in speciem nisi addatur differentia l. ius autem ciuile. ff. de iusti. & iur. quod esse nō potest in certi conditione, spālis, ex quo mutui expressio. actionem non qualificat, sed rē demonstrat, ergo vna.

Breuiter teneo ego hanc partem, iudicio meo veriorem, ex his, Nec ob. si diceretur ad primum quod imò iure cautum inuenitur, ex quo secundum Bar. foret absurdum, contractum hunc tam frequentatum actionem specialem non habere, quod supra etiam dictum fuit, ex quo hoc non efficit propterea, ut iure cautum dicatur, reperiri. d. l. quotiens, ibi nisi nominatim cauerit. l. i. §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iu. imò qd absurditas hæc tolleratur, ex quo (ut dixi) cautū non reperitur argumentum in l. prospexit, ff. qui & à quibus. & in l. cum dotem, & ibi Bal. C. de iure do. Ad tex. in §. i. insti. quib. mo. re cont. ob. opponitur quod intelligitur de certi conditione speciali, ex quo ēt loqui uidetur, de speciali contractu mutui, sed ex infra dicendis pariter lo

co

eo suo patebit uerum non esse. Rursum inquit Bar. falsum, quod idem sit nomen, quia quando dicimus certi condictionem specialem, est perinde ac si diceremus mutui condictionem, quod non est in generali, quæ capitur pro omni certo & male, quoniam ut dictũ est supra nomina hęc diuersitatem non inducunt, nec efficiunt ut genus in speciem transeat.

Dicit quoque ad secundum quod imò medium concludendi est diuersum, quia mutuaui, & quia certum est, ideo peto te cõdemnari. & ad huc male, quia omnino effectualiter idem est, ex quo si mutuaui sine dubio etiã certum est vel argumentum fatebimur quando de actione speciali fuisset prouisum.

Ad tertium dicunt tenẽtes communem, quod imò erit cum effectu ut hic per Bar. sed quia pẽdet ab infra dicendis transeo.

Ad id etiam quod genus & species non concurrunt, cõfundi subijciunt, ex quo genus & species proueniunt ex diuerso fonte, post Bar. in l. i. in §. hoc edictum. ff. de no. ope. nun. & minus ucre, quia si semper est certum dici non potest ex diuerso fonte prouenire.

Ad quartum dici etiam posset, quod imò speciale nomen assumeret mutui sed replicabitur propter certum nomen speciei dici non posse, ut in v. argumento, ad quod non uideo quõ modo posit responderi.

Sexto suadetur, quia de certi condictione speciali alibi loquitur Iurecon. oriente ex numeratione, uel consumptione. d. §. quoniam. l. si à furioso. l. nam & si fur, infra. eo. ergo alicubi pari modo de ea quæ specialiter ex mutuo oritur, dixisset, non dixit, ergo nec nos dicere possumus, quorum nõ est legem extendere vulga. l. si uero. §. uiro, ff. sol. mat.

Et tenendo sic adducta ad oppositum tolli facile poterunt. & dici ad primum. non ob. quoniã esto (ut inquit Deci.) quod ex eo cõtractu nascatur condictio, non per hoc infertur quod sit specialis, et male ac contra ea que not. in l. hoc legatum. ff. de lega. iii. ubi. in dubio specialis dispositio potius quam generalis præsumitur, & pari modo potius condictio specialis ex mutuo quã generalis ratione certi ibidem: & est simile in stipulatione que potius à verbis denominatur, quã à consensu, ex quo generaliter in omnibus requiritur. l. i. §. adeo ff. de pàc. Dic ergo & responde tu aliter, de certi condictione generaliter intelligi debere. & necessario quidem, ex quo de speciali nullibi (ut dictum est) iure cautum reperitur ex quo tollitur etiã aliud quod effectus suæ causę sit commensurandus, quia commensuratur satis etiam quod de generali certi condictione intelligatur, cum mutui expresio non qualificet actionem, sed rẽ potius demonstret. & quia etiã non est semper uerum id ut dixi in l. singularia. in ij. lect. nu. 20. infra eo. & nouissime quia bo. po. est iuris pretorij. §. quos autem insti. de bo. po. & tamen causat transmissionem quę est de iure ciuili. l. illud. §. fi. de bo. po. contra tab. not. in l. emancipata. C. qui admi. Tollitur item et aliud de singulari numero sepositis hic quæ longa serie à Docto. dicuntur, & de triticaria pariter, quæ (ut dicunt & bene) locum habere non poterat, cũ ibi de numerata pecunia mẽtio fiat, quia imò non aliter dici debuit, ex quo sensus est condictionem generalem nasci ex eo contractu. quę regulariter etiam competit, ex omni causa ex omni obligatione ex qua certum petitur, ut in d. l. certi condictio in prin. infra. eo.

Non ob. igitur secundum. quia verba ipsa innuunt contrarium, alias mutui mẽtionem fecisset (ut Docto. dicunt & bene hanc partem tenẽtes) imò plus dic tu etiam quod mutui mentionẽ fecisset, quod nihilominus intelligeretur (ut supra responsum est) de certi condictione generali, ergo, & multo magis dicendo si cer. pet. auth. multo magis. C. de sacrosanc. ec. l. quanto magis ff. de iureiu.

Non ob. tertium quia æquiparatio uerissima est propter rem, ex quo uterque recontrahitur, & sic antecedens fatendum, negandum uero cõsequens, alias dicunt scriben. indebitum etiam ęquiparatur commodato & deposito, & tamen pro istis non datur certi condictio specialis. & male quoniam datur commodati & depositi quę sunt speciales actiones, & large condictiones, appellantur. l. actionum genera in prin. ff. de actio. & ob. Alio igitur modo respondẽt, quod nõ est specialis, sed generalis. ex quo certũ petitur, & sic tam in indebito quam in mutuo, & rursum male, quoniã specialis omnino dici quoquo modo potest, per adiectionem qualitatis indebiti. & propterea respondeas tu vltimo, verum fore, qđ eodem modo contrahatur mutuum, quo indebitum, sed non propterea quod pro mutuo specialis condictio competat quemadmodum pro indebito, ex quo (ut sępe diximus) iure cautum nõ inuenitur nec facit quod mutuum sit contractus multum frequens & priuilegiatus, quia hoc ipsum arguit, de speciali actione aliter prouideri non debuisse, ex quo satis est quod alia habeat priuilegia, argumentum in l. fi. ubi. glo. singula. in simili tamẽ. C. de sacrosanc. ec. & probari hinc etiam potest, quia si certi condictione in deposito agi potuisset, quod pari modo est priuilegiatum. forte, de speciali actione prouisum nõ fuisset. & vltra quia magis certum est in contractu mutui quam alijs. l. si iactum retis. ff. de actio. emp. & vt hic per Deci.

Nec ad idem facit quod dicitur insti. de uer. ob. in prin. quia non est verum quod specialis oriatur in stipulatione, si certa sit, sed generalis vt tex. met innuit ibi, non cauillando literam & exponendo ut exponit gl. & dicemus etiam infra, ergo nec in mutuo. Aliam responsionẽ quoque tradit, sed tuta nõ est, dic ut per eũ, & istum vti solidiorem tene. Minus ob. etiam quod mutuum

tuum fit contractus nominatus quod que elegãs habeat nomen, quia hac ratione debuisset etiam producere nominatam actionem, sed tamen q a iure non cauetur ut supra quod nullam aliam habet quam certi condictionem generalem.

Non ob. quartũ, quia pōt respōderi secundũ Deci. numero plures esse, quando actor. pro pluribus contractibus mutui agit. sed non placet, quia hoc ipsum minus apparet.

Secundo respondetur, cum relatiuum quibus ibi non modo pecuniam mutuam respiciat, verũ etiam stipulationem deductam optima ratione in numero plurari id dictũ fuisse. & rursum male, quia utroque modo certi condictione petitur

Tertio respondetur id propter condictionem triticariam esse quæ cum generali certi condictione concurrit ut in l. certi condictio, infra. eo. not. Nec. ista sol. placet ex quo facit mentionem pecuniæ pro qua triticaria non datur. l. i. intra de tritica. ideo responde tu, (ex quo tolletur inductio quoque. l. qui mandatum. ff. mãda.) quod est modus loquendi uel plures vel vna tantum cōpetat, l. modestinus. ff. de sol. l. i. §. plane. ff. de tute. & ra. distra. & quia etiam numerus pluralis in singularẽ resoluitur. l. ij. §. ex actis. ff. de ori. iu. l. falsa ff. de cōdi. & de. l. summa. ff. de sta. ho. c. omnes. j. d. & in terminis probatur optime in l. quod si nolit. in §. si. ff. de edil. edic. ubi exponitur in his actionibus i. in hac actione. & in l. quia actionem. ff. de præscrip. uer. vel & vltimo quod dixit quibus in nu. plurali, ex quo paulo supra de actionibus persecutorijs & in personam quæ ex contractu nascuntur pari modo fecerat mentionem sed non vt plures essent certi condictiones.

Non ob. quintum, & vltimum quia ex supra dictis sublatum videtur, ex quo verum est certi condictionem generalem dari, eo casu quo competit specialis actio. item dari etiam pro mutuo, sed dum dicitur, dabitur ergo etiam specialis, falsum, quod cum supra satis superque satis ostensum sit nunc aliter non est repetendum. & dum glo. hic, subijcit, alij dicunt vnam tamen certi condictionem generalem. limitatur quod dicit glo. in l. qui filium in §. Sabinus. ff. ad treb. qđ quando recitat opi. vltimam tenere amplectique videtur, nisi his verbis vtatur, alij dicunt, quidã dicunt & similibus, quoniam tunc prima censetur ipsius glo. & tenenda est, si melioribus rationibus quam alia, nitatur, vel æquitatem sapiat, secunda rigorem, d. §. sabinus not. in l. si cum exceptione in §. sed & si quis. ff. quod met. cau. Ias. plene in l. idem cum eodem in §. fi. ad fi. ff. de iu. om. iud. & Deci. in c. i. ad fi. lectu. i. de consti. sed ex supra dictis secunda vltramontanorum verior videtur, ergo ab ea non recedendum.

Tenendo tamen communem & glo. quod duplex sit certi condictio. generalis & specialis pro mutuo queritur, quę namque vtilitas hinc resultet. & respondet Bar. in l. certi condictio, breuiter hoc ipsum resultare. quia si in libello preponatur actio & non generalis, specialis intentata videbitur, exempli gratia peto centum, quæ tibi mutuo dedi. teque ad idem condemnari, & clarius in l. hoc legatum. ff. de lega. iii. & in l. i. col. iiii. ff. de eden. not. in l. edita. C. eo. vnde videmus hinc (ut dictum etiam fuit supra) quod rub. ista & quidem in specie communiter allegatur si cer. petat. & non in genere de reb. cred. & quia si res, duas habeat qualitates, vnam in specie alteram in genere, attribuitur semper dispositi oni speciem recipienti. l. seruis vrbanis. §. fi. ff. de lega. iii. & quia vltimo loco (ut dicebam pariter supra) stipulatio à verbis denominatur, non à consensu generali in omnibus conuentionibus. l. i. §. adeo. ff. de pac. & nimirum præter hæc, quia genus minus est, quam species, & non ita potens vt species. l. cum indebito in prin. & ibi Bar. ff. de proba. c. generi per speciẽ de regu. iu. in vj. vbi species derogat generi, & præsumptio in specie tollit præsumptionem in genere. quod tamen declarat, verum fore, quando concurrunt, quoniã si diuersa respiciant tunc secus. d. l. hoc legatum & ibi Bar. in simili in l. i. in §. hoc edictum col. i. ff. de no. op. nuncia. & si libellus ineptus sit, quãdo creditor scilicet eãdem summam seu pecuniã sibi reddi petit, quoniam tunc debet saluari & intelligi in genere, non in specie. l. ij. infra eo. aliàs viciaretur. Et idem quãdo specialis actio esset pœnalis seu famosa, quia tũc generalis potius, intentata videretur, quam specialis. vt tradit Alex. in l. gallus in §. si eius col. j. ff. de lib. & posthu. vel si essemus in contractibus, quod in eis regulariter verum esset dicit Soci. quoque. in l. cum queritur per illum tex. ff. de reb. dub. ex quibus omnibus exornatur quod habetur in d. l. hoc legatum. ff. de lega. iii.

Secunda est vtilitas, inquit idẽ Bar. quia agẽs & liberans debitorem, ab actione intentata, omni alia remanẽte, quæ sibi competere posset. efficit si plures sint. ut reseruatio aliquid operetur alias non quam improbat Alex. & Pau. cast. ante eum, quia vna electa altera tollitur. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. l. cum filius §. uarijs. ff. de leg. ij. not. in l. edita. C. de eden. Et quis facta semel electione, in productione libelli variatio non admittitur, ut not. in d. l. edita. Bar. in l. de rebus. ff. de actio. re. amota. vel & vltimo dicamus, quod cum in dubio videatur intentata specialis, ut dicebam proxime supra de electione alterius actionis non agatur generalemque extingui statim. & placet, quanquam vltimum hoc nō teneat Ias. dicens non extingui, sed variationem non admitti. & male, quoniam quod agens actionem non habeat, vel habeat & eam non intẽtet, quia vetat lex. paria esse videntur, argumen. in l. & eleganter in §. seruus pactionis. ff. de dolo. & ad propositum. hoc non solum in contractibus verum etiam in delictis locum sibi vendicat secundum Bar. in l. i. in §. vnde queritur. ff. de publica.

blica. & uectiga. Sed tamen aduertendum est, quia dubium facit text. in l. prædia. ff. de actio. emp. ubi quis à principio poterat agere ad pœnam & ad interesse, pœnam elegit quam etiam consecutus est, & nihilominus ab actione ad interesse non est prohibitus. Secundo dubitationem faciebat tex. in l. item illa in §. fin. ff. de consti. pecu. ubi agens actione de constituta non propterea à pristina repellitur, quo minus & ea agere possit idque etiam in l. ubi quis. ff. eo. Tertio dubitationem faciebat tex. in l. in delictis in §. si detracta. ff. de noxa. ac. ubi electione qualitatis scientiæ uel ignorantiæ ad effectū de quo ibi, facta per dominū pōt mutari nec uariatio est prohibita. Sed nihil est, dicique ad primū potest illud ideo esse, quia plus erat in interesse quam in pœna, & ad illud plus quidem agitur. Ad secundum uero, nec id fore absque ratione dictum, ex quo actio de constituta conuenta est ad obligationem augēdā, vnde si vna electa altera tolleretur, inducta ad vnū effectum operarentur contrariū & male. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. l. qđ fauore. C. de legi. Ad vltimum autē. id esse patitet, quia mutatio qualitatis in aliquo, condemnationem non cedit nec mutat, ut not. in l. i. & ibi Ias. in specie col. viij. ff. de no. op. nū. & ita tene. Nisi saluando dicamus, obiectiones. Pau. & Alex. procedere qñ non esset facta reseruatio, ut in casu. isto tamen ex alio. non est bona, nec ista ratio ne prima, ex quo actio in librllo hodie non est exprimenda. c. dilecti de iudi. not. in l. edita. C. de eden. & in c. significantibus de lib. obla. ideo cogitabis.

Tertia est utilitas (aliis ptermissis gratia breuitatis institute quia si due sunt inteutando. specialē uidebitur intentata cum omnibus suis qualitatibus & priuilegiis de quibus in l. singularia infra eo. generalē uero non, & sensit Bal. in rub. C. eo. ad fi. Quam improbat Ias. quoniam priuilegia contractibus attribuuntur & non actioni, usque adeo, quacunque actione agatur, ut intelligatur cū priuilegiis mutui actū fuisse. Et male quia si certi condictione generali agatur, potius agi uidetur ad id, quia certū, & nō quia mutuū. ideo consonat ut prius dicebatur, priuilegia potius in certi condictione speciali, quam generali perpendi debere. Sed ratione supradicta, & præallega. c. dilecti. nec ista tuta uidetur. Et sic disputatio uana & (ut aiunt) de lana caprina.

Dum ergo glo. ibi at his uerbis dicit. his uerbis de reb. cred. non solum mutuum sed ceteri omnes contractus de quibus in hoc titulo conti nētur eā improbat gl. in rub. insti. de hære. quæ ab int. def. quod imò tātum de mutuo dicere uellit hic tractari. & nos aliàs late ideo nunc trāseo.

Et in fi. dum dicit rursus, quod quidam dixerunt si cer. pet. esse proprium actionis nomen Adde similē (quāquā reptobata sit hęc) in l. iii. C. de lib. & eo. lib. & ad pronomē illa, q dixi in lectu. & nouissime facit tex. in l. aqlius regulus ibi in illo cenaculo. ff. de dona.

Ad glossellā petatur, adde. Corn. cōs. clxx. ad fi. uol. i. & simile dū dicit hic petatur. i. repetatur, de quo in §. nos igit & ibi glo. in auth. de defen. ciui. ubi officiū iudicū sumant. i. reassumāt, exponit, & est simplex uerbū pro composito.

ADDITIO.

Ad illud de quo supra quod idcirco si cer. pet. dicitur, & nō de reb. cred. cū allegatur iste ti. ppter frequētiā cōtractus, præter dicta supra nouissime adde, qđ ob id numerādo, alteri p alterū qritur actio, haud tñ regulare. l. i. C. p quas person. nob. acq. l. stipulatio ista §. alteri. ff. de uer. ob. & pbatur ad ppositū. ī l. certi cōdictio in §. si nūmos infra eo. & ibi Bar. Et ad idē qđ frequētia pactorū legis cōmissorie & adiectionis in diē effecit, ut lex. eorū specialē habuerit curā, fecerītq; etiā speciales titulos. l. i. & ibi Bar. nu. 10. ff. de dona. Et qđ actiones pœnales essēt annales pterq̄ furti nō manifesti, ppter frequētiā delicti, inqt idē Bar. in l. in honorariis col. ij. ff. de acti. & ob. Et ideo quāq̄ actio de dolo nō detur pro modica summa l. si oleum. §. fi. & l. seq. ff. de dolo furtum tamen committitur in re etiam minima quia frequentius fit in re uili. quàm dolus comittatur, ut in locis p̄allegā. not. & in §. gallinarū insti. de re. di.

ADDITIO.

Quod de isto tractatu fit mētio in plutibus locis & maxime in §. in Tertio, & in §. tettio, in p he. ffor ū supra & in l. ij. in §. secūdus autē articulus. C. de uet. in. enucl. Certumq; est rub. hanc ut cōmuniter tenetur, diuidi in tres partes. de reb. cred. si cer. petat. & de certi cōdictione, pūctūq; (ut diximus supra) stare loco copulæ. Sed difficultatē moueo quare gratia cōmodioris doctrinæ iuxta not. in l. i. ff. de excep. do. à iuteconsult. nō est diuisa pariter in tres tractatus ut factū alibi est de lega. i. ij. & iij. quomo. & quando iud. de sen. ex peri. re. & de executio. rei iudi. Sol. ut forte breuitati consuleretur. l. i. ff. de ori. iur. l. i. ff. de pscrip. uet. l. ita vulneratus ad fi. ff. ad legē aq. l. si qs obrepserit. ff. ad leg. Cor. de fal. l. etiā. ff. de manu. uindi. l. i. infra eo. Vel q̄a tractatus iste, nō habet materiā ita prolixā ut in d. locis Vel qđ sit ad bene esse, nec omniū quæ à maioribus nostris tradita sunt tatio reddi facile potest. l. nō omniū. ff. de legi. Eccl. iij. ibi, Altiora te ne q̄sieris & in qt. D. Thom. in j. par. summe qđ homo conari nō debet ad ea quæ supra rationem sunt.

ADDITIO.

Ad q. Bal. in l. de pecoribus. C. ad legē Aquil. de qua hic per Docto. dixi; ego alias satis, adde nunc Bal. met in l. fluminum in §. hęc stipulatio. ff. de dam. infect. & in l. si ex plagis. in §. fi. lectu. i. ff. ad legem Aquiliam. stante statuto quod de percussionibus sanguinolentis, pax & concordia fieri non possit, fieri posse tamen, si quis in terrā deiiciatur, & percutiat caput ad lapidem

pidem indeq; exeat sanguis, ex quo nō immediate sed mediate exiuit & non ex percussione sed propter percussionem, quæ dictio denotat causam remotam & mediatam.l.i.§.nunc uideamus, ff.de coniungen.cum eman.lib. & consequenter quod nec deiiciens teneatur, nisi studiose deiecisset.& subiicit in d.§.hæc stipulatio, quod ita tenent aduocati, nouissime Alex.cons.cxliiii.col. iii.uol. vj.

Sed moueo difficultatem quod statutum non ualeat ut potē prohibitiuum pacis & sic cōtra ius diuinum.c.fi.de præscrip. & quia dixit Christus pacem meam do uobis, pacē meā relinquo uobis,

Melior hominibus quàm bellum,

Primum gratissima musis,

Et inimica furiis, delectatur procreatione sobolis,

Et gaudet diuitiis. Inquit Eurip.Supplic.in simili Bal. si prohibeat ne iustitia fiat, non ualere pariter in l.Oratio.ff. de sponsal. Sed nihil est & responderi potest, quod imò ualeat, quia publicam utilitatem respicit, ne delicta facile committantur, sed à delinquendo homines abstineant potius & arceantur. Et quia in decalogo etiam dicitur non occides, & tamen ex forma statuti banniti possunt impunè offendi, ut not.in c. quæ in ecclesiarum.de constitutio. Imò quod ex causa aliquando à iure diuino & naturali recessum est.l. si seruus.& ibi not.C.de his q. ad ec.cōfu. Finis.

VLPIANVS LIB. XXVI. ad Edictum.



ENE EST. Ad uerba ista formalia, bene est priusquam ad interpretationem uerborū perueniamus, pauca de significatione ipsius tituli referre. Ad de reprehensibile fore, loquenti, si uocem propriam ignoret, priusque determinare, quam determinationes intelligere quæstionis.l.Domitius Labeo.ff.de testa.l.ut responsum C.de transac.glo.in c.manifesta.ii.q.i, Ange.cōsil.cx.col.i.Io, Ruger,in rub.de cau.pos.& prop. col.i. Et quod omni sermoni præponi exordium legibus singulis acōmodatum, decet, fuitq; uerbum Plato.in lib.de legib.xxxiiii. Et quod pauca dixit cum mysterio, ut cū extrema orationis parte conueniat, aliàs id unum obiiceretur Hora.

Amphora cœpit institui, currente rota,

Vrceolus exit,

parturient montes nascetur ridiculus mus.

Et quia semper breuitati studendum est (ut dicebam supra in rub.) & nouissime quia (inquit Isocrates) superuacaneum est multa uerba de re facere, quæ paucis absolui potest, Inque loquacitatem infinitam incidunt, qui omnia enumerare uolunt.& quod summa laus in narrationibus sit breuitas, probatur in l.i.ibi, breuiter commemorare necesse est.C.de offi.præfec. præto.

Ad uerbum tituli, de quo etiā infra, inq; illis urbis, ideo prætor sub hoc titulo de commodato & de pignore edixit, multa iura ad contractus uarios pertinētia prætor sub hoc titulo inseruit, adde quod idem sonat quod rub.& fit ad ostendendum id quod in nigro tractandū est, & subinde ēt declarandum ut tradunt Bar.Ang.Saly.Ias. & Alex.hic & gl.in l.i.C.ne li. ter. prouo. Idem Alex.cōs.vii.col.ii.uol.vii.& Soci.cōs.xxiiii.col. ii,uol.iiij.Cor.cōs.cxxxv.col.ij.uol.j.unde Persi.

Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno.

Rubrica etiam dicta est terra rubea, qua fabri materiarij utuntur, quaq; carpentarij, Amussin, hoc est funiculum quo utuntur pariter, oblinunt. Et ad titulum redeuntes, sciendum est, à titulo dici per similitudinem quandam, quod capitis ornamentum flaminum erat, quia in principiis librorum ac legum, non sine ornatu ac colore rubeo ut plurimum ponitur, quodq; aliquando ēt canon titulus appellatur.c.si quis diaconus. 50. dist.quandoq; accusationē significat.l.nō est ambiguum.C.fam.her.nōnunquā possessionis qualitas est.l.nec ullam.§.in oībus.ff.de peti.hær. Et causa, ut per Archid.in d.c.si quis diaconus.col. j.latissimē glo.in c.dudum.in uer.intitulatam. de elec.& in d.l.non est ambiguum, Barb.in rub. de uer.ob.col.v. Est ēt index cuiusq; scripturæ, indicat rem subiectam, & ueteres rubricam appellabant, quia rubro colore (ut supra dictum fuit) scribebatur, uel quia prætor album suma literis rubeis scribebat.tametsi quidam rubricam uerbum latinum non esse dicant, & male. ait enim Quint.orato.insti.xij. Iurecon.se ad album & rubricas transtulisse.& Persi.ut supra.

Oculo rubricam dirigat uno. Et alibi.

Si quid Masuri rubrica uetauit? Et Aquinas.

Scribere puer, uigila, causas age, perlege

Maiorum leges.deq; ornamento sacerdotum (ut supra) nonnihil Tranquil.in Tito.

ADDITIO.

Ad id igitur de quo etiam hic, an ex ordine rub. liceat arguere,& in l.unica.in glo.magna ad fi.C.ne fideiusso.do.& in l.j.in prin.ff.de pac.& in §.pœnales.insti.de act.adde Ias.in rub.co. tit. & lib.col.iii.& iiii.nu.14.& 17.& Pau.Cast.cons. lxxxiii.col.iii.uol.ii.Odof.in l.i.C.ut ne.inui. age.co. Et quod habens orationem perfectā poterit allegari ad decisionē causarū, quodq; ita cōiter tenetur. Et contra Deci.probat efficaciter Fe ret.(mihi olim non uulgaris amicus dum esset in humanis) in rub.de cōsti.ad fi.aliàs nu.25.ubi & nos multa Bertran.conf.83.nu.3.uol.j.Grat. nouissime consil.43. col. ii. uol. i. Et cognoscitur quando incipit per ut uel per ne, uimq; legis habet, tradit Alex.ēt col.i.uol.vij.si uero incipiat p an.tūc ponitur per modū qōnis lexq; siue textus decidit,& omnis consultatio refertur ad interrogata.l.Aurelius.§.Sticho.ff.de libe. lega. inque omni cōsilio, quod reddunt periti tacite subintelligitur clausula, secūdū ea quę proponūtur ut dicebat Scęuola. & Bal.in rub.C. an seruus ex suo fac.

fac.& in statu.rubrica.nu.1.Castren.in l.si is qui ducenta.in §.utrum.col.iij.ff.de reb.dub.nonnihil Scriben.maxime Aqueñ. in l. qui Romæ. in §.duo fratres.col.iii.ff.de uerb.obl.

ADDITIO.

Ad id etiam quod nigrum debet conuenire rubro,not.glo.in c.ubi qui, de rescrip. in vj. & in c.bonę.de confir.uti.uel inuti. & in c.si super gratia.de offi.del.in vj.Abb.in c.si sacerdos.de offi.ordi. Et facit pro aliquibus legibus loquentibus de alia materia quàm de materia rubricæ, exēpli gratia,l.vim facit.ff.de ui & ui ar.quæ de ui turbatiua loquitur,& nihilominus de expulsiua loquitur rubrica, duo inquam maxime differentia ut pulchrè declarat Bar.in l.extat.ff.qđ met.cau, quod insolutum relinquit Gui. Papæ in singul. suis. Decclxvij. Et dici potest quanquam regulare sit,quod nigrū rubro cōueniat, non tñ ex eo semper uerū esse, usq; adeo ut neq; officiat quia regularis rei dispositio debet attendi exceptioq; in uno casu firmat regulā in nō exceptuatis.l.regulariter.ff.de pet.hæ.l.cū quā.C.de fideicom.l.iiii.§.i.ff.de fideicom.lib.l.quæsitū.§.deniq;. ff. de fun.inst.Barba.in rub. qui admi. C. col. xxxj. Imò si(ad propositum)nigrum contradiceret rubro,quod nigro foret standum utpote posteriori secundum glo.in l.j.siue in rub.d.l.j. coniunctа. C.de præben. sala.lib.x.& in auth. ad hæc. C. de usu.But.in procem.decretalium.Et quia nigrum quoque est magis deliberatum, tradit & declarat ultimo loco Iaſ.insti.de actio.in prin.nume. 20. Et quod rub.declaret intentionem nigri, & statuentis,not.Bal.in l.j.col.ii.C.ne lice.ter. pro uoca.Alex.cōf.xiii.col.iii.lib.iii. & cōf. cxxxvij. col.iii.uol.vj.& consil.xx.col.ii.uol.vij. & consi. xiii.col.iiii.uol.iii.Roma.conſ.cxx.col.ii. Decl. conf.ccclxxxvj.col.pe.uol.ii.Et dicit idem Alex. alibi si rub.est generalis,quod etiam lex debet generaliter intelligi,consi.cix.col.ii.uol.v. imò gl. & Bar.in l.i.C.de cap.ci.consi.exi.lib.xj.& conſ. xlii.col.i.uol.vj.

ADDITIO.

Quod ex ordine rub. arguatur ut supra, & ad decisionem causarum allegetur rub.si orationem perfectā habuerit, nouissimè declarat Alex.cōf. vj.prealle.col.ii.uol.vii.& conf.lxxxli.col.pe.& conf. cviii. col. ii. uol. iii.& conf.lxxxix.col.iii. uol.vj.multa Por.in rub.instl.de iusti.& iu.ad fi.

ADDITIO.

Ad monosyllabam sub adde multifariam multisq; modis exponi ut plene Corn.declarat conf. clxxxvii. col.iii.uol.iiii. Bal.Saly.& Rō. hic. Hic uero sub hoc titulo,id est post hunc titulum, & similis expositio est in l. ii. in §. recuperandę. ff. de interdic.& in l.eas causas.ff. de cond. & dem. Bal.in l.ex arrali.ad fi.C. de ac. emp. quanquam glo. expo.teneat ut iacet sub hoc titu. id est sub hoc tractatu.in uer. barios. adde aliquando sub. id est ante exponi,iuxta illud,sua galli cantū cōsultor ubi ostia pulsat,sed nihil ad propositū hic.

ADDITIO.

Ad id quod omnis nostra cognitio debet sem per incipere à genere, quodq; laudandus est qui bene proponit,adde Seysel.in l.i.col.v.ff.de iust. & iur.& non ab re hinc dixisse glo.in rub.qui ad mi.C.qđ ille titulus est generalis ad omnes bon. poſ.ubi aduertunt Ferrarien.col.ii.& hac ratione bene.quodque est quæstio in triplici differentia facti,inutilis,& scibilis. Facti,iustissimum leges condidisse,inutilis quot sint harenæ maris, scibibilis de rebus uniuersalibus ut hic. Et ad propositum habetur etiam in §.his igitur.insti. de iusti. & iur.& in l.i.ff.eo.& in l.j.C.de transac. Bello. cōſ.lxxviii.in prin.& phisico.j.Philosophus, inquit ueriores reddi sermones nostros,si uniuersalibus prius cognitis ad particularia postea descendamus.Barba.in rub.de uer.obl.,ubi etiā opponit & soluit. Et quanquam istud regulare sit adde tamen nouum non esse, quibusdam specialiter enumeratis,clausulam generalem subiici ut alibi inquit Iurecon. in l. si seruus seruum. in §. inquit lex.ff.ad legem Aquil.plene Iaſ.in rub.de actio.insti.col. vj. ex quo enumerata prius etiam speciali nota fortierant digna,l.item apud Labeonem.§.hoc edictū.ff.de iniur.d.§.inquit lex, declarat Ro.in l.iii.in §.prætor ait.col.iii.ff.de dā. infec.Et ad regu.d.§.inquit lex,multa Cor.conſ. ccxcv.col.ii.uol.i.in pulchro casu,& conſ.clxix. nu.10.uol.ii. Vnde hinc Agricola diligens & studiosus sic à simili guttatim aquam spargit frugibus arrescentibus,postea totam uertat.

ADDITIO.

De enthymemate etiam multa dicit Iaſ. hic adde quod est genus argumenti cum uno tantum assumpto concludimus.vnde Iuuenal.Saty.vj.

Non habeat matrona,tibiq; iuncta recumbit,
Dicendi genus,aut curtum sermone rotato.

Torqueat enthymema,& syllogismus(rursum) imperfectus, dictum ab eo quod in mente relinquitur obseruatio, unius propositionis,hoc modo,dictum est hic de rebus cred. credendi generalis appellatio est,& nimirum,quia ad cognitionem specierum,debet præcedere cognitio generis.& ab hac maiore argumentum formari debebat,quæ tamen omissa est.Item qui sumptu & labore sibi uirtutem parauit,insignem meretur laudem.Herodoti uictoria, sumptu labore constat, ergo insignem meretur laudem. Item uirtute nemo male uti potest,ergo uirtus est bona.Et hinc dicimus,& uidemus,nota & aperta omnibus,plerumque de industria prætermitti. Similēq; est, de quo in problemat.Aristo.lib.x.c. xlj. quando dicit quod ex omnibus animantibus, solus homo,uaria tempora generationis obtinet,quia septimo,octauo, & decimo mense nasci potest, & nonum omittit utpotè omnibus notissimum.Itē beneficentia est secundum naturam ergo iniuria naturæ repugnat.

De pbationibus pſumptiuis, pſumptione approbata à lege,qa uicinus,,qa cōfessus,hic dñs,

 addc

addde pa ręter dictam à nobis aliàs, nouissime Felin.in c.j. col. i. de proba. & in c. in præsentia. col.vij.eod.titu.& in c.causam.col.6. de præscri. & Corn.cons.xxj.col.ii.vol.ii. Boer. quod sufficit si sic dicatur, in probanda morte, ad Alex.hic decisio. cclxxxviij. num. 1. par. ij. Idem Feli. ubi etiam declarat quis dicatur uicinus, in c. quosdã. col.i.de præsump. Et quod probatio præsumptiua concludat in c. quia verisimile. col. ii. & iii. & in c. literis.col.ii.iii.& iiii.eod.titu. Boer. con sil.cclxiiii.nu.4.& quod ex probatione facti refulcat præsumptio iuris, inquit Soci.per not.hic in l.cum quid.col.vj. infra eod. Et in probanda morte (vt supra) Corn.cons.x.col.ij.vol.i. Et q̃ vicinus præsumitur habere notitiam de factis vicinorum consil.xxiij.eodem lib.& consil. cxcvj. col.i.& consil. ccxix. in princip.& consil. ccxlv. col. fina. & consil. ccl. colum. prima. & consil. cclxvj.col.iiii.& consil.ccxciii.col.iiii.& consil. cccxxxix.col.ii.& cons.ccccxl.col.iiii.eod.lib. & cons.clxxxj.col.iiii. vol. ii. & maxime quia propter assiduam conuersationem, ut dicit in locis prædictis, deuenitur ad sensum corporis. Et idẽ dicit cons.cccxxxii.col.iiii.eo.lib. & cons. xxiiii. col.iii.uol.iii. nonnihil Bar.in auth.ingressi.nu. 69.C.de sacrosan.eccl. Et quod dicta de uicino, eademq; præsumptio, militet in his quæ solent esse uicinis nota, adhuc idem Corn. declarat cõsil.cliii.col.iii.uol.iii. Et quãquã uarient Doct. ita tenendum esse tamen affirmat idem Cor.cõs. ccxvj.col.iiii.& cõs.cclxviij.col.ii.& cons.cxxxj. col. ii. uol. iiii. Et in præsumenda scientia pacis factæ, inimicitiæ prætextu primitus ortæ adhuc testatur cons.cclxviij.col.iii.& in collectis à cõmunitate exigendis, cons.cclxviij.col.iii.uol.iiii. Et quid sit probatio præsumptiua rursus, non aliàs de se arctans, sed quia uicini &c. tradit etiã cons.ccxxxii.col.iiii.uol.ii.Alex.cons.lxxxii.col. iii.uol.iii.Bal.in l.data opera.col.viii.C.qui accu.non pos.Et ad idem multa exẽpla ponit Gui. Papæ post Bar.hic quod sufficit sensus ab actu remotua, si ex eo præsumatur actus decisio.ccclvij. col.ii.Et alibi dicit Seysel.in l.sciendum.col.iiij. ff.de uerb.ob.quod sufficit testem deponere per uerisimile. Et Alex. quod in materia filiationis probatio bona est & futoris cons.lj.col.ii.& cõsil.cxli.col.vj.uol.i. Et ibi quod ratio à teste red dita debet reduci ad actum, ut concludat si secun dum sanum intellectum concludere potest. Et q̃ concludens sit quia sum uicinus, late probat, & declarat cons.xcii.col.iii.uol. v. Et clarius cons. lxxj.col.iii.uol.i.quod dictum testis dicẽtis scio, quia sum uicinus, debet intelligi de his, quæ oculos uicinorum latere non possunt, exempli gratia aliquam esse meretricem prostitutam, & tale q̃d aliud non absimile, secus uero in his quæ oculos eorum latere possunt. Item intelligitur in actibus habentibus actum successiuum, & quæ facile transire possint in notitiam uicinorum & con iunctorum, ex quo secus erit pariter in habenti-

bus causam momentaneam ut contractus testamentum & similia, & ut ibi per eum latius. & cõsil.cxxxvlii.ad fin.uol.vij.

Posset etiam dici sic, ignorantia regulariter præsumitur.l.uerius.ff.de proba. l. fi.ff.pro suo. Et nimirum quia est actus priuatiuus, habens ne gatiuam annexam, quæ sui natura improbabilis est. l. actor quod asseuerat.C.de prob.c.bonæ de elec. Fallit si ignorantiam prætendens, sit coniunctus, seu uicinus, ut hic & in l. Octaui.C.unde co gna.uo.in l.is põr.ff.de acqui.hę.dixi ego in d.l. uerius, impressã ad fi.Enchiridij rerũ singul.laté. Et quod uicini præsumantur scire facta uicinorũ adhuc, quodq; concludens ratio tamen non sit, nisi in his quæ communiter uicinis sunt nota, uo uissime etiam tradit Alex.cons.lxxx.col.iii.circa mores diuitias & similia.uol.ii.& cons.lxxxvj.ad fin, & consil.clxxxvii.col.pe.eod.lib.Bal.pulchrẽ in l.conuenticulam.col.vj.C. de episco. & cleri. Idem Alexan.cons.50.col.iiii.uol.iii.Et ad idem dicit consil.xxviii.col.iiii.uol.v.quod testis non habens notitiam facti, non probat. Et consil. xc. col. ii. uol. iii. quod deponens extra articulum de quo hic pariter per Bartol. (iterato dixerim) non probat. Fallit in casu ut per Feli. in c.de testibus.col.ii.de testi.

Est uerum (ut dicit Alexan. hic) quod condemnatus ex præsumptionibus, seu ex probationibus præsumptiuis, mitius punitur, de quo etiam alij, post eum. Adde Deci.in l. si fugitiui. numero 50.C. de ser. fugiti. & Bernar. de Luco.regu.ccclxx.& Bal.in rub.de offi.del.nu. 24.

Ad dictum Barto. an testis posit interrogari priusquam deponat ut dicat quid sit mutuum in genere, uideretur dicendum quod non (Bar.enim tenet quod sic) ex quo fieri non debet quod factũ non releuat.l.hæc stipulatio.§.diuus. ff. ut lega. uo.caueа. Sed interrogans non releuatur ex quo genus non est in commercio nostro.l.ii.§.& harum.& ibi idem Barto.ff.de uerbo.obli. nec debet testis interrogari de eo quod non est. ergo.

Secundo præsupponit Bar.quod testis respõdeat absque redditione rationis & male, quia ubĩ laborat intellectus, tenetur.l. solam. & ibi Bal. C.de testi.sed genus est quid intellectuale. l. incendium.C.si certum petatur.ergo. Et maxime ac tertio, quia male hæc applicari posse uidentur ad testem ex quo doctrinaliter dicta uidentur, argumentum in l. si seruus seruum. in §.inquit lex.ff.ad legem Aquil. Quarto, quia uerbum istud mutuum, æquiuocum est, potestq; se habere ad ius & ad factum, argumentum in c. in præsentia. ibi præterea cum uerbum illud. de proba. ergo respondere non tenebitur, nec debebit interrogans uagari cum discrimine testis, argumentum in l.prætor edixit.in §.j.ff.de iniur. Et quia inquit Philosophus prius distinguendum est postea respondendum, argumentum in l.ut responsum. C. de transac. & in l. precibus. C.de impube.& ali.substi. Vltimo, quia paulò infra

infra dicit idem Bar. quod testis non posset inter rogari de dominio ex quo est iuris, & si responderit quod non probabit, & tamen prout consistit in facto posset respondere. argumentum in l. iudicia. C. de rei ven. Tamen ab opi. Bar. non discede, quia potest interrogari etiam ut dicat quid sit fama, & vtrumque ponit ultra dictæ hic Alex. consi. cxv. col. ii. uol. iiii. cōsi. cl. col. v. uol. v. & de fama consi. cxxiii. col. ii. uol. vii. et de cōsuetudine. consi. xlv. col. iii. vol. ii. & si dicat nescire quid sit mutuum, vel fama, aut cōsuetudo, argumentum est ipsum non intelligere & consequenter non probare, ut legitur in dictis locis, nouissime idem Alexan. consil. cxli. col. iiii. uol. i. Ad argumenta mea si cogitaueris optime respondebis.

De chronicis & historiis an probent eisdemque standum sit Boer. decisio. cclxxxviii. nume. 2. par. ii. Pet. à Duena regu. clvii. Bertran. consi. i. numero 145. uol. i. Grat. consil. ix. numero. 56. uol. i. quid in libris antiquis, Iurecon. poetis, Medicis, & similibus. Adde Feli. in c. cum causam col. ii. de proba. ad saturitatem in c. qualiter. ii. col. i. de accusa. & in specie quid de libro Galeni & Hipocratis, Abb. in c. fi. ad fi. de feu. Et de eo qui prouinciale vocatur, quiq; a sede apostolica approbatus est, autore Hiero. Paulo vice correctore eruditiss. viro alioquin & magno pratico, Cardi. in cle. ii. in §. irritum. q. iii. de electio Seueri. in tracta. pensio. q. xxx. col pe. Et quod scripturis antiquis credatur quando continent aliquā enuntiationem possibilem, not. idem Bar. ut hic in l. monumentorū & alij ibidem. C. de religio. Specu. in §. uidendum uer. nono. de proba. Alex. consi. xc. col. iiii. vol. vj.

Ad q. Paticast. hic quod filia dotata si sit à successione exclusa intelligi debet à successione dotantis adde Io. Franciscum capilistium in subscriptione cons. Fulgo. liiii. ad fi.

Et amplius, quod filia ista successione patris non priuetur contra communem probo, nanque negari non potest, quod rub. statuti no sit dubia quia generalis argumentum in l. prætor edixit. ff. de iniur. uerum in dubio uidentur statuentes uoluisse se cōformare cum dispositione iuris cōmunis quę est quod filia succedat patri, l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. l. maximum uicium C. de lib. præteri. l. scripto. ff. vnde lib. ergo.

Ad idem statutum contra ius commune, ubi potest vnum effectum operari, non debet vtique operari duos, ut ex multis probat Ro. cōsi. cxcix. col. ij. sed hic utique operaretur, ergo, Ad idē de priuilegio ad statutum arguitur, ut ibidem legitur. sed priuilegium generale ius nō subuertit l. si quando. C. de inoffi. testa. ergo. nec statutum.

Nec ob. ratio conseruationis agnationis, quia ea attenta deberet etiam filia exclusa à successione patris & matris, extantibus masculis, excludi etiam à successione fratris, & tamen non excluditur. l. i. §. veteres ff. de acqui. po. item in iure congrui ea est ratio, & tamen femine non excluduntur iuxta not. in l. dudum. C. de contrahen. emp. & contra Bar. facit etiam quia dato uno inconuenienti non debet dari maius. l. quod uero contra. ff. de legi. Bal. in l. lege. ad fi. C. de legi. hæ. unde Euripid. in Hecuba.

Satis puellæ tuæ mors, non addenda. Non addenda alia ad aliam. Ergo exclusa a successione matris & auiæ, non excludetur à successione patris.

Ad illud de quo hic per Deci. etiam an regulæ cancellariæ ligent ubique. adde latissime quę congerit Gomes. olim collega ad extraordinariam iuris canonici in proœm. regula. cancella. ap. nume. 11.

Dubitat quoque idem Deci. lectu. tertia. an appellatione animalium ueniat homo, adde tu Alber. in l. de quibus. col. xliij. ff. de legib. Et ibi an ueniant gallinæ & anseres.

Ibi rei quoque uerbum, ut generale prætor elegit. & nimirum credendi etiam generalis appellatio est ut paulò supra dicit hic Iurecon. & fides terminus generalis, ut hic res, inquit Purpu. in rubri. C. de summa Trini. in prin. Et simile in dominio, in possessione, & in usufructu uc per Alex. cons. xcv. col. iii. uol. iiii.

Et quod uerbum rei sit generale ut etiam not. in l. secunda. C. de eden. & in l. licet. C. de pact. liquet quia alibi exponitur res, id est ueritas in c. primo. & ibi Alua. col. prima. si de inuesti. iur. domi. & uasal. in usib. Et adeo uerum ut comprehendat etiam ius agendi, secundum Feli. in cap. peruenit. & ibi Cardi. ante eum in prin. de testi. cogen. Imò quod generalissimum est, ut inquit Corne. (adiiciens idem esse quoque in uerbo bona) consil. ccccxij. col. prima, uol. j. Et Synedoche apud bonos autores frequentissima, cum dicit Persi. ad propositum Saty. ij.

Rem struere exoptas cæso boue. res enim (aiūt ibi interpretes) generale est uocabulum, quo oīa significari possunt, ut apud Græcos πρᾶγμα rei appellatione quoque ueniunt nomina debitorum l. rei ap. ff. de uerb. sig. Corn. cons. cxcvii. col. fin. uol. ii. Et seruus qui ut res mobilis etiam usucapitur l. omnia §. fin. ff. de lega. i. l. fi. in fi. C. de uerbo. sig. l. in seruorum. C. in quib. cau. cessat lon. tempo. prescrip. Sed contra quia facta est personarum distinctio à rebus. l. i. ff. de sta. ho. bon. text. in l. procurator totorum. ff. de procu. Et quia occidens seruum tenetur lege Cornelia de sica. Et si uenit improprie uenit quia lex dixit. ut etiam not. in c. cognoscentes. de consti. tamen à communi dicto ut supra non recedas.

Item uenit coitus & uolupeas, sensit Luchret. secundo, ibi.

Et res per Veneris blanditum secla propaget.

Et homo ipse. l. in actionibus. ad finem. ff. de in litem iuran. dicto c. cognoscentes. & ibi plene Barba. de consti. ad quod illud Solomonis dictū optime facit. Magna res est hō. Exponitur

rursum res, id est vtilitas. l. j. ff. de app. recip. Et libertas ecclesiæ, præallega. c. peruenit. & ibi Bal. de testi. cogen. & pactum inde etiam vel conuentio. l. iurisgentium. in prin. ff. de pac. Quandoq; pro pecunia & diuitiis ponitur, pro lite & pro imperio, vt in Octauio Tranquil. ibi & re & æstimatione magna fuit. c. iij. & c. xxxij. ibi, & vt folite agi, Nouembri ac Decembri mense res omitterentur. Vulgatumq; illud Poetæ facit. res Agamemnonias victriciaq; arma secutus. Postquam res Asiæ rei ap. venit etiam patrimonium. l. iii. §. bonorum. ff. de bo. pos. Et interrogatio. l. eũ quẽ temere. §. i. ff. de iud. Et alibi exponitur, res id est causa. d. l. ii. C. de eden. l. etiam. §. i. ff. de ma. vin. Aliquando veritas vt supra, aliquãdo corpus, aliquando actio, nouissime declarat Bal. in c. fi. nu. 13. de fer. Et in c. licet vndiq;. nu. 4. de offi. dele. dicit quod aliquando factum aliquando actum qui hic significat. Et Grat. cons. ix. nu. 92. vol. i. ꝙ corporalia & incorporalia, sub dicto verbo rei continẽtur. Adde etiam quod in diffinitione seu di facta est mentio rei immobilis, quia in mobili consistere non potest, & si rei simpliciter fuisset facta mentio, quoniam generale verbum est vt hic, diffinitio non fuisset bona, vt declarat Seysel. in feud. de ipsius diffinitione col. x. Et quod rei ap. adhuc veniant iura & actiones tradit Alex. cõsil. lx. col. iii. vol. iiii. & cons. xxxix. col. ii. vol. vj. & cons. lj. col. i. vol. v. Et quod generalis sit & omnia comprehendat cons. lxxix. col. ii. eo. lib. & cõsil. cxcv. col. i. vol. vj. Rof. pulchrè auth. sacramenta puberum. nu. 10. posita in tracta. lis. sub tit. de S. C. clementia. Alua. in c. i. in §. item sacramenta. col. ii. de pa. iur. fir. in vsib. Cuma. cons. lxvii. quod iura corporalia cõprehendat & etiam nomina debitorum vt supra, col. j.

Dubitat etiam Bar. hic an creditor conditionalis sit proprie creditor si maxime ipsius fiat mẽtio in statuto, dic vt per eum, & adde non esse proprie & stricte, & præter dicta alias tradit pulchre Por. in §. omnis. col. ii. insti. de ver. obl. Ias. in §. item si quis in fraudem. nu. 60. insti. de act. Quid in debitore late Gomes in regu. cancellla. de non tollen. iu. quæsi. q. iiii. nu. 12. in creditore & debitore Alex. cons. cvj. col. ii. vol. v. & consi. lxv. col. ii. eod. lib. Et quanquam secus sit in creditore ratione legati vt hic per Docto. post Bar. Ro. cons. ccxxiiii. ad fi. dubitat tamen Calcan. cõsil. lxxiiii. nu. 32. Ratione delicti vero certum ꝙ creditor abusiue dicitur vt per Ias. in loco supra allega. nu. 57. deq; his tribus, late Vacon. lib. iij. declaratione xciii.

ADDITIO.

Ad dicta supra de libris, quibus credẽdum sit, nec ne, adde quod pontificalis est liber autenticus, quodque potest allegari. c. consuluit. & ibi Abb. de seruis non ordinan.

De creditore & debitore dictum est supra, dubitant Docto. quid in cessionario, & quod creditor sit, est tex. not. in l. ii. C. de dona. Adde Bal. in Marga. sua, cedere. nu. 16. tamen non est proprie creditor, sicuti nec aduersarius proprie debitor, vt hic per eos, tradit idem Bal. in statut. capere. nu. 3. & nu. 9. multa Corn. cons. xlv. col. pen. & fi. vol. i. Alex. cons. xcv. col. iiii. vol. ii. probat tamen Ro. quod vere sit creditor cons. cxlii.

ADDITIO.

Ad illud quod dicit Iurecon. hic in princi. de interpretatione, quodque est à nobis prætermissum, quid sit, & circa quæ versetur, Bal. videndus est omnino hic col. iiii.

ADDITIO.

De pignoratitia etiam de qua hic in tex. an sit in rem scripta, vel personalis, dic quod sit mere personalis ex quo oritur ex contractu, alias non esset differentia inter pignoratitiam quæ datur debitori, & hypothecariam quæ datur creditori, quod tamen est falsum. §. tertij. in proœ. ffo rum. Bal. in c. i. col. ii. de feu. da. in vi. leg. commisso. in vsib.

Ad notata hic per Docto. de diuisione fratrũ, quod fieri debeat fœlicitate fortunæ, & per sortes, vt per Bal. in l. si maior. C. communi diuidũ. not. in l. ii. C. quando & quib. quarta pars deb. adde multa quę congerit Matth. de afflic. in tracta. prothomi. in vlti. not. nu. 45. multa, vbi etiam quid seruetur in Delphinatu Bertran. cons. cxvij. col. i. & ii. vol. ii. Et ibi nu. 3. quis dicatur maior & minor, ex quo refert in Delphinatu seruari ꝙ maior diuidat, minor vero eligat, quam opi. etiã tenent Canonistæ, vt ibi refert nu. 5. & ita tenet etiam Guid. Papæ in singu. xcij. Et quod ita seruetur in Delphinatu testatur idem Gui. Papæ decisio. cclxxxix. & quod est ibi inueterata consuetudo, & quod audiuit à maioribus suis ita semper obseruatũ fuisse, & probatur in l. iii. in prin. C. de his qui ve. æta. impe. & l. fi. ff. famil. her. & in c. i. de parroch. & ortum habuit id Ab Abraam, Loth, & fratribus. Erat enim diues Abraã in possessione, auri, & argenti sed & Loth qui erat cum Abraam fuerunt greges ouium & armẽta dumq; venissent in Canaam, facta est rixa inter pastores gregum Abraam & Loth, dixit ergo Abraam ad Loth, ne quæso sit iurgium inter me & te, fratres enim sumus, ecce vniuersa terra coram te est si ad sinistram ieris, ego ibo ad dextram, si dextrã elegeris, ego ad sinistram pergam, elegitq; sibi Loth regionem circa Iordanem, & habitauit in Sodomis, Abraam in terra Canaam in ciuitate Ebron, ædificauit ibi altare Domino, dixitq; Dominus ad Abraam, leua oculos tuos, omnem enim terram quam conspicis dabo tibi, & semini tuo usq; in sempiternum, ex qua partitione facta est consuetudo vt maior diuidat, minor eligat, inquit Naucler. ĩ chronographię suę generatio. xx. col. iiii. deq; his Gen. c. xiii. Et ita tenuit etiam Cor. consi.

consi.ccxxxiiii.col.ii.uol.i. sed tamen communis opi.est, ut fiat sorte,& ut prius dictum est,& hic tradunt scriben. & nouissime Ias.in l.si duo bus col.i.C.communia de lega.quia ubi humanum consilium non sufficit,fortuna altercationē dirimit,præallega.l.si duobus §.i.Bal.in c. cum omnes numero 33.de constitu.& idem in duobus vicinis mediante riuo communi,volentibus quisque suos agros aquis irrigare, inque agris rursum & molendinis,si quis vtendo velit preferri.dicendum est,sorte dirimi,& vt per Bal. plenius in c.cum omnes prælega.numero 33. de cōstitutio.Et communem opinionem esse testatur quoq;,quanquam(vt dixi)secus in Delphinatu seruetur,idem Bertran.consi.xl. numero 15. & 16.vol.i. Et sic sortibus Iactis.inter Belouesium & singouesium fratres,ac filios Ambigari Celtarum regis Belouesio Italia congit, Singouesio vero erycinię sylue regio, vt memoriæ proditum est.Et ita tenet Matth.Afflic.in c.i.in iii.not.numero 20. de prohib. feu. alie. per fed. in vsib.sciendumque est sortes,schedulas esse, in quibus olim scripta erant deę fortunæ oracula, quas fortunæ ipsius monitu pueri manu miscebant, atque educebantur, deque iudicio sortis multa aliàs,Feli.in c.licet causam col.pe.& fi.de proba.& in c.capitulum Sanctæ Crucis col.xix. de rescrip.

ADDITIO.

Ad prin.ibi bene est &c.adde quod præceptores optimi,more Medici sapientis medicinas aliquanto austeriores daturus,vt vorantibus Nauseam discutiat Melle poculum circumlinit, aliqua pręmittere debēt semper,antequam ad interpretationem veniat,rei de qua dicturi sint,ut aurium oblectatione auditores inde vtilitatem suscipiant sic Magnus Basili. in psal. i.

ADDITIO.

Ad id etiam de quo hic, quod genus non est adiectio speciei,sed quod de diuersis predicatur speciebus,Adde quod idem dicit in compendio sa Bal.quod scilicet non est adiectio secundum aliquos & male,sed quartum genus,quod (vt dixi)de diuersis prædicatur speciebus pariter,in l. precibus col.x.C.de Imp.& al.sub. & potissimū ex not.hic. Et Alua.in c.i.col.ii.de noua for.fid. in vsib.quod generalis locutio dicitur quid perfectum, ex quo omnes suas species continet.

ADDITIO.

Ad creditoris seu debitoris propositum, dubitatur quoque,num proprietatis sit. qui tenetur actione reali.& not.hic quod non. adde Corne. vbi ēt alia multa cōsi.ccxxxviij.col.vlti.vol. iiii.

ADDITIO.

Ad id quod de fide.i. credulitate hic dicitur, quod quanquam in omnibus contractibus,alienam fidem sequamur,fidesque seruāda sit, vt hic rursum dicitur,& graue fidem fallere,l.i.ff.de cō sti.pecu.l.i.in prin.vbi multa Bal.ff.de pac.feudum tamen ob ipsius contractus excellentiam,in fide consistentis,à fide pariter,siue à fidelitate p excellētiam,dicitur,vt pulcherrime declarat Seyssel.in specu.feu.in ij.q.in prin.& Alua.ante eum in prohę.feu.col.16.

ADDITIO.

Quod rei verbum sit generale, & non modo seruus veniat verum etiam liber & alia multo plura,nouissime tradit etiam Gomes in §. omnium numero 24.insti. de actio. Alex. consi. clxxv. col.ij.vol.ij.

ADDITIO.

Non nihil ad huc Bar.hic in pe.col.dicit,si teśtis interrogatus an titius fecerit testamentum tali anno mense & die.responderit quod sic & interrogatus quo modo sciat, responderit, vidisse scripturam ab ipso teste factam,& propter illam recordari,quod optime probat,quodque bonam rationem dicti sui assignare videbitur,adde probari in l.iubemus.& ibi not.C.de testa. & in l. si quis ex signatoribus.ff.quēadmo.testa.ap. Alex. pulchrè consi.clxxxiiii.col.ij.vol.vij.

ADDITIO.

Ad illud etiam quod argumentum ab auctoritatibus approbatis ab omnibus valet,tradit nouissime Soci.in l. cum quid col.iii.infra eo.

ADDITIO.

Et ad illud de credito notat in l.pecuniam in prin.infra.eo.pariter,quod pecuniam.quæ debetur etiam ad diem incertam,dicitur credita.

ADDITIO.

Ad verbum rei quod generale est. Adde,paria esse relinquere hęreditatem,vel res suas & bona. l.i.vbi Bar.post glo.& omnes ff.de sta.ho.Ferrarien.post Pau.cast.in l.licet inter priuatos col.i. C.de pac.

ADDITIO.

Ad id redeūtes rursum,nunquid pręsumptiua probatio sufficiat ,Adde nouissime & dic quod sufficit casusque indubitatus est,si concludat testis per pręsumptionē iuris & de iure.l.fi.C.arb. tu.l.antiquæ.C.ad velleia. Et idem si concludat per pręsumptionem iuris tātum,vt puta,quia dicat adulterium commissum fuisse, & rationem reddat interrogatus,quo modo hoc idem sciat, quia

quia vidit solum cum sola, nudum cum nuda c.li teris de præsumptio.c.tertio loco.c.preterea de testi.l.ij.ad fi.ff.ad legem Iul.de adul.Bal.in l.si ne possidetis.C.de proba.Nec secus si per præsumptionē inductā ex actuum frequentia & iteratione, puta quia agatur de cōtractu fœneratitio probando, & dicat frequentissime contrahentē tales contractus facere, l.neq; natales, C.de proba.not.in.l.cum allegas.C.de vsu.& in l.ciuilem C.de fur.Si vero concludat secundum præsumptionem quæ potuit actui probando adesse vel abesse, neque de facili neq; frequenter actui insit tunc non sufficiet.l.matrem.C.de proba.l.nō hoc & vtrobique exemplum.C.vnde legi.imò talis casu probatio erit dubia, nec probaniem releuabit.c.in præsentia de proba.pulchrè.Ro.consi.xci.col.ij. Et de ratione quia sum vicinus quod optima est, de quo etiam supra consil. ccxlv. ad fi.vbi etiam tacite cuidam obiectioni in materia respondet, quando negatiue dicit, vicinum non alia bona habere quam ea de quibus in articulis, quæ uix ad alimenta sufficiunt. Ad materiā etiam Bal.pulchrè in tracta. testimonio. in ver. conuenticulam col.j.& ij.

ADDITIO.

Ad dicta Bar.hic, quomodo probetur mutuū Ro.consi.ccxc.col.j.

ADDITIO.

Ad q.Bar.hic de teste declarante verba articuli, vel lua an dicatur deponere extra articulum.

Arguitur sic eius est declarare cuius est dicta re.l.fi.C.de legi.ergo declaratio non spectabit ad testem sed ad partem vel ad iudicem.Sol. non spectat ad eum sed tñ si declarauerit ad intelligētiā, nō ab re erit, ut hic in prin.Secundo quia aut articulus est clarus, aut dubius, si clarus declaratione opus non est.si dubius non ipse declarat, sed alius ut supra.Sol. vtrunque fatēdum est, sed quod sit declaratio ēt ab ipso facta extra articulum non admitto. Tertio etiā quod sit extra articulū declarando verba sua arguitur, nanque (ut dictum est) aut verba sunt clara pariter aut dubia si clara, declaratione non egent, si dubia, istud ipsum indubitabile est, quia declarare tenetur.Sol. etiam quod sint clara, declaratio nihilominus admittenda est.l.j.§.quamusi.ff.de uen.in spi. Et quanquam. indubitabile quod declarare teneatur tenebitur si petatur, alias non, & ideo si declarauerit extra articulum non erit.Cogita.

ADDITIO.

Ad glo.faciētē mētionēde Doctoribus, Adde qđ Doctores proprie sunt, qui actu legunt & docēt, & de quibus nō est facta mētio nisi in vno loco in pandectis in l.sed & reprobari, in §.fi.ff.de excu.tuto.& ideo quod alibi dicitur quod eis munus personale imponi non debet, nisi iudicā di, quodque in subsidijs cōtribuere non tenentur, non aliter intelligi debet.l.medicos.C.de pfesso.l.i.C.de mul.& in quo lo.lib.x.& utrobiq; not.de quo tamen dubitauit Gui.Papę decisio. seu.q.lxxxviij.sed prima opi.vti verior mihi semper placuit, tenendaque est.

ADDITIO.

Quare dixit de pignoribus.hic Iurecō.& glo. exponit, id est de pignoratitia ac. qđ prætor sub hoc tit.edixit. respōde quia pignoratitia est personalis & debuit inter personales pōni, hypothecaria realis poni inter reales, ut per me in rub. iufra de pigno. Finis.

PAVLVS LIB. XXVIII. ad Edictum.



MVTVVM DAMVS; in hoc prin.dum cōstituitur differentia inter permutationem & contractum innominatum nititur tamen demōstrare Coras. permutationem nil aliud esse.lib.ij.Miscel. fol. 368. col.ij.sed meo iudicio tibi palā erit illud in Panarso somniasse; dū Alex.hic in ij.not.dicit, quod ex pacto incontinenti appositō iuxta contractum, ut puta in casu.l.ij.C. de pact. inter empto. & vendito. due oriuntur actiones, ex vendito & præscriptis uerbis, & maxime ex eo, quia habita relatione pacti ad contractum resultat contractus innominatus, prout etiam not.in l.iurisgentium in §.quinimo ff.de pac.aduertendum est, quia hoc idem non videtur verum, vel saltim dubitabile e st, nanque tex.in d.l.ij.non dicit quod duę actiones copulatiue oriantur, sed alternatiue, seu electiue, ut fides contractus seruetur.argumentum in l. quod in hęredem in §.eligere.ff.de tribu.& in l.cum filius in §. Varijs.ff.del ega.ij.& in l.edita vbi glo. & Bar.C.de eden. Aduertitque purpu.in l.in bonefidei numero.7.C.de pac.& ita tenuimus nos in rep.d.l.ij.in vj.not.aliàs numero 22.Et probat tex.in et.ibidem, inque illis verbis, vt contractus fides seruetur, actio præscriptis verbis, vel ex vē dito tibi dabiturq; clara sunt l. si ita ij. ff.de ma. telt.l.iiij.§.nihil. ff.de manumisis.& cū in verbis nō est difficultas, nō est admittēda volūtatis qō l.nō aliter.l.ille aut ille.§.cū ī verbis.ff.de leg.iii.

ADDITIO.

Ad prin.etiam ibi recepturi non eandem speciem quam dedimus, sed idem genus, Adde Cuma. in pulchro casu.quod nō est mutuum cū non idem in genere est recipiendū, conf.clxxxi. col.i.& dic quod fallit in patre mutuo daute vel deponente pecuniā nomine filii, quoniam cēlebitur

bitur in dubio sibi velle donare, eamque alias mutui naturam esse ut hic,& not.Bal.in auth.ex testamēto col.vj.C.de colla.Corn.consi.cexxxv. eohij.uol.j.

ADDITIO.

Quod in mutuo transferatur dominiū,non in deposito & commodato.l.licet.§.rei depositę.ff.depo l.rei commodatę ff.commo.adde quod hac ratione præter dicta supra ī rub.de mutuo ptius tractatum est in hoc ti.quam de alijs contractibus,ut ibi Soci.etiam declarat.

ADDITIO.

Colligit hic Bar.& Docto.etiam quod ex eodem facto non possunt resultare qualitates diuersæ, Maxime si se ad inuicem non compatiantur.Sed contra d. l. controuersia. ff.de transac. vbi ex contractu transactionis testator moritur testatus & intestatus,& sic duo hæc.quę sunt cōtraria l.ius nostrum.ff.de regu.iu.Sol.tolerabile est ex postfacto.sed non a principio.l.circa.ff.de inoffi.testa.l.cum duobus & ibi Ias.rationem assignat.C.eo.

Secundo obst. quia testator instituit vxorem suam Dominam usufructuariam auth. hoc locū & ibi Bar.C.si secun. nup.mul.& tamen qualitates istæ sunt contrariæ.l.titia.§.titia. ff. de lega.ii.Sol.stant ista simul quod vsumfructum habeat & sit domina,ratione pręeminentię,quam habet in domo,Et quia etiam vsufructus est dominij pars §.alind in auth.de non eli.secun. nub.§. qa parum de nup.e.lib.l.cum filius.§.dominus. ff.ď leg.ii. l.iiij.ff.de usuf.& fusius declarat Bar.in d. auth.hoc locum nu.7.

Tertio ob.quia voluntas coacta in contractu meticuloso voluntas est,& idem factum,& tamē ex eo oritur cōsensus & dissensus quæ sunt cōtraria.l.si mulier.§.si metu.ff.quod met.cau.c.sacris eo.titu.Bal.pulchre in c.cum inter.col.ii.de electio. Sol.tolerabile.est istud quoque, ex quo per diuturnam patientiam voluntas quæ coacta est fit voluntaria.l. iii.§. qui fideicommissariam ff.de hęre.insti. pulchrè Regien.consi.cv. numero 11.uol.i.

ADDITIO.

Ad prin.redeuntes,ibi non eandem speciem, exponendum est & capiendum uerbum istud, ꝑ substantia.sed tamen adde alibi qualitatem Importare in l.si sub specie.C.de postu.& in l. proponebatur ad fi.ff.de iudi.& in l.edita. C.de edē. vbi tamen incongruum non esset pro substantia pariter & forma futuræ litis capi ut hic,& ut ibi not.Ferratien.col.iiii.& ad id quod ratione absurditatis relatio qui solet fieri ad speciē fit ad genus,adde eos in l.in bonefidei.col.v.C.de pac.

MVTVI DATIO.

Dictu mirum est quod genus hic, pro rebus capiatur,quæ sub suo genere continentur, alibi pro qualitate,(ut dicebam,proxime)& ut in d. l.edita.C.de eden.& in l.iii.ff.de libe.exhib.

ADDITIO.

Ibi pondere,numero,mensura, quantitas designatur.in hisce tribus diuisa. hinc rursum quātitas est mensura rei,vel secundum magnitudinem vel secundum multitudinem numerus vero species quantitatis discretæ.nec dubium quin in pōdere quoque insit adhuc quantitas.Vel solo verbo dicas quod multitudinē numeramus,magnitudinem uero metimur.

ADDITIO.

Ibi in creditum ire,simpliciter procedere capitur, ut etiā in l.seruo inuito,in §.fi.ff.ad Treb. hoc est aliquem creditorem fieri.estque loquendi modus,ut nouissime quoque dicitur in l.procuratori in §.pe.ibi in creditur alij.ff. de tributo. quasi dicat rursum quod mutuum contrahere est,& dominium transfere in accipientem,eunque sibi obligare ut tātundem in genere restituat

Et ad propositum dicit etiam Bal. in rub.de consuetud.numero 18.quod quedam recipiunt functionem per naturam.i.per artificiū naturale in eadem materia,exempli gratia, quod soluātur duo nummi parui, pro vno magno. Quędam autem per vsum populi,puta quod solidi.xx. Imperialium pro aureo vno soluantur pariter, De quo alias in l.que extrinsecus.ff.de uer.ob. & latius ut ibi per eum,Et alibi Boer.consi.xiiii.col. i.quod antequam compensatio obijciatur & locum habeat, necesse est quod in illis rebus. in quibus,obijcitur,recipiat functionem in genere suo non in alijs,argumento sumpto ex uerbis de. quibus hic.Multa ad verba hęc Alex. consi. cxxx. col.i.uol.i.

ADDITIO.

Quod uerbum commodauit capitur quandoque pro mutuauit de quo hic,Ro.cons.ccxlv.nume.4.probatur etiam hic vulgatum illud. quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest. adde uerum fore nisi uelit creditor, quia tunc secus,& solutione eius qđ debebatur tolletur omnis obligatio,ut in pulchro casu(vltra dicta hic) tradit etiam Corn.cōsi.cii.col.iij.uol.ij. & cōsi. ccciij.col.ii.uol.iiii.& consi.lxxiii. col. i.uol. ii. qui(quo ad regulam)dixit etiam consi.clxxvii. numero 4.uol.iii.quod nec uxor cogitur ab heredibus mariti recipere aliud pro alio. Nec filius in legitima creditor. l. scimus, §. repletionē.C.de inoffi.testa.Bar. in l.marcellus in §.resque.ff.ad treb.& alibi idem Corn.quod sicuti nō

potest

potest exigi vna res pro alia, ita è contra non potest debitor vnam rem soluere pro alia inuito creditore, consi. ciii. ad fin. uol. iiii. & idem dicit in societate consi. cxi. col. i. eo. lib. Et alibi quod non potest solui res cuicta pro precio conuento & pœna dupli consi. cxlix. col. iiij. eo. lib subiiciens hanc esse regu. iuris. Pro qua facit etiam bonus tex. in l. fundi trebatiani, ff. de vsuf. lega. Sed obstare videtur plurimum, quod dicitur in l. cũ certum. ff. de au. & ar. lega. vbi si legatum fuerit pondus auri vel argẽti alicui ab hęrede, precium solui poterit legatario & ibi etiam not. glo. foret quę (si uerum est) alia limitatio ad regu. tamen mihi uidetur quod illud ideo sit, quia species designata non erat à testatore (ut text. met dicit) Vsque adeo ut nõ materia, quæ erat in obligatione sed precium solui possit, & sic habito respectu non ad tempus testamenti, sed solutionis fiendę, quod etiam est regulare in vltimis voluntatibus, ut declarat Ro. consi. cxxiij. col. ij. dicẽs quoque tex. illum esse singul. de quo non est recordatus Old. qui in tribus consil. tenuit contrarium & male & latius ut ibi per eundem Ro. & col. i. latissime Burg. in c. cum dilecti col. xi. de emp. & uend.

Hanc regu. quoque ponit Pet. Duennas. in suis, clix. ibique me ipsum citat sæpe et Ro. cõsi. clxiii. numero 1. & Alua. in c. i. col. iii. si de feu. uasal. interpel. & ibi an vna res pro alia possit p̃ iudicem, adiudicari. itẽm aliud est dare nille aliud uero dare nomina debitorum, & aliud pro alio inuito creditore solui non potest, ut inquit Corn. consi. clvii. col. uol. i.

Ex causa tamen solui poterit, §. si quis enim in auth. de fideiussõ. soluendo maxime estimationem quæ uice rei fungitur, & idem reputatur. l. si ita fideiussorem accepero. ff. eo. quęque interdũ soluitur pro ipsa re. l. mortuo. §. i. l. Codicillis. §. insulam, ff. de leg. ii. l. sed si res. l. si filius. §. si quid l. apud Iulianum. §. fi. & l. seq. ff. de lega. i. l. prędia. C. de fideicom. idem Corne. consi. ccxxiii. numero. 5. eo lib. & hoc modo ultra eum posset forte intelligi quod dicitur in l. cum certum prę allega. & ultra ibi dicta. ff. de au. & ar. lega. alias à regu. non receditur, qua etiam dicimus, & rursum, quod de quantitate ad speciem nõ cadit cõpensatio, sicuti nec de quãtitate pecuniæ ad quãtitatem frumenti, ut hic not. & in l. diuortio in §. ob donationes. ff. sol. ma. idẽ Corne. cõsi. cclxv. col. pe. eo. lib. Qui tradendo intellectum ad tex. in l. creditoris. ff. de distrac. pi. alibi dicit. quod creditor habens res pignoratas, & facultatem distrahẽdi, habebit quoque electionem, nec sibi soluet aliud pro alio, consi. cclxxxii. numero. 15. eo. lib. Et alibi Pau. cast. cõsi. cccclxv. col. pe. uol. i. quod filius à patre recedens, cui debebat dos uxoris suę sibi consignari, ab ipso patre recepta tempore matrimonij contracti, consistens in pecunia numerata, non compelletur accipere massaritias de quibus ibi. uel aliud. Et maxime (ut subiicit dictumque est supra) quia de quantitate ad speciem non fit compensatio, & l. si conuenerit. ff. de pigno. ac.

Dictu mirabile est etiam per istam regu. quãquam dicatur communiter, qui non habet in ęre luat in corpus. l. quicunque ubi & nos multa. C. de ser. fug. quod tamen illud uerum erit uolente creditore alias si uoluerit expectare donec ueniat ad pinguiorẽ fortunam ei mos gerẽdus erit ex quo aliud pro alio &c. ita Inno. & Abb. in c. Odoardus de Sol. l. fi. & ibi Bal. Ange. & alij. ff. de in ius uoc. plene. Boer. decisio. ccclxix. col. vii. par. ii. Fac etiam regu. & limita si placet, aliis tribus modis, i. ratione inhumanitatis euitandę. l. si domus. §. qui confitetur. ff. de lega. i. ubi casus clarus inductione non egens. Secundo. ratione impossibilitatis, si res quæ præstari debebat per empta sit. l. inter stipulãtem. §. pe. ff. de uer. ob. argumentum in l. impossibilium. ff. de regu. iu. impossibilia enim nec desideranda fore nec appetẽda; nec tẽtanda indicat fabella esopica de testudine & aquila. vnde eurip. Iphig. in Aul. quę nobis sunt impossibilia, non facile est sustinere.

Tertio incommode diuisionis ratione pariter l. nõ amplius §. fi. ff. de leg. j. & pulchrè Ias. in addi. Por. insti. quibus mo. tol. ob. in prin. col. ii.

Et ad propositũ sicut debitor inuito creditore non potest soluere vnam rem pro alia ut hic, & dictum est supra ita nec creditor potest accipere, ex quo hoc idem foret vsurpare quod sibi non debetur, ut per Bal. in l. filium quem habentẽm col. ix. uer. vlterius queritur. C. fam. hær. Bertran. consi. lxxii. col. iii. uol. ii. ubi etiam declarat quod dicitur in l. creditoris de qua paulò supra dictum est quoque. ff. de distrac. pi. Et idem formaliter dicit consi. clxxxi. numero. 8. uol. iii. & consil. cclxxxix. nume. 2. eo. lib. & cõsi. cccxl. nume. 10. quod si quis est obligatus singulis annis soluere fructus certorum prędiorum, non poterit, inuitis dominis soluere fructus alterius prędij. Et Boer. consi. xiiii. col. i. quod non potest allegari compensatio, sicuti nec solutio fieri inuito creditore, de quo etiam licet ad aliud. supra mentio facta est. Et Soci. iuni. consi. lxxiii. col. iii. uol. iii. quod bona quæ mulieri sunt relicta pro dote, eidem ab hærede solui debent, & non eorum æstimatio, aliàs ea uendere cogeretur, non dicendum ultra regul. huius rationem. l. nec emere. C. de iu. delib. Dicit etiam ad idem Gui. Papæ decisio. clxxiii. ad fi. quod sicuti aliud pro alio inuito creditore solui nõ potest, ut hic pari modo solui non poterit alteri pro altero, eo inuito, deque materia (ut subiicit & bene in l. vero procuratori. ff. de solu. et amplius quod particularis solutio inuito creditore adhuc non est solutio, uolẽte autem sic, de quo etiam supra & est ultra eum argumentum in l. i. in §. usque adeo, ff. de iniur. Et si aliquo casu (ut supra dictũ est pariter) aliud pro alio solui potest, ita aliud pro alio peti poterit. cum nihil referat ex æquipollentibus

pollentibus fieri l.fi.ff.manda. tamen aduertendum est quia contrarium uerius uidetur & probat Gui.Papę decisio.cccl viii.Si promisi quoque tibi vnam speciem inquit per regu. Calca. non possum tibi rursum, aliam soluere, te recipere nolente.consi.xxv.nu.61.

ADDITIO.

Ad glo.etiam & Bar.hic,adde,vbicunq; pecunia data est & numerata & dictum tantundem in genere reddi debere,quod erit mutuum & non depositum.Si uero data fuerit obsignata in sacculo quod erit tunc depositum.l.lucius l.dic sponsaliorum §.i.ff.depo.& ut plenius declarat Soci. in l.cum quid col.vj.infra.eo.

ADDITIO.

Ad id etiam quod hic de genere not.secundũ Porphirium, quod prædicatur de pluribus differentibus specie.da exemplum in animali de boue leone & similibus,& in homine, de Scipione, Catone, & dic quod sicuti genus prædicatur de speciebus. ita species prædicamentaliter sub genere comprehenduntur,& ita dialecticorum auctoritate fretus pariter declarat Corne.consil. ccxxxv.ad fi.uol.iiii. legisti tamen aliter speciẽ capiunt ut per Deci.senio. in l. causas. C. de transac.

ADDITIO.

Illi nõ dicuntur inuenti cũ armis,qui gladios portant, ex quo non sunt apti ad nocendum, ut in auth.de armis & regulariter inqualibet re denominanda, aptitudo cõsuetudoq; inspici solet ut hic not.vnde clerici qui similiter publice arma portantes,debent excommunicari, non excõmunicabuntur tamen si inuenti fuerint cum gladiis quibus panem incidunt ut comedant, casus est & ibi Bal.not.in c.clerici (quod est,secundũ in ordine)de uita & ho.cle.

Appellata.in contractibus nominatis, qui re contrahuntur dicimus ut est mutuum,pignus, cõmodatum,& depositum,quia re perficiuntur ab eo quoque nomen & ab Implemento assumant usqueadeo ut antea,non dicantur in esse producti,mutuumque dictum sit ob id,quia fit de meo tuum ut hic,& insti.quib.mo.re cõtrahi.ob.not. Docto.maxime Ferrarien.in l.cum mota col.vj. C.de transac. in pupillo tamen si rem mutuo tradat,minime recipientem sibi obligabit, quia hoc idem facere non potest,ita.in §.fi.per illum tex. insti.quib.alie.li.uel non.col.i.Reuocato etiam mandato mandatarius ignorans non transfert dominiũ pecunię domini nec mutuando mutuum cõtrahitur ut inquit Soci.i l. eius qui col.ii. infra eo.Et filius in mutuando pecuniam peculij profectitij cuius dominium est prius,in alium fratrẽ transfert,alias non consisteret mutuum,ex quo contractu nullo nulla oriretur obligatio. dicit idem Soci.in l.frater à fratre. col. ij.ff.de cond. ind.Et col.vj. quod si filius mutuo dat pecuniam adhuc profectitiam patri,filio non obligatur, ex quo dominus pecunię non potest amplius effici dominus l.sequitur.§.bona ff.de usucap. & consequenter mutuum contrahi non potuit.

ADDITIO.

Quod ab ethymologia & ab allusione uocabuli licite arguatur, & a noĩe appellatiuo tenent omnes hic per istum tex.& probatur etiam in l. tugurij & in l.si pupillus in §.teritorium de uer. si.& in c.forus eo.ti.Et maxime quia nomina appellatiua sunt inmutabilia.l.si quis in fundi uocabulo.ff.de lega.i.quod tamẽ limitat tribus modis Feli.ultra dicta hic in Prohę.gregoria.col. 8. & ix.nonnihil Por.insti.de testa.col.ii.& iij.Remisiue Bernard.de luco in regu.suis.50. Et. Io. Coras.aliqua,Miscellaneo.iij.to.xlvj.col.ij.Ferrarien.in l.j.col.iij.ff.de iu.om.iud.

Et quod in mutuo,non contrahatur. nec nomen habeat mutui,nisi dominium trasferatur, sicuti nec donatio,quæ ab executione denominatur,& idem est quod doni datio.l.senatus.§.donatio.ff.de dona.cau.mor.tradit Corn.fusius,cõsi.cxli.col.j.uol.ii.Et alibi quod posthumi dicuntur qui post parentum mortem nascuntur,quod que id monstrat ethymologia uocabuli à qua licitum est argumentum consi. ccxliiij. col. i. eo. lib.& consi.cclviii.in prin.uol.iii.& idem de tutela atque tutoribus dicit consi. clxxxv. numero 4.uol.iiii.Et de nepote,qui dictus est nepos quasi post me natus usque adeo ut filius fratris nepos propriè dici non posit,ex quo ante eũ posset esse natus,& sic ab ethymologia uocabuli arguendo consi.cxliii.numero.4. uol.iii. Et alibi quod omne quod non mouetur uenit appellatione immobilium.consi.clxxiii.numero 9.eo lib.

Et quod gubernator dicitur qui prouinciam gubernat.consi.ccliii.col.ii.eo.lib.Deque monte.puellarum Florentię,quod earum contemplatione fuerit institutus,consi.ccxc.col.pe. eo. lib. & Ferrarien.in l.in bonefidei col.vj. C. de pac. quod incontinenti quid factum dicitur i. simul tenenti.Et alibi quod propria uerborum uis sumi solet à propria uerborum significatione, consi.cccxvii.col.ii.eod.lib. Deque interlocutoria quod dicta est,quia iudex inter partes loquitur, consi.cclxii.col.ii.uol.iiii.hoc argumento cauillatur Cice.nomen verris, quod ad euertendum Siciliam venerit,actio. iiii. Nec aliud est ethymologia,nisi uerborum,in usu credibilis enũciatio,dicta ab etymo.i.uero,indeque nomen asũpsit. & fusius infra verum est tamen hoc argum. probabile fore, non necessarium.inquit idem Corn.consi.pręallega.cclxii.numero 7. uol.iiii. Et alibi ad materiam,quod pœna criminalis,causata

sata

sata ratione cõtumaciæ, probabiliter dici potest causata ex crimine consi.cclxxxij.col.ulti.eo.lib. Et alibi quod ethymologia verbi attendi solet, ut conueniat rei, quę per ipsum uerbum demonstratur, & probabile non autem necessarium argumentum ab ea ut supra quia nec omnis contractus, per quem fit de meo tuum est mutuum, nec omnis testatio mentis est testamentum consi. ccxc.col.ij.eo.lib. Est rursum Ethymologia recte interpretãdi:& intelligẽdi sciẽtia, ut intelligatur quę sit cuiusque dictionis origo. Ab etymon, ut etiam dictum est supra quod est uerum, & logos sermo, quasi verilo quium, Vna de quattuor partibus grammatice, alie sunt ortographya Sinthaxis & prosodia; Ortographya recte scribere. Synthasis uoces componere, prosodia accentus, ethymologia de qua hic discrimina casuum & temporum & nominis diffinitio.

Nouissime dicit etiam hinc Corne. quod possessio dicta est quasi pedũ positio, imò Iuriscõ. in l.i.ff.de acqui.po. ipse uero consi.xci.numero 27.uol.i. Et Deutoron. ibi, omnis locus quem calcauerit pes uester, uester erit. Et idem Cor. consi.clviij.numero 7.eo.lib. quod termini ponuntur pro finibus temporis, vel locorum uel alterius rei, quodque terminus deriuatur à termino uerbo ponitur que pro finire. & probatur etiam in c.i.ad fi.de eo qui mit.in po.cau.rei ser. in vj. & in c.pe.ad fi.ibi diffiniendo terminarũt de arb. & in l.iij.ibi, litigium termine tur. C. fini. regun. Et alibi quod licet appellatione collectarum ueniant propriè quę imponi. solent ueniunt etiam realia onera ex quo ita colliguntur ut personalia munera. consi.cxcix.numero 20. eo. lib. & not.in l.rescripto in §.sciendum.ff. de mu. & ho. Et alibi adhuc ab Ethymologia uocabuli arguendo quod treb.ita defalcat legata & fideicõmissa vniuersalia, ut falcidia relicta particularia consi.cccciij.numero 7.eo.lib. Et alibi quod emphyteos gręce melio ratio dicitur, quodq; olim non dabantur nisi sterilia ad meliorandum. consi.xxiiij.in prin.uol.ij. deque materia in §. adeo insti.loca. & in l.ij.C.de iu.emphi. indubitatum que est si argumentum sumatur ab aliquo accidẽtali, quod non ualet neque affirmatiue neque negatiue, nanque si dicamus ledit pedem ergo est lapis non sequitur, huiusmodique plura sunt nõ referẽda Secus uero si sumatur ab essentia rei, dũmodo etimologia sit ethymologiato maior, & sumatur negatiue namque non fit de meo tuum ergo non est mutuum ut hic, non est testatio mẽtis ergo non est testamentum quoniam multis in casibus fanè fit de meo tuum & tamen non est mutuum, est rursum testatio mentis, & tamen nõ est testamentum, & not.insti.de test. in prin. & ideo non ualebit affirmatiue. Valebit autem si æqualis fuerit ethymologia, tam affirmatiue quam negatiue.l.senatus.§.donatio, ff. de dona. cau.mor. multa Euerar.in tracta.de locis top.vj. et uacon in declara, lib.ij.lvij.vel si diffinitio nõ repugnet ut per Abb.in c.cum secundum col.de prẹben.& cõs.lxxxij.col.j.uol.j.Cur.iuni.in feu, par.i.q.vj.col.j.

Dicit et Bal.ad materiam quod cui competit ueritas diffinitionis illud est proprie tale, quodq; circumlocutiones demostrant accidentia, tamet si (subiicit) illa quoq; magnam partem conferãt ad cognoscendum quod quid est philosopho teste, consilio.409.in prin.uol.v.et Fulgo.cõsi.80. col.ij. quod amens ab à dicitur, quod est sine, quasi sine mente & demens quasi deorsum mente. et idem mentecaptus quasi captiua mente, & sic nõ compos mentis. & ut etiam in §.prætera not. in iti.quibus non est permi.fa.test. Et Alex. consi.xix.col.i.uol.iiij. quod sic confessio, dicta est quasi simul fassio, quodque deriuatur a for.faris fatur. Et Alex. alibi matrimonio, quod dicitur quasi monos.i.lex.consi.liiij.col.i.eo lib. sed in in eo litere Græce sui contemptum ulte sunt, ut de Augustino dicitur, nanque νόμος dicitur, non mones vnde quod subiicit melius est, dici matrimonium, quia matrem monet ut fœdus seruet, ad ulteriumque deuitet. vel quasi matris numium hoc est officium & onus, educandi ac nutriendi filios, & ut ille fusius. Et consi.lxxi. ad fi.uol. vj. quod. perpetuum à perpeto dicitur, & de quo aliàs in l.i.ff.pro so.& in l.ij.in §.hoc interdictũ & ibi Ange.ff.ne quid in lo.pub. subiiciens quod illa est propria & vera significatio (ut etiam dictum est supra) que sumitur, & procedit à dilucidatione seu allusione uocabuli dummudo diffinitioni non repugnet, post Bart. etiam in l. omnes populi in vj.q.principali.ff.de iusti.& iure.& idem dicit consi.cliij.col.ij.uol.vij. & Ferrarien.in l.cum te col.ij. C. de transac.

Et quoniam (ut adhuc supra declarauimus) ab æthymon dicitur etymologia, & logos, liquet nomen Græcum esse. Cice. notam uocat, Alij Veriloquium, quam uocem tamen reformidauit idẽ Cice. Aristotilis autoritate fretus, in lib. περὶ ἑρμηνείας qui uerba rerum notas esse dixit. Et hinc uerba, esse signa eorum quę sunt in anima passionum notæ, de quo etiam in l. Labeo in §.idem Tubero.ff.de sup.lega. & ubi latine nota, seu ueriloquium (quanquam hoc non admittat Cice. (uocatur, Gręce) præter ea de quibus supra) alio nomine etiã συμβολον: dicta est.

Sciendum est quoque mutuum contrahi re, & tunc naturale est ut hic. aliquãdo uerbis & tunc ciuile dicitur ut infra ad fi. quandoque re & uerbis, hoc est re in terminente, verbis tamen, & tũc ciuile dicetur, cui natura cooperatur, l.cum enim ff. rem rat.hab.l.certi condictio. §. quoniam & ibi not. etiam Soci.col.i.infra.eo. Et huius.§. dispositionem ampliari re uendita ab aliquo ut statim precium debeatur ex causa mutui, et licet dominium trãslatum non sit precium tamen ficte habere dicitur. ita Soci.in l.rogasti in prin.infra eodem.

CRE-

CREDITVM;

Ibi nisi proficiscatur pecunia, quot modis capiatur hoc uerbum stricte, large, & largissime, scilicet ut hic rursum declarat glo. adde Corne. late consi.ccxxix.col.ij.uol.iiij.

Ad illud etiam de quo per Bar. hic de testibus dicentibus ante bellum & post, ante nuptias & post, quod sunt concordandi. adde Bal. in c. cum tu.nu.3.de testi.si testes dixerint pariter quem natum ante Imp. aduentum, alij post, intelligi debere ante aduentum finitum, post uero incohatum per illum tex. qui communiter ad hoc solet allegari. Et in simili Corne. si dicant aliqui insultum factū fuisse ante appellationem, aliqui post, ut primi intelligantur ante secundam, alij post primam consi.cxcvij.col.ij.uol.ij. Et Deci. si testator instituit sibi filios, hæredes vniuersales, & post eos quoscunque eorū filios masculos, quod propter dictionem prædictam post, habentem tractum successionum, substitutio dicetur cōpēdiosa, consi.xxix.col.ij.uol.iii. Et ad propositum concordandorum testium, ne sint cōtrarii, quod idem dicere debemus in legibus, & instrumentis declarat Deci. seni. in l.fi.col.ii.C.de ede.& probatur etiam in l. adeo in §. cum quis.ff. de acquiren. rer. domi. Bar. in l. fin. in §. idem quæsiit. ff. de cond. indeb.

IN MVTVI AVTEM DATIONE;

Ad id quod mutuum ciuile dicatur uerbis cō tractum, ad differentiam naturalis, & ciuilis cui natura cooperatur, & de quo hic, dictū fuit quoque in §. appellata supra ea. lege. post Soci. in l. certi condictio in §. quoniam col.i. infra eo.

ADDITIO.

Quod verbum recepit significat actualem traditionem ut hic not. tradit etiam Alex. in pulchro casu, si statutum dicat mulierem dotatam seu quæ dotem recepisset de bonis communibus excludi à patris successione, cōsi.xiii.col.vi.uol. iii. post Bar. & Docto. hic. Et an sufficiat (ad idē) si procurator confiteatur se recepisse centum mutuo. an obliget dominum, & an contra eum agi posit plene Ias. subiiciens aureum dictū esse quod non, ex quo constitutus ad pecuniæ quantitatem recipiendam, intelligere de mutuo naturali, actuali numeratione interueniēte ut hic, verū si confiteatur (ut supra) probatur mutuū ciuile & dictum est proxime & in §. appellata, ergo, in §. sequens illa diuisio nu.13.insti.de actio. Ad idem etiam si testis adductus ad probandum mutuum naturale interuētu numerationis factum, si de ciuili probet, idest confessionem debitoris, nihil est, ita Alex. adhuc per not. hic & in c.ii.de fi.instru.& aliis ut per eum, consi.xxxv.col.ii. & iii.uol.i.

POMPONIVS LIB XXVII. ad Sabinum.



EVM QVID; quando in teruenit præsentia eius, in quem in uerba pacti sibi utilis diriguntur cū taciturnitate consensus esse dicitur simultaneus, & uerus, dato quod ex parte unius sit tacitus, ex quo expresso æquiparatur, ut hic & in l. qui patitur. ff. manda. Purp. in rub. C. de pac. col. ij. Dicit etiam Alb. ad propositū huius legis qđ ubi sermone opus non est cōsensus tacitus sufficit, quoniam (ut dixi) æquiparatur expresso, Et quod expressus est per actus extrinsecos, tacitus uero in corde retentus, in l. si pater in prin. ff. de adop. deq; his ēt in l. in epistola. C. de fideicom. & in l. qui ad certum. ff. loca.

ADDITIO.

Ad illud ēt quod semper præsumitur id quod est de natura cōtractus, licet dictum nō sit. Adde exemplum ultra dicta hic, in dote, in qua pciū succedit loco rei, cum sit quid vniuersale l. quod dicitur & ibi not. ff. de impen. in rebus dot. fac. Imò qđ est regulare l. si & rem & precium. ff. de peti.he. & ꝓpterea pecunia redacta ex re dotali, efficitur dotalis, et iā quod expresse actū non sit, ut declarat Pau. Cast. cōs. ccclx. ad fi. uol. i. Qui dicit ēt cons. xxviii. nu. 7. vol. ij. quod sic ad inducendum fideicommissum sufficit uoluntas tacita & coniecturata, Et quod tantum valet tacita quātum expressa ut hic & in. l. item quia. ff. de pac. nōnihil. cōs. cccc xxxiiii. in prin. eo. lib. Et alibi quod statutum loquens de dote constituta generaliter intelligi debet, expresse uel tacitè, maximè quia (ut dictum est) tacitum æquiparatur expresso, consi. 60. col. ij. eo. lib. Corn. consi. ccliiii. col. i. uol. i. Et idem in conditione tacita, dicit idem Pau. cons. lxxii. nu. i. eo. lib. & bene qđ pro expssa habeatur, ut ibi & in d. l. itē quia. ff. de pac. Soci iun. cōs. 78. nu. 16. uol. iii. Decedēs sine testamēto ēt nā tacitè vocare uenientes ab intestato. l. cōficiūt l. si qs cum nullū. ff. de iure codicil. Eadēq; nō esse uidetur quæ est in testamēto, ex quo de tacita uoluntate idē qđ de expressa iudicatur. ita Deci. consi. xx. nu. 4. et 5. uol. 3. Ad idem ēt facit cautionem de implendo modum in ultimis uoluntatibus præstari posse, si id tacitè senserit testator quamquā non expresserit. Et idem in cōtractibus bonæfidei uel stricti iuris in hoc nō differentibus ut hic & plene per Soci. in l. mutianę col. 6. ff. de condi. & de. Et hæc est regula iuris cōmunis, nō tñ semper uera, loquiturq; tex. iste, (quod pro intelligentia nota) de promissionibus relatiuis (ut ēt dixi supra) in quibus expressio nō requiritur l. interdum. §. stipulationū & ibi Bal. ad fi. ff. de uerbo. ob. vnde multa videnda sunt de quibus in cap. religiosus ubi probus non ignobilis interpres, col. secunda in addi. Ioan. Mona. de testamen. in vj. Si ex aliquibus conie-

Iuris quoque constaret probabilibus tamen, partes uoluisse nouare absque dubio etiam hodie fieret nouatio, seruitque ad intellectum quoque. l. fi. C. de noua.) quia tacitum idem operatur quod expressum, vt hic rursum & in l. triticum nouissime ff. de uer. ob. Iacob. But. in d. l. fi. Ray. in l. si pacto quo pœnam. C. de pac. Bertran. consi. cccxxxviij. numero 2. uol. iij. Alex. ante eum consi. xiij. col. iiij. uol. ij. Plus dicit Io. de ana. & Feli. post eũ in c. sicut col. ij. de iude. quod si bãnitus habitat in ciuitate sciente & patiente superiore, nõ potest impune offendi, & quod tacite videtur dispensare. Et idem si ex certa sciẽtia promoueat inhabilem. l. quidam consulebant & ibi Bartol. Ange. & Imol. ff. de re. iud. Bal. in l. idem vlpianus, ff. de excu. tu. per illũ tex. Feli. in loco supra allega. & quanquã obstare uideatur, qđ habetur in clem. si summus de sen. exco. nihil est tamen. illudque ideo ibi propter specialem formam requisitam in absolutione à sententia excommunicationis in qua æquipollens sufficere non uidetur cle. i. ubi glo. singu. de deci. Feli. in d. c. sicut. Est etiam verum quod tacitum pro expresso habeatur, quando transit in dispositionem, iuris interpretatione inquit Imol. post Bal. in l. quidam cum filium per illum tex. ff. de here. insti. alias autem secus, l. si repetendi. C. de cond. ob. cau. c. litę raturam de voto. vnde dicimus quoque quod testator non loquitur velle non presumitur. d. l. quidam cum filius. l. vnica §. sinautem & ibi idem Bal. C. de cad. tol. Deci. pulchrè consi. cclxxxvij. col. iiii. uol. Qui ad regu. dicit etiam cõsi. ccciiii. col. ii. eo. lib. quod inter tacitam societatem omnium bonorum, & expressam nõ fit differẽtia & bene. l. societatem. ff. pro so. quodque societas solo consensu contrahitur, & quod est par. virtus taciti & expressi vt hic. Et alibi Ferrarien. in l. i. col. viij. ff. de offi. eius cui. man. est iu. quod petẽs aliquid, tacite id petere videtur, cũ qualitatibus suis exempli gratia bo. po. sibi decerni, nanque intentasse videtur viam antiqui iuris, non noui.

ADDITIO.

Ad id etiam quod semper præsumatur quod est de natura actus vt supra nouissime in omnes in §. actionum nu. 23. insti. de actio. Abb. consi. lxxv. dol. iii. uol. iii. & Ferrarien. in l. non minorẽ col. ii. C. de transac. quod partes compromittendo in arbitratorem videntur conuenire secundũ naturam ipsius arbitramenti. Et facit etiam quia promittens non inquietare vsufructuariũ poterit nihilominus petere cautionem de vtendo & fruẽdo arbitrio boni viri, ita quod priuabitur usufructu si non pręstetur Et hoc idem quia petendo ea quæ sunt de natura actus, nõ dicetur ipsum molestare in vsufructo, imò quod talia sẽ per reseruata vidẽtur. l. gallus, §. j. ff. de lib. & posthu. Ferrerien. in l. ii. col. pe. ff. de iu. om. iud.

ADDITIO.

Ad regu. dicit adhuc Ro. in rub. de arb. quod si pręscriptioni in negligentis odium, renunciari non potest expresse, multo minus poterit tacite, col. i. & Prat. Pap. in for. lib. in ac. rea. ver. deducẽdo in fi. quod ad eos casus in buibus cumulatio impeditur nullatenus porrigitur, quia non potest tacite fieri, qđ nec expresse promissioni. Et Corne. consi. clxxxv. nu. 5. vol. ii. quod non solẽt Plus operari tacita quam expresse. quoque non debet esse magis efficax donatio tacite pręsumpta quã expressa & probatur in l. qui ad certum ff. loca. Et in pulchro casu. rogatus restituere reliqua bona tacite à legatis intelligere quanquam expresse à testatore dictum non fuerit, consi. liii. ad fi. vol. iii. Et consi. lxxxiiii. ad fi. eo lib. quod virtualiter maritus pacisci videtur, non sperando dotem se teneri & obligatum esse ad restitutionem totius, Et consi. cclxxxiii. ad fi. eo. lib. quod non potest quis se arctare ad pœnam tacite vel expresse, tacite vel expræsse scienter falsum. Et consi. cxxiiii. ad fi. uol. iiii. quod licet mentio mortis facta non sit in donatione per modum causæ, eadem tamen præsumetur facta à marito vxori propter instans periculum, & metum imminentis mortis, maxime quia (vt subiicit per istum tex.) idem solet operari tacitum quod expressum. Et quia non verbis sed factis & rebus imponenda est l. ii. C. communia de lega. Et Bal. in c. ii. nu 1. de mutu. peti. quod forma data expresso trahitur ad tacitum. est verum quod omne tacitum ad ius refertur, vnde ille cuius industria electa est, de consensu partium potest alteri committere vices suas, dummodo expresse consentiant alias tacite consentire non videbuntur, nisi quod faciat quatenus potest, ex visuæ iurisdictionis, ex quo (vt dixi & repeto) omne tacitum refertur ad ius. ita Bal. in c. cum causam nu. 57. de testi. Et Crot. in l. qui Romę. in §. duo fratres nume. 35. ff. de verbo. ob. quod taciti & expręssi idem est iudicium si eadem ratio subsit alias secus. Et ob id Syluan. Casalen. consi. xxiiii. nu. 9. quod consensus expressus omnino Alex. ante eũ col. iiii. vol. iiii. Ad regu. tamen adhuc dicit Pau. cast. quod consuetudo & statutum pari passu ambulant nec differũt nisi vt tacitum & expressum imò quod æquirantur vt hic & in l. de quibus, ff. de legi. consi. ccclxviii. col. ii. uol. ii. & col. vi.

ADDITIO.

In his etiam quæ exorbitant à iure communi non idem operatur tacitum quod expressum, vnde videmus quòd tacita pupillaris non ita matrẽ excludit ut expressa. l. precibus vbi glo. & ibi omnes, nosque multa in omnibus lectu. quę sunt sex C. de impub. & al. sub. & est communis opi. Seysel. in l. si aliquam col. ii. ff. de acqui. po. Et hoc est quod etiam dicebam supra. quod expressi & taciti nõ idem est iudicium, si non eadem subsit rõ. alias sic nouissime Gomes. olĩ collega i §. fuerat n. 32. insti. đ actio. vnde videmus quod qñ prohibetur alienatio respectu certarũ psonarũ sicut non

non possunt illę personæ venire ex testamento, non possunt pariter venire ab intestato ex quo eadem est ratio & quia (sicque reuerto ad regulā) par est. virtus taciti & expręssi, & ita declarat Bal. in l. peto. in §. fratre ff. de lega. iiii. Alex. consi. lix. col. i. uol. iii. Seysel. in l. si ita quis in §. ca. lege col. ii. ff. de uer. ob. Et si (dicit alibi) præsentia patris vel similis personæ, non facit præsumi metum ad infringendum consensum expręssum, nō faciet etiam ad infringendum tacitum, vt tradūt Ferrarien. in l. interpositas col. ii. C. de transac. & Feli. in c. nonne ad fi. de præsumptio. quod tamen improbat Seysel. in d. l. interpositas col. ii. dic ut per eū, quia interim à regu. nō recedemus quanquam fragilis sit, vt subiicit ibi, & multas habeat instantias fusius Alex. consi. xlix. col. iii. & iiii. uol. iiii. inquit etiam Alex. ad propositum. cōsi. ccx. col. iii. & consi. ccxi. numero 11. vol. ii. qd nec expresse nec tacite statutum laicorum ligat clericos, cum tacitum & expressum à pari procedant, Et quia (vt dixi) non semper uera est regula pulchra Pe. de bella pert. distinctio omnino videnda est in q. suis. eccciiij. Et post. eum Alex. adhuc consi. lix. col. v. uol. iii. (de quo etiam supra) quod licet taciti & expresst idem sit iudiciū eademque ratio, quantum ad finem inualidandi actum tamen nō idem operantur. Et quia expręssa pupillaris excludit matrem. non tacita (vt etiā supra dictum est) Debetq; filius, expresse exhæredari, ex quo tacita exhęredatio non sufficeret. & vt per eum latius. Ad regu. vero, (casus enim ab ea excepti, eam firmat in non exceptuatis. l. quęsitum. §. denique. ff. de fun. inst.) consil. xxvi. col. ij. uol. iiij. quod eadem est ratio in fideiussione indemnitatis tacita & necessaria, quæ est in expressa, & voluntaria. Et Imol. consi. i. col. i. quod sicuti ex expressa ordinatione & uoluntate mater admittitur ad filiæ successionem, ita admittetur ex tacita. Et consi. xxii. col. i. quod sicuti contractus & locatio, expresse facta alicui, petiæ terræ, ad medietatem fructuum, non ob id fictus & simulatus dicitur, pari modo nec dicetur facta ea simpliciter, quia sic tacite intelligi debebit. Mirum videtur quoque quod index non det tutorē sub conditione expressa, tacita sic §. ad certum numero 2. insti. qui testa. tu. da. po. forte quia pēdente conditione non posset pupillo prouideri, de datiuo uel legitimo, alias sic, & ideo quia intestatore cessat hęc ratio prohibitiua ne sic detur cessat ēt dispositio, & ab ipso testōre sic dari poterit ut ibi declarat Por. ad fi. gl. in uer. tutorem.

ADDITIO.

Ad id etiam de bonitate intrinseca quod nuñquam mutatur, quodque semper attenditur tempus contractus. ut hic, adde Calcane. consi. xiiii. col. xii. ubi multa. Si tamen variatur fuerit ualor monetæ, maxime post moram, tempus solutionis attendi deberet, & non contractus, estque opi. cōmunis, vt atteftatur pręter dicta hic, etiam Boer. decisio, cccxxvii. numero. 4. par. ii. Corne. multa consi. cclxxx. col. fi. vol. i. Grat. consi. xiii. col. fi. & consi. fi. col. ii. uol. i. Deque bonitate intrinseca & extrinseca ad propositum Bal. hic, Qui per not. hic, dicit ad huc in l. in venditionibus, ff. de contrahen. emp. quod Bonitas intrinseca uel extrinseca rei dicitur qualitas, res uero & precium essentialia contractus. Et in mutuo actum uidetur inter partes, ęque bonum reddi debere, vt hic signanter dicitur & in pecunia tradit Pile. in q. suis. decidendo ut supra quod tempus solutionis attendi debeat xxxv. in prin. Et ad supra dictorū intellectum sciendum est, tria in bonitate intrinseca consistere, materia, forma, & qualitas insepa rabilis. tria item in extrinseca locus tempus estimatio ex quo bonitas variabilis inquit Bal. in c. illud nu. 8. de præscrip. Calca. cōs. xiiii. col. xiii. Et sic in ea datur gradus, & bono melius inuenitur. l. ubi. autē non apparet. ff. de uer. ob. Fulg. cōsi. xxvii. col. i. Quomodo autem valor & iustum rei præcium probetur declarat Ias. in l. si fundū numero. §. ff. de lega. i. probari scilicet ex eo quo tot percipiuntur fructus singulo anno, & ut ibi per eum latius, Bonitas rursum est intrinseca color & sapor extrinseca uero (vt supra) estimatio declarat Deci. seni, & Soci. ubi etiam ego. in l. ninum infra co. & ibi dicemus etiam statim.

ADDITIO.

Ad id rursum, quod æque bonum reddi debet in mutuo, adde hoc esse in eo naturale, sicuti à simili etiam ne colonus male uetetur in re locata alias cōtra naturā cōtractus. l. fi. C. de acqui. pos. Alex. consi. clxxxvii. col. iiii. uol. ii. Substantiale uero. ut idem in genere reddatur, resque cōsistēs pondere, numero, vel mensura, & ut fiat de meo tuum l. ii. §. i. §. appellata. supra eo. Bar. in l. quicquid astringendę. col. i. ff. de uerb. obl. Quando etiam pecunia locatur ut conductor eam expēdat non redditur eadem sed alia eiusdem generis secundum Alex. consi. lxxx. col. ii. uol. iii. Et ad propositū de quo supra quod bonitas intrinseca vel extrinseca de qua hic, dicitur qualitas, adde & obserua quod uenit ex natura obligationis & cōtractus ut adhuc fuit dictum supra alibi uero ut puta in d. l. vinum infra eo. ex officio iudicis, & not. Calcan. consi. preallega. xiiii. col. xiii. Et qd duplex sit bonitas intrinseca & extrinseca firmat Soci. in d. §. i. col. ii. & iiii.

ADDITIO.

Ad id etiam quod vinum vetus sit melius nouo, de quo hic adde hoc idē quoque ex Plauto. elici, Casina, ibi.

Qui utuntur vino vetere sapiētis puto verum est tamen à nouitate poemata commendari ut Pinda. ait. Et ad propositum vinum vetus dicitur post annum l. vetus ff. de ui. trit. oleoque lega. l. fi. §. quotiens. ff. de publican. & vectiga. Alex. cō si. cxxiiii. col. iii. uol. iiii. Et ad propositum notatur hic sicut vinum vetus est nouo pręstantius, ita senior iuuene est prudētior iuris præsumptio ne vsq; adeo vt etiā in dignitatibus sit pręferēdus

de quo hic per Docto. adde notari in l.i. ff. de al bo scrib. & in l.i.C. de consula.lib.x. & in c. statuimus, de maio. & obed. late Deci. consi. clxi. col.i.uol.i. Et de seniore seu antiquiore intelligi debet gradu & dignitate ut subiicit, & not. in c. fi. de consuet. lib.vi. Et prædictam regu. cum ampliationibus & limitationibus post eundem Deci. hic & in c. clerici de iudi. remissiue tamen ponit Pet. à Duenas quoq; in suis. ccviij. Et mihi me mirum, antiquiores esse iunioribus præferendos, quia sic(ut inquit Plato, Hippias maior uel de pulchro) uiuentium inuidia, & defunctorum indignatio uitatur. Et si rursum uina uetera, nouis sunt præstantiora(ut dictum est, & ut habetur hic) cur non senectutem meliorem iuuentute iudicamus, hic enim omnia defecata illhinc omnia matura & grauia contemplamur. facitque vulgatum illud, quod refert Bal. in c.i. de renũ. & Scysel. in l. gallus in prin. col.iii. quod melior est vmbra senis quam eloquentia iuuenis. Dicit etiam Plato ad idem lib.xxxi. de repub. uel de iusto. quod iuniores coram senioribus tacere debent eis assurgere, & locum cedere. iuuẽtutis rursum audacia temeritas est & feruor, senectutis auctoritas, grauitas, & animus. vnde Solon à Pisistrato tyranno aliquando interrogatus, qua fiducia sibi obsisteret, senectute respõdit. Et M. Castruccius cum ei diceret Carbo consul, se multos habere gladios, Et ego annos respondit pariter. tãtamque auctoritatem habeat senectus, ut pluris sit quam omnes adulescentiæ uoluptates; e uiribus uetustioribus etiam uinum nascitur melius, è recentioribus copiosius, quin & ipsa vina mitiora fiunt ætate. quid plura, Gadibus Templũ erat senectuti extructum(ut Aeliã. refert de histo.) nõ alia de re, nisi ut ætas uelut magistra rerum veneraretur. quę corona dignitatis appellatur in sacris literis. Et ideo hinc dicebat quoque Alex. quod testibus antiquioribus magis quam iunioribus credendum est consi. cxxvii. col.ii. uol. vii. & etiam hic, no. & in c. notificamus xxxv. q. vj. & in c. quotiẽs, de rest. Et ad pręcedẽtię propositũ, multa congerit Feli. pręter ea quæ hic à Docto. dicuntur in rub. de treu. & pa. col.i. & ii. quorũ vnum haud est omittendum, Alex. hic præter solitum in materia se extẽdisse, quippe quod inter eum & Veronen. maxima erat contentio, quisnam præferri deberet. Et subiicit tandem quod iunior præferendus sit si habeat dignitatem antiquior autem non habeat. Alibi uero(ut cunque sit) Corne.(et est not. dictum) consi. cxciii. col. vi. uol. ii. quod si aliquis esset in quasi possessione præcedentię uel standi in aliquo loco, sine dubio pręscribi posset, causataque præscriptione non aliter inquietari & ut ibi per cũ latius. hæcq; oĩa de iure, quoniã alias qui desiderat primatum in terra, inueniet confusionem in Cœlo, nec inter seruos Christi cõputabitur, qui de primatu tractauerit. c. multi. 40. dist. dixi ego consi. xxij. uol. iii. dum esset contentio pariter inter Monachos, Casinen. Monasterij, & fratres S. Io. in viridario.

ADDITIO.

Ad glo. magnam ibi sed quid si cui si dixero tolle pecuniam istam alicui, an sit mutuum, donatio, uel depositum, multa hic dicuntur, adde Lamberti. de rampo. optime distinguentem hic, quod aut potest apparere quid actum fuerit inter partes & illi statur. l. si seruus plurium. §. pe. ff. de lega. i. Et maxime(ultra eum) quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. i. §. si cõueniat. ff. depo. aut nõ, & tunc si magna fuerit quantitas non præsumetur donatio, quoniã(vltra eum) nemo pręsumitur fatuus, & uelle iactare suum. l. cum de indebito. ff. de proba. si uero modica, idem nisi recipiẽs sit coniuncta persona l. sed utrum. ff. de dona. int. vi. & uxo. argumentũ (ultra eum) in l. cum procula ff. de proba. vel optimeritus. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hę. & ut per eum latius, fo. 45. col. iiii.

ADDITIO.

Ad regulam redeuntes faciunt adhuc dicta Ferrarien. in l. debitori col. iii. C. de pac. quod. pactum tacitum resultans ex eo quod hæreditas transit ad alium sub nomine hęreditatis, dicitur similiter informare ueterẽ actionem, perinde ac, si expressum fuisset, ut detur ad illud quod in pacto deductum est, quia par est uirtus taciti & expressi. Et in l. pacta nouissima col. iii. C. eo. qd actus facti & actus uerbi à pari procedunt, feruit que ad intellectum. l. cũ in plures. §. locator horrei ff. loca. Et in l. petens col. ii. C. eo. non referre quid ex ęquipollentibus fieri, de quo etiam in l. fi. ff. man. Et Purpura in l. fi. nume. 187. quod quamuis ille tex. loquatur in expressa donatione, idem est tamen in tacita. Et in l. postquam liti C. eo. quod regu. que habet quod renunciatio in dubio non pręsumitur, habet locum & procedit tã in renũtiatione expressa quam tacita. nu. 31. et in l. si pascenda pecora col. ii. C. eo. quod ęqualitas lucri secundum proportionem pecuniæ communicatæ, & operarum socialium attenditur tãlin societate tacita quã expressa. Et Ro. cõ sil. clxxvj. nume. 9. quod nullus text. reperitur, qui ad conclusionem causę, requirat partium expressam renunciationem, ergo sufficit tacita per hanc regulam.

ADDITIO.

Ad id etiam quod quando ex contractu pecunia debetur semper tacite actum intelligitur in eadem bonitate intrinseca, aut æstimatione pecuniam dari, quæ erat tempore obligationis contractæ, adde Ro. consi. cxxiii. numero 2. & Corn. consi. cccxxi. nu. 12. uol. iii.

ADDITIO.

Causa in dispositione & obligatione etiã(vt hic not.) ex coniecturis probatur & pręsumitur adde Ferrarien. in d. l. fi. col. iii. & iiii. C. de pac. nonnihil. in l. petens. col. xiiii. C. eo.

ADDI-

Ad Bar. quoque hic, quod libellus toleratur quanquam prçsumptiue concludat de quo etiã in l. omnis in §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. diximus in l. i. supra eo. titu. adde eosdem Ferrarien. in l. pacto successorum col. iii. C. eo.

VLPIANVS LIB. XXXIIII. Ad Sabinum



I QVIS NEC CAVsam; per regulam de qua hic tradit Bal. in l. i. in §. huius studij col. iij. ff. de insti. & iure. quod statutum factum contra turbantes, debet intelligi principaliter non secundario & occasionaliter. nisi dicat uel factum sit cõtra omnes faciẽtes aliquid ex quo possit turbari status, quia tunc secus, intelligeturque propter verbum possit principaliter uel secundario ut ibi subiicit & bene. l. diuortio. ff. de nego. gest.

Et alibi Purpura. in l. edita. col. xvi. C. de edẽ. quod satis est litis contestationem factam esse sup eo de quo principaliter agitur. Et col. xviii. quod in petitione hæreditatis agitur semper ut quis hæres declaretur, & principaliter quidem siue agatur ad vnam rem siue ad omnes, usq; adeo ut id quoque attendi debeat, & sic si ad vnam rẽ tantum actum sit, quod poterit fieri emendatio post litem contestatam, addendo aliam, ut in singularibus iudicijs nõnihil col. xliii. Et Soci. in l. quedam ad fi. ff. de reb. dub. post Imol. quod lex principaliter fingit super eo, quod uenit in consequentiam, quasi attendatur quod principaliter agitur. Et in l. cum senatus ad fi. ff. eo. quod vniuersitas secularis dicitur, quando est secularium pricipaliter, tametsi in ea sint aliquę personę ecclesiasticę, quodque hac de re etiam coram iudice seculari est conuenienda. Cuma. cõsi. cxxxix. Et in pulchro casu statuti Mediolanen. Deci. quod non est in consideratione illud quod venit in consequentiam, consi. cxiiii. col. ii. vol. i. & consi. ccxciii. ad fi. uol. ii. Ferrarien. in l. ii. col. iij. C. de in ius. uo. & uol. iiij. multa nonnihil in l. sub prætextu. ad fi. C. de transac. & in l. nec intentio ad fi. C. eo. Et Pau. cast. consi. cclxxv. col. fi. uol. ii. quod statutum principaliter conditum in fauorem agnatorum, licet mulieribus sit odiosum, attendi debet. latiusque Bal. in l. maximũ uicium. C. de lib. præte. Dicit etiam idem Pau. consi. cccxxxv. ad fi. eo. lib. qd̃ si quis astiterit accusato, imputato lapide aliquem percussisse, assistentiaque fuerit propter aliud, attendi non debebit. Ferrarien. alibi in rub. ff. de offi. eius cui man. est iu. quod ibi ordinariorum consideratio non est, sed eorum quę in ipsa rub. principaliter tractantur. Et in rub. ad fi. ff. de iu. om. iud. quod in qualibet dispositione, attenditur id ad quod principaliter emanauit. & idẽ in rub. C. de edẽ. col. iii. Et pulchra glo. quam ibi etiam Feli. not. in c. cũ essent de simo. quod quilibet potest seruire Episcopo, uel alii specie futurę remunerationis, nec symonia committetur, dummodo prĩcipaliter hac intentione non seruiat. idemque Feli. in rub. de treu. & pa. col. iiii. quod si statutũ puniat leuantes rumorem, vnus alium inimicum suum percutiat, ex quod incidenter sequutus est rumor, non habebit locum pœna statuti, ex quo regulariter non inspicitur quod secundario fit, sed quod principaliter ut hic, post Cataldi. in tracta. sindicat. §. cxxiiii. Et idem dicit Feli. met. ubi multa in c. si diligenti col. vi. de foro compet. & declarat quomodo cognoscatur dispositio fauorabilis principaliter, quia aliàs vbi utilitas publica uenit secundario, priuatę renunciari poterit, quanquam sint inseparabiles. cognosci scilicet vel ex prohæmio, argumentum vltra eum in l. fi. ff. de hęre. insti. vel ex subiecta materia. l. si uno ff. loca. hæcq; omnia post Moder. ibi de quibus per eum. Et alibi Ro. consi. 50. numero 6. quod res ad eum usum deputata dicitur, ad quem principaliter determinata est, licet quãdoque ad aliũ conuertatur, & bene l. quamuis. l. quintus. ff. de au. & ar. lega. l. hoc legatum. l. legatis seruis, §. si vnus. ff. de lega. iii. est etiam intellectus, quod debet attendi, quod principaliter agitur respectu principalis deducti in iudicio non quod agitur principaliter in actu incidenti, & fusius in casu ut per Areti. in c. ueniens numero 24. & 25. de accusa. est uerum quod attenditur etiam id qd̃ venit in cõsequentiã ne tertio prçiudicium inferatur deducendo ut deducit Deci. in l. pecuniã numero 5. infra eo. Et ad regulam quod causa principalis attẽditur nõ cõsecutiua, sic Bal. Margari. causa numero 25. Et Corne. consi. xci. col. x. vol. i. quod iudicium ciuile, huiusmodi est, licet pœna criminalis propter negationem ibi, uenit imponenda Et consi. clii. col. i. eo. lib. quod quanquam statutum sit pœnale iudicabitur tamen fauorabile, si principaliter in fauorem inductum sit, de quo etiam in l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. idem Corne. consil. lxxxix. col. i. uolumi. tertio. & consil. xcvi. ad fin. eod. lib. & consi. xlv. col. iii. uol. iiii. Fulgo. consi. lxxviii. ad fi. & consi. cix. col. iii. vnum uerbum dictũ est supra. & cõs. ccliiii. col. v. & vi. uol. i. quod obligari poterit, q̃ aliàs minime poterat puta pupillus sine tutoris autoritate, vel decreto si de eo liberãdo principaliter agebatur. Et cõs. clxxxiiii. col. i. uol. iii. quod si cessat principale, in casu de quo ibi debet etiam cessare id quod est necessarium antecedens. Et facit etiam quia tria sunt præcepta in lege Moralia, ceremonialia, & iudicialia & nihilominus aposto. primum tantum ut pote principale prosequtur, Luc. xviii. Et hinc ĩ rub Ferrarien. q̃ admi. C. col. iii. dicebãt quod principale propositum legislatoris debet attẽdi. Et Bal. quis dicatur principalis cõductor vel locator cedens uel cessionarius ad materiam & in

not.q.quidem,in c.querelam. numero.2.de electio.Et Cuma,consi.clxij.col.i.quod quanquam onerum mentio facta sit in concessione principis,ex prefatione meritorum tamen principalis causa fuisse uidetur beneficij,& consequenter attendenda.Et Seysel.in l.gallus in §.ille casus col. ij.ff.de lib.& posthu.quod quicquid est causa causæ,est causa causati.& quod causa principalis debat attendi non secundaria.Nisi aliter appareat de mente disponentis.l.pater familias & ibi not. ff.de vulg.& pup.sub. Et subiicit etiam in d.§.ille casus, quod hæc regu.procedit in duabus causis remotis.quodque vna proxima,Licet sit posterior natura vel tempore,debet tamen prius considerari.Et in l.petens col.vij.C.de pact.quod intelligitur quoque quo ad totalem effectum.& causam finalem contractus.Et quo ad regu. ipsá in pulchro casu raptus puellæ Alex. consi. cxiii. ad fi.uol.ii. quod si in actu conducendi eá extra territorium, interuenissent aliquæ percussiones ad finem ut se códuci pateretur,propterea ex huiusmodi percussionibus uidebitur rupta pax & treuga,ex quo inspici debet quod principaliter agitur.pulcherrimasque decisiones tradit ad eá exornandam forte per vnam col.consi.i.col. pe. uol.i.Et consi.8.col.iii.uol.iii. quod debet semper inspici id ad quod pricipaliter actus ordinatur & idem consi.88.col.ii.uol.iiii.Et cósi. cxix. col.i.uol.v. quod illud quod est magis principale in contractu, consideratur, quodque à parte principaliori denotari debet et ab ea diiudicari, de quo etiam in l.teneatur in §.i.ff.de ac.emp.& in l. in siemptioce in prin.& ibi. Bar.ff.de contrahen.emp.& fusius ut ibi per eum Et alibi declarat uerbum istud principaliter pluribus modis capi posse consi.lxv.numero 24.uol. vi. post Bar.in i.Cod.constitutio.col.i.& ii.& Bal.ibi in §.quibus.Et quod debeat attendi.illud qd principaliter agitur non illud quod secundario nouissime tradit idem Alex.consi.clxvii.col.v.uol.vii.

Et quod sic.principalis intentio iudicantis attendi debeat Imol.consi.ulti.ad fi.Et Deci.sen. in l.transigere col.pe.C.de transac. quod lex. in permissione transactionis de qua ibi, considerat principaliter redemptionem sanguinis & fauoré rei,idque maxime attendi debet. Et in l. si pro fundo C.eo.quod licet ibi apparenter uideatur permutatio, attamen attenta inspectaque principali mente contrahentium transactio est.

ADDITIO.

Ad illud etiam de quo hic quod quando unus contractus ordinatur in alterum sapit naturam illius in quem ordinatur quantum ad periculú íteritus Adde Soci.in l.rogasti.in fi.prin.ífra eo.

Item ibi post.lustrum completum declara qnquenium, in quot annos prædia locari solebát, dictum à luendo.i. soluendo tributa uectigaliaq; vnde Liui.lustro.condito cēsus actus est.a Seruio Tullio.enim institutú fuit.ut quinto quoque anno ru rsum,censu ciuiu m habita lustrum. conderetur.

RES PIGNORI DATA;

Quanquam glo.& Ba r.in l.si afurioso in prin. infra eo.dicant,si pecunia appareat aliena,& siue alia domini protestatione,nolit recipiens consumere,quod nec dabitur certi condictio, Ex quo habetur pro consumpta.tamen communis opi. est in oppositum,ea potissimum ratione quia habet iustissimam causam non consumendi,alias si consumeret scienter furtum committeret,hic,& in l.qui uas in §.i.ff.de fur.ita Soci.in d.l.si à furioso in fi.prin.Item ibi post. lustrum completú declara quinqueniú in quot annos pdia locari solebant dictú a luédo.i.soluédo tributa ac uectigalia vnde Liui.lustro condita census actus est namque à Seruio Tullio hoc institutú fuerat ut quinto quoque anno censu ciuium habito lustrum códeretur.

POMPONIVS LIB. XXII. Ad Sabinum.



VOD TE; Ad morę proposi tum de quo hic adde si culpa transeat in speciem moræ(hoc enim esse nó potest nisi in obligatione perfecta) quod tunc quis non excusatur,ut hic alias autem sic si culpa ad casum ordinata non fuerit. l.si uehenda.§.idem iuris ff.ad legem rhod. de iac.ita Bal.in statut,culpa ad fi.

Dicit etiam Corn. consil. cviii. col.i. quod mors seu aliud damnum.continges post moram imputatur morosa,de quo,etiam in l.si ex legati causa.ff.de uer.obl. & in l. illud . ff. de peri. & commo.rei uen.Et alibi consi.clxvi.ad fi.uol.ii. quod quis dicitur non obseruasse conuétionem seu trásactionem, quando fuit in mora obseruádi.Et consi.cclx.col.iii.eo.lib.statim quod debitor interpellatus est,si soluere sit paratus, quod nullo iure canonico uel ciuili dicetur esse in culpa uel in mala fide aut mora.Et quod in mora có stituitur qui scit aut scire debet se debere. ponit idem Corne.consi.lxxvii.col.ii.uol.iii.Et consi. clxvi.numero. 4. uol. iiii. quod si interpellatus sciebat debitorém uel scire debebat,vti morosus tenebitur.Imò quod ex aliquibus circunstantiis. posset argui fraus & dolus. Inqt Cur.iuni. olim collega.in feu.in xxxvii.causa priuationis feudi col.ii. & Alua.ante eum in c.i.col. ii. hic potest esse ti.quibus mo.feud.in vsib.lata culpa etiam in contractibus quæ est scire debere ut hic,æqui paratur dolo.i.scientię cui non est amicus error c.plerunque,& ibi Bal.numero 8.de rescrip.Qui etiam dicit ad materiam in c.quoniam frequenter numero.10.ut li.non cont.quod intelligitur quis scire quod scire debuit. Et in c.dudum ii.numero 15.de electio.quod non est danda ei fides, qui

qui dicit non credebam,cum debeat credere. Et in c.licet de sup.negli. prelato. quod ignorantia supina repræhensibilis est. Et ad moram redeuntes, quod interpellatio est necessaria ut quis in mora constituatur, inquit Gozad.Bononien.cõsi.ccvii.numero.2. & 3.Et si labatur dies, quis in mora esse dicetur absque interpellatione, inquit adhuc consi.xxxi.numero 3.& 6.qua etiam opus non est ubi interuenit iuramentum subiicit ibi numero.7.& in præallega. consi. xxvii. numero 10.Et idem in pia causa, uel si de libertate agatur,eodem teste adhuc consi. xxxiiij. numero 1. & 3.et de iuramento nonnihil consi. lvij.numero.5.& 7.

ADDITIO.

Ad id quoq; de quo hic qũ peto id qđ meum fuit,qđ ueniũt fructus à tẽpore morę, adde Ferrarieu. in l.pacta quæ contra. col.ij.C. de pac.

ADDITIO.

Et quod scire & scire debere sint paria,nouissime tradit Rom. cons.lxxxvij,num. 6.Et Alua. in c.1.in §.uasallus.si de feu.defunc.cont. sit int. do. & agna. col. ii. quod ille qui debuit scire habetur pro sciente.Et in §. licet uasallus. col.i. eo.c.& ti.quod adhuc uasallus cõstituatur in mora,exigitur scientia sua,uel quod scire debeat. & in c.i.in §.adhæc ad fi.de pa.iur.fir.in vsib. Et Alex.cõs.60.in prin.uol.iiii.quod qui cum alio contrahit,sit aut scire debet eius condicionem. l. qui cum alio ff.de regu.iu.quodque scire & scire debere sunt paria ut hic. Et idẽ formaliter dicit consi.xxxiiii.in prin.uol.vii. Et consi. cxxxviij. col.iii.quod statutum quandoque punit negligẽtiam creditoris,ut à debitore certo tempore præscribatur debitum siue creditum,ex quo esse debet certus de dicto suo credito.Et idem in debitore quod intelligere debet se debere ut supra & hic notat glo.etiam in l.& si post tres.ff. si quis cau.& in l.mora.ff.de usu.

ADDITIO.

Quod in mora debitor post interpellationem constituatur,nouissime tradit etiam Fulgo.con consi.cxxii.col.ii. Et dicit ad idem Alex. consi. cxxxii.col.iii.vol.v.quod semper erit in mora si interpellatus siue iusta causa reddere recuset Et siue iusta causa dixi, quia alias excusat à mora, ab expen.à pœna compromissi, ab obligatione interesse,& a pœna legali,ut ex multis respondit idem Alex.consi.cxix.col.iiii. uol.ii.Et à pœna legali dixi rursum,quia à conuentionali non excusat petentem,ex quo antequam petat & agat debet diligenter ius suum explorare ut hic & in l.qui in alterius.ff.de regu.iu. Alex.consi.pręallega.cxix.col.v.

Et quod requiratur interpellatio omnino ad constituendum debitorem in mora declarat idẽ Alex.consi.cxxxii.ad fi.uol.vii.Deci. cõsi.cxvi. in fi.uolu.i. Et alibi quod vna sufficit, estque opi.communis,vt dicit consi.lxxx.col.i.uol.iiii. Et alibi quod ubi cõtracta est mora succedit obligatio ad interesse consi.cxxxv.col.ii.uol.vii.Nec potest purgari,imò quod est delictum,ut hic & per eundem consi.xxiii.col.iii.& habetur etiam in l.qui sine.ff.de regu.iu.& in l.si filius ff.de int. actio.Et quod purgari mora non possit ponit vndecim conclusiones Boeri.in lib.consuetud.Bituricen.des amoudes, fo. ccccxxvi. col.ii. dic ut per eum.

ADDITIO.

Ad materiam quoque sciendum est quod ualor attenditur tempore solutionis non contractus maxime post moram,& ita firmat idẽ Boer. decisio.cccxxvij.nu.4.

Est uerum ad morę propositum, quod quis pœnam non incurrit, si fecit quod potuit, ex quo difficultas impedit pœnam committi. l. si uehenda,§.pe.ff.ad legem rhod.de iac.Deci.con si.cccxiii.co.ii.uol.ii.alias si esset in mora non excusaretur ut ibi subiicit col.iii.

ADDITIO.

Ad not.etiam hic de debitore quantitatis, qđ ea perempta casu fortuito,non liberatur, ponit regu.cum fallẽ.in suis Pet. Duenna.clxxvi.Pau. cast. aliqua consi.cccclxv.col.pe.uol.i.

ADDITIO.

Ad id etiam quod casus regulariter non excusat,quando mora præcedit casum adde inferri posse,si ille qui conditionem implere debebat fuit in mora implendi, quod tunc nõ habetur ꝓ impleta sed pro defecta potius quanquam post casu implementum impediatur,l.pe.ff.de condi. & de.Soci.in l.titius.col.i.ff.eo.gl. & Ang. in l. i.C.de inst.in materia pulcherrimam dictionem ponit hic Lambertin.de Ramponib.fo. xlvi. col. i.dic ut per eum.Et ad propositum conditionis implendę nonnihil Deci.consi.iii. ad fi. uol. iii.

Quando aliquis etiam ignorat se esse debitorem,non potest probabiliter dici, ipsum morã contraxisse,ut in not.casu.inquit Pau.cast. consi.xlvii.col.i.uol.ii.& cõsi.lxxxviii.col. ii.eo.lib.

ADDITIO.

Ad moræ propositum(ut dictum est etiam supra)nõ potest dici quem esse in mora.neque moram cõmitti vbi aduersarius suus non adimpleuit pro parte sua in casu promissionis de non petendo,de quo in l.actione & ibi Ferrarieu. col. pe. ad fi.C.de transac.

ADDI-

ADDITIO.

In materia dicit quoq; Deci. senior post glo. hic quod facilius admittitur praesentia circa rem quam tibi uere dedi, quaeque quandoque fuit mea, quam circa illam ficte tibi datam liberando, & quae numquam fuit mea in l. quamuis. C. de transac.

ADDITIO.

Etiam Bar. hic nescio quid de gabella animalium dicit, an de uinis intelligatur, adde multa quae congerit remissiue Gom. olim Collega. in regu. Cancel. de anima possesso. q. xlvii. ad fi.

PAVLVS LIB. XXVIII. Ad Edictum.



ERTVM; Mirabilis est tex. iste vnde hinc dixit Corn. quod nõ refert qualiter res demonstretur, dummodo reddatur certa, consi. cclxxiii. numero. 13. uol. i. & consi. ccciii. col. fi. uol. iii. Et alibi, quod paria sunt quid esse certum per se uel per relationem ad aliud, cõsi. cxciii. col. i. eo. lib. Areti. in c. illa numero. 15. de accu. idemque in l. nominatim iuncta glo. ff. de manu. testa. dum dicit quod demonstratio nominis uice fungitur. Et hac de re nomen actionis non exprimitur. c. dilecti de iudi. sufficit quae etiam si sine scriptis demonstretur, l. edita & ibi Purpu. col. iiii. C. de edẽ. Et indubitatum est ubi de corpore constat, quod de nominibus non curatur. secundum Albe. in rub. ff. orum col. ii. Et ad declarationem inquit Soci. in l. si nominatim per illum tex. ff. de condi. & de. quod demonstratio. fit per ostensionem qualitatum rei demonstratę. puta per nomina propria per qualitatem corporis nigri uel rubri, per officia & artificia & per vicissitudines ac affinitates, Et Bertran. consi. cclxxxi. numero 3. uol. i. quod paria sunt aliquid esse expręssum in sentẽtiam uel exprimi per relationem ad acta quanquam tamen non dicatur propria & formalis expressio. l. ait praetor. §. si iudex. ff. de re iud. l. haec sententia C. de sen. quae si. cer. quantita. c. cum Bertoldus. de re. iud. Alex. cõs. liii. ad fi. uol. v. Et ita in subscriptione inq̃t cõs. cxlvii. col. iiii. uol. ii. nõ referre si in ea non sit expressum nomen scribẽtis, dummodo constet quod sit manu ipsius ex comparatione literarum. Qui dicit etiam quod confessio quae non est certa, certitudine declarata ut hic, nulla est, consi. xix. col. iii. uol. iiii. Et Fulgo. consi. clxxxiii. ad fi. qđ nihil refert. ꝓprio nomine res appelletur, an digito respondetur, aut uocabulis quibusdam demonstretur, quatenus uice mutua fungatur quę tantundem pręstat idque etiam Pedius (ut ipse refert) in libro de stipulationibus. Et ex his uerificatur vulgatum illud quod non minus factis quam uerbis uoluntas datur intelligi. l. reprahẽdenda. C. de institu. l. Paulus respondit. ff. rẽ rat. hab. imò quod plus facto declaratur. l. si tamen. §. ei qui ff. de edil. edic. Alex. consi. lxxxiiii. ad fi. vol. v. Et ad materiam dicit quoq; Calcan. quod id dicitur certum quod dubitatione caret, consi. cxx. col. iiii. Et Io. And. in c. si beneficia de praebẽ. in vi. i nouel. Et Io. de gras. in arbo. indicio. de trunco siue stipite. col. iiii. quod in libello qđ petitur exprimi debet clare, id declarando per diffinitiuas demonstrationes, siue sit species, siue quantitas, siue factum, aut aliud quod praetendatur. Et col. vj. quod sustinebitur si demonstratio fiat digito, uel aliter clara & indubitata demonstratione. Et Ro. consi. clxiiii. numero 1. quod ea dicuntur certa quae demonstratione uisibili, aut intellectuali ostensa sunt deberi. Et Ferrarien. in l. pactum quod bonafide col. i. C. de pac. non referre qua specie probationis res ipsa demõstretur. & in l. si pro fundo in priñ. C. de transac. quod per appositionem confinium, res ipsa redditur certa.

VLPIANVS LIB. XXVI. Ad Edictum.



MNIA; Ad dicta hic, maxime per Pau. cast. quod ea quae acquiruntur nobis sine facto nostro, si repudiata fuerint, finguntur nõ quęsita, de quo etiã in l. seruum filij, in §. i. ff. de lega. i. Bar. in l. Põponius magna. ff. de nego. gest. idẽ Pau. in l. i. col. pe. C. de fur. adde Deci. senio. in l. i. col. iiii. C. de pac.

POMPONIVS LIB. VI. Ex Plautio.



ROINDE; hic etiam id maxime obseruandũ cẽsui, quod repudiatio bo. po. trahitur retro à morte defuncti, Repudiãtéq; praetor habet. ac si nõ fuisset in rerum natura. & pręsertim etiam cum non tractetur de praeiudicio tertij, ut hic, per quem tex. ita quoque dicũt Ferrarien. in l. fi. col. fi. C. qui admi. ad bo. po. pos. Et pulcherrimam. disputat. q. ad propositum Cur. iuni. in feu. q. xxviij. primę. par. col. j.

VLPIANVS LIB. XXVI. Ad Edictum.



ERTI CONDICTIO; Sicuti enim hic est certi condictio, quae datur ex omni causa & ex omni obligatione, ex qua certum petitur, ita alibi est condictio incerti. l. qui sinę ff. de condic.

si. cau.

. si cau.l.si cum filius.§.aliud. ff. de dona. estque condictio siue causa, ut ibi. Ad id etiam de quo hic, quod certi condictione rursum, agitur ad interesse, inspecta certitudine futura & iudicis declaratione, quanquam à principio sit incertum. §.curare insti.de actio.adde Deci.senio. ita dicentem in l.debitori col.iii.C.de pac.

ADDITIO.

Ad id quoque quod certi condictio concurrit cum actione ex uendito, dubitat idem Deci. omnino uidendus in l.in bonefidei col.iii.& iiii. C.de pac.multa ultra cū Purpu.in l.edita nu.175 C.de eden.

ADDITIO.

Quod verba in lege appo sita, gratia maioris expræssionis, non propterea superflua dici debēt ut hic not. adde eundem in l. cunctos populos col.i.C.de summa tri.& fi.catho. Deque inculcatione uerborum uitanda de quo etiam hic in d.l.edita numero 299.multa Pau.cast.cōsi.lxxv. col.ii.uol.ii.Ad quod dicit Deci. quod à notarijs fieri solet, quodque verba inculcata idem significant consi. cccxcix.col. iiii.uol.ij. figuraq; est perissologia.

ADDITIO.

Licet certi condictio concurrat cum actione ex uēdito, vel ex ēpto (ut supra nouissime Vaco. lib. iii.decla.99.) non concurrit tamen cū actione de dolo, verum eam excludit potius, quanquā secus sit.si condictio incerti fuerit, ita Purpurat. in l.actione col.iiii. C. de transac. idem Vaco. multa lib. præallega.decla.101.

Dubitatur etiam hic an vna sit vel plures, dixi que ego in rub.supra eo.adde late Por.insti.quibus mo.re cont.ob.in prin.col.iiij.attestatus cōmunem esse opi.quod sit duplex. An sit natiua, Vaco. lib. iij. decla.xcvij. deque generalissima, multa Rof.Beneuenta.parte. iiii. si aliquid cer. peta.per totum.Corne.consi.lvi. col. iiij. uol.ij.

Et ad id de quo supra Bal.hic dicit col.ii.(nec est prætermittendum) quod certi condictio rursum concurrit cum actionibus sicut genus cum suis speciebus.ad differentiam actionis in factū subsidiarie.quodque certi dictio generalis, est necessaria in duobus casibus, item vtilis & uoluntaria, ut per eum. Et col.iii.quod verbum causa, de quo hic, ad proximam refertur, obligatio uero ad factum. Et in rub.si cer.peta. ad fin. & in materia, quod certi condictio generalis non oritur ante diem, sed specialis sic, de quo tamen postea dubitat & declarat.dic ut per eum. Notabilius dictum ponentem adhuc tamen per not.hic quod quo ad infamiam magis inspicitur genus actionis quam causæ in c.i.in §.præterea col.iiii. de prohib.alie.per fed.in vsib.

Aliud pulcherrimum ponit dictum idē Bal. hic col. v. quod legatarius non habet hanc certi condictionem ex quo est dominus.l.fi.ff.usuf. quemadmo.caue. Et in l. cū filiusfamilias. infra eo.quod utilis certi condictio remedium extraordinarium est ut officium iudicis filiosfamilias.

ADDITIO.

Ad id etiam de primordiali natura attendenda, adde Areti.in c.i.numero.70.de iudi. & Ferrarien.in l.bonorum col.iii.C.qui admi. ad bo. po.poss.Et ad intellectum.l.fi.ff.de hæ.insti. dicit Soci.in l. demonstratio falsa.in §. quod autē col.iii.ff.de condi.& de.quod ibi non dicitur cā finalis attenta primordiali natura ex quo non est necessaria seu obligatoria, & sic quod non cohęret legato, deque primordiali accidentalique natura ad propositum Bar.ibi.allegat. not. hic. Et Areti.in d.c.i.(quem nūc induco) quod iuramētum debet regulari secundum naturam primordialem & originariam dispositionis super qua interponitur, non secundum accidentalem, & est tex.in l.item ueniunt in §.petitam.ff.de peti.hæ. Soci.in l.frater à fratre col.xii.ff.de condic. ind. Seysel.in l.nō solum in §.morte.col.xvi.ff.de no. ope.nun.Et glo.ac Docto.hic, quod certi condictio competens loco actionis bonefidei, remanet stricti iuris, de quo tamen per Bar.in l.i.in §. hæc actio.ff.si quis testa.lib.esse iu.fue. & Alex. hic col.v.remissiue Seysel.in l.pacta quę contra ad fi.C.de pac.vbi etiam Ferrarien.et in pulchro casu Purpura.in l.i.col.ix.C. de eden.

ADDITIO.

Ad id etiam quod certum uel incertum consideratur respectu rei deductę in obligatione, adde Ferrariē.in l.si pacto quo pœnam col.iiii. C. de pac.Et ad id non ab re de quo per glo. quod probatio debet esse certa Corne. consil. cxxiii. col.iii.uol.i.

ADDITIO.

Ad uerbum ex omni causa adde Ferrarien.in l.causas. col. ii. C. de transac. Et dic vtile esse aliàs, si dicatur peto rem cum fructibus perceptis & percipiendis, ex omni causa, quia tunc importabit restitutionem totius, quod quis cōsecutus fuisset ex re uel propter rem si tempore litis cōtestatę fuisset restituta.l.præterea.ff.de rei vē. l.cum fundus in prin.infra eo.Ange.in l.ait prætor in §.per hoc.ff.quę in frau.cred.& fulius ut per Feli.in c.inter dilectos col.ii.de fi.inst.

ADDITIO.

Ad discernendum quoque quale remedium intentatum

intentatum sit, quod cognoscitur ex medio concludendi hic not. Adde Alex. consi. xcij. col. ij. uol. j. & consi. cxvij. col. i. vol. ij. Deci. seni. in l. edita col. vj. C. de eden. Corn. consi. cccij. col. ij. uol. i. Pau. cast. consi. cxxxviij. col. i. uol. ij. Deci. consi. cxxxvi. in prin. uol. i. Et consi. clxxxvij. eo. lib. & consi. cclii. in prin. col. ii. Pau. castren. consi. lxxxv. col. i. uol. ii. idem Deci. consi. clxii. col. i. uol. i. ex quo infertur, non mirum esse, si nec nomen actionis in libello est aliter exprimendum c. dilecti de iud. not. late in l. edita. C. de eden.

QVONIAM;

Ibi dignum tractatum, not. est quando titulus est difficilis quod lex de eo mentionem facit. ut inquit Barba. in rub. ff. de uer. ob. col. ii.

ADDITIO.

Ad id de quo principaliter hic etiam tractatur, si quis pecuniam numerat, & eam stipuletur nunquid sibi acquiratur actio ex stipulatione, pulchrè distinguit Lambert. de rampo. in §. isto, fo. xlvi. aliàs col. iii. dic ut per eum.

Et ad id quod ubi sequens stipulatio inutilis est, non propterea impedit actionem oriri ex utili numeratione præcedente, quę stipulatio si fuisset vtilis impediuisset, adde Pau. cast. consi. lii. nu. 9. uol. ii.

ADDITIO.

Dicit etiam aliud ad Bar. hic, Soci. in l. si à furioso in §. fi. infra eo. Quod numeratio facta ex causa mutui, si causa non est in totum uera. uerificatur numeratio in ea parte pecuniæ, in qua potest Et seruit ad vulgatum illud, si id quod agitur nō ualet ut agitur ex defectu materiæ, qđ ualet saltē ut ualere potest de quo alias in l. i. in §. si quis ita (Brocardicumque est) ff. de verbo. ob. & ut etiā infra. Et ad aliud in l. singularia col. iij. infra eo. quod verba quę non possunt uerificari in mutuo uerificantur in deposito, subiiciens, ita intelligi tex. istum & loqui, ibi. siue coniunctim. Et ad aliud in l. si non sortem in §. si centum col. j. ff. de cond. ind. quod datio in solutum quę fit à iudice pro debito partim uero partim falso in totum est nulla. Deci. post eum consi. i. col. v. uol. iii. Et ad vulga. regu. quod utile per inutile non debet uiciari. Ro. consi. lxvi. nu. 1.

Et ad aliud de quo etiam per Bar. hic. quod decretū indiuiduū est, Deci. cōs. prealleg. i. col. v. uol. iii. sed ratio est quare datio insolutum nō ualet facta à iudice, pro debito partim uero, & partim, falso. ut supra dic ut per eum. Et ad aliud rursum, si statutum dicat debitum à cētum libris supra probari non posse nisi per instrumentum deque promissione interesse sic constet, per instrumentum scilicet non de quātitate, per testes autem sic, quod probatio legitime facta dicetur, ita Pau. cast. consi. ccclxi. in prin. uol. ij.

SI NVMMOS;

Quod bona sit argumentatio à Solitis, & à cōmuniter accidentibus, de quo hic late Docto. tradit etiam Pau. cast. consi. cccclxv. col. ulti. uol. i. pulchrè Alex. consi. clxxxi. col. ii. uol. ii. in not. casu. de solitis ordinarie non extraordinarie. intelligentes ut declarat prob. in c. nemo. col. 15. de electio. in vi. & ad regu. Deci. consi. clxxxiiij. nu. 7. uol. i. & consi. cclxxix. numero 3. uol. ij. Corn. consi. ccxviij. ad fi. uol. i. Cuma. cons. clxij. col. ij. Imol. cons. xlij. col. i. Soci. iun. cons. j. nu. 16. uol. iij. idem Pau. consil. cccxxxiij. ad fi. uol. ij. & probatur ibi, cum quotidie credituri &c. estque bonus tex. ad idem in l. si legatum. ff. de eden. & in l. ii. in §. merito. ff. ne quid in lo. pub. & in l. si qs donaturus ff. de vsuf. & in l. ut liberis ad fi. C. de colla. & in l. si constante in §. quotiēs. ff. sol. mat. ibi, quod magis hodie usitatum est ego. in l. i. lectu. anni. 1556. col. xx. in sol. contrarii. §. pręconizamus in auth. de leno. Et ad aliud, qđ cōsumptio pecunię operatur, mutuum recōciliari & ualet, declarat Dy. Ray. & Soci. in l. quædam. col. ii. ff. de reb. dub. Et ad aliud etiam, quod speciale sit in mutuo alteri per alterum etiam ignoranti actionē acquiri, ut pulcherrime deducit Pau. cast. consi. cxcv. numero 7. uol. ii. Et Corn. ad idē consi. clxix. col. i. uol. i. quod quando pecunia numeratur nomine alterius, queritur actio illi cuius nomine numeratur, etiam (ut dixi) ignoranti & directa quidem. Et consi. clxix. col. ii. eo. lib. quod licet per liberam personam actio alteri nō queratur, fallit tamen regu. in mutuo. idemque Soci. quod ignorāti acquiratur hoc casu & furioso. in l. si à furioso col. i. infra eo. & ii. Et in l. singularia in prin. infra eo. quod hoc est priuilegiū mutui ut dictum est in quo se fundat iurecon. Qui tamen a sibi dicit quod quanquam mutuum contrahatur ab ignorante, mediante persona alterius ut hic. verum tamen mutuum requirit cōsensum utriusque contrahentium in l. ii & me & titium per illum tex. infra eo. in prin.

Et aliud in l. lecta. in fi. infra eo. quod quādo pactum continet idem quod contractus, uidetur appositum causa implendi ipsum contractum, ut in simili hic. Et in l. frater à fratre col. vii. ff. de cond. ind. quod licet illi cuius nomine numeratur acquiratur actio, non tamen illi qui nomine suo mutuat donare uidetur.

Et col. ix. quod est quędam naturalis obligatio, quę naturaliter acquiritur, & ista in totum acquiritur ut hic quedam ciuilis quæ ciuiliter pari modo acquiritur, & ista similiter in totum abdicatur. quædam uero naturalis quę ciuiliter acquiritur, & tunc ista non in totum abdicatur l. placet. ff. de acqui. hæ. glo. in d. l. frater à fratre, & ut per eum latius.

ADDITIO.

Ad uerbum nummos notant etiam quidam in d. l.

d.l.singularia per istum tex.in prin.quod refertur ad pecuniam numeratam, & nimirum vltra eos quia hoc ipsum explicat & innuit tex.hic ad literam.

DEPOSVI;

Si detur pecunia in saculo certę mensurę vt detur alia eiusdem mensuræ, erit contractus innominatus.aliàs si numerata erit mutuum,ut hic & docet Soci.in l.ij.§.mutui datio col.fi.supra eo.

Et ad materiam,si consensu partium in deposito agatur dominium numeratione transferi, quanquam mutuum videtur tamen mutuum non erit.sed depositum & licet Deci.dicat illud, minime verum fore quoniam contra substantiam depositi esse videtur,l.cum precario ff. de preca. responderi potest obiectum eius procedere in mero & Puro deposito, at hoc casu notissimos depositi terminos egreditur.l.Lucius.ff.depo.ergo.& cum §.iste.legatur cum l.seq. transeo.

VLPIANVS LIB. XXIII. Ad Edictum.



ROGASTI; Ad id quod mutuum contrahitur, si debitor meus soluerit vel soluere promiserit, quoniam soluere & promittere sunt paria.l. fi. C. ad legem fal.istoque in casu pecunia esse fingitur apud eum, cui volo mutuare, siue esse videtur, usque adeo vt sibi etiam actio quæsita dicatur l.qui actionem.ff.de regu.iu.l.is apud. ff.de v. r. si.& not.hic.Adde Soci.in l. singularia.col.j.infra. eo.

SI TIBI;

Curator non potest donare,nec debitum remittere,nec donanti consentire, seu auctoritatē præstare,imò nec pauperi mutuare quia hoc idē facere est perdere,vt hic not.Adde Seysel. plene in l. pactum curatoris in prin. C.de pac.Et ad id quod mutuum gratuitum esse debet. ita vt nec pactum in contrarium factum valeat de quo etiam in l.si tibi x.ff.de pac.& in c.consuluit. de vsu.Adde Alex.consi.iij.col.iij. vol.ij.& consi. lxviij.col.j.vol.vj.& consi.xxviij.ad fi.vol.vij.Et dicit ad propositum quoque Soci.in l.lecta,ad fi. infra eo.quod pactum nudum iuxta contractum appositum incontinenti,non vestitur coherentia contractus, (notandum enim est ad limitationem l.petens C.de pac.) quando contractus ipse,non patitur informationem dicti pacti, vt hic,exempli gratia si fuerit appositum de reddendo plus quam fuerit mutuatum.

Improbant tamen Bononien. hic Bar.dicentem pacto nudo vsuras peti non posse siue exigi, quod imò exigi possint,quia de iure fforum debentur,& exigibiles sunt nisi modum excedāt,verissimumque est,sed respondetur,exigibiles esse si stipulatione debeantur non pacto nudo.& ita intellexit Bar.& not.hic.Aliud etiam dicunt,qđ hic non est vsura,& quod alia ratione,illud plus quam mutuatum non debebitur nec exigi poterit,quia mutuum est contractus, qui re celebratur,vbi ergo,res non interuenit,ibi nec obligatio erit,siue mutuum aliàs contrahetur.& ita declarat Iurecon.in d.l.si tibi x.ff.de pac.ante eum Deci.consi.cclxxx.col.ij.vol.ii. & hoc est quod dicit etiam consi.ccciij.eo.lib.col.ij.quod in dubio non debet iudicari contractus vsurarius. Tamen cogita tu rursum,quod imò de vsuris loqui videtur,ex quo de his paulo supra locutus est, & statim casum de quo hic ponit & declarat. nec secus Ro.cōs. ccxxxviij.nu.2.sensit Ad gl.ēt hic sciendum est,quod pœna adiecta, peti non potest quia adiecta videtur in fraudē vsurarū verū illud fore,si adiecta fuerit in contractu mutui, vel dationi pecunię aut quātitatis alias si facto,secus,puta quia adiiciatur promissioni conseruationis indemnitatis ut not.in l.Iulianus in §. idē Papinianus.ff.de actio.emp.Cy.in l.cum allegas C.de usu.Calcan.consi.xxxv.col.iij.Dixit quoque ad propositum alibi idem Deci.cōsi. ccxxij. col.vlti.vol.ij.quod Contractus vsurarius arguitur ex certa & vniformi præstatione quę respectu sortis præstari debeat, post Bal.tamē hic exēplificando vt per eos.

ADDITIO.

Ad illud etiam quod ubi certa quantitas exprimitur, dispositiue, quod tunc, expressa dicetur taxatiue adde Ferrarien. l. in pactum curatoris C. de pact.

ADDITIO.

Intellectus etiam istius tex.est hic nullā obligationem natam esse,ad propositum de quo Purpura.in l.j.nume.39.C.de pac.

SI FVGITIVVS;

Illud,de quo per Docto.in l. singularia infra eo.in Tertio membro,quæ sint specialia in pecunia numerata respectu aliarum rerum sola commixtione pecuniam consumi,& dominium perdi.l.si alieni ff.de sol. limitatur pluribus modis, Et maxime quando pecunia numerata est recipienti mala fide vt hic & in l.cassius ff.de sol.Ad de Soci.in d.l.singularia col.iiij.infra eo.

POMPONIVS LIB. VI. Ex Plautio.



SI A FVRIOSO;licet dicamus sola commixtione pecuniam consumi, & dominium perdi estque speciale in pecunia numerata respectu aliarū rerum l.si alieni nūmi.ff.de so. not.in l.singularia.ff.si cer.peta.limitatur tamen in casu,si sine causa nmeretur & commisceatur, ut

vt ibi,estque argumentum in §. quod si duorum instit. de re. di. et in l. idem Pomponius. ff. de rei. uend. Sed contra istam limitationem facit tex. hic ubi pecunia ad aliquem peruenit sine causa. & nihilominus consumptione ipsius dominium perditur. Nisi ut per Soci. in d. l. singularia, col. iiij. respondeamus, quod imò peruenit cum causa saltim p̄sumpta, quę sicuti sufficiens est ad acquisitionem dominij mediante vsucapione. l. iusto. ff. de vsucap. ita sufficit ad acquisitione, mediãte consumptione, cogitãdo est. Et addendum ad id de quo hic, consumptione mutuum reconciliari, eundem Soci. in l. frater à fratre col. iiij. ff. de cond. ind. Et ad glo. hic quod contractus qui non fuit impletus per trãslationem dominij impletur per consumptionem, ex qua obligatio & actio non oritur, sed ex pręcedenti cõtractu, per consumptionem adhuc impleto, ita idem Soci. in l. non omnis in §. si pupillus infra eo.

VLPIANVS LIB. XXVI.
Ad Edictum.



AM ET SI FVR; Ad id de quo hic, & in l. si mihi & titio ff. de uer. ob. & in l. cum pater in prin. ff. de lega. ij. & in l. si titius. ff. pro socio. quod partes quantitatis debite pluribus, cẽseantur ipso iure diuise ad numerũ, adde Corn. cõs. cxxxiiij. col. ij. uol. j. Et ad aliud, ꝙ cõdictio est natiua ut hic inq; illis uerbis nascitur cõdictio. quodque nascitur ex consumptione, qua mutuum reconciliatur, tametsi posit etiam esse quã doque datiua, eundem latius in l. certi condictio col. iij. & in l. si à furioso, col. j. supra eo.

SI SERVVS;

Quod consumptione, pecunia fiat accipientis vt hic tradit etiam Soci. in l. non omnis in §. si pupillus. infra eo. Qui aliud quoq; dicit ĩ l. eius qui in prouincia col. ij. infra eo. per illum tex. & istũ quod qui vult contrahere mutuum, in tota summa, nec possit, contrahitur in ea parte in qua cõtrahi potest. & est argumentum vltra eum in l. j. in §. si quis ita. ff. de uer. obl.

VLPIANVS LIB. XXIX.
Ad Edictum.



I FILIVSFAMILIAS; Ad id qđ idẽ operatur cõsumptio, quod dominij translatio à principio, adde Soci. in l. non omnis in §. si pupillus infra eo. & in l. frater à fratre col. iiij. ff. de cond. indc.

Et ad id, quando pecunia mea ad te peruenit, quod mihi ex æquitate datur actio, ne locupletior fias ex ea, eundem in l. si & me & titium col. j. infra eo. Nisi perueniat titulo oneroso, q̃a tũc secus, ut ibi per Bar. & hic Pau. cast. in l. si uero in §. si domini. ff. de in rem uer.

ADDITIO.

Omnia iura quę dicunt, consumptione reconciliari mutuum, ut hic, & in duabus legibus proximis, limitantur bona fide consumptio fiat, quoniam tunc non reconciliatur. alias sic, si sciente, & mala fide quidem ut hic not. nisi consumens hoc casu, pecuniam à domino habeat. l. non omnis §. si pupillus præallega. infra eo. ita Soci. in l. rogasti in §. fi. nume. 7. supra eo.

VLPIANVS LIB. XXXI.
Ad Edictum,



INGVLARIA; Ad singularia mutui, de quibus hic, & ad id maxime, quamuis commixtione specierum facta contra dominum voluntatem, ipse non priuetur re sua, quod tamen fallit in commixtione pecunię. l. si alieni nummi. ff. de sol. adde Por. vbi multa in §. cum ex aliena col. ij. insti. de re. di.

Et ad illud quod quamuis plures fictiones, nõ possint circa idem concurrere, l. j. C. de dot. promi. l. cum post. §. gener. ff. de iu. do. poterunt tamen si vna ueniat in consequentiam alterius, ut hic, adde Bal. in Marga. sua fictio. nume. 5. & Ferrarien. in l. i. col. fi. ff. de offi. eius.

Et ad illud de debito ex vna causa in aliud cõuertendo, de quo etiã in l. si pro mutua. C. si certpet. & in l. certi condictio in §. fi. supra eo. Corne. consi. cclxlj. ad fi. uol. iii. & consi. cccxcvii. col. ii. eo. lib. nonnihil col. iij. Lamb. de Ramp. hic late fol. 46. col. iiii.

ADDITIO.

Ad illud de duabus fictionibus, de quo supra nouissime addas quod concurrunt quoque si à diuersis fontibus proueniant, ut post Alex. hic dicit Purpur. in l. in bone fidei col. ij. C. de pac.

Dicit etiam aliud Bald. per istum text. in rubr. eod. titu. C. quod qui intentat actionem specialem eam intentare videtur cum singularibus preceptis.

Et ad id, quando duo sunt introducta ad vnũ finem, quod vnum reputãtur. de quo etiam in c. latores de cle. exco. mi. uidendus est Car. in cle. j. in §. si quis. in ix. q. de reb. ec. non alienan. late Gom. in regn. de publi. resigna. q. vj. col. j. & ij.

Qui etiam dicit ad idem quando iura duorũ perueniunt ad vnum quod pro uno reputantur. de anna. po. q. xv. ad fi.

Et alibi quod ratio quæ militat in vno beneficio post triennali presumi ti. habilem, procedit etiam in duobus de trien. po. q. x. col. iij.

Et ad

Et ad aliud Deci.conſ.xix.col.iii. uol. iii. qđ qui delegat ſoluit. l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleia. & quod nomen debitoris in ſolutũ dari uidetur, poſt Aret. hic in antepe. col. deq; delegatione debitoris, conſ.xcix.col.ii.uol.i.

Et ad aliud quod interuentu ſtipulationis pręſumitur nouatio, ut hic per Bar. Ferrarien. in l. ſi pacto quo pœnam. ubi multa. C. de pac. col. v.

Et ad aliud Alua. in c.i.ĩ §. illud quoq;. col. iii. de phib. feu. alie. p Fede. in uſib. qđ ſicuti hic, ſingularia q̃dã in mutuo p̃cepta eſſe dñr, ita ibi propter frequentiã alienationis feudorũ ſpeciale ius quoddam eſſe debet, conſiderata dñorũ perſona.

Et ad id quando pecunia ſolutioni eſt parata, quod tunc breui manu cenſetur creditori ſoluta & data debitori, adde Soci. in l. Iulianus. in prin. ff. de cond. & demõ. & Bal. in c. ad noſtram. nu. 4. de iureiu. quod qui cõpenſat breui manu ſoluit. Et in ſimili Iaſ. in l. ſi fundum. in §. Titio. ff. de lega. j. & Alex. conſ. cxxxvj. col. iiii. uol. ii. & Soci. in l. ſi & me & Titium. col. i. infra eo.

ADDITIO.

Ad illud de quo ſupra, de debito ex vna cauſa in aliud conuertendo, adde nouiſsime Pau. caſt. conſ. clxx. col. i. uol. ii. dicentem, ex una cauſa debitum in aliam conuerti poſſe, per indirectum, ſiue pecunia ſolutioni parata ſit, ſiue non. l. ſi ex precio. C. ſi cer. pet. Et etiam per pactum, ſi ſolutioni erat parata ut hic. Alex. pulchre cõſ. xxviii. col. iiii. uol. v. & conſ. xxiii. col. i. uol. vii.

Et alibi Bal. quod in mutuum naturale cõuerſio fieri non poteſt niſi in duobus caſibus, primo ſi res erat præſens, ſecundo ſi erat (ut diximus) ſolutioni parata. in l. certi cõdictio. col. ii. ſupra eo.

ADDITIO.

Ponderando illa uerba etiã de quibus hic. mihi data, & à me ad te profecta, dicebat Cor. quod illud quod datum eſt filio gratis, & contemplatione patris, cenſetur à patre profectum ac ſi datũ eſſet patri, & per patrem filio, cõſ. ccxc. col. fi. uol. iii. & cõſ. i. col. viii. vol. iiii. & ĩ pulchro caſu renouatę ſocietatis. Alex. cõſ. 136. col. fi. uol. v.

Et ad illud, qnod ſtatutum in duabus perſonis intelligitur ſtatutũ in vna, argumento ſumpto ẽt ex ſupra dictis faciũt not. per Cur. in feud. q. 13. in iiii. par. quod ſicuti ſi duo fratres uaſalli relinquant dominum, feudũ amitũt, ita perdat unus, ſi idem faciat pro portione ſua.

ADDITIO.

Ad id de breui manu redeuntes (natura enim nouas ſemper deproperat edere formas. l. ii. §. ſed quia. C. de uete. iu. enucl.) ſciendũ eſt ad propoſitum, ſi dos nõ a patre ſed ab auo profecta ſit, quod non imputatur nepti in legitimam ſibi debitam in bonis patris, niſi contemplatione filij dotem dediſſet, quia tunc ſecus ex quo breui manu uidebitur data filio, & poſtea nepti, & ita dicit Alex. conſ. xxx. col. ii. uol. iiii. & conſ. clxxix. col. ii. uol. v. & utrobique per text. de quo etiam hic, in l. iii. in §. fi. ff. de dona. int. uir. & uxo. & in ſimili Purpu. in l. ex cõuẽtione. nu. 14. C. de pac. & Corn. conſ. xxvj. col. ii. uol. ii. & cõſ. cclxvj. ad fi. uol. i. Fulg. conſ. cviii. col. iii. Deci. ſeni. in l. debitori. col. iii. C. de pac. Soci. iuni. cõſ. lxvj. nu. 5. uol. ii. Bellame. deciſio. Dccxlii. col. ii.

ADDITIO.

Ad id etiam de quo hic, mandatum fictum nõ debere plus operari, quàm uerum, & expreſſum, uidendus eſt Alex. in ratificatione locutus, quæ mandatum fictum eſt, conſ. cxlvj. ad fi. uol. v.

ADDITIO.

Si in inſtrumento reperiatur uerbũ numerauit, & probetur tp̃e cõtractus, pecuniã numeratã non fuiſſe, de falſo tenebitur notarius & punietur, ut hic not. Adde cõem opi. eſſe, & ita atteſtatur Bernar. de Luco in regu. ſuis 492. poſt Iaſo. hic, ampliando & limitãdo, ut per eos. multa Prati. Pap. in for. lib. oppo. cont. ius reu. uer. fi. col. ii.

ADDITIO.

Notatur etiam hic, quod promiſsio de uendẽdo non eſt uenditio, nec promiſsio de donando, eſt donatio, & bene, adde tu Alex. in l. cum fundus. in §. ſeruum tuum imprudens, col. i. infra eo. Et dic quod licet uenditio ſit contractus bonæ fidei, & actionem bonæ fidei pariat. l. iuriſgentiũ. in prin. ff. de pac. attamen promiſsio de uendendo non eſt huiuſmodi, ex quo (ut dixi) uenditio non eſt, & pulchre deducit ad propoſitum, Bertran. conſ. iiii. nu. 39. uol. ii.

ADDITIO.

Ad id etiam de quo hic, ſi campſor promiſit, & cedat foro, quod ei non datur amplius recurſus contra primum debitorem, ex quo fuit ſemel liberatus, exempli gratia, dico ego campſori, qđ tibi certam quantitatem ſoluat, quam tibi debebam, campſor promittit tibi ſoluere, ſine dubio ſum ego liberatus, quia illa promiſsio eſt loco ſolutionis. l. fi. C. ad leg. Fal. adde Bal. ita etiam determinantem. in l. pro debito. uer. extra quæritur C. de bo. aucto. iud. poſ. Deci. plene conſil. cvii. col. ii. uol. i. nonnihil Niconi. olim acutiſs. diſcipulus meus allega. x. nu. 19. par. ii. deque mercatoribus fallitis ad propoſitum multa Boer. deciſio. ccxv. col. i. ii. iii. & ſeq. par. ii. Et nouiſsime ad huius q. de campſore, Alex. conſ. clxxiii. col. ii. uol. vii. & col. iiii. uerum eſſe iſtud, quando promiſſio facta eſt per modũ delegationis, quod declarat etiam Niconi. allega. præallega. Ad q. Alex. conſ. x. col. ii. uol. ii. & col. iii. & iiii.

ADDITIO.

Ad illud ẽt qđ celeritate cõiungẽdarum actionũ unus actus occultatur, Adde Fulg. cõſ. v. col. ii. & ĩ pulcherrimo caſu cõſ. ccxxv. col. ii. & hoc eſt quod dicit Deci. ſeni. in l. debitori. col. iii. C. de pac. qđ circuitus ſunt euitandi de quo ẽt ſupra. Et ad illud qđ ex pluralitate p̃ſonarũ nõ uariatur rõ, dic ſecus, in l. iuriſgentiũ. in §. adeo. & ibi Bar. ad fi. ff. de pac. ubi diuerſum ius eſt ſi fiat cũ pluribus pactũ, q̃ ſi fiat cũ uno tm̃. Et ad illud quod à perſonis plurib. ad unã, & perſonis ad

es procedat argu. Fulgo. con ſ. xlvij. col. ij.

Et ad illud quod ex vno eodem q; actu poteſt reſultare, cum ſtipulatio tum etiam alius contractus. Soci. in l. ii. col. ij. & iij. & in l. certi conditio. in §. quoniam. col. j. ſupra eo.

Et ad illud quod mutui ſpecialitas locum habet in omnibus rebus mutuabilibus, eũdem Soci. in d. l. certi cõdictio. in §. ſi nũmos, col. ij. ſupra e.

Et ad illud, quod non ſit momentanea dominij tranſlatio, quando ſtatim ſine pacto ſit retraditio, adhuc Soci. in l. ſi tibi. col. ii. infra eo.

Et ad illud quod per teſtes regulariter ſit omnis probatio præterquam in caſibus hic per glo. enumeratis. & in c. i. de cenſib. in vj. Alex. conſ. lv. col. i. vol. iiij.

Et ad illud de quo per glo. adhuc ſi tibi mutuo nomine meo, vel ſimpliciter & paciſcar reddi alteri, quantitatem mutuo datam, illi actionẽ non queri, Corn. conſ. clxix. col. ii. vol. i.

Et ad dictum Bar. ſi duę ſint actiones, vna poſt aliã, quod ex ſecunda ſemper agetur, ſiue ex interuallo ſiue incõtinẽti ſequatur, quicq d ipſe dicat, adde Calcan. conſ. xxiiii. col. pe. adducentem tex. in l. ſi diuortio. ff. de verb. obl. inducendo vt per eum, ſed vt dixi altàs verior opi. eſt Bar. nec tex. in d. l. ſi diuortio. probat contrarium.

Et ad illud de quo per Deci. hic, quod poteſt quis pluries legitimari, ſeq; tueri ex validiori, Gozadi. Bononien. conſ. vj. nu. 55.

Et ad aliud Iaſ. de ſcholari infirmo, habente pecunias penes mercatorem, cuius nomine mercator inter viuos contrahens, fratribus promittat, quod liberatus poterit dictam promiſsionẽ reuocare, ex quo facta videtur intuitu & contẽplatione vltimæ uoluntatis, eundem Gozadi. cõſil. xc. col. ii.

PAVLVS LIB. XXXII. ad Edictum.


I SOCIVS; Ad id, quando duo ſunt ſocij, ſi non appareat ꝙ vnus deſiſtere à conferendo & communicando omnia ſibi obuenientia, cœperit, conſtet vero alterum ſuo proprio nomine emiſſe, ſocio ſciente & patiente, quod nihilominus communicare teneatur, de quo hic, & in l. Titium & Meuium. in §. altero. ff. de admini. tuto. & per Bal. hic. adde tu pulchre per Alexan. ubi multa conſ. lxxviii. col. ii. vol. ii.

VLPIANVS LIB. I. diſputationum.


VM FILIVSFAMILIAS; Not. eſt tex. iſte, quod vbi imploratur officium iudicis, ibi procedi extra ordinem dicimus, de quo etiam in l. ſi cui legatum. ff. de cõdi. & demõ. Adde Ferrarien. in l. i. col. vii. C. qui admi. & Corn. conſil. cxxviii. ad fi. uol. iii. Et dic ubicunque competit actio directa, quòd ibi non datur officium iudicis, loco actionis ſubrogatum, ſuitq; verbũ Bal. in Marga. ſua, actio. nu. 28. ſignantee per iſtum tex. iuncta glo. extraordinario.

ADDITIO.

Ad illud etiam quod filius dicitur habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ubi officium iudicis imploeat, non quando agitur in figura iudicii. l. ſi. §. neceſsitate. C. de bonis q; lib. not. in d. l. i C. qui admi. & in d. l. ſi cui. Adde Corn. pulchre conſ. ccxviii. col. ii. uol. i. & conſil. ccviii. ad fi. uol. iii. Et ad uiatici propoſitum ſcias Græce ἐφόδια dici, & uiaticari uiaticum parare. de quo in Cæſa. Sueto. c. lxviii. ibi. ſingulos equites è viatico ſuo obtulerunt & in Galba. c. vii. ibi. Satis conſtat exituro viaticum defuiſſe. quanquam altàs Q. Claudius, in annalibus magnum viaticum pro magna facultate poſuerit.

VLPIANVS LIB. VII. diſputationum.


I EGO; Per iſtum tex. in pulchro caſu, dixit Pau. Caſt. quod agere volens poteſt excludi, ſiue repelli, exceptione tranſactionis & pacti, quia ſic ſemel voluit, põderando uerba ibi, quod ſecundũ uoluntatem &c. Et ſi agentem, ſiue agere uolentem, poterit utique etiam eum, quem agere uolens prius excluſerat. l. de acceſsionibus. ff. de diuer. & tempo. pręſcrip. ubi uulga. regu. Si vinco uincentem te, multo magis uincam te, conſil. xxii. col. iiii. uol. ii.

IVLIANVS LIB. X. Digeſtorum.


ON OMNIS; Ad uulgatum illud, de quo hic, quod actus agentium non operantur ultra eorum intentionem. Adde ſimile, quod nec etiam gratia, quanquam motu proprio conceſſa, debet aliquid operari ultra intentionem concedentis ut per Feli. in c. cauſamque. col. v. uer. ultimo conſidera. de teſti.

Et ad idem dicit etiam Corne. quod ſocietas non operatur, niſi circa res prouenientes ex ipſa negociatione, ſeu quæ negociationem ipſam reſpiciunt ex quo contractus ex conuentione partium legem accipiunt, l. i. §. ſi conueniat. ff. depo. & quia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem ut hic, conſil. cclxxii. nume. 8. uol. i. Et alibi quod hac ratione conuentiones limitant contractus, & quod eis ſecundum intentionem contrahentium dant legem, conſ. lxxvj. nu. 12.

nu. 12. uol. ij. Et alibi quod pactum de non peten do & generalis refutatio non trahitur ad iura pro uenientia ex testamento primo de quo per eum cons. ccxlj. nu. 9. eo. lib. & alibi quod attenditur mens & intentio facientis actum, non verba, & quod actus ipse non operatur contra, uel praeter ipsius intentionem, in pulchro casu cõs. lxx. col. ii. uol. iii. Et alibi, quod ex verbis demonstratur intentio, & quod pro terreno aucto non posse s-so, in casu suo nõ videtur facta solutio census ecclesiae, consi. 50. col. j. uol. iiij.

Et idem dicit in sententia prati. pap. quod nõ operatur ultra intentionem iudicantis in for. lib. in actio. rea. uer. iure dominij, ad fi. Et alibi, si simplex. productio instrumenti fiat, quod tantũ fidei facit, ad partis aduerse fauorem quantum ipsius producentis respectu ut in teste, pro utra que parte deponente. l. i. §. diem. & ibi glo. ff. de eden. alias si contrarium protestetur, secus, quia actus agentium, non operantur ultra eorum intẽ tionem, in forma productio. instru. uer. in illis passibus. & alibi in for. libel. quo agitur ad poenam ex compromisso. uer. poni faciatis, col. j. qđ actus iudicis uel arbitri, operatur secũdum eius intentum, non autem contra eius propositum.

Dicebant quoq; ad propositum Ferrarien. in l. ii. col. xiii. C. de eden. quod magnum inconueniens est dicere, qđ acta & probationes possint operari, ultra intentionem ipsarũ partiũ, contra ea quę habetur hic, & in l. in agris. (vltra eos) ff. de acqui. re. do. & in l. cãcellauerat. ff. de his qb. ut indi. ubi limitata cã, limitatũ pducit effectũ. Et alibi in l. postquam liti. col. vj. C. de pac. qđ qui renuntiat instantiae, nõ agit vt se obliget alie ri, sed ut se abdicet, ea de re frustratoriè quaeritur ibi an requiratur alterius consensus. l. si quis ui. §. differẽtia. ff. de acqui. pos. & facit regu. istius legis, & ut per eos fusius ibi. Vbi etiam Purpu. aliqua col. x.

Per istam regu. quoq; Imol. in l. nõ solum. in §. morte. ff. de no. ope. nun. reprehendit Bal. in l. pacta nouissima. C. de pac. dicẽtem contra Bar. quod clausula derogatoria etiã simpliciter facta, comprehendit futura, quia si illud uerum foret, actus ille operaretur ultra intentionẽ agentis, & male ut hic. ibiq; Ferrarien. col. iii. & iiii. latius. Feli. in c. cum M. Ferrarien. col. xxv. de consti. idem Ferrarien. etiam alibi ad regu. dicunt, quod pactum appositum ad quaerendam actionem, exceptionem non producit, ex quo actus agentiũ operari non solent, ultra eorum intentionẽ in l. in bonęfidei. ad fi. C. de pac. Tamen, quantum ad illud, non procedit. ex quo dicimus hinc etiam, quod cui cõpetit actio, eidem multo magis com petit exceptio. l. inuitus. §. cui damus. & ibi dixi. ff. de reg. iur. & ita limitant regu. in loco pręalle. ga. & bene. Dicunt rursus in l. i. col. iii. C. de trã-sic. quod tutores administrationem diuidentes, nõ mãdãt nec cõmittunt, sed potius se exonerãt usq; adeo ut cõtra propositũ obligari nõ debeat, & pręter eorum intẽtionem, & ut ipsi fusius ibi. Et alibi Purpu. quod numeratio quę fit ad liberã-dũ nõ debet obligationẽ parere ex quo actus agẽ tiũ &c. in l. petens. nu. 74. C. de pac. Et Pau. Cast. quod sententia iudicis non praeiudicat nisi illi, cui iudex pręiudicare intendit, cons. cccxxxvii. nu. 27. uol. i. deq; sñia nõnihil ẽt supra quod nõ operatur ultra intentionẽ iudicãtis, & nouissimẽ idem Pau. cõs. ccclvj. nu. 3. eo. lib. Et alibi quod cõpositio facta inter parochianos, de soluendo certũ quid debet intelligi secũdũ mentem cõpo nentiũ, sicut cęteri cõtractus, cõs. ccclxiii. col. iij. eo. lib. Et alibi, si tradidero tibi rẽ meã, tanquã tuã, nullũ trãsfero in te dñiũ, ex quo talis intẽtio nõ censetur fuisse mea, & multo minus qñ nulla interuenit traditio, sed dimissio maxime ex cã trãsactionis, qñquidẽ intentio dimittentis non fit, aliquod ius suũ in possessorẽ trãsferre, sed so-lũ à lite & molestia desistere, cõs. 22. col. 3. uol. 2.

Tradũt intellectũ quoq; Ferrarien. per hãc re gul. ad tex. in l. fi. C. qui admi. quod ibi nõ cõsta-bat petentẽ nolle agnoscere absq; decreti inter-positione in l. i. col. vi. ff. de iur. om. iud. Et dispu tant q. in rub. qui admi. col. iii. an eo ipso quod quis intentat po. hę. pet. uideatur agnoscere bo. pos. tenendo partem negatiuam, & postea contrarium dic ur per eos. Et ibi Senen. col. xxiii. qđ cum intentio petentis bo. po. sit cõsequi successionem de iure pratorio, non efficietur hęres de iure ciuili. quod etiam absolute uerum non est, ideo cõsiderat postea col. xxvj. aliquos casus dic ut per eum nonnihil ibi etiam Corne. col. iii. ne epitomatum terminos transiliamus.

Dicit etiã Bar. in l. nã & postea in §. fi. ad fi. ff. de iureiu. qđ si iudex deferat iuramentũ necessa riũ in defectũ probationis, ualebit ad probatio-nem ipsam perficiendã, nõ ad partem obligãdã, de quo etiã in l. admonendi. eo. tit. per istã regu-lã. Et Bal. in c. & si Christus. nu. 9. de iureiu. in fi mili, qđ iuramentũ est finis cõtrouersię, si delatũ sit ad cãm finiendã, nõ si ad interlocutoriã. Et Fe ret. Vicenti. mihi olim non vulgaris amicus. in c. cum M. Ferrarien. nume. 16. post alios, de con-stitut. quod si quis pro debitore fideiubeat apud creditorem, non iuuatur protestatione facta in absentia ipsius, si uero in praesentia, eodem etiã consentiente, iuuabitur (ut diximus) per hanc re gulam. Et Soci. iuni. consil. lxxxj. nume. 22. uol. iii. quod clausula ad omnia praecedentia referri dedet, l. talis scriptura. ff. de lega. i. c. secundo re-quiris & utrobique not. de appella. nisi appareat de contraria uoluntate disponentis. ut ibi. Et cõ sil. lxxxj. nume. 60. eodem lib. quod priuilegio-rum uerba, intelligi taliter debent ut conueniãt menti & intentioni Imperatoris uerisimili. & idem in bulla pontificis declarat Gozadi. con-sil. octuagesimotertio. colum. tertia. Et Ber-tran. alibi, quod sublato consensu omnis actus redditur indifferens, informis, & inanimatus, consil. primo. nume. 4. uol. primo. Et formaliter

Bella me. vt supra. decisio. Dccliij. col. i. qđ verba non operantur effectum, nisi secundum finem ad quē tēdūt, nec vltra intētionē agētis. Et Alex. cōs. lxxxviii. col. iii. vol. iiii. & cōs. cxviii. col. iiii. vol. ii. quod inspici debet id, ad quod principaliter hominis actus ordinatur, & quo nomine geratur. Et Soci. in l. ii. in prin. supra eo. quod intētio contrahentium mutuum, esse debet, nō reddi idem in specie, sed in genere. Et sic quod qualitas cōtractus capitur, secundum intentionem cōtrahētium. & in l. si nō sortem. in §. libertus. col. ii. ff. de cond. indc. quod condictio indebiti tātū datur ad id in quo recipiens fit locupletior, & nō ab re quia obligatur contra intentionem, & contra intentionē soluentis. Et Ferrarien. in l. i. col. xj. C. de eden. quod si argentarius librū rationū conficiat ex mandato scholaris, mandatum factū videtur ad excitandum, nō quod actionē vel obligationem inducat, quia actus agentium &c. Et per istam regu. Ang. & alij, in §. sed & quod principi placuit. insti. de iur. natu. quod volūtas principis habetur pro lege, quando vult & intendit condere legē, aliàs secus, quia nō omnis vox principis est lex sicuti non omnis vox iudicis est sententia. l. ex stipulatione. C. de sen. & Deci. seni. in l. vbi pactum, col. iii. C. de transac. quod in acceptilatione nulla pœnitus inest obligatio ad non petendum, adhuc per regu. istam.


ADDITIO.

Ad aliud etiā seruit nobis hęc lex, quod si donatarius præmoriatur, nō transit donatio ad eius hæredes, de quo etiam in l. i. & in l. senatus. ff. de dona. cau. mor. tradit Cor. cōs. ccxxiii. col. ii. vol. i. & ferè ad idem Deci. seni. in l. licet. col. i. C. de pac. quod donatio causa mortis, non aufert liberam testamenti factionem, ex quo in ea est locus pœnitentiæ.

SI PVPILLVS.

Etiam si alia ratione, quàm illa, quod pecunia sit aliena, impediatur mutuum, puta inhabilitate dantis vel recipientis, consumptione tamen reconciliatur, vt hic, & in l. si à furioso. & ibi Soci. not. in prin. supra eo. Qui etiam dicit ibidem ad fi. quod licet in rebus specificatis, ex sola occupatione dominium non probetur, probatur tamē contra eum qui habet causam à me, ex qua dominium præstari solet.

IVLIANVS LIB. XVIII. Digestorum.



SI TIBI; Quanquàm à rudibus & imperitis hominibus, erretur in nomine contractus, attamen si verba congruum importent, contractum scilicet, error nō vitiat. l. si olei. C. loca. vbi ponitur locatio pro contractu innominato. Et alibi donatio pro remissione, in l. si vno. ff. eod. & hic. declarat Ro. in l. i. col. iii. C. qui admi.

ADDITIO.

Si sint duo mandata contraria quoq; neutrum exequitur quis si literæ diuersæ fuerint tamen, quia si ī eisdē reperiatur cōtrarietas (vt hic not.) finis corrigit principiū, sicq; seruit nobis ad aliud lex ista cum not. in ea. & vt pulchrè per Bal. in c. sanè. nu. 2. de offi. deleg. Deci. seni. in l. pacta nouissima. col. ii. C. de pac.

Et ad aliud, qđ quanuis hæc diuersa sint quicquid antea meū fuit, mihi reddi. Et quid de tuo tanquā mihi debitū dari, l. i. §. elegāter, ff. deposi. gl. in prin. inst. de actio. attamē largo sumpto vocabulo & impropriè ēt mihi debitū meū dicetur, vt hic & in l. si & me & Titiū. infra eo. & in l. si pecuniā. C. de neg. gest. Ro. cons. cxcv. nu. 2. & 3.

Et ad aliud ꝙ verba debēt intelligi secundum mētē disponētis, semper attēdēdā, ēt frā proprietate verborū sit recedēdū, de quo ēt in l. fi. C. quę res pig. ob. pos. & in l. iii. C. de libe. præte. & in l. fi. C. de cont. & commit. stipu. Alex. cōs. clvj. col. i. volumi. vii.

Et ad aliud ꝙ creditor & creditū dr̄, qñ qs fidē alterius seqt̄, siue qñ habita est fides nō ex necessitate, sed ex voluntate, & ita ad hoc ponderat istum tex. Bal. in l. i. & idi Soci. post eum. col. viii. supra eod.

Et ad aliud, quod quando datur aliquid, ut idē in specie reddatur, dicetur contractus innominatus, quādo recipiēs eā accipit ad aliā suam utilitatem, & per aliquod tempus, quia si incōtinenti repeteretur res, iam non esset contractus aliquis ut hic & in l. qui sic. ff. de sol. Soci. in l. ii. nu. 18. ff. si cer. peta.

IVLIANVS LIB. XLVIII. Digestorum.



QVIDAM AESTIMAVERUNT; Boni prętoris est, materiā litiū amputare inquit Bal. per istum tex. inc. conquerēte. nu. 2. de offi. ordi.

In quo aliud ēt not. ꝙ si creditor habens debitorem in certa quantitate partē receperit, quā tamen recipere non tenebatur ut hic, nō propterea sibi in residuo præiudicat, ut tradunt Ferrarien. in l. si creditores, col. ii. C. de pac. multa Lamb. de Rampo. hic, fol. 47. col. i.

Et aliud rursum, quod actor potest diuidere confessionem & responsionem rei, sicuti reus petitionem actoris partem confitendo & offerendo & reliquā negādo, de quo ēt ī l. tutor. in §. Lucius ff. de usur. idē in l. si quidē. col. i. C. de transac.


ADDITIO.

Ad primū dictū redeūtes adde Fulg. alibi dicētē in pulchro casu, benigniorē partē in ambiguo fore semper præsumendā, per quā lites maxime minuuntur & tolluntur paxq; inter cōiunctos & necessarios procuratur, cons. cix. ad fi.

Et Deci. senio. in l. edita. colum. secūda. C. de eden.

eden. tenentem illam opi. ibi quod emendatio possit fieri vsque ad sententiam & error corrigi, & hoc maxime quia si tenendo minuuntur lites vt hic, euitaturq; multiplicitas actionum.

IVLIANVS LIB. IIII.
ex Minutio.



INVM; argumentum de tempore ad locum regulariter procedit, vt hic, ad quod solet cõmuniter allegari text. iste. Et ideo iudex non debet se exhibere, nisi tempore & loco opportunis. l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arb. Ferrarien. in l. non minorem. col. ij. C. de transac. nec iudicialia noctu fieri possunt, nisi iurisdictio sit expiratura, vt ibi dicunt, Canonistæ late in c. cõsuluit. de offi. dele. & hoc modo arguit ẽt Corn. cons. clviij. nu. 5. vol. j. Et pulchre cons. cxix. col. iij. vol. ii. Quod sicuti circa solemnitatem adhibendam in aliquo actu debet attẽdi tempus, quo celebratur, ita attendi debet locus. l. si fundus. ff. de euic. l. i. C. de emanci. lib. l. ii. C. quemadmo. testa. ape. Qui dicit etiam alibi cons. cxcvij. col. iii. vol. ii. quod in libello accusatorio, non est necesse, quod apponatur dies, & si apponatur, probetur autem alia die fuisse perpetratum delictũ reus absoluitur. Et idem in loco, post Bar. tamen in l. is qui reus. ff. de pub. iudi. Et alibi cons. xxix. nu. 20. vol. iii. quod sicuti paruum temporis interuallum, inducit præsumptionem fraudis, ita inducit paruus locus & paruitas rei. Et alibi consil. cxix. col. ii. eo. lib. quod quando actus in tempore vel loco deducto potest fieri licite & illicite, qui insurgit debet concludenter probare, factum tẽpore vel loco prohibito, ex quo aliàs in dubio semper præsumetur factum licitè argumẽtum in l. merito. ff. pro so. & in c. i. de seruti. fa. & vt per eum latius. Et alibi cons. ccix. col. iii. eod. lib. quod partes stare dicuntur in eodem loco, licet distent vnus ab alio, & quid factum eodem tempore, licet sit aliqua distãtia temporis. Et alibi cons. xlviii. col. j. vol. iiii. Quod sicuti probatio non concludens ratione loci, non releuat, pari modo non releuabit, si non concludat, ratione temporis. Et alibi cons. cix. nu. 2. eo. lib. quod sicuti in dote attenditur tẽpus, in quod fuit collata promissio soluendi, ita attendetur locus destinatæ solutionis, & non cõtractus. l. in tempus. ff. de hære. insti. l. exigere. ff. de iud. Calcan. cõsi. xv. col. iii. Et alibi cons. cxciii. col. ii. eo. lib. quod locus & tempus in inquisitione deducta probari debent aliàs reus erit absoluendus, post Bar. in l. libellorum. ff. de accusa. & in d. l. is qui reus. ff. de pub. iud. Arguũt etiam Ferrarien. ex not. hic, de re ad tempus, & dicunt in l. morę. col. xiiii. ff. de iurisdictio. omnium iudi. quod sicuti quando concessio fit super vna re particulari, vel de pluribus iurisdictio dicitur delegata, ita quando est facta ad tẽpus. verum melius probatur argumen. istud in l. miles ita in §. sed quia & ibi Bar. ff. de mil. testa. & in l. Iulianus & ibi not. ff. de uer. ob.

Et ad propositum nostrum quod ualeat de loco ad tempus, dicit quoque Feli. in c. i. col. fi. de sponsal. quod si maritus post matrimonium contractum domicilium mutat, in restitutione dotis, attenditur locus perfecti & destinati contractus, Et si statutum dicat, dimidium dotis, maritum lucrari debere, vxore mortua sine liberis, quod attendetur temporis pari modo statuti editi. & ut per eum latius.

ADDITIO.

Ibi per iudicem petere, dic qđ usitatus modus loquendi est, ut etiam habetur in l. fi. ff. de rei vẽ. & in l. in bonę fidei. C. de reb. cred. & in l. delata. C. eo. hoc est iudiciaria uia. ad quo plane aduertis etiam Io. Corasi. ep. q. lib. c. v.

Et ad materiam adde, quod debitor per interpellationem extraiudicialem in mora constituitur, & ex lapsu diei à contrahentibus appositi in contractu de quo etiam in l. magna. C. de cont. & comm. stip. & in l. mora. ff. de usu. & in l. si ex legati causa. ff. de uer. ob. & pręter dicta hic Pet. à Duenna in regu. suis. clxxx. & clxxxi.

Et quod per petitionem iudicialem quoque, contrahitur si non pręcessit ut inquit Corn. cõsi. clxvi. col. ii. uol. iiii. Seysel. in d. l. si ex legati causa ad fi.

Et quod attenditur tempus morę in solutione facienda, consi. cccxxi. ad fi. uol. iii. Et Soci. in l. quod te col. j. supra eo. quod ante morã interitu speciei debitor liberatur, post uero perpetuatur obligatio.

Et Boer. ad idem decisio. cccxxvii. nu. 5. par. ii. si mutuaui tibi uinum ualoris aureorum. x. tempore mutui, & cum restituis non ualeat nisi quinq; quod ipsum accipere cogor, nisi fueris in mora quia tunc condemnandus eris ad tatumdem in genere cum ęstimatione quanti plurimi ualuit, vt idẽ dicit post gl. hic, attestatus, amplius hãc esse cõem opi. decis. lxviii. nu. 4. par. i. neq; id unũ omittẽs (ut ibi subiicit) qđ post rẽ consumptam æstimatio crescere nõ põt. nu. 2. Et qđ in mutuo rursum ueniat interesse rõne moræ tradit Deci. cõs. cxvi. col. iij. uol. j. & cõs. cxix. col. iiij. eo. lib.

Et de ęstimatione, quod crescit & decrescit firma manente bonitate intrinseca declarat adhuc Corne. consi. cccxx. ad fi. uol. iij. & quod hoc respectu attenditur temporis Sol. uel moræ consi. cclxxxviij. ad fi. vol. j. si debeantur fructus officio iudicis Mercenarij tamen, ęstimatio crescere nõ potest quod ad limitationũ eorum quę hic not. obseruandum est. & ut fusius declarant Ferrariẽ. in l. j. col. xii. ff. de iu. om. iud.

Et de bonitate alibi Bal. in l. cum quid in pri. supra eo. quod Bonitas quędam est intrinseca est quædã extrinseca, intrinseca sapor, extrinseca ualor, Et qđ inspicit tẽpus cõtractus quo ad intrinseca, quo uero ad extrinsecam tempus morę.

Dicens quod qui alibi quod iste text. loquitur in obligatione generis, quod que plurimum differt ab obligatione speciei, in l. in re furtiua. col. j. infra de condi. fur. subinde declarando vt p eū.

Et fusius quo ad bonitatem in c. illud, nu. 8. de præscrip. Quod in intrinseca tria consistunt, materia, forma, & qualitas inseparabilis, triaq; in extrinseca, locus, tempus, & æstimatio, quodque bonitas variabilis est, seruitq; etiam ad dicta in l. cum quid. supra eo.

Et de æstimatione rursum, Gozadi. Bononie. cons. lvij. ad fi. quod æstimatio vini debetur eo tēpore quo solui debebat, & si crescat alio tempore, vsque & post sententiam semper debetur, nec istud venit ex vi extensionis, sed ex natura contractus & moræ.

Et quod tempore moræ, possit peti æstimatio, tradit etiam nouissime Alex. conf. 178. col. ij. vol. vj. & conf. ccx. col. j. & ij. eo. lib. vel tempore litis contestatæ si mora non præcesserit, vt idē dicit conf. lxiiij. nu. 1. vol. vij.

Et Calca. conf. xiiij. col. xiiij. vbi alia sanè multa & pulchra, quod id quod dicitur hic, venit & debetur officio iudicis, quod vero. in l. cum quid supra eo. ex natura obligationis.

Et alibi Bal. in c. eum causam. ij. nume. 5. de testi. quod æstimatio rei, quandoque probatur per communem valoris cursum, vt in rebus quæ venduntur in foro, quandoque per communem cursum reddituum, aliquando per vicinitatem aliarum rerum, nonnunquam per taxationem, multotiens per communem & non singularem affectionem, Interdum per instrumenta emptionū & locationum facta communiter, & sæpe etiam per æstimum communis.

Et ad id de libello de quo idem Bal. in l. scimus C. de sacrosanc. eccle. & Spec. in titu. de ob. & sol. in §. sequitur. ver. quid si libellus, quod si quis petat rem & æstimationem copulatiuè, non erit ineptus, sed exponetur, & pro vel, videbitur agēs petiisse, rem si extat, aliàs æstimationem, & not. etiam hic. adde Paul. Cast. consil. cxcix. col. iij. volumi. secundo.

Et ad dictum glo. hic, vbi libellus non requiritur, si producatur, & ineptē quidem, quod nō nocet, Corn. cons. lxxxvij. col. i. vol. i. & etiā nume. 15. & cons. lxij. col. i. & cons. cclxxiii. nume. 31. eod. lib. & in simili amplius subiicit ibi, qđ in libello accusationis, non est necesse petere rēstitutionem damni, & si petatur quod sufficit petitio generalis & incerta, post Bal. & Ang. in l. i. in §. i. ff. de eden.

Et ad aliud de quo rursum hic per glo. & Doct. Videndus etiam num est Corn. met cons. cii. ad fin. eo. lib. dicens sententiam ferri posse quoque, non publicato processu, vel publicato, non rite tamen.

Et alibi, quod cum non requiratur libellus in executione sententiæ, pronunciari potest aliter quàm petitum sit, cons. ccxviii. ad fi. eo. lib. estq; not. limitatio ad l. vt fundus. ff. communi diuid. & ad c. licet hely. de simo.

ADDITIO.

Ad dicta etiam de loco, hic deq; æstimationē vt supra, pulcherrimam decidit q. Purpu. in l. cūctos populos. col. xvj. C. de summa Tri. & fid. catho. si quis impetrauit gratiam vt sibi conferantur beneficia, usque ad certam quantitatem Turonensium, quod attendetur æstimatio respectu loci non gratia, sed loci vbi erant beneficia. & Alex. ante eum, cons. xxj. col. ii. vol. ii.

ADDITIO.

Et quod non noceat productio libelli inepti, eo casu quo non requiritur, vt supra, nouissimē tradunt etiam Ferrarien. in l. j. col. viii. de iurisd. om. iud. ff. & in l. ii. col. iii. ff. eo. & col. iiii. Sylua. cons. xxvj. nu. 6. Rauen. in alphab. suo libellus. multa col. ii. & iii. nonnihil Maran. in disputa. suis. iiii. nu. 2. Deci. & Ias. hic ad fi. Soci. in l. edita. in prin. C. de eden. & Alex. cons. lxj. col. penul. vol. secundo.

ADDITIO.

Arguunt quoque Ferrarien. per istum text. à maiori ad minus in l. imperium. col. v. ff. eo. qđ si iudex maleficiorum habet merum imperium, deberet etiam habere iurisdictionem simplicem. Et male, quia erat limitata. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iud. & plus quod argumentum nō colligitur ex isto tex. de maiori ad minus, sed de loco ad tempus, vt supra, siue de tpe ad locum.

ADDITIO.

Dum etiam dicit Bar. hic genus non reperiri, intellige, quo ad ęstimationem & bonitatem extrinsecam, aliàs perire non potest. l. incendium. C. si cer. pet. declarat Soci. in l. ii. in §. i. supra cod. col. ii.

ADDITIO.

Quanquam (vt inquit Bar. hic, & Zasi. post eū nu. 9. & Pau. Cast. in l. iii. in §. in hac. ff. cōmo.) glosatores antiqui, in subtilitatibus huius legis inuestigandis, intellectum amiserint. communis est tamen ad istum tex. (quod ex doctrina omnium hic elici potest, vbi & nos multa, in i. ii. iii. & iiii. lectu.) quod debitor fuerit extra iudiciū interpellatus, quodque vini valor erat vsque ad certam summam postea decreuit, quo casu æstimatio fieri debet, quanti plurimi vinum valuit à tempore moræ, & dictum quoq; fuit supra, quia si creuisset & valuisset plus, non esset aliqua dubitatio, odio morosi, debuisset haberi consideratio maioris æstimationis vsque ad sententiam. l. in re furtiua. ff. de cond. fur. & vt per eos latius.

ADDITIO.

Dum ultimo loco exponit etiam Bar. relatiuum quod id est quale, ut faciat simplicem relationem, adde simile in l. domini. C. de iniur. & in l. Iulianus. & ibi Bar. ff. de hær. insti. & ita declarat tex. in §. pe. insti. de lib. Seysel. in l. manumissiones quoque. ad fi. ff. de iusti. & iur.

AFRI-

AFRICANVS LIB. II. quæstionum.


SI EVM SERVVM; Ad not. per Bar. hic, si effectus sic locupletior ex te mea, q̃q̃ ego possim habere regressum in alium quod datur nihilominus mihi actio, contra te directo, & immediate, nisi ille liberetur, cedendo mihi actionem. dic. non procedere si contra illum mihi actio competat, quia precise teneatur, ut hic & i l. mater, & ibi not. C. de rei uen. ita Soci. in l. cum fundus in §. seruum tuum imprudens col. ij. infra eo. Qui ad idem dicit etiam in l. si & me & titium col. j. infra. eo. quod vbicunq; res mea ad te peruenit, cõpetit mihi actio ne ex ea locupleteris, nisi in contrarium consultum sit, per not. hic. & istud postea limitat, primo verum fore, si consultum sit à principio, quoniam ex post facto consultũ esse desinit l. fin. §. i. & ibi Bart. ff. de cond. inde. Secundo si ille contra quem consultum est, cedendo actionem liberetur ut hic, & in l. manifestissimi in §. i. C. de fur. & ut per eum latius.

VLPIANVS LIB. SINGVLARI πανδεκτῶν.


SI QVIS CERTVM; Ad id tamen seruit nobis hæc lex, quod ex stipulatione oritur certi condictio, generalis, non specialis, ex quo in ea cõcluditur, ut in certi condictione generali, quia certum debes, quæ lex hic tamen, non negat, quin etiam detur specialis, dictumque est in l. certi condictio. & ibi Soci. col. iij. omnino uidendus supra eo.

VLPIANVS LIB. SINGVLARI Consularium.


CREDITOR QVI AD REstitutionem; priuilegiũ de quo hic, consistit in pluribus, de quibus hic rursum, & in l. interdum. ff. qui po. in pi. hab. & maximè (ut ibi dicitur) quia plerunq; posterior creditor est priore potior, ut puta si in rebus conseruandam impensam est, quod seques credidit. & in simili pulcherrimã decidit. q. Bal. in l. si cum dotem in. §. fi. ff. sol. mat. in terminis Soci. Iuni. consi. x. nu. 7. vol. 3.

VLPIANVS LIB. V. opinionum.


SI PECVNIAM; Quamq̃ miles hoc casu, & alijs enumeratis hic per docto. præcipuè Ias. sit priuilegiatus, attamen aliquando generalis est legis determinatio, vsque adeo ut militem quoq; comprehendat, & liget, casus est quem ibi singularem dicit Bal. in l. in fraudem in §. fin. ff. de mil. testa. vnde uulgatum illud elicitur, quod generaliter dictum, debet generaliter intelligi: & quod genus uerificatur in quolibet particulari de quo prædicatur ut declarat Soci. in l. quæ cõditio in prin. & per illum tex. ff. de condi. & de. & de quo etiam in l. si chorus. ff. de lega. 3.

VLPIANVS LIB. X. ad Edictum.


CIVITAS; Quod non sufficiat procuratori nomine reip. mutuatam pecuniam fuisse nisi appareat etiam in eius vtilitatem mutuum fuisse conuersum, de quo hic, adde Pau. Cast. signanter ita dicentem per istum tex. consi. ccxxviii. colum. ij. vol. ij. Et Corn. consi. cxlii. col. pe. vol. ij. Et qđ hoc idem probatur etiam ex coniecturis, ut hic per Bart. tradunt & declarant Ferrarien. in l. si certis annis col. iij. C. de pac. & col. iiii. qđ versum sit in utilitatem priuati, si ab eo diuturna solutio facta sit, nanq; uerisimile est tunc, quod ex causa soluerit, quę ad ipsum pertineat, & ut ibi latius. Et ad id, quod nõ præsumitur habere mãdatum cum libera, de quo etiam per Bart. hic: adde eosdem vbi multa in l. præses col. i. C. de transac. vbi tamen probatur transactionem ab administrationibus factam ualere. Et ad id qđ vniuersitas quę regia se per administratores, habet restitutionem in integrum, aliàs non, ut par ua castra & uillæ, quæ à se ipsis reguntur, & non per alios, adde Corn. post alios in l. respublica. C. ex quib. cau. ma. & Ro. hic, consi. cclxij. ad fi. vol. j.

Et ad mandati propositum (ut etiam not. Bar. hic) pulchram decisionẽ ponit Capel. Tholosa. q. 416. quod administratores mandatum habentes possunt pensionem perpetuam uel per annos, procuratori uel aduocato, constituere, aliàs nõ.

CAIVS LIB. XX. AD EDICTVM prouinciale.


CREDITOR QVI non idoneum pignus; in pulchro casu Iudęi per istum tex. dicit Pau. Cast. quod poterit petere sortem, certi condictione ex mutuo quodque sibi non præiudicauit, accipiendo pignora minoris ualoris, tẽpore saldi, de quo ibi, & restituendo reliqua pignora, sicuti si ab ipso principio sic accepisset, consi. ccxcv. col. ij. vol. ij.

Et ibidem ad fi. in d. casu, quod q̃tum ad sortem, quæ restabat soluenda, sicut pignora & si multo plus ualeant, transacto tẽpore sunt ipsius Iudęi, quod tamen à iure improbatũ est, l. fi. C. de pigno. ita si minus ualeant damnum est ipsius Iudæi, & sic non habebit locum hæc lex. per titulũ

quod

quod quisque iu. Et quia contrarium eadem est disciplina.l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iu.l.& si contra ff.de vulga.& pup.sub.not.in rubr.ff.de acquir. poss.

Dicit etiam ad illud, de quo hic per glo. consi.ccxcvj.col.ij.eo.lib. Quod creditor sibi præiudicauit in eo quod minus pignora valent, etiam si sibi fuissent adiudicata. & quod Venetiis non seruatur hæc lex. Et not.etiam glo.in l.j.C.de pigno.& in l.si pro mutua,C.si.cer.pet.Boer. decisio.cccix.nu.4.par.ij.subiiciens ibi, quod hodie omnes sunt Veneti, haud capientes pignora minus debito ualentia.

Qui dicit etiã decisio.xcv.ad fi.par.j.quod sicuti nõ seruatur hæc lex Venetiis, pari modo ibi non seruatur quod dicitur in c. sicut de proba. vbi postquam actor iam plene probauit iuramentum recusare potest, quia imò sententiam non obtinebit, nisi prius iuret se esse creditorem,& ẽ contra, reus, contra quem nil probatum sit, se nõ esse debitorem.& not.etiam in l. admonendi ff. de iureiu. & in l.in contractibus in §.illo. C. de non nume.pecu.

Et in simili pulcherrimam decidit.q.Gui.Papę in decisio. suis clxxvij. quod si creditor petat partem debiti sine protestatione, quod nihilominus ad residuum agere poterit, reo etiam condemnato, uel sine condemnatione soluente. post Io.fab.in §.si minus col.vj.insti.de actio. quotidianumque est & memorię commendandum.

Et ad propositum si creditor fuerit pignore cautus & securus, non poterit dicere & iurare debitorem suspectum de fuga, ut hic per Bal. addę glo.in l.ij.C.de pigno.& Ias.in prin.nu.94.inst. de actio.

PAVLVS LIB. IIII. Ad Plautium.



I INSTITOREM; Ad verbum quasi, adde quod quã. doq; est expressiuum veritatis ut hic. Et Io.vj. ibi quasi num. quinque millia quia cuilibet millenario, corrñdebat vnus panis, qui erant quinque hordeacij. quãdoq; est propinquum ueritati, qñque simile, quandoq; ponitur pro sicut, quãdoque pro tanquam.& fusius ut tradit Corn.consi. cxcviij. nu. 10. uol.ij. & non ab re alibi.dicebat Fel.in c. gratum ad fi. de offi.de.quod multas habet significationes.

Et ad materiam, quod per mortem præponentis institorem uniuersalem, non expirat mandatum etiam re integra sicuti nec ordinaria iurisdictio c.ij.de offi.uica.in vj.Ferrarien.in l.more. maiorum col.xvj.ff.de iu.om.iud.

PAVLVS LIB. V. Ad Plautium.




VI PECVNIAM; Ad id quod plerunque non est inconueniens quod stipulatio ualeat quanquam deficiat in forma, & in causa de quo hic adde Ferrarien. ubi multa in l. petens col.ij.C.de pac.

Et ad id si data sit pecunia alicui reddenda ad menses sex, si intra.d.tempus reddatur quod non liberatur ille, cui data est, nisi soluat etiam cambia totius temporis, tam pręteriti scilicet quàm futuri, Ro.consi.ccxxxviii.nu.8.

Et ad aliud Alex.in l.i.per not.hic,col.iii. ff. de cond.inde.quod transfertur dominium, quãdo do tibi ob causam de futuro.

Et ad intellectum istius tex.col.iiii.quod loquitur in eo, qui simpliciter stipulatus fuerat à te pecuniam, quam tibi pariter numerabat ex causa mutui, usque adeo ut etiã esset stipulatio omnino conditionalis.l.stichum qui meus erit.ff.dę lega.i.& ut ipse fusius. Mihi tamen casus clarus videtur, nugis sepositis, posse quę pœnitere. si pecuniã creditam accepturus creditori futuro spoponderit, ex quo conditio nihilominus ponit in esse, cuęque sunt in conditione, non sunt in dispositione.l.si quis sub conditione dandorum de cẽ.ff.si quis omi.cau.testa. nullaq; obligatio efficax nata.ergo. cogita.

PAVLVS LIB. XVII. ad Plautium.



VM FVNDVS; Ad istum tex.ibi.omnis causa, singularę adde, quod hodie in pratica utilis clausula est, si dicatur. Peto rem cum fructibus perceptis & percipiendis, ex omni cã ex quo uerbum hoc ratione eius totius, quod actor consecutus fuisset ex re uel propter rem si tempore litis contestatę fuisset restituta, ut per Ange.hic & in l.ait pretor in §.per hoc ff.quæ in frau.credito.plene Feli.in c.inter dilectos col.ij. de fide instru.

Et ad aliud quod propter naturã stricti iuris non ita afficit mora sicut in iudiciis bonęfidei respectu fructuum Soc.in l.uinũ col.ij.supra eo. nõnihil Deci.seni.in l.maior.annis C. de trãsac.

SERVVM TVVM IMPRVDENS; Ad illud etiam de quo hic quod sufficit creditorem non habere pignus ne ad restitutionem teneaẽ, nec dolo, uel culpa habere desiisse, si maxime ius tam causam habuit, credendi illum cui restituit ipsum pignus, habuisse mandatum, usque adeo ut liberetur ope exceptionis de æquitate, ipse uero credere debeatur cõdictionem furtiuam contra illum cui restituit, quique mandatũ habere

here affirmabat. Adde Pau. Cast. consi. lxvi. col. ii. uol. ii. & clarius consi. ccclxxxi. ad fi. eo. lib.

Qui in simili dicit etiam consi. lxxiiij. col. pe. eo. lib. si quis ex suo contractu tenetur ad certã speciem quam sine dolo & culpa desiit possidere quod detinet etiam teneri saltim ope exceptionis, ut hic not. & not. & in l. quod sepe in §. si res. ff. de cont. emp.

Et alibi aliud in materia, cõsi. cccclxvj. col. ij. eo. lib. quod filius masculus grauatus restituere filiabus post mortem suam tenetur eisdem reddere rationem de male administratis. l. cum tale §. j. de condi. & de. & si haberet actionem in matrem male administrantẽ, tenebitur eam cedere eisdem. l. fi. ff. de admi. tu. usque adeo ut cessione non facta transeat vtilitas in substitutum ut hic & in l. dominus testamento. ff. de cond. inde. & fusius ut per eum.

Dicit etiam ad aliud de quo hic per glo. Bal. & est notandum in Marga. Compensatio. nu. 4. quod uendicanti rem suam ut speciem, si sit pecunia, non opponitur compensatio, ex quo uendicans rem non dicit debitorem sibi obligatum, ut in §. i. insti. de actio.

Et quoniam tacet hic Iurecon. quod dicendũ erat tametsi subintelligatur, reticentia est, & figura quam Græci, aposiopesim uocant, & pulcherrime alibi declarat Alcia. lib. iiij. de uer. sig.

CELSVS LIB. V. Digestorum.



SI ET ME ET TITIVM; Ad illud quod largo sumpto uocabulo id dicitur meum, qđ mihi debitum est, de quo hic, adde Alex. consi. 51. col. j. uol. v. & Ro. consi. cclviiij. nu. 2.

Et dum dicit Iurecon. subsisto, argumentum nobis est, veteres sæpe Themata posuisse. & dubitasse, & inde nihil certi respondisse, ut etiam in l. j. in §. secundo loco, ff. de postu. & in l. seruũ quoque in prin. ff. de procu. Corn. consi. lxxxv. nu. 20. uol. iij. & cõsi. v. col. ij. vol. iiij. Deci. cõsi. ccclxxviiij. in prin. uol. ij. in simili Bar. ut refert Pau. Cast. in l. si instituta §. fi. ff. de inoffi. testa.

Et ad illud, quod ubicunque locũ habet ęquitas, ibi quoque locum habet officium iudicis, de quo etiam in l. mulier in §. cum proponeretur nu. 3. ff. ad treb. facit quod hic dicitur, ubi quomodocunque res mea ad aliquem peruenerit, illum ex æquitate potero conuenire, & sic officio iudicis, pulchrè prob. in c. cupientes ad fi. de electio. in vj.

Et ad idem ferè, dicit quoque Purpurat. in l. j. col. ij. C. de transac. quod iudicis officium competit æquitate suadente tametsi actio non detur per istum tex. adhuc, de quo etiam in l. planè & in l. fi. ff. de peti. he. & not. in l. j. ff. de iu. om. iud.

Et Albe. in prohe. fforum col. iij. quod rudis æquitas dicitur de communi, adeo quod ante quam facta esset lex, erat de rudi ęquitate, ut si pecunia mea ad te peueniret eam mihi restitue res, ad quod facta est lex ista. & ut ibi fusius per eũ.

Et ad aliud dicit Deci. sicuti omne lucrum, cõmunicat frater fratri, ex communibus bonis hæreditariis proueniens, ita cum aliquid ex re mea ad te peruenit, æquum est etiam illud mihi restitui, consi. cclv. col. ij. uol. ij. & Soci. in l. si eum ser uum supra eo. & Alex. consi. lxvj. ad fi. uol. vij. Regien. consi. xix. nu. 2. uol. iiij.

Et ad aliud Bar. alibi, quod cadens à possesione sua si ad alium sine uicio peruenerit, poterit duplici remedio repeti, uel triticaria. l. j. ff. de triticaria. uel condictione ex ista lege, quia æquum non est quod ex possessione sua, ille efficiatur locupletior, in l. si coloni paulo post prin. C. de agrico. & cen. lib. x. Corn. consi. xxij. col. iiij. uol. iij. Franc. in tracta. petito. col. j. Alex. consi. xcj. col. j. uol. v. et consi. xcij. col. ij. eo. lib.

Et ad aliud Corne. consi. cccj. col. iiij. uol. j. qđ bonefidei possessor tenetur fructus industriales etiam comsumptos restituere, quatenus effectus est locupletior, ex æquitate de qua hic.

Et alibi in pulchro casu. consi. cclxlv. col. iiij. uol. ij. quod secundus creditor non debet lucrũ facere cum iactura primi creditoris, quoniam foret iniquum, ut hic & in l. itaque in uer. sed utique. ff. de dolo.

Et ad aliud Bal. de æquitate tamẽ, quod scripta necessitatẽ importat in c. conquerente nu. 8. de offi. ordi.

Et alibi quod adhuc scripta compensatur cũ alia scripta in genere uel in specie, in c. grauis, nu. 4. de resti. spol.

ADDITIO.

Ad illud de quo etiam supra & hic & in l. eius qui. infra eo. pecuniam defuncti, hoc de defuncto debitam, exponi posse, adde Bar. per hęc iura in d. l. eius qui. nu. 3. & nouissime quid em. quia iam dictum est & repeto, large id meũ dici posse, quod mihi est debitũ, pulchrè Imo. cõs. cxxiij. collumna. ii.

ADDITIO.

Et ad id quod potest implorari officium iudicis, si id æquitas suadeat, de qua hic, & in l. illicitas in princi. ff. de offi. præsid. dictumque est pariter supra nouissime addendus est Gui. Papę decisio. ccclxii. ad fi.

Et quod hæc lex habeat locum etiam in eo quod mediante officio iudicis peti potest, tradũt Bononien. in c. cum tu nu. 51. de usu.

Et rursum quod officium iudicis in æquitate datũ sit ad idẽ firmat Calca. cons. xxvii. col. viiii.

MODESTINVS LIB. X.
πανδέκτων.



RINCIPALIBVS; Consiliarij, non obstante.l.j. C. de cōtrac.iud.si perpetui fuerint vt in Delphinatu. sibi absque aliqua dubitatione, possunt emere & acquirere ut hic & in l.præsidis.infra eo.tradit Gui.Papæ decis.cxcv. col.ij. & idem dicendum est, de aliis iudicibus (subiicit ibi) si sint perpetui, quoniam si tempo rales secus, prohibitique sunt hoc casu si emant ab illis qui sunt de sua iurisdictione.l. non licet iuncta glo.ff.de cont.emp.alias non, cum cesset hoc casu.ratio potentiæ seu impresionis resultā tis ex officio, l.si qui impressionem. C. quod met.cau.& not. Soci.hic. remissiue idem Gui. Papæ decisio.ccccliiij.ad fi.& idem quod supra dicit in prælato, iconomo, & aliis administrato ibus, Seysel. in tracta.feu.qui feu. da. po. in ij. §. col. nona.

PAVLVS LIB. XI.
Sententiarum.



RAESIDIS; Ad hanc legem distinguendum est ut supra in l.proxi. & ut pulchre hic per Lambertum. de rampo.fo.47.col.ij.

MODESTINVS LIB. III.
responsorum.



ERICVLVM; In pulchra.q. societatis per istum text. dicit Alex.quod si unus ex sociis fuisset in culpa, circa exactionem debitoris proprij, non per hoc dici debet quod teneatur de iure totum illud quod sibi debebat, Societati soluere sed subire solum nominis dicti debitoris periculum ut hic, consi.ccx.col.ii.uol.vii.Et ad verbū nominum obseruandum est, vsurpari nomen pro eo quod nobis debetur vel alii.debeamus quodque uterque dicitur nomina facere creditor & debitor, de quo etiam in l.ait prætor in §. sic quoque.ff.de re iud.& hinc Hora.Saty.ii.lib.i.

Nomina sectatur modo sumpta ueste uirili,
Sub patribus duris tironum.

IABOLENVS LIB. I.
ἐπιστολῶν.



ECVNIAM; Ad illud de quo hic. Nunquid per secundam conuentionem fiat præiudicium primæ, dicendū est quod non, nisi secunda facta sit nouandi animo ita Deci.post. Paul. Cast. tamen & Alex. hic, consi.xcvii.ad fi.uol.i.

Et aliud per istum tex.quoque dicit idē Pau. consi.lxxii. in prin.uol.ii.quod si defecerit conditio etiam tacita, sub qua inuestitura facta præsumebatur, perinde haberi debet, ac si facta nō fuisset. Et tacitam dixi, quia pro expræssa habenda est pariter.l.item quia.ff.de pac.l. cum quid supra eo.deque hoc etiam, quod pro nō facta haberi debet isto in casu, nonnihil in l. necessario in §.i.ff.de peri.& commo. rei.uen.

Et idem in emptione dicit idē Pau. cōsi. xciii. col.iiii.eo.lib.per istum tex.& per tex.in d.l.necessario,& i l. nec emptio.in prin.ff.de cōt.emp.

Et ad aliud, quod argumentum a contrario sensu.locum etiam habet in contractibus, Ferrarien.in l.i.& ibi nos multa col.iii.ff.de offi.eius cui man.est iu.& col.xiiii.quod sumitur etiam si sumatur conditionaliter, & bene, ut hic & in l.ali quando.ff.de condi.& de. Et Cur. in feu. par. j. q.iiii.col.j.quod non modo in contractibus bonefidei locum habet.l.inter locerum.§.cum inter.ff.de pac.dot.sed etiam stricti iuris, ut in mu tuo hic.Et Ias.plene iura hæc omnia & Alci.lon ge plura inducendo in l.si post mortē in §.i.col. i.ff.de lega.i.

Et ad aliud Cur. seni. in l.edita col. vi. C. de eden.quod quando futurus euentus se habet, ad permittendum & ad impediendum, de eo pendē te indicamus.ut de impediente, de quo etiam in l.i.in §.si pendeat.ff.ad macedo.& in l.sufficit.ff. de condic.ind.

Et ad aliud, ac ad intellectum huiusce legis Ange.in trac.suita.uer.nunc autem.col.ii. quod loquitur in stipulatione, quodque ad legatum trahi non debet.Et quod si quis mihi pure x. debeat, egoque illa sub conditione titio legauero, non propterea heres necessarius impeditur illa x.petere.l.si pure in prin.ff.de excep.do.& ad materiam per eum latius.

PAPINIANVS. LIB. I.
diffinitionum.



VM AD PRESENS; Ad illud de quo hic, quod stipulatio annua facta ualeat & teneat, adde Ferrarien.in l. petēs col.xi. C. de pac.

Qui aliud dicunt etiam in l. si super in prin.C.de transactio.quod quanquā transactio fieri non posit, nec facta teneat, nisi aliquo dato uel retēto, quod quidem uerificatur in actu.uero, tamen sufficit etiam quod in potē tia dari aliquid posit, & ualebit, ex quo dari poterit adueniente conditione, ut hic.

Et aliud in l.j.col.xiiii.ff.de offi.eius cui mā. est iu.quod si conditionem importat de sui pro pria significatione & id quidem quod esse pōt & non esse Corn.quod hæc est natura conditionis in pulchro casu consi.excii.col.il.uol.ii.

Et aliud Soci.in l.demonstratio falsa, in §.i. col.ii.

col.ij.ff.de cond.& de.quod si causa conditionaliter exprimatur,& apponatur, uerbo. præteriti uel præsentis temporis,non ponetur quid certū pro causa,sed quid incertum potius,& sub dubio Et ideo subiicit hic non ab re dici, quanuis contrahentes ignorent,quod de natura conditionis est semper ponere aliquid sub dubio,& bene.l.j. ff.de condi.& de.

Et aliud Abb.in c.in literis col.ij.de offi. de. Et Ro.in rub.C.qui admi.col.xij.quod iura dicentia sententiam latam sub conditione ualere intelligi debent de cōditione suspensiua,seu relata ad tempus præsens uel præteritū quæ nō suspēdit seu resoluit,ut hic & in l.j. in §.biduū.ff.quādo app.sit Corne.consi.ccxxj.col.ij.uol.ij.

Et aliud Corn.consi.cclviij.col.ij.uol.j. quod ultima uoluntas,quæ non pendet, quæque non confertur in futurum arbitrium alterius,ualet.& ut ibi per eum latius.

Et aliud alibi consi.lxxxvj.col.ij.uol.ij. quod si quid in iudicio proponatur sub conditione de præsenti,ea huiusmodi est ut non suspendat.

Et aliud consi.clxv.nu.56.eo.lib.quod aditio hęreditatis potest fieri sub conditione de pręsenti uel de pręterito,quæ non suspendit(ut dictū est)non autem sub conditione de futuro.l.actus legitimi. ff.de regu.iu.l.eū qui in fi.ff.de acqui. hæ.Bar.in l.gerit in antepe. col.ff.eo.

Et aliud Corn.rursum consi.clxxxviiij.nu.7. uol.iiij.quod participium præsentis uel præteriti temporis,non faciunt conditionem,ex quo de pręsenti uel de præterito nō est cōditio proprie.

Et aliud Alex.quod literę principis,in materia remissionis faciende,conductoribus gabellæ se referrentes ad capitulum quoddam, ipsorum conductorum, conditionaliter loquens non ponunt inesse remissionem ipsam, ex quo id quod est in conditione, habet se ad esse, & non esse, consi.xcviij.col.iij.uol.iij.due ll.seq. uacant. nihil habentes.

PAVLVS LIB. I. quæstionum.



LECTA; Ad uulgatum illud.de quo hic,quæ incōtinenti fiūt cēsentur inesse, Adde Ferrarirē.ubi multa in l.edita col.xij.C.de edē. quod post litem contestatam in continenti hac ratione poterit fieri emendatio & mutatio libelli. Et quod confessio facta pręsente parte,potest statim reuocari absq; eo quod de errore doceatur. Et quod denique iudex incontinenti sententiam etiam diffinitiuam poterit reuocare.late Areti.in c. qualiter & quando j.nu.25.de accu.

Et in l.in bonefidei col.j.C.de pac.qđ pactum incontinenti.appositum,nudum non remanet sed uestitur coherentia contractus , & informat actionem ex ipso contractu prouenientem de quo etiam in l.iurisgentium in §.quinimò.ff. eo.& efficitur pars contractus.l. fundi partem ff.de cont.emp.iidem in loco præalle.col.ij.Pur pu.in l.petens nu.61.C.de pac.Corn.consi.xlij. nu.8.uol.ij.& consi.51.col. iij.eo. lib.& consi. ad fi.uol.j.& consi.cxcij.col.ij.eo. lib. Et consi. clxxxj.col.ii.uol.ij.& consi.ccriij.col.iij. uol. iij. & consi.cccxix.col.vij.eo.lib.& consi.cxix.col.j. uol.iiij.& consi.ccxcvj.col.eo.lib.idemque Seysel.in d.l.petens col.vj.Alex.consi.cxxij. col.ij. uol.ij.multa Deci.sen.in d.l.in bonefidei col.iij.

Est uerum quando idem cōtineret stipulatio quod pactum,quod tunc non uestiretur, ut dicūt postea in l.si pacto quo pœnam col.ii. C.de pac. multa Pau.Cast.consi.lii. col. iii.uol. iii. de quo tamen post Bart. hic dubitat Deci. seni. in d. l. in bonefidei col.iiii.nō nihil in d.l.si pacto quo pœnam col.ii.Seysel.in d.l.petens col.viii.

Et ibi prædicti Ferrarien.col.i.quod licet in contractibus bonefidei procedat id de quo supra quod pactum nudum uestiatur cohærentia contractus.propter exuberantiam bonefidei, in his quę sunt stricti iuris tamen,omissum deberet haberi pro omisso.l. quicquid astringende. ff. de uer.ob.nihilominus durum est(ut subiiciunt & probatur in d.l.petens)& dicēdū amplius istud ipsum contingere mediante iuris interpretatione seu fictione.& ipsi fusius ibique ante eos Bal. Saly.& alii.Por.late insti. quib. mo. cont. ob. in prin. col.ii.

Et col.ii.quod non refertur præcedat in cōtinēti uel sequatur, & idē in l. in bonefidei.C.eo. & in l. iii.C.de edil.ac.Corn.consi.xxix. col. iii. uol.iii.& consi.cxlij.col.ii.eo.lib.Seysel.in l. seruus.C.de pac.De que informatione (ut supra) idem multa in d.l.petens col.iiii.Seysel.in d.l.in Bonefidei.

Et in l.age cum geminiano col.ii.C. dę transac.post.Bar.& docto.in l.unus in §. pactus, ff. de pac.quod iudex non potest suplere de facto pro parte circa ea quæ sibi constant ut iudici, nisi in his quæ sint partes petitionis alterius ut in pactis incontinenti appositis , de quibus hic, ubi idem Bar.& alii.Ro.consi.ccxliiii.nu.6.

ADDITIO.

Ad id de quo supra . Et ad dictum uulgaquę incontinenti fiunt &c. nouissime adde Aluaro.in c.i.in prin.col.iii. quid iur. si post alie. seu.in ulib.dicentem.si uasallus uendat feudum, idque recuperet incontinenti, quod excusatur. Et Areti.in c.in nostra col.ii.de testi. quod testis incontinenti corrigere potest dictum suum Et ad dictum Alua.Cur.in feu. par.iiii.q. xiii. collumna.ii.

Et in simili ad idem dicit etiam But.in c.cum M.Ferrarien.& Bar.in l.non solum in §. morte ff.de no.ope.nun.in protestatione declaratoria quod intelligitur repetita in actu qui geritur in continenti

continenti. Et post eos Gomes. olim collega, in regu. de impet. Beneficio. uacan. per obitũ fam. Cardi. q. ix. nu. 2. ubi ad regu. multa. subiiciens ueram esse quando illud Quod fit incontinenti non inducit aliquid de nouo quod alteret.

Et pragmati. in c. sicut in §. quod si aliter in glo. perpetuo, quod si posset in uacatione promoueri Symoniacus promotio foret uiciosa ex proximitate uicij. ex quo censentur inesse, quæ fiunt incontinenti. subiiciens. in materia multa licere ex interuallo, quæ non licent incontinenti & econtra ut hic, in §. quibus ad plenũ in prohem. in glo. interuallis.

In contractu tamen trãsactionis non habet locum penitentia, etiam quod partem peniteat incontinenti. l. quauis & ibi not. C. de transac.

Dicit quoque Purpu. ad huc ex supra dictis in l. seruus nume. 8. C. de pac. & ibi Deci. sen. seruũ posse facere in ipso contractu ante uel post incõtinenti pactum per regu. hic positam, postea mutat opi. & ad istum tex. (estque not. intellectus ad eum, post Imo. tamen in l. iudex postea quam. ff. de re iud.) quod non habet locum in personis, quę certo actu facto. non possunt illud reformare, siue de nouo facere. cogita & adde Alex. cõsi. xc. col. iij. uol. j.

Et in l. petens col. vij. C. de pac. quod bene potest declarari stipulatio per pactum incontinenti appositum, sed non ex interuallo.

Et Por. in §. preterea in prin. insti. de inutilib. sti. post. Bar. in l. in §. si quis simpliciter ff. de uer. ob. quod licet in stipulatione forma interrogationis, non pręcesserit, attamen si incontinenti diuersitas placuit præsumptio est quod interrogatio pręcesserit, & sic actus erit ualidus.

Et ad declationem ponit satis Alber. quando quid incontinenti factum esse dicatur in l. fi. in prin. & col. ij. C. de erro. aduo dic ut per eũ. remi siue Feli. in c. pręterea col. iiij. de testi. co. Corn. consi. clix. col. ij. uol. ij. & consi. cclxxxviij. col. iij. uol. iii. Bal. in c. ueniens. ii. de testi. col. i. & in c. quia propter nu. 29. de electio. Deci. seni. in l. in bonefidei ad fi. C. de pac.

Et pulchrum uerbum Bal. ad propositum in l. i. col. xvi. C. qui admi. ad bo. po. possunt. quod ea que sunt de forma nihil operantur. exempli gratia consensus consanguineorum in aditione hęreditatis, nisi interueniat, antequam diuertatur ad extraneus actus, quia quæ incontinenti fiunt &c. inesse non uidentur idemque, in statut. consensus nu. 40.

Et Soci. in l. multũ interest. col. iiii. ff. de cõdi. & demõ. quo si iudex pronunciauerit contra aliquem tanquam contra contumacem, qui tamen erat ipse iudex uero ignoret processus non ualebit, nisi de stilo & consuetudine sit, quod statim post iudicis pronuntiationem relatio fiat à nuncio quoniam tunc inesse præsumetur, ex quo de illa incontinenti apparet.

Et Pau. Cast. cõs. ccccli. col. iii. uol. ii. qđ q̃ incontinenti fiunt adeo uidentur inesse, ut si contrarientur præcedentibus. ea ipsa tollant ipso iure pariter magis fictione, quia finguntur non facta nec dicta quam iure reuocationis.

Et Bal. alibi non ab re in l. pacta conuenta in §. Papinianus. col. ii. ff. de cont. em. quod pactum inesse dicitur duobus modis contractui, uno quã tum ad nomen & effectum ut quando apponitur incontinenti ut hic alio solo effectu, quando apponitur ex interuallo, tamen trahit suum effectum acsi foret appositum incontinenti & isto in casu loquatur quod dicitur in d. l. pacta conuenta.

Et Areti. in c. de testibus col. iiii. de testi. qđ licet testis prius deponat, postea iuret incontinenti tamen, valebit nihilominus eius dictum

Et Albe. in statu. par. ii. q. xlv. quod percussus poterit percussorem repecutere incontinenti ex forma statuti impune, per hanc regulam. tamen postea dubitat, & male cum sit in discrimine uitæ constitutus, & hoc idem facere sibi permitti uidetur, l. ut uim. ff. de iusti. & iu. l. i. cum qui ff. de ui & ui arma. c. significasti de homici. dixi ego. in d. l. ut vim.

Et Corn. consi. lxxv. col. iiii. uol. ii. quod protestatio facta in actu inest, seu inesse censetur in toto actu.

Et consi. xcvi. col. i. uol. i. quod quę incõtinẽti fiunt dant legem contractui.

ADDITIO.

Et quod hoc idem fit fictione mediante, ut dicebam supra nouissime ex multis respondit cõsi. cxxx. col. i. eo. lib.

Et in pulchro casu, confessionis dotis recep. quod facta uideatur non spe futuræ numerationis, sed promissionis ex uicinitate actus, & quod contractus tunc si facti reperiantur eo die, loco & testibus, censentur facti incontinenti consi. cclxxiiii. in prin. eo. lib. post. Bal. in l. pe. in §. si mulier ad fi. ff. sol. ma. idem Corn. cõsi. cxlv. col. ii. uol. ii. & consi. clii. col. iii. eo. lib. & in simili cõsi. cxxvi. col. iii. uol. iii. & consi. cxxxix. ad fi. uol. iiii. & consi. ccvii. col. ii. eo. lib. Gemi. consi. xvi. colluma. iii.

Et Corn. adhuc. consi. clxxxi. col. xiiii. eo. lib. quod ex vicinitate actus coniecturatur & inter prætatur actus præcedens, & quod censentur inesse (ut sæppe dictum est) quæ incontinenti fiunt. & consi. lxi. col. viii. uol. iii.

Et consi. xxxii. col. ii. uol. iiii. quod onus substitutionis, in mediate appositum dotibus, in ultima uoluntate ipsis per regu. in esse censetur.

Et consi. ccviii. eo. lib. quod quid factum dicitur eo. tempore si parum post fiat antequam partes diuertant ad extraneos actus. bonus tex. in l. quod ait lex, in §. i. ff. ad legem Iul. de adult. Et nimirum quia ubi actus extraneus inter uenit, & intermediat non dicitur quid factum incontinenti l.

ff.l.reos.§. cum in tabulis. ff. de duo. re. nom. in l. in bonæfidei. C. de pac. & hic. Idem Corn. cōsi. cclxxxv. colum. ij. eo. lib. & Bald. pulchre in c. veniens allega. etiam supra eolum. j. de testi. Qui dicit etiam in rub. de præscrip. nume. 10. ad idē, quod quæ incontinenti fiunt videntur inesse, non quæ ex interuallo. Et in cap. cum consuetudinis. nume. 6. de consuet. quod dicitur fieri incontinenti quod fit in instanti. & in c. ii. nu. 8. de vi. & hone. clerico. quod incontinenti & ex interuallo dicitur, prout materia requirit.

Et Gozad. Bononien. consi. lxxiij. colum. vlt. quod uere dici non potest, quando aliqua fiunt in eodem contractu, quod vnum aliud præcedat.

Et Bal. hic quem refert Soci. Iuni. cōsi. lxviii. nu. 41. vol. iij. qđ dictiones prolatæ à lege trahūt secum executionem iuris vt ista incontinenti.

Et Cuma. in l. si insulam col. vii. & ibi Seysel. supra. ff. de verb. ob. quod vbi est dies & pœna, ibi admittitur purgatio morę, dummodo fiat incontinenti.

Et Imo. cōsi. xcix. col. j. quod licet decernatur administratio ante cōfectionē inuētarij, non propterea si fiat incontinenti, vitiabitur decretum.

Et consi. cxxxix. colū. ii. quod pœna in saluo conducto adiecta, ipsi saluo conductui inesse dr.

Et Bellame. decisio. 666. quod scholaris impetrans gratiam, si probet quod ante fuit scholaris licet nō tempore gratiæ, sufficit, quia quæ de proximo fiunt inesse videntur.

ADDITIO.

Ad id de quo supra quod pactum vestiatur eo hęrentia contractus, communiter tenetur, etiam si habita relatione pacti ad contractum resultet cōtractus innominatus, Ita attestatur idē Seysel. in l. petens, col. iii. & iiii. C. de pac. & col. v. adhuc ad dicta supra quod deductum in pacto censebitur deductum in stipulatione, quodque sic duę erunt, & ut per eum fusius ibi.

Et ad regu. dicit rursum in simili Abb. consi. v. col. ij. vol. j. quod ex his quę incontinenti fiunt, oritur pręsumptio fraudis, sed nihil ad rumbum quod censeantur inesse.

Dicit ergo & magis ad propositum Soci. in l. singularia colū. lj. supra eo. & iij. in prin. si præcedit pecunia numerata, & sequatur stipulatio incōtinenti, qđ orietur actio ex stipulatione nō ex mutuo. l. si ita. §. fin. cum l. seq. ff. de noua. & hoc quia censetur pecunia mutuata, mutuo ciuili, quandoquidem stipulatio sequens incontinenti dicatur inesse. Et quia etiam verbis mutuum contrahitur.

ADDITIO.

Fusius adhęc oīa dicas, qđ pactū incontinenti appositū iuxta contractum vestitur cohęrentia ipsius vt hic & in l. in bonæfidei allega. sępe & in l. petens. C. de pac. & in l. iurisgentiū & vtrobiq; dixi. ff. eo.

Etiam si sit contractus stricti iuris, vel ēt si habita relatione pacti ad contractū non resultet cō tractus innominatus, quicquid dictum fuerit supra. Vel ēt si pactum sit stipulatione vallatum, vel etiam si sit resolutiuum contractus. vel etiam si plura sint pacta. vel si pactum sit appositum iuxta quasi contractum. vel si pactum sit tacitum. vel etiam si sit cum tertio habente communionē in contractu. Et etiam si non informet, omnia Seysel. in d. l. petens, col. vj. C. de pac.

Dicas rursum fusius, ad dicta de informatione sic, quod pactum incontinenti appositum iuxta contractum, actionem ex eo descendentem informat, vestitur cohęrentia ipsius, & nouam actionem patit.

Fallit quando pactum idem continet per omnia quod contractus.

Quando natura contractus repugnat.

Quando non est de appendiciis contractus.

Quando pactum repugnat naturę actionis.

Qn̄ tendit in odiū eius pro quo est cōtractus.

Quādo cōtractus est accessorius ad pactum.

Quādo pactum continet pœnam vel vsuram.

Qn̄ pactū nō inuenit contractū informandū.

Fallit item in stipulatione. Et vbi contractus vestitur de iure speciali. hæcque omnia pariter idem Seysel. in d. l. petens, col. pe. & fi. ponit, & quia dixi ibi ego etiam satis, transeo.

ADDITIO.

Ad illud quod pactum incontinenti appositū, informat veterē actionē, & nouā parit, adde qđ cōueniūt oēs, qđ nouā pariat, qđ vero informet veterē, variāt, vt inquit Spec. (tametsi affirmauerimus nos supra post alios) in §. sequitur nu. 15. de actio. seu petitio.

ADDITIO.

Quod verbū credūtur adaptetur ad fictionē, & qđ hic dicitur, sic ficte & interpretatiue verū, nouissime adde tex. in l. si duo. ff. de acquir. hę. & in l. conficiūtur. ff. de iu. codi. in prin. & in l. postliminij. ff. de capti. Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Corn. consi. cclxiij. col. ij. vol. iii.

ADDITIO.

Ad prin. redeūtes ibi in auditorio. adde tex. in l. ij. C. de legi. & in l. minor in §. j. ff. de mino. & in l. j. ff. an per ali. cau. ap.

Et ibi proba, adde simile, de quo Home. i Iliade. sic dicēs. Mulier proba quęstū facit manibus, vt natos ab inopia vindicet, inque apponēda lana, trutinam subleuat vento preponderantem.

Et ad verbum de domo, quanquā multas habeat significationes vt per Bar. in l. pronūtiatio. ff. de ver. si. & in l. tutelas. ff. de cap. di. & in l. fi. C. de ver. si. Calca. consi. ix. col. ij. Alex. consi. ccxiii. col. j. vol. vi. Pau. Cast. cōsi. xcii. col. j. vol. j. Corn. cōsi. cxcviii. col. ii. vol. iii. dicas tamen, quod hic, pro substantia capitur. vt etiam in l. fi. ff. de offi. præsi. idem Corn. consi. iii. col. iiii. vol. ii.

Et ad id, quod res etiam inanimata, potest condemnari, tametsi prima facie contrarium dicendum sit, quia non delinquit. Vide Bal. in naui loquentem, si res vetitas portauerit, in Marga. sua

Nanis nu.1.fignanter per not.hic in prin.

Et ibi denarios,adde quod fic etiam dixit alibi Iurecon.in l.quæ extrinfecus.ff.de ver.obl.& in l.cum Stichus.ff.de fol.& in l.plane.ff.de cōd. inde.alibi vero denaria.in l.Publia.in §.j.ff. de pofi.& in l.fi ita ftipulatus.in §. Grifogonus. ff. de ver.ob.Vitinfaq; eft eiufdem locutio,& barbarifmus,non fecus ac illorum qui liberum in fingulari numero dicūt.l.Ius agnationis.ff.de pac. Alcia.de verb.fig.lib.iiij.col.x.Obiter tamen di ctum fit & ad denarij declarationem, quod à nu. x.dictus eft,quia valoris erat afsium.x. as vero fo lidorum xij.plus minus. Vnde ad propofitum in Euange.amice non facio tibi iniuriam, denario conuenifti mecum. Et alibi, ducentorū denariorum panes non fufficiūt eis. tritumq; factum eft fermone prouerbium, quando diuitiæ malè diftribuuntur, feu acquiruntur. Cecidit denarius in Cloacam.

Et ad verbum menftruus,Denariis adiectum, adde turfum,inde etiam Lunam menftruam dictam fuiffe, quia fingulis menfibus curfus fuos peragit.& hac ratione quoque muliebria menftrua appellari.Vnde Lucret.v.

Menftrua dū rigidas coniperlabitur umbras,

Et Ouid.

Cornibus in cœlum menftrua Luna redit.

Deq; muliebribus menftruis,idem Lucret.vj.

Tempore eo fi odoraftet quo menftrua foluit.

Ad verbum conuenit etiam, adde quod contractus nominati,qui nō ftant in generali nomine cōuentionis vel pacti,fed tranfeunt in fpeciale nomen,non veniunt appellatione pacti vel cōuentionis,vbi fimpliciter de pacto vel de conuētione fit mentio,vt hic,& per Bal. in rub. C. de pac.Corn.conf.cciij.col.1.uol.i.

Et quia hic agitur etiam de ufura centefima, adde dici non ex eo ut inquit glo.in l.fi.C. de peti.hæ.quod forti anno finito adæquetur, hoc eft centum pro centenario quolibet fed quia fingulo menfe centefimam nummus reddit, & confequenter fingulo anno duodenos nūmos. quodq; Klē.menfis femper exigebantur.l.vxorem.§. in quæfitum.ff.de lega.iij.l.qui filium.& ibi glo.ff. eo.not.in l.cos.C.de ufu.

A D D I T I O.

Ad uerbum cōuenit redeuntes,adde q̄ in fcriptura relatū ftipulationē importat,aliàs & regulariter nō,vt tradit Alex.cōf.xiii.col.iii.vol.ii.& cōf.70.col.4.eo.lib.Deci.feni.in l. vt refpōfum. in prin.C.de trāfa.Pau.Caft.cōf.lij.col.2.uol.2.

Ad illud ēt de quo hic rurfum q̄ in ultimis voluntatibus,& cōtractibus,arg.à cōtrario fenfu ad mittit,ēt cōtra expreffā determinationē teftoris uel cōtrahētiū,adde Cor.cōf.170.col.ii.uol.i.

Et ad illud qđ ufura pœna eft ut hic,inq; illis uerbis,noīe pœnæ,& in l.q fine.ff.de nego.geft. adde Boer.pulchrè ubi multa decifio.284.nu.9. parte ii.& ante eum longe plura Alex.confi.45, col. iii. uol. iiii.

Et ad illud qđ male agit q petit añ diē,ut hic, & de quo ēt in l.i.ff.qñ di.nluf.lega.ce.ad fi.& in l.itē quia.ff.de pac.& in l.cedere diē.ff.de uerb. fig.& in l.exceptionem.& ibi Bar. C. de proba. Adde Alex.conf.xcv.col.i.vol.i.

Et ad illud qđ nō eft in dolo,qui eft exceptione tutus,vt hic in d.ver.dicebam,& in l. vel obligatus.in §.i.ff.de lib.cau.adde Bal.in c. cū adeo. nume.13.de refcrip.

Et ad idē ferè de quo in ver. fed cū fortis. qđ pp dilatione datā ad foluēdū,non dicaf debitor effe in mora, adde Deci. ita in emptore dicente per iftū tex.cōf.cxj.col.i.vol.i.& col.fi.& confi, 119.col.4.& ad fi.e.lib.Alex.cōf.121.col.2. uol. v.& magis in terminis Pau.Caft.cōf.347.col. 2. vol.ii.qđ nō dr̄ effe in mora,cui ad plenū cōtractus impletus nō fuit,quiq; exceptione tutus eft. Et in muliere mortua intra tps cōficiēdi inuēta tiū,qđ nō ppea treb.debet priuari, ex quo non fuit in mora cōficiēdi,cōf.cccc.col.j. eo. lib. Et Soci.in l.qbus diebus.in §.qdā Titio.col.fin. ff. de cōd.& de.qđ qdā funt q̄ ad fui effentiā requirūt morā,vt excōicatio,quo cafu fi iudex dixerit alicui nifi fatisfeceris intra x.dies te excōico, non. ppea erit excōicatus,quia pēdēte cōditione non eft in mora.& Bal.in c.cum non liceat.nu.4.de, pfcrip.qđ pēdēte dilatione nō currit pfcriptio.

Et nouifsimè qđ vbi nulla eft petitio vel talis, qđ pofsit per exceptionē temoneri,ibi nulla eft mora,tradit pulchrè Alex.cōl. xii. ad fin. vol. 2. fubiiciens ad idē & ob id, qđ non eft in mora fol uendi,qui compenfationem habet.

De loco loci ēt de quo hic,adde Alb. ī l.i.col. 6.C.de nouo Cod.cōpo.quod in inftrō.f.apponi debeat,& not. quoq; in l.libellorū.ff.de accu.

A D D I T I O.

Et qđ vbi non eft contumacia ibi pœna effe non debet(vt fupra)nouifsimè adde Bal.in c.cū dilecti.col.iiii.de dolo & contu.

Ad gl.de inculcatione dic qđ figura eft q̄ Grāmatici periffologiā,vocāt, & aduertit Alcia.lib. 4.de ver.fi.col.8.Aliter dicit Soci.iun.conf.144. nu. 25.vol.3.q̄ tolerat ad maiorē expreſsionē cōtrahētiū,de quo ēt in l.certi cōdictio. fupra eo. Sed primū verius, q̄q̄ iftud qđ dicit Soci. dixerit ēt ante eum Pau.Caft.cōf.lxxv.col.ii.uol. ii.

A D D I T I O.

Ad ver.fed cū fortis redcūtes,nouifsimè adde qđ pactū in vna retrahit ad cōnexā.ita Seyfel. in. l.petens allega.fæpe col.x.C. de pac.

Qui dicit ēt ad ppofitū in l.fi certis annis col. 3.C.eo.ti.qđ promifsio fortis,eft neceffariū añcedēs ad obligationē vfurarū . quodq; deberi nō poffunt nifi debeat fors, & quod præftatio vfurarū facit præfumi obligationem fortis.

Et Soci.in l.qui pecuniā ad fi.fupra eo.qđ vfuræ nō debētur rōne euentus cōditionis,fed correfpectiuè ad fortem, tanquam fructus ipfius.

Et ibi fnīa diuerfa,exponi debet, ideft cōtraria.adde Dec.fenio. ī l.fi.in prin.C.de edē,& ita

etiam

etiã dicitur in l.cum pater.ff. de pac. dot. & in l. qui plures.in §.fi.ff.de uulga.& pup.sub.

Ad verbum tractum quoq;,qd omissum est,& de quo supra in tex.adde quãuis alibi pro climate,& Cardine Cęli capiat,iuxta illud Luchre.j.

Est igitur natura loci,spaciumq; profundi,
Quod neq; clara suo percurrere flumina cursu
Perpetuo possunt Aeui labentia tractu.

Quod tñ hic pro tpris interuallo capi debet.

Ad glo.dicebam,quæ supplet verba ego Paulus, adde similem in l. ex facto. ff.de hęre.insti.

Et ad illud quod finis temporis expectari debeat, quando apponitur non gratia multiplicandę obligationis.sed finiendę,adde Bal.in l.si quis arbitratu.col.ij.ff.de verbo.obli.& hic. nonnihil Pau.Cast.cons.100.col.ij.vol.ij.

Et ad aliud de quo hic,quod in quacunq; parte testamẽti adiiciatur conditio, redditur institutio condõnalis,quãquã pure & simpliciter fuerit concepta,adde eundẽ cons.xcij.col.ij.cod. lib.

Et ad id de quo per Docto.si mutuo detur famulo,Castaldioni , vel Factori alicuius pecunia quod contra dominum agi non poterit nisi probetur id in vtilitatem ipsius conuersum, de quo etiã in l.ciuitas.supra eo.adde Niconi.olim acutissimum discipulum meum,allega.ix.nu.14.


Et ad id etiam quando hæc verba proferuntur.Constituentes se possidere ex nunc pro ut ex tunc,quod operantur,partes voluisse retro contrahere,adde Alex.cons.lxxxiij.col.iij.vol.ij.

Et ad idem aliud dicit Gui.Papa,si dictũ fuerit,ex nunc,nisi tale quid feceris, excommunico te,quod significant præsentem verbi actum, sed futurum effectum,decisio.Dlxxxviij.ad fi.

Et vltimo loco ad aliud Docto. dictum hic ꝙ licet notorium non probari sed allegari debeat. l.si adulterium cum incestu.§. idem Pollioni. ff. ad legem Iul.de adulte.cle.appellanti. de appell. nec allegari tamen debet,si ex actis appareat.adde hoc idem Gome.dixisse quoque in pulcherrimo casu in regu.de anna.po.q.iiij.ad fi.

AFRICANVS LIB. VII. quæstionum.

EIVS QVI IN PROVINCIA;



CALENDARIVM DE quo hic & in l. dominus Sticho,ff.de pecu.lega.& in l.fin. ff.de munc.& hono.& in l.qui testamentum. ff. de proba. & in l.iij.C.de compensa. & in l. nepoti.ff.de fun.inst.& in l.qui filium. ff. de lega. iij. pro rationibus vsurarum ponitur. Verbumq; est (vt dicunt aliqui in præcept. rhetoricæ) inusitatum, quo tamen vsus est Ouid. Horat. & Senec. & (vt ostensum est) Iurecon.sæpe. Videndusq; est ad lõgum Nebrissen. Grãmatic. Klendarium.dictumq; sic est,quia Klen.dabãtur pecuniæ fœnori,& exigebantur cum vsuris.

Ad verbum quõdam,quod supplet glo. ad illud, defuncti, de quo etiam per glo. in l. diuortio.ff.de nego.gest.adde text.in c.Raynaldus. in §.dilectus.& ibi Barba.in repet.quæ Ioãnina inscribitur. col. iij. de testa. & in c.cum contra. & ibi Abb.col.ij.de pigno. Et ideo (vt ibi subiicit) si dicatur in instrumento. Titius filius Sempronij, isq; mortuus sit, quod non propterea vicia tur instrumentum, ex quo dictum verbum subauditur.Idemq; Feli.in c.ex parte.B.col.j.de foro compe.Alex.consil.xx.col.ij.vol.ij.Et hac ratione Por.seu Ias.in addi.ipsius,insti. de hæredi. qual. & diffe.in princi.col. ij. quod si quis petat pariter se mitti in pos.bo. defuncti, sustinebitur libellus. Et Bal.in l.libertum.C.de nup.quod sine ista subauditione, illa lex non posset habere bonum intellectum.Et alibi Bertran.cõs. xxviij. nu.11.vol.ij.quod hæres & defunctus censentur vna eademq; persona, quo ad bona ante aditam hæreditatem,non post, nisi dicatur bona quondam &c. Et ad materiam dicit idem Feli. in c. venerabilis.in prin.de fid.instru.quod hęc dictio remouet significatum verbi cui adiicitur à præsenti tempore. Et Por.in §. tutores. col. j. insti. de obli. quæ ex qua. contractu.quod verba quæ non possunt saluari inspecto tempore præsenti, saluantur habita relatione ad præteritum per tacitam subauditionem. & sic etiam ad propositum supplet glo.in l.ij.C.de libe.& eo. lib. Et in l. si tutor. ff. de in lit. iur. & Diuus Hierony.in epitaph. Paulæ matris, ibi ac terram quondam Sodomæ qm̃ lacus est, quẽ mare mortuũ vocãt. Et fusius loquentes scias,quod quandoq; significat tempus præteritum,& hoc de propria ipsius significatione vt per Are. in l. j. in §. opus. ff. de no.op.nuntia.Boer.cons.ij.nu.4. Imol.cõsi. cx. ad fi.Gui.Papa singu.Dcxlv.quandoq; circa personam versatur,vt hic.Nonnunquam circa officium.l.tutorem.C.arb.tu. Interdum circa dominium.l.cum affirmes.C.de lib.cau. sæpe circa rẽ. l.si arborẽ.& ibi Flo.ff.de serui.vrba.præd. Bal. multa in c.bonæ.col.ij.de electio.

Dicit etiam Alex.quod si dicatur, filius talis qui non viuat,non expresso verbo quondam impropriè quis loquitur,cons.ccvij.col.iij. vol. vj. Et Bal.in statu.filius.nu. 6. quod mortuo patre non est filius,sed quondam fuit.

ADDITIO.

Ad Klendariũ redeuntes,de quo supra nouissimè adde,quod est vniuersale quoddã vt hæreditas,mẽsa,& peculiũ,&(vt dixi) liber fœnoris in quo continẽtur data & accepta,& vulgo Bãchus appellatur,ita Pau.Cast.cõs.cccxlv.in prin. vol. ij.quod vnũ tñ Gręcis incognitum est, quia nec Klẽdas hñt. Vnde prouerbio dici solet in eũ,qui soluẽdi aĩum nõ habet,ad Klẽdas Græcas tibi soluã,vt dicit Diuus Hiero. in epi.Fabiolæ scribẽs.

Et obseruandum est,quod hic dicitur seruum Klendario præpositum fuisse, in l. fin. vero. ff.

quod cum eo.præpositum mutuis pecunijs dandis, & pignoribus accipiendis, quod tamen est idem.

Ad id de quo hic in prin.etiam,quod consultor electus,debet consulere quid iuris super eo quod ab ipso queritur & super dependentibus à propositione & à facto sibi proposito,& connexis. Adde Alber.in statu.q.cxxiiij.par.prima. nō nihil Paul.Cast.consi. ccccxliiij. ad fi. volu.j. Et maxime quia verbum quid iuris generale est & cōplectitur oīa vt dicit per not. hic & Feli. in c. j.col.ix.de consti. Gui. Papa singu.524. Calca. consi.vii.in princ.& consi. lx.Et quod consultus de iure debeat etiam & possit consulere super appenditiis,tradit Lauren.Sylua.consi.j. colū.j. Feli.in c.i.col.i.de offi.dele.Ias. in l. si fundū in §.stichum nu. 11.ff.de leg.i.

Ad illud etiam de quo hic, quod ex facto & contractu illius qui quasi institor præpositus est, quilibet sociorū obligatur insolidū, adde Alex, per not.hic signanter consi.ccxvii.(quod est vltimum)col.pe.vol.vii.& de institore Ferrarien. in l.more. colū.xvi.ff.de iu.o.Iud. quod qui facit aliquid noīe institorie, acquirit hæreditati mediante cessione.

Et ad illud, quod omnis obligatio est odiosa & restringenda, adde Calcan. consi. cxxiiij. colum.ili.

Et ad illud si actus geratur cū procuratore reuocato,reuocatioque ignoretur,qđ debitor soluens liberabitur.de quo etiam in l.cū quis in §.si debitorem.ff.de sol.& in l.si nō sortem in §. qui filio,& ibi not.ff.de cond.ind.adde Cuma.cōsi. clxxxv.col.ij.Soci.ibi i §.adeo nu.4.& Alex.cōs. clxii.col.i.vol.v.& consi.ciii.col.vi.vol. ii. Feli, in c.ex parte col.x.de rescrip.

Et ad illud,quod mandatum ad negotia expirat morte mandantis Bal.in c.audita nu. 4. de resti. spol.& in c.cum venisset nume. 2. de testi. quid si ad soluendum sit,idem in cap. licet num.5.de offic. deleg.

Et ad illud quod mandatum cēsetur extinctū, ignorantia non obstante. Alexā. consi. lx.colū.i. vol.vii.Nonnihil Paul.Cast.consi.ccclxi.col.iij. vol.j.Feli.in c.ex parte Decani.col.vij.de rescri.

Et ad illud quod per seruum aut liberum hominem bona fide possessum,acquiritur hæreditati adde Bal.dicentem tex.istum non esse alibi, in Marga.sua,acquisitio.nu.3.

Et ad illud de quo supra aliqualiter, quod interrogationi factę simpliciter super aliquo facto respondendum est distinguendo dubium omne, adde nouissime eundem in dicto loco, interrogatio nume.3.

Et ad illud qđ hereditas iacēs, fingitur quoad acquirendū,bona fide possidere seruū testamētο manumissum(vt proxime dictū est) adde nouissime eundē Bal.in c.Itē cū quis nu.6.de resti. spo.subijcientem sic etiam ecclesiam fingere intrusum bona fide pōssidere, ita vt ex contractu ipsius ecclesiæ acquiratur.

Et ad illud vulgatum,quod non entium non est qualitas,& quod vbi deficit subiectū ibi qualitas esse non potest,adde Ro.consi. xlviii. ad fi. & consi.xcj. nu.14. Qui dicit etiam consi. xciij. colum.i.quod vbi non reperitur subiectum obligationis,impossibile est reperiri qualitatē fiendę excussionis.Et Ferrarien.in l. cum mota col. vi.C.de transac.quod vbi non est substantia ibi (rursum)non est qualitas.Idemque purpura. in l.edita col.iii,C.de eden.Corn.consi.ccxlviij. ad fin.vol.i.& consi.cxxxv.col.ii. volu. iii. Fulgo. consi.xciiii.col.ii.Cuma.consi.lxvii.col.i. Imol. consi.xxxiii.col.i.& consi.xlii. in princi. Seysel. in l.Pomponius in §.accessiones.ff.de acqui. po. & in l.petens colū. vii. C. de pac.adhuc purpu. quod qualitas nihil declarat,ex quo sine subiecto vix imaginari potest.Et Pau. Cast. cōsi.cclxiiii. ad fi.vol.quod vbi non est substantia ibi non potest esse accidens & qualitas. Idemque consi. ccxc.col.iii.eo.lib.& Bald.in l.si seruus in prin. ff.de act.emp.Et alibi Io.Mona.siue prob.in c.i. de offi.or.in vi.col.i.quod non entium non sunt species, nec differentię, siue qualitates, & alibi Pau.Cast.per regu.quod vbi non est agnatio ibi gradus agnationis esse nō potest,consi. clxxviii. col.i.vol.ii.Et Deci.consi.cxc.col.ii.vol.i.quod repeti non potest illud quod non est,& idē cōsi. cxc.col.ii.eo.lib. neque transferri in alium, inquit Corn.consi.51.col,pen.vol.iii. & alibi idē Deci.quod executio sententiæ non factę,peti nō potest consi.cccxxii.col.ii.vol.ii. ad saturitatem prob.in c.statuimus col.vii.viii.ix. de consess.in vi.& in c.nemo de regu.iur.co.lib. quod nō potest extingui nec tolli quod non est,nec priuari, & est arg.in l.decem.ff.de verb.obli. Et in simili Corne.quod reperiri non potest quod non est, consi. clviii.colum.i.volumi.i.Et in tenuta quod si nihil est in debito, nihil potest sibi correspectiuari,consi.clxiii.colum.ii. eo. lib. Et alibi vt supra quod non entium nullę sunt causę consi. cccviii.colum.iii.eod.lib. idemque consi. 337. colum.ii.eo.lib.& consi.cxxiii.nume.9.volu.ii. & consi. clxxxi. colum. xiiii. eod. lib. Et consi. cccxiii.nume.43.eod.lib.quod deficiente subiecto nihil potest ei adiacere. Et idem dicit in qualitate loci quod similiter sine subiecto esse non potest.consi.xxvii.colum. iii.volumi. iii. Et alibi quod vbi non est homicidium ibi condemnatio esse non potest. consi.cxliii.colum. ii. volu. ii.Et alibi quod de qualitate sine delicto, inquiri non potest consi.cxcvii. colum.iii.eod. lib. Et alibi quod non potest dici subrogatus quis in locum alterius, si ille deficiente conditione inuitatus non maneat. consi. cxcix. nume.30. eo. lib. Et alibi quod non est dare consensum vetanti, si non est dare vetantem, consi.ccv. nume.13,eo.lib. & alibi quod mortuus non est alicuius status vel conditionis, ex quo nec ipse est in rerum natura, consi. ccxiii.colum.i. eod. lib.

Et alibi

Et alibi quod consanguineus nominari non potest, qui non est, imò nec si, in rerum natura haud reperiatur, dicit conf.ccxviii.col.fin.eod.lib. Et alibi, requiri quod subiectum ponatur in esse, ut qualitas inesse posiit consi.ccxxvi.nu.2. eo. lib. Et alibi quod qualitas seruitutis non datur, antequam sit res in esse producta, in qua seruitus constituatur consi.ccxxxvii.col.ii.eo.lib. Et alibi quod ille qui nunquam nascitur, quique nunquam fuit in rerum natura, decedere non potest conf.ccxxxix.in prin.eo.lib. Et alibi quod sublata actione depositi, consequenter sublatum erit ipsius actionis priuilegium, conf.lxii.col.penul. uol.iii. Et alibi, si persona quæ iurauit mortua sit, quod in ea non cadit absolutio cõs. lxxii. col.ii.eo.lib. Et alibi quod actio non orta nõ potest informari in materia l.petens.C.de fac.con sil.lxxix.col.i.eo.lib. Et alibi, quod nõ habet partem quod nihil est, consi. 100.col.ii. eod. lib. Et alibi quod in non entibus non datur ordo. quia non entium (ut etiam dictũ est supra) nullę sunt causæ, conf.cj.col.i.eo.lib. Et alibi, quod si nulla est societas non poterit consequenter dici iniqua, consi.clxxxvii.col.iii.eo.lib. Et alibi, quod titulus Cardinalatus non efficit quem esse Cardinalem, sed est quædam qualitas quæ non cadit sine subiecto, cõsi.cclxxviii.col.iii.eo.lib.& col. pe.idem repetit. Et alibi quod ubi subiectum dotis non est, ibi non datur imputatio.conf.cxxxii. nume.1.eo.lib.

Et alibi, quod testes probantes locum terminorum, probant consequenter terminos ipsos conf. xxvii.col.iii.eo.lib.

Et alibi, quod ubi nullum est subiectum, ibi nullum est adiacens consi.ccciz.col.iiii.eo.lib.

Et alibi, si non est hæres innominatus in casu statuti, consi.cxxxii.col. ii. uol. i. Et in materia l.ii.C.de rescin.uend. quod non cadit læsio in precio, ubi precium non subsistit cõs.cclxxxviii. nu.ii.uol. iii. Et alibi quod de nihilo non datur quarta, conf.ccxc.col.ii.eo.lib. Et alibi quod qui non est in rerum natura non est capax institutionis, conf.cciiii.col.viii.eo.lib. Et alibi quod non ens non potest diuidi, in legitima loquens filiæ, ut supra, consi.i. col. iiii. uol. iiii. Et alibi si non datur possessio aliquibus, uel quasi, non dicuntur inquietari aliquo modo, quo minus possideant uti possederunt.conf. lxiii.nu. 9. eodem lib. Et alibi si quis non est creditor, quod apparere non potest, conf. cxi.col.iii.eo. lib. Et alibi quòd si iura non habeat quis, nec ea consequenter potiora habere potest consi.cxxvi.col.i. eod. lib. Et alibi si uenæ ferri deficiunt laborandæ, deficit consequenter laborandi facultas, conf. clii. col.i.eo.lib. Et alibi, quod ubi deficit consensus stipulantis & promittentis, defectus ibi non dat legem contractui, conf.clxi.nu.8.eo.lib. Et alibi quod nec forma datur absque subiecto.consil. cxc. numo. 5. eodem lib. Et alibi quod id quod non superest, dici non potest superesse à legatis factis in pulchro casu.consil. cclii. nume. 5. eodem lib. Et alibi quod non potest quis turbari in possessione quam non habet ut in simili dictum est etiam supra.consil.cclxxx.nume. 7. eo. lib. Corn.conf.clxxii.col.ii.uol.iii. & alibi idem Corn.quod conditio si decesserit, non potest uerificari in eo qui non erat in rerum natura, consil.ccxcvii.col.iiii.uol. iiii. Et alibi Ias. in rubri. insti.de actio.in prin.quod non potest cognosci qualitas, nisi cognoscatur substantia. Et alibi Alex.non esse uerum, quod libri Iudæorum habeant orationes, quibus Christum blasfement, ex quo erant antequam Christus fuisset incarnatus.conf.ccxxxiii.col.ii.uol. vi. Et alibi si testis deponat de simplici non usu legis, non probatur consuetudo nisi deponat saltem de implicito actu contrario, quoniam non entis nullę sunt causæ, exempli gratia domus minabatur ruinam, cautio damni infecti nunquam fuit præstita quia nec petita, certe per talem non usum, non remittitur nec inducitur consuetudo, nec tollitur lex disponẽs, caueri debere de damno infecto. Alex. consil.xlv.col.ii.uol.ii. Et alibi Fulgo.quod ubi denegatur subiectum, ibi denegatur ipsum qualificatum, consil.lii.ad fin. Et alibi idem Alexan. quod qualitas iniustitię non potest esse sine subiecto, usque adeo ut appellans à sententia, quam dicat iniustam, eam præsupponat aliquam consil.quinquagesimoseptimo.col. quarta.uol. quarto. Et alibi quod negans qualitatem non uidetur fateri subiectum, consil.quadragesimonono. col.tertia.uol.septimo. Et alibi Seysel.in l.prima col. quarta.ff.de iusti.& iure. qualitatem qualitati accedere sine subiecto esse impossibile. Et quod ex nihilo nihil fit in l.cum filio.col. nona. ff.de lega. primo. Et alibi idem Alexan. quod si non tenuit supplicatio, non etiam tenuit confessio ex ea dependens consil.xxx.num.5. uol. vii. Est uerum quod recipit istud de quo hic declaratione, ut dicamus, quod qualitas non possit separari à subiecto, ut sit qualitas sine subiecto, hinc non entis nullæ sunt qualitates ut dictum est, sed quod bene subiectum esse potest sine qualitate, nisi sit qualitas naturalis, uel inseparabilis. ut nigredo in coruo, albedo in niue, & calor in igne, similesq; est in uitio personali, qualitate inseparabili, præscriptionem causante, & vt latius not.in l.Pomponius. in §. cum quis. & ibi in specie Seysel.in prin.ff.de acqui.pos.

Ad illud etiam de quo hic in prin.si in cõmissione dicatur, procedi debere, prout iustitiæ uidebitur iudicare debentis, quod uerba hæc, importantin processu, ordinem iuris fore seruandum quod not.Ange.quoque in §.exhæredatos. in auth.de hære.& fal.& hic col.i. adde Deci. cõsil.clxxxix.col.xii.uol.i.

ADDITIO.

Ad supradicta quoq; q̃ licet quis præsumatur facere actũ noie proprio, nihilominus obligatus

facere nomine alieno, eo etiam fecisse presumendus est, adde nouissimè Gratum, vbi multa. cōs. xxiiii. col. ii. vol. i.

Et ad id denique, de quo Bar. hic, quod hæres extraneus præsumitur scire contenta in testamento, & etiam suus, si hæreditatem adiuit, sique appareat quod soluerit legata, vel si interfuerit testamento, aut de ipsius presentia in eo, mētio fiat. Adde Alex. consi. iiii. col. ix. vol. ii. Vel si inter cohæredes facta sit diuisio, vt tradit idem Alex. cons. 100. col. ii. vol. vii. Et quod ignorātia regulariter præsumatur tradit idem Alex. consi. cxxiiii. col. pe. uol. ii. maximè à filio vt hic rursum not. vel ab extraneo quando fit hæres ex testamento mediante facto alterius, de quo etiam in l. qui Romæ. in §. duo fratres. ff. de ver. obl. idē Alex. cons. iii. col. ii. uol. iii. Si etiam hæredes nō sint de descendentibus testatoris, præsumuntur habere notitiam contentorum in testamento, vt idem ait cons. cl. ad fi. vol. vii. & iam dictum est supra. Doctrina Bar. tamē hic declaratur vt procedat in testamento in scriptis non autem in nūcupatiuo, quod nec in suo scilicet ignorantia presumatur hoc secundo casu, & not. hic, adde Grat. non ingrate cons. lxv. col. pe. uol. ii. & Bart. met in l. cætera. in §. fi. ff. de lega. i. multa in d. §. duo fratres. nu. 12. indubitatumq; esse quod dicit Soci. iun: cons. xviii. nu. xxiiii. vol. iii. quod præsumatur habere notitiam testamenti quis, si apud eum reperiatur, & maxime si sit testamentum nūcupatiuum, quia si in scriptis nec dum apertum fuisset, forte ignorare pſumeretur, ut supra, deq; materia ēt Crot. in d. §. duo fratres. nu. 46. & 47.

ADDITIO.

Ad prædictorum declarationem fusius quoq; dici posset sic, Ignorantia regulariter præsumitur. l. verius. ff. de proba. l. fi. ff. pro suo. Et longe magis in heredibus suis vel necessarijs, quia sunt etiā clausis tabulis hæredes vt hic, & in d. §. duo fratres. not. per Bar. scientia vero in extraneis ex quo hæreditatem adeunt, & est not. limitatio ad l. Octaui. ff. vnde cogna. & tradit Corne. consil. clxxvj. col. ij. vol. iij. & cons. cliij. col. ij. vol. iiij. & cons. lxj. col. vlti. vol. j. nonnihil cōs. cccj. col. iiij. eo. lib. & cons. cccxxxix. col. ij. eo. lib. Paul. Cast. cons. cxxxviij. col. ij. vol. ij. Deci. cons. ccj. ad fi. vol. j. & cons. ccciij. col. j. vol. ij. Gozad. Bononien. cons. xcviij. nu. 21. Bertrā. cons. xxix. nu. 2. vol. ij. Pur pura. in l. edita. nu. 29. C. de eden. & in l. cū proponas. col. iij. C. de pac. Pau. Cast. cons. xciiij. col. j. vol. ii. Deci. cons. ccxxxvj. col. vj. vol. ii.


ADDITIO.

Ad illud etiam de quo hic, si Papa confirmat testamentum vsurarij manifesti, cautione non prestita, quod aliquod est de iure gentium & de iure ciuili, sed nullum de iure canonico, adde Bal. in c. i. nu. 14. de confir. vti. vel inuti.

Et ad illud quod nō potest plus seruus quàm velit dominus. quodque plerunque nescit seruus quid agat dominus, adde eundem in capitulo ad nostram. in prin. de appel. & in l. quicunque. col. i. C. de ser. fugi.

CELSVS LIB. VI. Digestorum.

SI EGO;



AD ILLVD DE QVO per Docto. quod frustra aditur iudex quando certum est debitorem soluendo non esse, facit quia inanis est actio quam inopia debitoris excludit. l. nam is. ff. de dolo. adde Seysel. in rep. l. vt vim. col. xxix. ff. de iusti. & iu.

Et ad illud, quod est principalius in hac lege, quod ille qui promisit soluere id, quod ab alio exigi non potest, non liberatur licet alius conuētus non sit, cuius ratio ponitur hic, adde eundem in l. decem. col. ii. ff. de ver. obli. Dicentem etiā ad materiam necesse non esse facere excussionē contra notorie rebellem, qui conueniri non potest, vel (vt etiam dicit Bal. hic) quando principalis non esset soluendo in loco iudicij, seu territorij, quanquam alibi sic, ut in scholari qui de longinquis partibus sit, vel si principalis esset homo rixosus, aut cessisset bonis, de quibus etiam in l. ii. ff. qui satis. cogan. & vt ibi fusius.

Et ad idem dicit etiam in simili, quod bellum indici poterit, si copia superioris haberi nō possit pariter, vel sit talis qui non habeat obedientiam, post Bar. tamen in d. l. decem. in ii. opposi. & hic, vbi etiam Alex. & alij, & post Bal. in l. unica. in xi. col. C. de confe. in l. ex hoc iure. col. vi. ff. de iusti. & iur. Et in d. l. decem. col. iii. quod excussio non est necessaria, quando ex forma statuti proceditur sola ueritate facti inspecta, de quo etiam in l. si mancipium. in §. i. ubi glo. ff. de euictio.

ADDITIO.

Ad materiam adde nouissime si quis constituerit se principalem solutorē pro aliquo, prius obligato, quod nihilominus habet locum decisio auth. præsente. C. de fideiusso. Nisi (ut dictum est supra) notorium sit, principalē soluendo non esse, quia fit executio tunc contra constitutorē. Vel si constitutor neget constitutum; & conuincatur de mendacio. aut beneficio d. auth. sit renunciatum, & ita conclusum fuit etiam & aliàs decisum in Capel. Tholosa. decisio. lxxx.

Et plus dicit Pau. Cast. hic & Cyn. in d. auth. præsente. in pe. q. & Bal. in l. perēptorias in ulti. col. C. sen. re. nō po. q̄ si primo sit facta excussio contra debitorē principalem, & ipso nō reperto soluēdo, creditor uelit agere hypothecaria cōtra tertiū possessorē, interimq; superueniant bona

de nouo,

de nouo, debitori principali, poterit tertius possessor excipere, de nouo excussionem fieri debere, si d. bona tamen superueniant antequam lis cōtestata sit coram d. tertio possessore, alias secus, & vt latius ac vltra eos tradit quoque Alexand. consi. 100. col. iij. vol. v.

Et ad aliud, de quo tamē in §. i. infra ea. l. Bal. in c. qualiter de pac. quod in stipulatione dandi aliud est promittere se daturum, aliud se curaturum dari a certa persona. Et subijcit ibi, Si quis promittit, ne extra familiam res perueniat, quod tenetur non solum alienare, sed etiam facere & curare ne ad eum perueniat etiā ab intestato, & no. quoq; in l. si ita qs in §. ea lege. ff. de ver. obl.

Et ad aliud Pau. Cast. quod nunquam agi potest contra possessores, donec extāt fideiussores. consi. clxxv. in prin. vol. ij.

ADDITIO.

Ad id de quo supra si quis promittat quod alius debebat, & credito petat quantitatem promissam, quod mens contrahentium ea fuisse videtur creditorem à debitore exigere debere, & si non possit in subsidium contra promissorem agi, adde not. in l. inter ciuili, vbi tamen dubitat Soci. ad fi. ff. de condi. & de. die vt per eum.

Et ad aliud post Bar. tamen hic, & in l. stipulatio in §. habet. ff. de no. ope. nun. & in l. exitus. ff. de acquir. poss. Deci. consi. cccciij. nu. 1 t. vol. ij. quod multa dicuntur notoria, quæ non sunt. c. consuluit de ap. vsque adeo vt super hoc quod aliquid sit notorium requiratur sententia declaratoria, & vt ibi per eū latius. Ro. cōsi. cexj. nu. 6.

Et ad aliud, supradictis tamen addendum facit quoque quod dicit Paul. Cast. adhuc consi. cccxxvij. ad fin. volu. ij. quod confiscatus non debet excuti, ex quo notorium est ipsum soluendo non esse. Subijcit tamen negandum haud esse fide cessorem eius excuti posse, quodque legem illā scholaribus sic in scriptis tradidit, vidisseque alios sic tenentes, & quod denique à ratione non est alienum. Reperio tamen ego Corneum contrarium tenuisse, quod hoc idem notorium non sit. Ex quo bonorum confiscatio non trahitur ad postea quęsita. l. si mandauero. §. is cuius. ff. manda. & quia præsumitur quis semper ditari, & de nouo quęrere. l. si defunctus. C. arb. tu. & vt ipse fusius consi. exc. nume. 16. 17. 18. vol. j.

Et ad id redeuntes quod excussio non est necessaria, quando notorie constat principalem soluendo non esse, dic communem lecturam fore hic, & in d. l. decem. ff. de ver. ob. declarat Corn. consi. elj. ad fin. volu. iiij. firmat quoque Purpu. in d. l. ex conuentione nume. 55. C. de pac. Ro. consi. xciij. col. j. & consi. ccxj. nu. 1.

Et ad aliud de quo hic rursum, in princ. quod verba quæ sonant in potentiam resoluuntur in actu, adde Ferrarien. in l. si super in princi. C. de transact.

Et ad aliud quod iuramentum tollit beneficium excussionis competens fideiussori præter alia de quibus supra, eosdem Ferrari c. in l. si quis maior ad fi. C. de transac.

LABEO.

Si testator mandat & iubeat hæredi, quod faciat me habere centum, videtur mandare eidem quod ea mihi soluat, ita Abb. in c. Abbate in iij. not. de rescrip. si vero prouisio erat alterius quā hæredis, id hæredi iussisse non videbitur, nec eidem potestatem dedisse, prouidēdi, sed bene illum compellendi, & vt hic per doct. Ias. pulchre in l. si hæres in prin. ff. de leg. j.

FINIS.

CATO MANTOVS

STVDIOSIS FORTE non ingratus, & præsertim multa dictu, memoratuque digna, scire cupientibus.

ELEMENTARIO ORDINE ut Gymnasium supra quo omnia facilius intelligantur, conscriptus, estque αναγνωσις uaria.



ACCVSATOR QVASI causator appellatur, quia uocat ad causam eum quem appellat. c. forus de ver. sig. Imo quod hoc hominum genus, si maxime precio ducatur, ad accusandum, infame est, & crimen, latrocinio proximum.

Athenienses eum à Pythiæ oraculo accepissent ossa Thesei perquiri debere, & in vrbe honorifice reponi, ita actum est, Cimonis temporibus, fueruntque apud Gymnasium reposita, ibique asylum in ipsius honorem erectum, ubi serui, paupetes, & alij ignobiles possent recurrere, timentes maiorum potentiā, ut eo in loco essent tutiores, defensoris seu patroni loco, feruitque ad l. præsenti. C. de his qui ad eccle. confu.

Asylum quoque erexit Romulus, ubi omnes confugientes tuti erant pariter, quocunque errore irretiti fuissent.

Agricultura magna est pacis causa.

Amphitriones, generale est concilium Græciæ, piaculosi, impij, religionis uiolatores.

Amici debent esse homines non Mercenarij, ex quo Barbarus quidā, cum Athenas applicuisset, sese Cimoni dedit, eique duas phialas argenti & auri donauit. subrisit Cimon, dicens. visne sim tibi amicus, uel Mercenarius? amicus, ait ille. ergo, inquit Cimon, hoc tolle, quia si mihi amicus es, ego quoque eisdem utar eū mihi fuerit opus.

Apud Romanos homines, minimi pēij sunt Barbarorum exempla, aliquantulum Græcorū, plurimum maiorum suorum.

Aliqui philosophi omnia Soli & Lunæ attribuunt.

buunt.quodq; Sol agat,Luna patiatur.Sol pater sit,Luna mater.Ille semẽ,ista uero,mẽstrua.Alii qui Solem similem cordi dixerunt,Lunam cerebro,& alios planetas arterijs,neruis,& uenis.

Adamas.j.indomitus,nõ incudinem, aut malleum timet,Gẽmaque est nobilior,& preciosior cæteris.

Attentione opus est,ne quæ à nobis attinguntur,præteruolent animum alibi occupatum sine sensu sui.

Artes delectabiles & utiles sunt,delectabiles duæ,una corpus altera animũ delectat. Corpus pictura,musica,delectant oculos& aures, vnguẽta nasum, Coquus gustum, Balnea totum corpus. Animum Rhetorica & poesis.

Apud Romanos tria iura erant Agnationis, Cognationis,& Gentilitatis, eorum scilicet qui imagines maiorum ostendere poterant, quas fumosas, & stemmata appellat Cicero. quique eas non ostendissent, filij terræ, à se se orti & noui homines appellabantur .est uerũ ꝙ Agnatio propter uocabulorum penuriam a Cicerone stirps uocata est,deque ea nostri sæpe,ut in §. fin.insti. de legi. agnat.tu. & in l. pronunciatio in § familiæ.ff.de uer.si.& in l.j.i §.fi.de vẽ.insp.

Agnatio, Cognatio, Gẽtilitas,ut proxime.supra statim.

Auditoris qualitas magni facienda est, iuxta illud Aristarchi,hic plus est (Platonem intelligit)quam totus Atheniensis populus.

Aristippus Cyrenensis, homo omnium pessimus, & optimi cuiusque suorum temporum aduersarius.

Admiramur quæ magna sunt.

Amor est magnus demõ. & fruendę pulchritudinis desiderium.Amor fœminę ad masculũ, Alcestes Admeti vxor, quę ꝓ viro mori voluit. Amor rursum circulus est bonus à bono in bonum perpetuo reuoluens. Amor denique res etiã est amara,quia moritur q̃squis amat. Orpheus dulce amarum nominat.

Amantis animus speculũ in quo relucet amati imago.

Amor omnia facit & seruat etiam omnia. Et quia creator est omnium, tanquam pater venerandus est,tanquam tutor colẽdus, & tanquam pręceptor sequendus.

Amorẽ adhuc Diotima demonẽ appellauit.

A summo ad imum omnia per media transeunt. Vnde in nobis tria etiam sunt anima, spiritus,corpus.anima & corpus differunt, spiritu medio copulantur,qui vapor quidam est.

Atra Bilis Melançolia est,Bilis colera.

Amantium affectus, Toruus intuitus, sermo interceptus,Pallor,Rubor,crebra suspiria,iactatio mẽbrorum,querimonia perpetua, laudationes importunę,indignatio subita,iactantia,procacitas,petulantia Suspitio vana, mynisteria vilissima sunt.

Amor ab aspectu ducit originem,vnde ille.

Si nescis oculi sunt in amore duces.

Aspectus inter mentem & tactum,est medius.

Amati Amans similis. Amans in se totũ amatum capere cupit,quod hinc exemplo ostẽdi potest,Arthemisię Regis Charię vxoris,quę eiusdẽ coniugis defuncti corpus in puluerem redegit, & aquę inditum ebibit.

Ad bonorum cœnas boni etiam non inuitati proficiscuntur.

Amor pacem largitur hominibus, mari tranquillitatem,ventis requiem, cubile viuentibus, Rusticitatem amouet,familiaritate nos cõciliat, Cœtu omnes congregat,mansuetudinem porrigit,feritatem exterminat,Beneuolentiam largitur,Maleuolẽtiam expellit, propitius,beneficus, spectandus sapientibus, dijs placidus, exoptandus expertibus,& participantibus denique possidendus. Medium inter pulchrum & turpe, vt Demones inter mortales & Deos.

Animo cõmoto vtendũ non est, quia nec quis turbatam aquam bibit,nisi quiescat.

Blasfemia,pœna potius digna,quã respõsione.

Bilis colera,Atra Bilis Melancholia.

Celeres appellabantur iuuenes, qui ad Romuli olim custodiam erãt positi,sic appellati, quia in negotiis regiis celeres etiam erant.

Ciuis iniquus iudicandus est, qui parum curat Reip.pericula.

Camillus exul in Ardea,patrię tamen ingratæ succurrere non distulit,eo tempore quo Brennus Gallorum Dux Romã occupauerat.Ardeates hortatus,ut pro ipsius defensione arma sumerent.Qui etiam contra veientes primo triunphauit,deinde contra Gallos,& Sutres.

Cicero primus pater patriæ appellatus est.primusque illuminator philosophię Latinis literis.

Caput plerunque pro homine ponitur. iuxta illud.Multa capita cadent.seruitque ad l. cum in diuersis.ff.de religio.& sump.fu.

Cum quis nobilis est, æquum sanè uidetur eũ non dedecori esse suis maioribus.

Celeris consilij penitentia comes.

Cato maior sic dictus,quia Romani,hominẽ Catonem appellabant,qui omnia esset expertus, nec aliquid intentatum reliquisset,nec ab re, cũ prius priscus appellaretur,vt Plato prius Aristoteles,& Cephas Petrus,& Paulus Saulus.hic etiã Curij frugalitatem admiratus,eum est imitatus. Et Q.Fab. maximum. & subinde etiã Romanus Demosthenes appellatus.Qui sępissime eos homines pecudibus comparabat, dicebatque vulgus & populum,uentrem fore sine auribus.Consulebatque ne darentur Magistratus nisi optimè meritis,vt excitaretur iuuentus, daretque operã his quę laude sunt digna.Et dicere solitus est rursum,se aliquando penituisse, mulieri communi casse quæ reticẽda erant.eo iuisse naui,quo pedibus ire potuisset.& si quando dies sine linea trãsiuisset. Cumque Regi Bitinię tres oratores elegisset

gisset po.Ro.quorũ alter podagra laborabat, do lore capitis alter, tertius vero foret aliquãtisper leuis,& vanus.electionem illam ridens sine pedibus,sine capite & sine corde,carpebat.Dicere solitus erat rursum cum bonis potius de virtute cõtendendum esse,quam de lucro cum amaris.& cũ ad Termopilas Anthiochum uicisset exclamauit se laudando,sibi plus deberi à populo Ro. quam ipse deberet eidem.imò quod iam factũ erat trito sermone prouerbium,si quis errasset,& corriperetur,ut audacter dicere sibi sic permissum esset.iam ego non sum Cato,ad quod illud etiam num facit Poetę vulgatum Carmen.

Tertius e cęlo cecidit Cato.

Cõscientia est animi inditiũ tacitum,à cõi institię formula,quã Deus insculpsit omnibus hominibus productũ,per quod aut accusatur res mala, aut defenditur bona,& est rursum res simplicissima,quæ diuidi non potest in uno eodemque homine,seruitque nobis ad not.in l.illicitas in §. ueritas.ff.de offi.ptęsi.

Citatio non ualet si per angusta tempora fiat. Nec quando nimis maturatur petitorium. nec ex incompetentia Iudicis. ratione temporis,ratione loci.ubi citatus potest se euidenti exceptione tueri.& si ex aliena iurisdictione fiat.

Clericus impunè conueniri potest coram iudice layco in pluribus casibus, præcipuè in illis in quibus cognitio spectat ad regem,si conueniatur a clerico.si clericus(scitũque dignum est)chyrugia abutatur. si sit obligatus sub sigillo regis, super contractibus initis cum mercatoribus.

Contumacia est in non respondendo quando reus latitat,quando est absens, et quando procuratur ne citatio ueniat ad citatum.

Celeritas reprehensibilis est, maturitas vero, grauitas,& consideratio multa laudabilis.l.nimis ppere C. de execu. rei iud.ideo dixit alibi Iuris cõ.subsisto,alibi ueto deliberabimus,ĩ l.si & me & Titiũ.ff.si cer. pet. & in l.j.in §.secundo loco. ff.de postul. quod in tabula picta nobis sępissime euenire solet, ut admirantibus aliquandiu semper noui aliquid succedat, contra uero per transennam intuẽtibus, potissima pars artis & elegantiæ non appareat.

Consuetudo plurimum potest,quanquam de linquat quis in re minima.

Cœlum Platonici summum Deum appellant.

Calodemon Angelus bonus dicitur, Cademõ malus. vnde Romæ, statuæ Pasquilli, Disticon. huiusmodi aliquãdo est repertũ in nothum quẽdam nomine Angelum.

Si quaris quid agat hac cacodemon in urna, Vngue rapit,pedibus calcitrat,ore notat.

Ciuitates,non lapides faciunt,sed homines.

Causidici uerbis communiter abundant elegantibus.

Contrarium fugit suũ contrarium,ne destruantur.vnde ligna si igni apponantur, exit aqua, suum(ut dixi)contrarium fugiens.

Delphyni nomen Simon.

Discordia est inter Solem & Lunã, inter cęlũ & cęlũ,& inter elemẽta.inter Lupum & Agnũ,& in homine propter elementa,& in hominis anima, quippe quod sensus intellectui contrariatur.& inter homines denique.imò quod & ipsa concordiæ est contraria,qua (ut ille ait) paruæ res crescunt,discordia vero hac,maximę dilabũtur.illa naturalis, ista autem contra naturam.

Demonstratiuum genus cęteris est nobilius.

Diui fratres,de quibus in pluribus locis, præsertim in l.de qua re, ff. de iudi. fuerunt non ut intellexit ibi Accur.Seuerus & Antonius,sed M. Aelius Antoninus,cuius statuam marmoreã habeo ego,& Verus Cõmodus, qui primi omniũ simul imperare cęperunt, & male.entia enim nolunt male disponi,pluralitas principum odiosa, unus ergo princeps.c. in apibus vij.q.j. declaro ego in l.cũctos populos in prin.C.de summa.trini.& fide catho.dando intellectum ad tex. in c. j.in §.pretera de prohib.feu.alie.per Fed.in usibus.ubi Imperium indiuiduũ est.multa per Do cto.in l.fi.ff.de hæ.insti.

Decor seruandus est,ut Plato,non ut Aristippus qui in conuiuio Purpuratus Dionisij iussu saltitauit.

Deus ternario numero res gubernat.hinc Maro.

Deus impare numero gaudet.

O terque quaterque beati.

Deus Soli comparatur, quia sicuti vnus solus radius corporis quattuor illustrat ignem,aerem, aquam,terram,ita Dei radius,mentem,animam, naturam,materiamque illuminat. omnium centrũ,vnitas simplicissima,actus purissimus, nullaque in eo est compositio.

Deus consilium est & consilij fons.

Duo sunt præcipua,quæ per omnem uitam ducere debemus.in rebus turpibus verecundia,in honestis studium.

Difficilius est virum bonum pecuniis, quàm Aiacem ferro domari posse.

Aequalitas in ciuitate concordię causa est.

Aeratium in Templo Saturni constituit Valerius Publicola.

Elementa habentia similitudinem transeunt de vno in aliud,& mutantur,aliàs secus, ex quo fit vt hoc idem, non faciat terra & aer, quia sunt dissimilia vt aqua & ignis.seruitque nobis ad id quod in habentibus simbolum facilis est transitus.l.in rem.§.item quęcunque.ff.de rei ven.

Effectus suæ causæ est commensurandus.l. licet.§.ea obligatio.ff.de procu.si boni ergo fuerint,bona erit & causa.hinc vulgo aiunt,

Sape solet filius similis esse patri

Elocutio in Oratore potissima est,Mater, forma,& vita eloquentiæ.

Expensę præiudiciales, in l. sancimus. C. de indi. Debitæ ratione retardati processus in l. terminato.C.de fruc.& lit.expen.ponuntur.

Est enim

Est enim aliquid cum multis sentire vel etiam errare, ubi res est dubia, nec certa ratione cõstat errorem subesse. l. j. ff. de offi. quęsto.

Feciales curam habebant conseruandæ pacis, quos instituit Numa.

Fortuna in cuius manu Deus optimus maximus, sceptrum huius mundi posuit, non semper eodem vultu nos regit & gubernat, à principio ad finem usque, sed sæpe ut Luna mutatur.

Frugalitas Platonis, fratri profuit, ipse enim suburbano contentus, quod Academiam nominabat, cætera omnia eidem prompto animo, liberaliterque donauit.

Gallicè reus defensor dicitur, & alias à re quę petitur, non à reatu.

Gloria uberrimus uirtutis fructus, nobilior lõge magis, & amabilior, quam filiorũ generatio.

Gratus præceptoribus fuit Plato & amicis. Platoni Aristoteles, cui arã, Statuãque sacrauit.

Gradus rerũ tres, Superiora, inferiora, ęqualia.

Generatio diuinum opus est.

Genera hominum tria, Mas, Fęmina, Androgynus, ex maris & fœminæ sexu commixtus,

Hominum genera tria, Mas, Fęmina, Androgynus ex maris & fęminæ sexu commixtus.

Horatio Cocliti Statua Aenea erecta est, in Vulcani Templo: Valerij Publicolæ decreto tantique iugerum terræ quanti par Boum vno die arare potuisset, ei pro pręmio dedisse etiã ferunt.

Hipparchus, Pisistrati Philedonici filius, primus Homeri libros, in vrbem inuexit.

Hannibal montem fregit aceto, & igne. quem dixisse aiunt, quod dicitur in l. multum interest. C. si quis alte. vel sibi. ad suos conuersus. Romam capere potui, nolui, nunc volo & nõ possum. ibiq; sic. quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui, egoque alibi supra fusius.

Hector cadaueris vulnus inspiciens Patrocli, effecit vt vulneris cruore versum eum eijceretur.

Homerus & Hesiodus, tales filios reliquerũt, vt cum ipsi immortales sint, immortalem quoque gloriam, memoriamque parentibus præbuerunt. Alcestes etiam pro Admeto mori noluisset, aut Achilles in vltione Patrocli occumbere, aut Codrus pro filiorum regno perire, nisi immortalem virtutis memoriam se cõsecuturos præsagissent.

In ore duorum vel trium, stat omne verbum. c. in omni negotio, de testi. i. veritas facti super quo inquiritur.

Ignis non generat, ideo conueniens fuit, virginibus etiam committi vestalibus.

Iudex iustus sanè esse debet, nec amicorũ precibus flecti, vt Themistocles qui à Simonide rogatus, vt quod iustum non erat faceret, respõdit. nec tu bonus poeta esses, si numeros non curares, nec ego iudex, si amicorum preces, legibus, quibus obnoxius sum, anteponerem. qui Aristidem æmulatus est, quęque ob id in exilium iré compulit. Isque est, qui in venditione prædij voluit adijci, probum habere vicinum.

Inuidia Marcello aliquando triumphus negatus fuit, orans Romam ingressus est.

Intellectui ita est veritas, vt cibus stomacho, quem, vt venenum mendacium destruit.

Instrumentum suspectum est, si careat solemnitatibus debitis. Si prohibeatur eius impetratio. Ratione impetrantis, qui malas consueuit scripturas condere. Et si in aliqua parte abrasum sit, seruitque nobis ad dicta in l. fi. C. de edic. di. ad. tol.

Instrumenta obligatoria sigillo regio signata, vel alio, publico, habent in Regno Frãcię executionem paratam, vt alias guarentigiata, de quo in l. cũctos populos. C. de summa tri. & fi. catho. seruitque ad dicta in l. minor. xxv. an. cui fideicommissum. ff. de mino.

Insaniæ duo genera, alterum cerebri, cordis vero alterum.

Inter eos qui apud inferos sunt, solus Tiresias sapit, cæteri vero, vmbræ volitant.

Immortalis, supra Homerus.

Lictores, qui etiam pręibant Romulo à ligãdo dicti fuerunt, quia contumaces regibus, funibus quibus erant accincti, ligabãt. seruit ad l. ego. ff. de manu. vind.

Licurgus Senes ordinauit, qui semper assisterent Regi, vt vim popularem comprimerent, iniustisque rebus resisterent, & ne denique tyrannidem occuparent,

Luna planeta beneuolus, proportionatusque humanæ vitæ.

Libellus continere hæc debet, quis, quid, corã quo, quo iure petatur, & à quo, seruietque tibi ad auth. offeratur. C. de lit. con.

Laus vera est, quæ præcedentem rei originem recenset, præsentem narrat formam, & subsequẽtes ostendit effectus. Torpentia rursum suscitat, obscura illuminat, viuificat mortuos, format informia, & perficit denique imperfecta.

Laconici quotiens bonum quendam virum cõmendare volebant. Diuinus hic uir est, aiebãt.

Mercator fuit Solon, Cęsi Lydorũ Regis amicus. qui etiam monetas auxit.

Monetas auxit Solon, ut proxime dictum est.

Mos Romæ olim, si quis pro patria cecidisset, ut à primario vrbis, publice laudaretur.

Meretrix Alcibiadis exequias (quod generosi animi inditium est) celebrauit.

M. Coriolanus, dicebat præ cæteris, eorum temeritatem esse comprimendam, qui nouitates introducere tentabant, cõtra sanctissimarum legũ ordines, qua de causa senatus frequens tunc erat Romæ. seruitque tibi ad. l. in rebus. ff. de consti. prin. cui cognomen hoc iniũctum fuerat, ut Africano Scipioni, à Corioli urbe capta.

Mixta imperfecta, imber, & nix. impresiones humidę

humidæ & siccæ.& ranæ.

Manna mel aereum est.

Mundus effigies Dei est, manu penicilloque naturæ factus.

Mentiri,& simulare,aut dissimulare ueritatē in læsionē perniciemque alterius improbi hominis est. debetque mendacium sanè vt delictum puniri.seruit ad id quod dicitur in l. sed si in §. j.ff.quod cum eo.

Medium inter auarum & prodigum,est liberalis.inter superbum & humilem, elatus.inter audacē & pusillanimū, uirtute preditus.inter lasciuum & stupidum temperatus.

Mos etiam Athenis erat ut supra Romę quotannis publica oratione laudare eos qui cecidissent pariter pro patria, qua parentes & vxores consolabantur,fratres vero,filij, & nepotes, ad eorum imitationem excitabantur.

Mundus, Ornamentum significat ex multis compositum,Latine,Græce κοσμος.i.Ornamentum dicitur. quē antiquissimū nominauit Orpheus. Triplex insuper, Mēs Angelica,Anima,& Machina quam cernimus, & Cęlum etiam appellamus,deumque Cælum sæpe.

Numa Pompilius primus Templū fidei constituit. Pōtifices ordinauit, & Virgines Vestales. Correxitque.l.ij.C.de pat.qui fil. distra.ne posset pater filium necessitate famis distrahere.

Nullū speculū est, quod hominis simulachrū certius reddat,quam Oratio.

Nemo aquā turbatam bibit,ni prius quiescat, usque adeo ut nec animo commoto nos quoque sic vti debeamus.

Natura Fabro lignario similis est,quæ quādoque errat ut ille,si monstrū nascatur, non sui culpa,verum subiecti,ut ille ob instrumentorū defectus.

Nil aliud leges doctrinaque omnis contendunt,nisi homines ita instituere, ut declinent à turpibus,honestaque agant.

Nihil antiquius nobis esse debet quā ut optimi uiri euadamus.

Oratione nullum est speculum, quod hominis simulachrum certius reddat.Nec iniuria Græco prouerbio iactatur,talem esse quemque qualis est eius oratio,vnde notum illud Socratis dictū. loquere vt te cognoscam.Loquela tua manifestū te facit,vt etiam alibi dicitur.

Ordo vere est forma, ad omnium rerum perfectionem.

Oratio est velut animal quoddam, quod corpus habeat, nec sine capite sit, vel pedibus careat,sed habeat media atque extrema, sibi inuicē & toto conuenientia.

Oculi & Aures fores animæ sunt.

Pontifices primus ordinauit Numa. & Virgines Vestales.

Pisistratus in condendis legibus,Solonem imitatus est.

Pupillis non fauit Camillus, quominus onera publica soluere tenerentur.

Pericles noluit quod spurij essent ciues Athenienses. qui tamen filijs orbatus, spurium in familiā accepit,auctoritate Senatus, & ciuitate donatum esse voluit.

Prusias Bithiniæ rex Hannibalem prodidit, vt Ptholemæus Ponti rex, Pompeium.

Pater plus diligit filium, quam ipse patrem, seruit ad l.isti quidem.ff.quod met.cau. plus masculum quàm fœminam, & inter masculos plus natu maiorem,vt citius patrię succurrat,familię, & ipsi senescenti.

Probatio aspectu, in notorio, in atroci iniuria,In ætate per plures testes,vel vnum cum aliis adminiculis.Item fit per testes,per instrumenta, per confessionem, per euidētiam facti,per iusiurandum,vel ex coniecturis.

Processus in absentem contumacem,plura requirit, quod ordo seruetur, quod nomen sit inter reos receptum,quod uere crimen sit commissum,quod liqueat iudici delinquentem esse culpabilem,quod citatus non compareat timore pœnę,quod de qualitate aggrauāte delictum cōstet,quod delictum cadat in accusatum,& quod denique reus sit de iurisdictione iudicantis.

Plato prius Aristocles nuncupatus est, vt prius Cato priscus.sic supra Cato.

Phormio de militari disciplina,coram Hānibale disputans ab eo derisus est. sicque à Dionysio Plato,de tyrannide verba faciens.

Philosophi super homines sunt,nec à lege cōprehenduntur.

Philosophus quisque Platonis imitator, tria considerat tempora,quę antecedunt,quæ comitantur,& quæ sequuntur.

Pulchritudo triplex animorum,corporum,uocum.prima,mente cognoscitur, secunda oculis, tertia,solis auribus percipitur.

Paucis legum cōdendarum datur auctoritas. Paucissimi legibus latis,obtemperant.

Pausanias pausam.i.finem dicendi fecit.

Primus Hypparchus Pisistrati Philedonici filius Homeri libros in vrbem inuexit.

Pater curare debet,vt filio virum inueniat, cuius consuetudine reddatur sapiens.

Pulchrum esse iudicabat Pericles,quod nullus sui causa pullatam uestem portasset.

Qui ob patriam moriuntur,fiunt immortales, Periclis dictum est.

Qualis est ad fortunam virtus,pax ad bellum, portus ad tempestates, finis & fęlicitas actionibus nostris,ita vxor marito esse uidetur.

Qui duriore interpretatione, leges ad seueritatem perducunt, Acribodicoi vocantur. A Menandro, Sycophantę. Vnde ortum prouerbium est.Summum ius,summa iniuria.

Qui non amat amantem, homicidij reus est.

Qui pedes corio non suffulciūt, sed nudis eisdem incedūt, crebris sentibus & calculis offenduntur.

Qualis Achilles talis forte Brasidas, Qualis Pericles, talis Antenor, atque Nestor. Socrates similem non habuit.

Qui in otio uiuunt uestigia talia linquūt, qualia in æthere uenti, vel in aquis Bulla solet imprimere.

Reus à re, quæ petitur dictus est, non à reatu. c.fi.xv.q.iij.

Romulus & Remus Spurij.

Romulus quia uictor aduersus Acronem Cecinēsium Regem euaserat, Spolia Ioui Feretrio obtulit, qui sic à feriendo, dicebatur.

Roma in tres diuisa partes, quæ tribus erant tres, Ramnensis à Romulo, Tatiensis à Tatio, Lucensis à Luco.

Romulus item manu lituum gestabat, Vaticiniorum peritissimus, eratque nil aliud quam ferula contorta.

Risus laborum condimentum est, nec ab re Licurgus statuam risui erexit.

Rhetorica artium est regina. similis numeris rethoricis, à quibus primis quoque appellata est. Quę etiam ab Oratione differt, illa docet, hæc delectat.

Spurios uoluit Licurgus ut essent ciues, & ciuitatis filij.

Salij Sacerdotes à Numa instituti, qui curam ancilia conseruandi habebant. xij. enim erant, id que inter ea potissimum, quod è cœlo delapsum esse aiebant. inque manibus erat eiusdē Numæ.

Solon dicebat paupertatem potius quam diuitias appetendas, quia instabiles & caducæ sunt. Virtus vero clara & ęterna. Monetas auxit. Draconis leges vtpote sanguinarias, ēt ꝓ re modica, correxit, prohibuit dotes in matrimonijs dari, ne emi viderenť. cōiūctioq; fieri uideretť (ut dr̄ in l. j. ff. sol. mat.) sobolis procreandę causa. Et adhuc nihil extra familiā relinqui posse uoluit, in testa mētis. Et qd̄ de inertibus Areopagitę supplicīū sumerent. Ne spurij parentes alerent, vt adulter in adulterio conuentus posset impunè occidi. prēmioque dragmarum centū cohonestaretur, qui fuisset victor in ludis isthmiis.

Supra Carthaginē plorauit Scipio, datā in prædam militibus. nō secus ac Marcellus Syracusas.

Sententię quę Orationi admiscentur, sunt tāquam lumina obscuritati, aut fulcimenta, aut columina rebus per se non satis firmis.

Similia similibus conseruantur.

Socrates filius sculptoris fuit, & obstetricis, qui in sculpendis lapidibus sibi victum quęritabat. quique se nihil scire prędicabat. omnes interrogabat, Archelaum, Scopam, Eurilochum est aspernatus. pecunias spreuit, Demonem habuit familiarem, dixitque Iudicibus, se mori malle, quā desinere philosophari. Seque à cæteris differre, quippe quod homines ignorātes sunt, iple vero ignorantiam suam non ignorabat. Phędonē adulescentulum, lupanari publico prostitutum, redemit ab ea calamitate, fecitque philosophū. Platonem poesi deditum, tragedias igni tradere coegit, grauioraque studia capessere. Xenophō tem à vulgari luxu, ad sapientū traduxit sobrietatem. Eschinem & Aristippum, ex pauperibus diuites fecit. Phædrum ex Oratore philosophū, Alcibiadem ex ignorante doctissimum. Charmidem grauem & verecundum. Theagem iustum, fortemque in Rep. ciuem. Euthidemum, ac Menonem à sophistarum captiunculis, ad veram sapientiam, transtulit. Nihil æstimabat eorum quę vulgus admiratur. & breui similem non habuit unquam.

Theseus Herculem imitatus est, primus ludos Neptuni in Isthmo instituit, ut ille Olympicos Ioui.

Themistocles Aristidem æmulum habuit, quem in exilium etiam ob id ire compulit. Et cū a populo, ludi Olympici celebrarentur, magno plausu exceptus est, Cui ipse, uideor nunc laborū meorum, quos pro Græcia obiui, fructum cōsequi. Is quoque in vēditione prędij, adiici voluit, probum habere uicinum. Exul rursum, & apud Xersem sollicitatus ut bellum Atheniēsibus moueret, mori potius voluit, & ueneno hausto mortem sibi ipsi conscíuit.

Tres Oratores elegerat po. Ro. Regi Bythinię, quorum alter podagra laborabat, dolore capitis, alter, tertius aliquantisper leuis & vanus. quam electionem dicebat postea Cato, sine pedibus, sine capite, & sine corde ridens, fuisse.

Testibus opponitur, quod sint parentes, familiares, domestici, falsi, & uarij, ac tribus obnoxij sunt, Deo mētiendo, iudici decipiendo, & innocenti denique lędendo.

Trinitas est mensura rerum omniū, vt voluerunt maxime philosophi Pythagorici.

Totum est sua parte perfectius.

Tria hominum genera, Mas, fœmina, Androgynus ex Maris & feminæ sexu commixtus.

Torpedo piscis marinus est, qui hominē sibi propinquantem, tangentemq; stupidum reddit.

Vestales, multa habebant priuilegia, à Numa institutæ, ut supra Numa. quod testamentum cōdere possent, etiam uiuo patre. quod absque curatore omnia agerent. quod lictores post. xxx. an. ante se ducerent. sique obuiam habuissent delinquentem, liberaretur à pœna.

Valerius Publicola uoluit ut reus perduellionis impune posset occidi. Qui in templo Saturni etiam Aerarium constituit. Et primus Cōs. fuit qui triumphū egit. Vindicioque seruo libertatē dedit, ciuitateque donauit ob detectam cōjurationem,

tione m,

tione, nec ab re, ab eo vindictà libertas quoque appellata est, habemusque hic non titulum. ff. de manu. vind.

Vna pars legis alteram declarat. l. vtrum. ff. de pet. hæ. & ideo inciuile est iudicare nisi tota lege perspecta. l. inciuile. ff. de legi.

Voluptates adeo vehementes, furiosæque sunt, vt mentē e suo statu dimoueāt, hominēq; perturbēt.

Vnica via salutis iuuentuti erat Socrates, de quo supra fusius, Socrates.

Venus gemina, Antiquior & Iunior.

Viro prudenti paucorum sapientum iudiciū magis quàm multorum insipientum uerēdū est. Verbis elegantibus abundant causidici.

Virtus uiri est, quod ad ciuilium rerum admi nistrationē sufficiens sit, hisque tractandis amicos iuuare, & inimicos lædere.

Virtus mulieris est rectè domum gubernare, dum curat domestica, & obedit viro. Vel sic dicamus, quod ultrius uiri sit, rectè gubernare Rēp. Mulieris uero domum.

Verba debent aliquid operari. l. si quando. ff. de leg. j. c. si Papa de priuil. in vj. alias talia erunt, quales sacerdotum cantus, mortuis.

Vox vulgi olim pingi solebat alata, oculis plena, multarum aurium linguarumque, quod multo plus dicat, quàm videat & intelligat. Nec secus ab ore uulgi procedunt uerba, quàm colores ab arborum folijs, uel herbis.

Zeugma coniugatio est (ut dicunt Grammatici) quod omnia uno contineantur iugo. exempli gratia. Ex paupertate industria nascitur, ex industria opes, ex opibus superbia, ex superbia paupertas, ex pace opulentia, ex opulentia superbia, ex superbia dissidiū, & simultas, hinc bellū, ex bello uero pax.

Zodiacus æquator appellat equidialis, & æquinoctialis. Christi simbolū, vt dixi in libello, qui Zographia inscribitur, quippe quod per omnia eiusdem figna, diuersa operādo discurrit, qui sit benedictus per secula, adiuuet nos semper, protegat & tueatur.

F I N I S.

EXORNATVS LOCVS IVRECON. IN L. VBI *repugnantia (præter aliàs dicta) ff. de regu. iur.*



DICIT ALIBI IVRISC. in l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. quod ubi repugnantia in testamento inueniuntur, neutrum ratum erit, ex quo stare simul nō possunt. Nec ab re (ad de ta) sic etiam dixit Plato in lib. de legi. Arduum fore scilicet, aduersus duo pugnare, & maxime contraria. Vsque adeo vt expulsio vnius sit alterius introductio. argumentum in l. cum prætor. ff. de iudi. & in c. nonne de præsump. sic Luc. si in digito Dei eijcio demonia, inquit, profecto peruenit in vos regnum Dei. Et alibi quod ens opponitur non enti, & vni multitudo, Dionysi. Areopag. de mysti. theo. Et si fuerint adhuc duo mandata contraria in diuersis literis, neutrum exequi debebit, alias si in eisdem contrarietas inueniatur, finis corriget principium l. si tibi. ff. si cert. petatur Bald. in cap. sanè nume. 2. de offic. dele. dicimusque etiam quotidie, quod libellus, repugnantiam continens, nō procedit neque admittitur. exempli gratia, peto rem ad me pertinentem, iure dominij & quasi, & sic copulatiue, quoniam si disiunctiue aliàs, valebit vbique, & sustinebitur cap. Abbate sanè de verbo. sig. in vj. not. in §. sed iste, instir. de actio. Dyn. in cap. nullus pluribus de reg. iur. in vj. Prat. Papien. in for. lib. in actio. rea. verbo iure dominij, colum. xj. Et quo ad regu. pulcherrimam disputat quæst. Curt. Iuni. in feud. vi. col. iii. par. vii. sed dubito, nanque nil & aliquid, sunt contraria, inque tabella vna, nihil est scriptum, altera aliquid continet, scripta sine dubio stabitur. l. si binæ. ff. de iniust. testamen. ergo non erit verum, quod dicitur in præallega. l. vbi repugnantia, neutrum repugnantium ratum esse. Sol. nihil, contrarium non habet, ea de re, si quis vellet reprobare puram negatiuam per contrarium, non posset, quia non ens non habet obicem, ita Bald. pulchre in cap. sane 1. nume. 2. de offic. deleg. præallega. in cæteris suo loco diximus satis, hoc est in dicta. l. repugnantia quam si expedit, sique volueris, ad tui libitum vide.

Ad vulga. dictum l. isti quidem. ff. quod met. cau.



VLGO dicitur pater plus diligit filium quàm seipsum. l. isti quidem ad fin. ff. quod met. cau. quem tex. sic inducit & ad idem Corn. consi. cclii. nume. 1 1. volumi. iii. & consi. cccxxi. nume. 7. eod. lib. Adde quod bonum etiam consilium pro filio capiet. l. nec in ea. ff. ad legem Iul. de adul. quodque ob hoc non præsumitur iocosa, vel adulatoria, seu perfunctoria deliberatio eiusdem quando testamentum facit inter liberos, inquit idem Corn. consi. cxviii. col. iii. uol. iii. & consi. xxxv. col. i. uol. iiii. quod nec filia dicere potest se incongrue dotatam. Et in simili text. in l. fina. C. de cura. fu. quod nullus affectus inuenitur, qui uincat paternum. Idem Corn. in loco præallega. & consi. clxxxv. col. fi. eo. lib. Et alibi quod naturalis stimulus, urget patrem, ad cogitandum de liberis, in præallega.

consi. cxviij. & probatur in l. amicissimos. in §. fin. ff. de excusa. tuto. Odor de gli odori ne è il pane (dicunt quidam lingua Italica) sapor de i sapori il sale, & Amor de gli amori il figliuolo. Agesilaus enim aliquando arundinem pro equo conscendit, sic cum paruulis filiis suis colludens, videntique id, & forte ridenti, ne cui dicas (ait) priusquam liberorum parens factus sis.

Breuis cum amplificatione declaratio, l. vbi aút non apparet, ff. de verbo. obli.



IN l. vbi autem non apparet, ff. de verbo, obli. ibi bono melius &c. colligitur. bono melius inueniri. Comparatiuumque præsupponere positiuum, seu relinquere ipsum in termino, vt etiam inquit Corne. consil. cij. col. secunda, vol. primo, & consil. clxij. numero decimo, eodem lib. & consi. cccxxij. col. sexta, vol. tertio. Adde factum iam tritũ sermone prouerbium ἄλις δρυός hoc est, Priscos inuentis frugibus, glandes neglexisse. quod etiam Poe. lyricus lingua nostra Italica sensit dicens.

Simile a quelle ghiande
Le qua' fuggendo tutto'l mondo bonora,

Bonum est rursus hominis simpliciter, domus melius, Patriæ vero optimum.

Clandestinitatem odiosam fore ostenditur.




SI matrimonia, sponsaliaque clandestina, prohibita fuerunt in sacrosancto Concilio Tridentino, non mirum est, quoniam dolo carere non videntur, vt inquit Bald. in l. fin. in princip. ff. de ritu nup. vsque adeo vt sic contrahentes contumaces etiam appellentur ibi. Verum obseruãdum est, ad idem Traiani temporibus Euaristũ Pont. clandestinam despõsationem pariter prohibuisse, sic dicta tunc, si forma, capitulo cum inhibitio, eodem titulo, seruata non fuisset, & vt fusius declarant Regien. consil. decimoquarto, numero decimo, vol. tertio. deque clandestinitate multa Feli. in c. cum quidam. col. iiij. & v. de iureiur.

Ad vulgatum illud. sæpæ solet filius similis esse patri.



APVD Rhetores notissimum id vnũ est, tum à patria, tum à parentibus, in genere demonstratiuo (quod ex tribus, præcipuum maximumque est aliquem laudari, aut vituperari solere. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de edil. edic. notius illud, sæpe solet filius similis esse patri, de quo ibi etiam gloss. & hinc dicimus ob id, quod homo creatus à Deo præsumitur bonus, fuitque verbum Iacob. de Belui. per istum text. signanter & alia iura ad idem in authen. de mona. in prin. col. secunda. Verum aduertendum est, quia dixit glo. præallega. sæpe, & non semper, ipsaque experientia docet, magistra rerum efficax. cap. quàm sit. de electio. in vj. & aliud vulgatum adducit, quod non potest mala arbor fructum bonum facere, exemplo comprobandum, ex quo plerumque sapiens vir, dementes gignit filios, vt Commodum, monstrum illud ingens, & Bassianum, Septimius, & similes. Et ad propositum dicebat Plato, quod ex duobus bonis bona nascitur proles, ex duobus vero malis mala, ex bono & malo, neque omnino bona, neque omnino mala, nõnihil in c. conquerente. de fil. prę́sbit. Et lib. ij. Odisseæ Home. quòd pauci filij sunt patribus similes, multi peiores, pauci meliores. Nec ex squilla rosa nascitur. Nec ex tribulis ficus. Nec ex sentibus vua. Nec liberi ex ancillis. Nec ex improbis parentibus filij probi. Nec ex præceptoribus indoctis, eruditi discipuli, vt ipse fusius.

Quare in omni Traiani numismate, inscribantur verba hæc. S. P. Q. R. optimo principi.



TRAIANVS IMP. nihil non venerationis meruit & viuus & mortuus, namque Romæ (mitto quod militarem gloriam ciuilitate & moderatione superauerit) & per prouincias æqualem se omnibus exhibebat, amicos salutandi causa frequentabat, vel ægrotantes, vel cum festos habuisset dies, conuiuia cum eis indiscreta vicissim habebat, sæpe in eorum vehiculis sedebat, nullum Senatorum læsit vnquam, nihilque iniustum ad augendum fiscum agebat, imò amicis culpantibus, quod nimis circa omnes comis esset, respondit, Talem se esse Imperatorem, quales sibi esse priuatos Imperator optasset. nimirum igitur si eidem à Senatu multa decreta sunt, tum maxime illud in primis, quod optimus diceretur, tuncque cum Artamiserim Regem, mulcta pro meritis & magna quidem (cognita eius causa) affecisset, sique in eius numismatibus, Senatus auctoritate, inscribebantur verba hæc. S. P. Q. R. Optimo principi. Imò quod in Senatu adhuc post ipsius mortem, principibus acclamari solebat, *Ne sis fælicior Augusto, ne melior Traiano*. hic rursum (vt inquit Dion) cum populo humaniter, cum Senatu honorifice versabatur, charus ciuibus, hostis formidolosus; Quid quod optimus etiam, cum Portum in Anconæ

conæ situ excitasset sic inscriptus, exciso marmore, reperitur.

Imp. Cæsari Diui Neruæ F.
Neruæ Traiano Optimo Aug.

Ad regu. l. in fundo. ff. de rei ven. pulcherrimum Adriani exemplum.



ALITIIS HOMINUM obuiandum est. l. in fundo, ff. de rei vend. Clemen. prima. de vsu. Imò quod lex idem fieri Reipub. interest, vt inquiunt Bononien. consil. quinto, numero decimonono. pulcherrimoque Adriani exemplo tantum præter alias dicta alibi à me, cõprobari potest, qui (vt in eiusdem vita legitur) cum cuidam canescenti quiddam negasset, eidem iterum petenti. Barba capilloque infectis respondit, iam hoc quod patri tuo negaui, tibi concedi nunc, nec æquum, nec rationi consentaneum esse puto. quod sanè audiens miser erubuit, tacuit, & à Principis conspectu statim discessit.

Cur fiat delictorum punitio.



VNITIO fit propter exemplum, l. si quis aliquid. §. qui abortionis poculum. ff. de pœn. l. omne delictum. §. qui in acie, ff. de re milita. l. exemplo. C. de probatio. l. sub specie. C. de re iudica. Et vt pœna vnius sit multorum metus, l. aut facta. §. finali. ff. de pœn. l. bona fides. ff. deposi. l. prima. C. ad legem Iuliam repetun. nouissimè addendum putaui, quod est quædam vindicandi ratio, quam Græci altter παράδειγμα vocant; exemplo etiam patres filiis esse debent ad propositum de quo supra, quoniam si damnosa senem iuuat alea, ludit & hęres.

Pusillarua, paruoque eadem mouet arma fritillo. Vt Saty. inquit.

Ad §. qui mandatam, in l. prima. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. declaratio.



OGITA quo modo sic Papi. huiusce legis autor, hic Paulum citat, Ipsius Papi. auditorem, vt in eius vita legitur. & nimirum esse dicas, quandoquidem honoris gratia id faciant præceptores, ingenij fœlicitatem admirati, eosque auditores miris efferant laudibus. Imò plus quod eorum quanquam adulescentum aliquando auctoritate vtuntur, qua suas confirment opiniones. Ecce quod alibi idem Paulus, sic Celsi adulescentis auctoritate vsus est pariter, in l. si seruum, in §. sequitur. ff. de verbo. obli. Mosq; inoleuit, si responsia discipulorum nostrorum contingat nos subscribere, interdum sic dicamus. Ea de re in sententiam Excellentiss. Iureconsul. Horatij Lucij Calliien. olim acutissimi discipuli mei, concurro etiam ego.

Eoque magis quia non modo idem Paulus Papiniani Auditor fuit, sed etiam (ille enim sublemissima prætoriana præfectura fuerat decoratus, à Septimio Seuero. §. ne autem, in proœm. ffforum,) & sic existimationis tantæ, vt non erubuerit Papinianus, in dicto §. qui mandatam, dicere, eundem Paulum, mandata iurisdictione legatum proconsulis animaduersionem non habere, prudenter adnotasse.

Quid sibi velent verba posita in l. à testatore, ibi Claudius magno ingenio &c. ff. de cõd. & demon.



VO SOLENT vulgo dici, quorum vnum est quod conditio nihil ponit in esse, vel quod in dispositione non sunt conditionalia, seu quæ sunt in conditione, vt in l. à testatore. ff. de condi. & demon. Alterum vero quod conditio debet adimpleri in forma specifica. l. qui hæredi. l. Meuius. ff. eodem, modo dubitatur quid voluerit dicere ad fin. Sceuola, in d. l. à testatore, ibi Claudius magno ingenio (beneuolentiam enim captat ab ipsius persona) de iure aperto respondit, cum potest dubitari an in proposito conditio esset. Et respondetur breuiter nil aliud dicere voluisse, nisi verba illa, acceptis nummis centum, fore conditionalia, non modalia, quanquam vt coniunctione vtatur, hoc idemque indubitatum esse eo in casu, apertumque ius, de quo tamen poterat dubitari. Et cum ita sit amplius, cumque deberet impleri in forma specifica, & sic à Titia, ea mortua impleri non poterit per eius hæredem. d. l. qui hæredi. d. l. Meuius. & consequenter hæredia portio, grauati, sibi manebit, nec amplius ad aliquam restitutionem tenebitur, ex quo à Titia nummos centum (vt testator iusserat) non accepit.

Argumentum ab ethymologia vocabuli, quomodo procedat.



OMMVNIS INTELLEctus est ad tex. in l. ij. in §. appellata. ff. si certum petatur, quod argumẽ. ab ethymologia vocabuli negatiue procedat, affirmatiue autem non. non est testatio mẽtis ergo non est testamentum, non fit de meo tuum ergo non est mutuum, non est doni datio

ergo non est donatio, vt insti. de testamen. in princ. & in dicto §. appellata. & in l. Senatus. ff. de dona. cau. mor. Et quod affirmatiue non valeat ea est ratio, quia ethymologia est generalior, arguere igitur de genere ad speciem ineptū est, nec valet si dicatur animal, est ergo homo, est testatio mentis ergo est testamentum, ex quo maxime differunt, & legatum ac fideicommissum testatio mētis est, & tamē neutrum testamentum est, & idem in codicillo dici potest. l. si idem. C. de Codicil. & sic de singulis. Imo plus dico, quod etiam affirmatiue sumptum valebit si non repugnet diffinitio vel auctoritas. c. cleros. xxj. d. c. cum secundum, & ibi not. Abb. in ij. colum. de præben. Bart. in l. j. ff. de testa. Cur. Iun. olim collega in feu. par. j. quæstio. vij. colum. i. Idem Abb. cōs. lxxxii. col. i. volu. i. & dixi etiam ego in d. §. appellata.

Insula domus erat olim.



QVOD dicitur in l. si insulam, & alibi sæpe. ff. de verb. ob. demum intellige, ex quo fit vt nō ab re hinc quoque Spartianus, grauissimus autor, testatus sit, olim insulas. 40. Romæ incendio absumptas fuisse. Et in Iulio Cæsare Sueton. insularum. i. domorum dominos dicit, nec intellexit Accur. in l. iii. in §. i. in glos. insulis. ff. de offic. præfecti vigil.

Quanti faciendus sit Egregius Artifex.



NEMINI me alibi dixisse multa, ad ornatum. l. ad bestias ibi roboris & artificii. ff. de pœn. quod viris excellentis virtutis, tametsi improbis & delinquentibus, ignoscendum est, sicuti mitiori pœna distinguēdi nobiles à plebeis & honestiores ab humilioribus, vt in l. si quis aliquid in §. qui nondū. ff. eo. nouissime id pulcherrimo Seueri exēplo, comprobamus, qui capta Anthiochia Priscum Nicæum quēdam (erat enim is machinarum egregius artifex) reū accusatum cognita eius virtute non modo absoluit, verum eius opera etiam subinde est vsus.

Qui periculum amat in illud incidit.



NOTA est Iure Con. sententia dicentis, in l. ii. in §. si quis tamen. ff. si quis cau. quod non est succurrendum ei qui se in necessitatem posuit, & in periculum. adde, quod ob id non actus virtutis est, non fortitudinis, vel magnanimitatis, sed temeritas potius quædam, vsque adeo vt nec Empedocles laudandus sit, qui sibi ipsi mortem consciuit, non Sceuola qui manum in igne accendit. Oportet igitur vt sit actus virtutis & fortitudo, quod ad debitum tendat finem. alias (vt dixi & repeto) temeritas erit, & firmat etiam q. i. nume. 18. Boe. de seditio. Est verum vltra quod Aethiopes sibi mortem consciscunt, misso sibi mortis signo criminis reo, ex quo neminem damnatum morte puniunt, nefas putantes exilio mortem commutare, vnde filius alias (vt Diodor. Siculus ait) qui à matre fugere cogitabat, ne suis esset dedecori, Zona strangulatus est.

Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui.



EXORNATA à me aliàs est regu. l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi. quę est quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui. nouissime adde quod Sanson Philisteos occidere potuit & noluit, voluitque postea infringere torquem qua fuerat ligatus, & non potuit, hilto. nota est. hæcque verba dicunt voluntatem & potestatem sibi inuicem aduersari, quæ duo sunt humanorum actuum radices atque perfectiones cap. cum super & ibi Bald. nu. 2. de offi. de.

De Symbolo debitoris latitantis.



SI QVIS stipulanti spoponderit, sanum esse, furem non esse, non vespertilionem, tametsi quibusdam videatur, stipulationem inutilem esse, vtilis est tamen ex quo stipulantis interest horum (inquit Vlpianus) quid esse, vel quid non esse, in l. si ita quid. ff. de euictio. nec dubito, vespertilionem autem posuit pro debitore latitante, qui soluendo non sit, sensitque etiā Alciat. lib. iiij. de verbo. signi. colum. iii. sed cogita tn, sicuti sanum dixit & furem quod ita quoque debitorem expressisset. Vnde in Pandect. Iulian. Vispellionem, non vespertilionem legimus, in illis Haloand. vero, vespillonem & melius, quia nullibi Vispellionem scriptum inuenimus. at quoad istud quoque cogitandum est, parum facere, cum vespillones, seu vespiliones sint (vt Sex. ait eod. titu.) qui funerandis corporibus officium gerunt, quique vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt, quid ergo ad rumbum (ut uulgo dicitur) sic legi debere, dēque his intelligi. Quibus fit ut Versipellem legamus, & sensus sit, sanum esse, non furem, non Versipellem, quem sic stipulanti spopondisse, quadratque ad verbum præcedens, quoniam pro astuto & callido simulatore poni solet. Hinc in Amphit. Plau. Eccum Iup. in Amphitriōnis vestit sese imaginem, omnesque cū esse censent serui, qui vident, ita Versipellem se facit quaudo lubet. est bene verum, Vespertilionem latebris & occulto secessu gaudentem significari, simbolumque

simbolumque fore (vt diximus) debitoris latitantis, si formica tamen alaque vespertilionis pingatur, non vespertilio tantum. quippè quod ea est inter hosce naturæ discordia, vt si ala tantum vespertilionis, cauo formicarum apponatur (autor est Valerianus de Hieroglyphicis Aegyptiorum lib.xxv.) nulla earum foras egrediatur.

Argumentum à multo magis valere palam est.

PROPTER vnum quodque tale & illud magis inquit Philosophus, & nos quod argumentum à multo magis valet, frequens est, & probabile, auth.multo magis. C. de sacrosanct.eccle. l. quanto magis. ff. de iureiur. l.prima.in prin. ff. ad Velleian. Adde exemplo posse comprobari, quia si plectitur qui dat alapam alteri, quid commeretur qui in famam alterius debacchatur. Et Centurionis qui à Christo puerum suum sanari volebat, Matth. viij. ibi. Nam & ego homo sum, sub potestate constitutus. habens sub me milites, & dico huic vade & vadit, & alij veni & venit, & seruo meo fac hoc & facit, ergo quanto magis tu domine (volebat dicere) imò dixit in illis verbis. Domine non sum dignus (obtulerat se prius Iesus, dicens pariter, veniam & curabo eum) vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.

Summa ratio est, quæ pro religione facit.

QVANQVAM regulare sit in alienatione bonorum minoris, non valere, absque iudicis decreto. l.magis puto. §.ne passim. ff.de reb.eo.id tamen minime est necessarium in translatione bonorum adulti, quæ fit in monasterium, propter professionem quam facit, religionis fauore, argumentum in l.fi.C. de sacrosanc. eccle. & in l. sunt personæ. ff.de religio. & sump.func. not. in auth.ingressi.C. de sacrosanc. eccle. & in specie Ro.in auth.similiter, col.viij.C.ad legem Fal.

Principatus diuisionem non patitur.

DIGNITATES & Principatus diuidi non posse, plusquam certum est, c. j. §. præterea, de prohib.feu. alie. per Fed.in vsib. Adde ob id qđ non ab re Phoca Albanorum Rex, Amulio, & Numitori filiis suis, regnum annuis vicibus reliquit. Cumque Tyberius Augusti successor imperium diuidere vellet, Asinius Gallo respondit principatum diuidi non posse. Vnde Philosophus, entia nolunt male disponi, pluralitas principum odiosa, vnus ergo princeps. capitulo in apibus. septima quæstio. prima, not. in l. fin. ff. de hæred. instituen. Ias. in l. licet Imperator. numero tertio, ff. de lega.primo. vulgatumq; distici carmen est.

Non opus est multis, sed Princeps imperet unus,
Rex unus, cui sceptra dedit, uenerandáq; iura.

Et Euripidis sic pariter dicentis.

Andomache,
Neque enim in vrbibus
Duo Imperia
Facilius possunt ferri vno.
Est onus supra onus.
Et seditio ciuibus.

Vbi sunt diuersi duo artifices in hymnis, Musæ solent facere discordiam. diximusq; nos etiam alibi satis.

Vnde seculares ludi dicti fuerint.

SECVLVM, centum annorum spatium est, & longissimum vitæ hominis tempus, vulga. l. fin.C.de sacrosanc.eccle.allega. etiam supra, vnde fit vt ludi seculares hinc fuerint appellati, à seculo scilicet quippè quod centesimo quoq; anno celebrari solebant, vel à sene, ratione supra dicta, instituti vero à Valerio, post exactos Reges, de quibus nonnihil etiam Plin. naturalis historiæ septimo Stephanionem quendam referens, qui primus togatus saltare instituit, illisq; Diui Augusti, & Claudij, consulatu quarto, saltasse. quos aliquando celebrarunt, & post eos Domitianus, & Septimius Seuerus. & Philippus primus in circo maximo, in quo magnus belluarum numerus occisus est, milleq; gladiatores & amplius (vt in vita ipsius legitur) acriter pugnarunt.

De Dominio ad quasi, non fit extensio, aliquo casu.

TRADITIONIBVS dominia rerum transferuntur, l. traditionibus. C. de pac. regulareq; est, non generale vt ibi not. & maxime, quia dominium acquiritur Ecclesiæ, absque traditione, præallega. l. fin. C. de sacrosanc. eccle. & est simile in fideicommisso, nanque iura in fideicommissarium non transeunt, nisi facta restitutione. l. j. l. restituta. l. facta. ff. ad Treb. & tamen hoc idem fallit in pia causa. d.l.fin. Corn. late cons. cccvij. nume. 13. vol.iij. & consil.cxxxij. col.ij. vol. iiij. Sed dubitatio est quid in quasi dominio, quia idem dicendum videretur & longe magis, tamẽ contrarium verius est, scriptaq; lex in dominio, ad quasi dominium pro quo datur Publiciana nõ extendi argu. in l.si vero. in §.de viro. ff.sol.mat. Prat.Pap.in for.libel.in actio.reali.ver. Iure dominij, colum. x. Adde quod dispensatio legis est, quo ad quid facta, ad aliud non extendenda. l.si non lex Aeliascentia. & ibi not. ff.de hę.insti.

argumentum in l.cum propter. ff. de lega. præstan.& in c.consuluit.de iudę. dixi ego late in d. l.si non lex Aeliascentia,in collectan. ex quo est etiam stricti iuris,desideratq; verborum expressionem,& breuiter tantum valet quantum sonat c.cum dilecto,de consangui.& affini.c.is qui, ad fi.c.j.de fil.pręsbit.in vj.Feli.in c.postulasti.col. vij.de rescrip.Bal.in l.Barbarius. col. iiij. lectu. j.ff de offi.præto.Boer.cons.xxvj.nu.7.

Ad §.iuris præcepta, insti. de iusti. & iure, nonnihil.

DVplex est diffinitio, quædam essentialis, & quædam causalis. essentialis illa, quæ constat ex genere & differentiis, vt Iustitię, doli, testamenti, tutelæ, & similium, de quibus insti. de iusti. & iur. in prin. & in l. j. in §. dolum. ff. de dolo, & in l. j. ff. de testa. & in l. j. ff. de tutel. Causalis vero quæ ex illis quattuor causis constat, efficienti, formali, materiali, & finali. ex quo fit vt essentialis Iustitiæ etiam ponatur in loco præallega. Causalis vero, siue causæ finalis potius in §. iuris præcepta, institu. de iusti.& iu. ibi ius suum vnicuique tribuere. quoniam iustitia virtus est, quæ reddit vnicuique quod suum est, & ita de bo. pos. dici potest. l. iij. §. bonorum. & §. acquirere. ff. de bo. pos. ibi essentialis, hic ab effectu.

Quid Vitte verbum sit.

DIcit alibi Iurecon. inl.argumento,in §. mundus. ff. de auro & argen. lega.qđ mūdo muliebri(præter cætera)cōtinētur Vitte.nesciens ego quid sibi Vitte verbum velit, sic duplicato, t. inscriptum ibidem, nisi fasciam intelligamus, quoniam hinc l. Metellus, in Metellorum familia. Vittatus appellatus est, à Vitta, qua vlceris tegendi gratia,frontem obligabat.scituq; dignum est & notandum.

De pœnis secundo nubentis.

QVoniam in l. fœminæ.C.de secund. nup. & in §. hinc nos, in authen.de nup.pęnę ponuntur mulierum ad secunda vota transeuntium & sic matris vt præcæteris (si intra annum luctus hoc faciant) successione filiorum priuentur, de patre nihil,potuissetq; dubitari, ea de re idē in eo esse dicas determinandum, tum quia æqui parantur, tum quia sunt correlatiua,& connexa, & in vno dispositum sine controuersia intelligi quoq; debet (quanquam expressum non sit) dispositum in alio,& sentit Bar.in l.j.C. de secun. nup. & vltra eum pulchrè ac in terminis Areti. consil. lxxij. colum. secunda.

Quo modo intelligatur regu.tempus non esse modum neque in ducendæ, neque tollendæ obligationis.

GEneraliter dicemus quod tempus nō est modus, neque inducendæ, neque tollendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & obli. Veruntamen non sic generaliter intelligendum est, sed quod ex se non tollit,verum hominis facto sic.l.ij.C.qui admi.& in homine ligato, siue soluto exemplificat Bal.in l.illud. C. de lega.& bene,col.ij.dic vt per eum.

De Falcidia nonnihil.

FAlcidia in iure nostro tripliciter assumi potest. prout detrahitur ex legatis particularibus, & tunc proprie, vel ex fideicommisso vniuersali, & tunc impropriè, & pro legitima, & isto casu impropriissimè, fuitque declaratio pulchra in authen. similiter, colum. lix. C. ad legem Falcid. Adde tu quod à P. Falcidio, Tribu. plebis, lata est, eo tempore (autor est Dion, in Augusto) quo M. Antonius Lepidus, & Octauius imperium diuiserunt.

Libertas inæstimabilis res est.

NOn ab re dicitur in l. libertas. ff. de regul. Iur. quod libertas res est inęstimabilis, ex quo seruitus mors est. l. seruitutem. l. quod attinet.ff.eodem titulo. Et quia libertate reuertimur ad illud primæuum ius quo omnes liberi nascebantur,vt institu. de liberti. in §.primo.quod etiam fauorabile solet reputari. cap. statutum, vbi gloss. numerandum. de præben. in sexto.Et hac de re forte præbere auctoritatē manumittentibus, non competebat iure magistratus. l. prima. l. an manumittere. ff. de ma. vindi. l. fina. C. de vind. lib. l. secunda. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. dixi late in l. prima. ff. eodem. in glo. magistratus.

Sufficit pro ratione voluntas.

SVfficit quandoque pro ratione voluntas: In hocque, hoc est in sic volo sic iubeo, communiter statuta fundata videntur, vt inquit Bald. in cap. primo.de alie. feu. in vsib. Et hac de re quia voluntas scilicet à principio, erat lex & ratio, usque ad tempus Valerij Publicolæ, appellare non licebat, nec potest ratio reddi, cur Deus Petrum elegerit, à quo ter negatus fuerat, uel persecutorem Paulum, aut Balaam Idololatram,nisi quia sic voluit,vnde ad Corinth. idem


Pau,

Pau.hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus,diuidens singulis prout vult.

Filius portat iniquitatem Patris aliquo casu.


N crimine læsæ maiestatis,filius portat iniquitatem patris l.quisquis.C. ad legem Iul.ma.& ita omnes tenēt dixique ego alibi satis , sed nouissime quia posset dubitari, quid in filijs naturalibus,dic idem,ita Alber. in l. filium.ff. de his qui sunt sui vel alie.iu.& Marti.Laud.in tract.de cri. le.ma.q.xx. quāquā Romanis mos esset, filios à pœna liberare quocunque crimine patres deliquissent .


Ratihabitio mandato par est.


V L G A. regu. est,quod ratihabitio æquiparatur mandato l.fi.C. ad Macedo.declara tu verissimum esse, si interueniat tempore debito. l. bonorum & ibi Bar.ff.rē ratā hab.Prat. Pap.in for. responsionis rei conuen. ver. Simoninus col. ij. plus dicit Bald.in c.cum dilecta nume.13.de rescrip.quod tria requirit,ratificantem, actum ratificationis,& rem ratificabilem,alias non æquiparabitur mandato.& in l.j.col.ix. C. qui admi. quod quantum ad effectum actus , assumit sibi mandati naturam.Verum cogita, spacio decennij lapso ratihabitionem præsumi, vt per glos. in d.l.j.C.qui admi.& in l. si filius.C.de peti.hæ.& in l.qui in aliena in §.j.ff.de acqui.hæ. & in l. fi. ff.de bo.po.Et tamen non præsumetur mandatum vt per Alex.in d.l.qui in aliena col.iij.

Legata illico ab hæredibus sunt soluenda, quo voluntati testatoris satisfiat,vt pium est & rationabile.


E G A T A illico soluenda esse ab hęredibus , è quorum manibus regulariter capiuntur.l.j.ff.quo. legato. pulcherrimo admonemur exēplo. Augustus enim populo pecuniam legato facto reliquit,quā illico nec soluit Tyberius filius successor Imperij, & hæres, nec soluere cogitauit , moritur Germanicus alter Augusti filius,in cuius aurem insusurrauit quidam, dum efferretur, nescio quid,rogatus deinde à præsentibus, quid ei dixisset,vt Augusto referret, populum nondū pecuniam accepisse sibi relictam respondit.

Salus hominum est delicta puniri.


E L I C T A non esse impunita , reip. interest, vulga. l. ita vulneratus ff. ad legem aquil.c.vt famę de sentē. excō. Adde plus, quod hominum cætus saluus esse nō potest, vbi mali non castigātur, nec secus quàm ægrotus cuius pars nisi medicina sanetur,in reliquas eiusdem partes morbus diffundetur. dixique alibi satis. Adde tamen nouissime text. in l.prouinciarū. C. de fer. & in l.cōstitutiones. ff. de ap. Bald. in c. qm̄ contra nu.64. de proba.

Ex pecunia dotali emptum dotale non est.


I QVID ex pecunia dotali ematur,non propterea dotale dicitur , vt id ēt sit mulieris l. ex pecunia dotali.C. de iure do. Corn. consi. xlj. colum.i.volumi. iii. quod tamen verum est, declarationēque recipit, nisi aliter actum sit inter coniuges,mulierique expediat.l.res ex pecunia. l.ita constante.ff.eo.not.in d.l.ex pecunia,& ita tandem post multa,concludit idem Corn.in loco præallega.colum.fin.ad fi.& facit vltra eum, quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l.i.§.si conueniat.ff.depo.l. legem.C. de pac.l.contractus.ff. de regu. iu. l. in re mandata.C. man.

Legati sancti esse debent .



I X I M V S alibi satis,quod Legati sancti(hoc est inuiolabiles)esse debent.l.sanctum.ff.de rerum di. Adde nouissime tamen, oratorē quondam Venetorum ad Emanuelem Imp. missum, questumque ab eo iusgentium violatum fuisse, tam diu coactum,æra candentia aspicere, donec luminibus orbaretur.Legati quoque Ro.olim ad Boios missi,violati.Et à veientibus bello irritatis,interfecti,quorum statuę in rostris ob honorem tunc positæ sunt. pulsatiue etiam à Tarentinis,& ab Illyriis primo bello punico, regnante Teuca muliere, securi percussi.& cū Ro. rursum conquesti ad eam P. Iuni. & T. Coruncanū misissent, cumque liberius fuisset alter locutus, Reginę iussu in itinere interfectus est , nec secus à Fidenatibus (histo.nota est)actum fuit.

Tacens consentit .


R I T A est regu.tacente vtique consentire l. qui tacet.ff.de regu.iu.l.ij. §. voluntatē ff.sol.mat. quam Euripid. testimonio sanè pulcherrimo, comproba,sic in Iphigenia dicentis.

Illud tuum silentium est signum confitentis. ita Clytemnestra Agamemnoni marito.

De Remediis aliquem compellentibus.


V L T I P L E X remediū iuris est,quo quis compelli potest ad aliquid , primum nanque est,manus militaris l. qui

restituere

restituere ff. de rei uend. ad cuius declaratione multa alibi diximus, quæ hic nō repetimus, hoc ipsumque ꝓbat ibi, manu militari cōpellendus est. Secudū vero pœna est. Tertiū autē, pignoris captio, de quibus in l.j.ff.si qs ius di. non obtēp. & ibi ēt diximus. Itē quartū & vltimū, iuramētū in litem, contra dolosum, de quo rursum habetur in l.j. & toto ti.ff. de in lit. iu. & per glo. in l. à possidentibus. C. de rei. ven. nouissime tamen adde Prat. Pap. in for. lib. in actio. rea. ver. condemnetis col.j. & dic verificari tunc, id omnibus notum, nostra interesse habere plura remedia, & plures actiones quibus nobis succursum sit l. nō est nouum ff. de ac. emp. l. cum filius. §. uariis ff. de lega. ij. l. quod in hærede. §. eligere. ff. de trib. ac. not. in l. edita C. de eden.

Ad §. qui mandatam. l.j. ff. de offi. eius cui man. est iu. aliud notandum.

STANTIBVS his quę dicuntur in l.j. in §. qui mandatam ff. de offi. eius cui man. est iu. & in l. solet. ff. de iu. om. iud. qđ qui mādatā iurisdictionem habet, nihil proprium habere dicitur, sed vti iurisdictione mandantis, mirum videtur præ ceteris, quod Christus tradiderit potestatē Apostolis, faciēdi miracula vltra naturalem rerum facultatem, legem, & ordinem, qui propria potestate, & solo imperio & in instanti sępe, faciebat. Cogita.

De stipulatione consideranda in triplici differentia:

STIPVLATIO aliquando & fere semper, vera est & expressa, quæ fit verbis interrogatione præcedente, & in continenti responsione subsequēte, de qua in l.j.ff. de ver. ob. aliqua autem præsumpta. deque ista. in l. cum ostendimus. ff. de fideiusso. tu. alibi à nobis sæpe explanata. Et vltimo loco ficta in l.j. in prin. C. de rei. vxo. actio. præsumptioque & fictio legis est, veritas autem & expresio, ab homine proueniens, & ad sensum patet.

Trifariam præsumptionem consideramus pariter.

DVO hęc maxime differre uidentur probatio, & releuatio ab onere probandi, nanque iuramentum non est probatio, nec confesio, sed releuatio ab onere probandi l. sed & si possessori. §. si cū de hęreditate l. cum qui. ff. de iureiu. not. Deci. plene in rub. de proba. Adde ad propositum, trifariam quoque præsumptionē posse cōsiderari, hominis, legis, iuris & de iure, vt inquit Bal. pulchrè in c. bonę per illum tex. nu. 2. de electio. deque materia alias in l. antiquæ. C. ad velleia. & in c. iuuenis de sponsal. hominis, probatio non est, nec releuatio ab onere probādi, legis autem releuatio sed non probatio, iuris & de iure vero, probatio simul & releuatio. primo quod ad hoc allegatur, & probat tex. in dicta l. antiquę, præsumptionē hāc, nō admittere ꝓbationē in cōtrarium, qđ ad dicta Bal. in d. c. bonę addendū est.

De negatiua & confessoria ad. §. ęque insti. de actio.



EVENIT plerumque, ut quis ius suum persequatur, quandoque vero id quod habet in alieno, nonnūquā autem pro eo, quod habet in publico. pro iure quod habet in suo, puta libertatis, habet quoque negatoriam, pro eo uero quod habet in alieno, habet confessoriā §. ęque insti. de actio. & si habeat denique in publico, puta colligendi pedagium uel guidagium, de quibus in c. super quibusdam in §. prętereа de ver. si. dubio procul iudicis officium intentabit, tradit Bal. in c. querelam nu. 4. de electio.

Appellatio omnino admittenda.

DICTV mirabile est, calamo non occludendum, quoniam appellatio iniquitatem uel imperitiam iudicantium, corrigit, vt dicitur in l. prima, in principio. ff. de ap. si à iudice non admittatur, quod hoc casu ei exequēti de facto resisti potest, ut pulchrè inquit Inno. in c. si quando, de offi. de. & Bal. in l. addictos C. de ep. aud. & Ias. in §. pœnales n. 108. insti. de actio. Et plus qđ licet ī ciuili pactū factū ne appelletur valeat in criminali tamē est secus l. non tantum. ff. de ap. tradit Bal. in c. venientes col. ij. & etiam nu. 1. de iure iu. aliquo casu tamē denegatur. & quanquam amici uel cōsanguinei, delinquentis nomine appellent, d. l. non tantum attamen appellatio eorum non suspendit pronūciatum, ex quo nec mandato admitterentur ad appellationem prosequendā l. addictos. C. de ap. Idem Bal. in c. quoniam contra nu. 64. de proba.

Tempus non est modus, sed aliud quiddam.



DIXIMVS supra, quod tēpus nō est modus neque tollendę neque inducendę obligationis, & bene, l. obligationum fere. §. placet. ff. de ac. & ob. Adde nouissime si modus non est, qđ aliud est necessario, argu. in l. Pomponius in §. j. ad fin. ff. de procurato. est igitur (ne te diutius morer) discursus naturæ quidam, qui nūquam in eodem puncto permanet. l. hęreditatum ff. ad legem fal. Bal. in c. cum causam nu. 41. de testi.

Officium

Officium Iudicis, aliquo casu non est implorandum.

VULGO dici solet, iudex non impartitur officium suum, nisi fuerit requisitus. l. iiij. §. hoc autem iudicium ff. de dam. inf. Sed nō tamē vulgariter intelligi debet, verum in casu tantum, si officium in parte resideat, quoniam si in iudice, tunc secus, nec requirendus erit, de quo etiam in l. fi. ff. de pet. hæ. Bal. in rub. de præscrip. nu. 2. id vnum quoque adiicientes, quod nec pro præsente supplet, ex quo ętatem habet. ipse igitur de se loquatur inquit idem Bal. in loco prællega. numero. 20.

Citatio minime est necessaria aliquo casu.

CITATIO regulariter in quocunq; actu necessaria est nec tolli potest. l. de vnoquoque. ff. de re iud. l. nam ita diuus. ff. de iusti. & iu. Clem. pastorã lis. de re iud. pręterquã tamē in casu, in impetratione gratię scilicet, ex quo tunc nemo citandus est, sicuti nec in casu. l. fi. C. de edic. di. Ad. tol. & nimirum quoniam donatio quędam est ipsa gratia, & liberalitas principis, quę de nullius pręiudicio tractat, & ideo nec citatio necessaria est. d. l. nam ita diuus. Bal. in c. cum olim. numero. 3. de re iud.

De facto nihil fieri debet, factum tamen aliquando prodest.

NEMO est qui nesciat, quę de facto fiunt de facto etiam reuocari debere vulga. l. minor vbi glo. not. ff. de eui-ctio. ad cuius ornatum, multa dicta fuerunt alibi nouissime tradit Bal. in c. venientes. nume. 3. de iureiu. & in c. inter quattuor. de maio. & obed. verum nota etiam nunc, quod captus de facto, & sine ordine, si soluat nō repetit l. fi. §. fi. ff. quod met. cau. idem Bal. in c. tuæ. ad fi. vt lite non cont. quodque prosunt facta de facto, tametsi regulariter noceant, si fiant pro obseruantia contractus vt idem Bal. tradit in c. ex parte M. nu. 19. de appellatio.

Ad L. iubere cauere. ff. de iu. om. iud. intellectus.

QVANQVAM dicat alibi Iurisco. in l. iubere cauere. ff. de iu. o. iud. generaliter. iubere cauere prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, Imperij magis est quam iurisdictionis. attamen scias hoc ipsum verum nō esse, canonum iure, ex quo etiã delegatus inferioris in possessionem mittit ex primo decreto. c. cum venissent. & ibi Bal. not. nume. 8. de eo qui mit. in po. cau. rei seruan.

Pro his qui ducuntur ad mortem.

DIXIMVS supra, licere amicis & cōsanguineis, & generaliter cuicunque pro delinquetibus appellare regulareque. est d. l. non tantum. ff. de ap. Adde nouissime pulcherrima Psal. auctoritate posse cōprobari dicentis sic. c. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.

Iuramentum cal. aliquo iure remittitur.

LICET iuramentum calumniæ necessarium sit omnimodo l. ii. §. quod obseruari. C. de iu. cal. l. prolatam. C. de ten. attamen in spiritualibus non iuratur, ex quo de rigore iuris introductum fuit, & quia ad idem etiam superstitio quędam est, quorum neutrum d. casu attenditur l. non erit. ff. de iureiu. & ad Heb. Paul. 1. ibi virga ęquitatis virga regni tui. & vt per Bal. in c. literas de iuram. cal. qui tamen subijcit ibi quod hodie secus est, quodque generaliter in omnibus causis iuratur, & bene, estque tex. in c. si de calumnia in §. quamuis eo. ti. in vi. Imo quod conscientiæ onus est, nec vllo modo remitti potest. cap. cæterum, & ibi Bald. ad fin. eod. tit.

Tertio prouocare quandoque licet.

TAMETSI generalem habeamus rub. nō licere in vna eademque causa tertio prouocare, de quo etiã Bal. in c. sua nobis in prin. de ap. aliquo tamen casu plerunque sic appellans admittēdus est, si per viam priuilegii, & quidem ex certa sciētia, id supplicanti indulgeat princeps, & per viã priuilegii dixi, quia si per viam rescripti secus, ex quo fraude, ac per importunitatem tunc concessum id esse videretur, et consequenter impetrãs prouocare eiusdem uirtute non posset ut Bald. in d. loco dicit. et est argumentum ultra eum in l. rescripta. C. de precib. imp. offe. et in cap. fin. de rescrip. in vi.

Nihil pręclarum est si ordine uacat.

NON ab re dicit alibi Bald. egregie, quod nihil agitur substantialibus pretermissis, quodque ordinabile uiciatur, dū omittitur ordo. Et quod denique sine ordinis compositione nihil cōstat, nihilque geritur rite ordine pretermisso, in cōsi. schismat. quod positam est sub ti. C. si quis. aliq. testa.

testa. prohib. & bene probarique videtur, in l. prolatam.C. de senten. & quia (vt inquit Philo Iudęus) ordo est consequentia, senesque rerum præcedentium & sequentium. Sapientisque ordinare atque in verbis factis,& scriptis,sic ordinate habere. Et hinc Plato quod ordinata musa, quanquā suauis non adiungatur, longe melior est quàm cùm est sine ordine.& Xenoph. Oeconomic. Iucūdissima omnia aspectu in domo patrisfamilias,si ex ordine fuerint collocata,

Nihil inconsiderate agendum est.


RVDENTIS esse animum prospicere,quod euenire potest(aiunt) ne alias se ipsum decipiat quis postea.l. si quis domum.§. j. ff.loca.l. Imo in prin.ff.de libe.cau.etiam si euenire possit,(speciali iure, de quo tñ Ias.in l. non quocunque in §.j.nu.11.ff.de leg.j.argumētūq;.est nihil inconsideratę agendum esse,seu temere rem aggredi à quoquam non debere,quod pulcherrimo duarum ranarum apollogo Aesopi Phrygis,ostēdi potest,nanque in palude pascebantur, æstate: siccata est,aliam ferebant,cæterum puteum inuenerunt,vna inquit in hunc puteum descēdamus, cui altera respondit,si aqua identidem hic aruerit,quomodo ascendemus? non igitur inconsideratę(vt dicebam)res vlla aggredi debet.

Rex legibus solutus est.


STO quod princeps profiteatur se viuere legibus velle l.ex imperfecto C.de testa.l.digna vox.C. de legi.l. princeps.ff.eo.attamen solutus legibus est,ideoque Rex,ex quo fit cum interrogasset.Cambises Persa aliquando Aegyptios,nū lex esset, quæ sororem despondere prohiberet, efficque respondissent,subijciētes postea fore alteram,dicentem regi,quodcunque placuisset sibi licuisse prima spreta, statim duxit. autor est Herodotus.

Litigator vicio non caret.


ITTO quod litigiosi vicium contraharur,efficiaturque litigiosa res, canonum iure,per solam citationē, nostro vero in actione reali per libelli oblationem, inque personali lit. contestatione clem.j.vt lit.pend.l.ij.C.de litigio. auth.litigiosa eo.tit.& ipsius effectus etiam sit, alienari non posse l.fin.C.de litigio. plene Prati. Pap. in for.respon.rei conuen.ver. exceptionem litis pēdentis quia satis est non modo rem,verum etiam litigatorem vicio non carere in eorum hominū genus detestationem, qui litibus gaudent, laudemue eorum qui ferijs delectantur. Vnde Arcas Parthenopæus Argis educatus, qui in bello thebano cecidit laudibus ornatur, & præceteris q̄d litigator non erat.autor Eurip.supplices, ibi.

Nemini erat molestus,neque inuitus vrbi,
Neque litigator erat.

Pœne nomen seu verbum generale est.


ICVTI enim pœna vocatur alibi administrationis priuatio in l.testamento centurio. ff. de ma. testa. ita vocatur pœna edicti si quis.o. causa testa.in l. Papinianus in §.quarta.ff.de inoffi. testa.& mendacij in l fin.ff.de rei ven. & in l.pen. C.si con.ius vel vti.pub.improprie tamē, ex quo proprie pœna dicitur læsio quæ punit,vindicans q̄d quisque cōmisit.c.pœnitētia de pœnit.d.iii.

De apicibus iuris aliqua.


BI de æquitate agitur deque bona fide,de iuris apicibus non est disputandum l.si fideiussor.§.quædam.ff. manda.diximus nos alibi late & maxime in lib.obseruationum vii. nouissime adde, quod inter nobiles pariter,nec disputatur, vsque adeo vt in feudis hac de re alter alteri stipuletur,quod ad longum tamen disputat Curt. Iun. in feu.pār.ij.qō.vij.col.v. & ita tandem transit, eritque not.limitatio ad regulā l.stipulatio ista. §. alteri.ff. de verb. obliga. & §. alteri, instit. de inutilib. stip.

Ad verbum refugium,positum in l.plerią;. ff.de in ius vo. aliqua.


OMVS cuiusque est tutissimū refugium atque receptaculum.l. plerique.ff.de in ius vo. & ibi atque ēt alibi plene dixi, adde tū nouissime (ut inquit Magnus Basilius & melius)quod omnia momentanea sunt & insidiosa,vnū vero tantum refugium, non domus, (vt in d.l. plerique) non ager ad idem, non pecunia, non equus vel bos, aut nauis vel currus, sed Deus iuxta illud. Deus noster refugium & uirtus in tribulationibus,quæ inuenerunt nos nimis.

Pecuniam pedibus compensare,quid sit,declaratur.


RITVM id est. debiti ad debitum compensationem fieri, præterquā in casibus,de quibus in l.fi.C.de compēsa. Sed non satis aliud notum nobis est,quod habet,pecuniam pedibus compensari, nisi sic declarauerimus, pro singulis pedibus refundi, & sic cariori precio agros emi fertiles, uiliori uero steriles. Catonisque dictum fuisse, testatur Cice.in ora.pro l.Flacco.

Non

Non semper dicere potest debitor, vulgatum Iurecon. verbum, Melius est non soluere quam solutum repetere.

SAEPISSIME dicit debitor, q sol uere recusat. Melius est nō soluere, quam solutum repetere. l. iij. ff. de compensa.l.iij.§.sed vtrum vbi glo. ff.de mino.l.emptor.ff.de aqua plu.ar.tamē adde aliquo casu hoc idem dicere nō posse, si obiiciat exceptionem falsi, quia tunc soluit præstita sibi cautione de soluto restituendo si actor succubuerit l.iudicati, & ibi ego dixi in æquilib.C. si ex fal.instru.satis, hic non aliter repetendum.

Egregia facta memoria sunt digna.

PRAESTAT quod dicitur in l.liberorū.ff.de ver.si.ad fi.ibi ut diuturnitatis memoriā relinquamus, argumētum nobis, nostri memoriā relinquendam, sobolisque procreatione perpetuari, adde illud Ecclesiast. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, quia sobolem reliquit; & memoria viuit. & illud M.T.Ci. in Tusculan. q.ibi. Romulus in cœlo cum diis agit ęuum. sicque Phocyllides dicebat. ne maneas cœlebs, ne sine memoria pereas. hocque verbo (in ęuum scilicet) vtitur etiam tex. in prohe. fforum. in §. j.& fi.& in l.fi.in prin.C.de Iude. nec omittendum est, egregia facta quoque perpetua memoria fore digna. vt Mar. xiiij. dicitur, & quod hæc fecit (de Magdalena loquitur quæ vnxit pedes Domino) narrabitur in memoriam eius.

Ponens ne sit verbosus caueat.

SI IN eodē articulo plura cumulata fuerint, alterum tamen probare non sufficit, exempli gratia testes falsum dixisse, corruptos, nāque probandū erit quod falsum dixerint, & quod ad id dicēdum inducti fuerint, & ideo caueat ponēs ne sit verbosus, vt inquit Rota decisio. vij. aliās 68. in nouis, post Archid. in c.ij. de testi. qui tamē hoc nō dicit vnde melius est adducere tex. in l. fi. ad fi. C.de dot. promi. nisi astrinxisset se ad omnia ꝓbanda, quia tunc mos ei gerendus esset, & hoc bene dicit in simili Archid. in loco prællega. col. iiij. sed est tex. in l. circa. ff. de proba. Bar. plene in l.diuus ff. de re iud. suntque verba Socratis Menexeno respōdētis apud Platonē lib. xxx. Menexenus vel epitaphius. ibi. Mos. tibi gerēdus est. & sic genuinus quidā veterū loquēdi modus.

A rationibus rationarium dicimus.

DE rationibus sæpissime fit mentio, apud Iureconsultos, tū maxime ī l.j. in §. rationes. & in l. ꝑtor ait, & in l.si quis ex argentariis, & in l.veluti, et in l. vbi, & in l.quędam, & in l. argentarius. ff. de eden. & alibi sæpe deque argentariis & numulariis; qui eas conficiunt, in d.l. si quis ex argentariis, & in d.l. argentarius & in d. quędam in §. nummularios. ff. eo. mihique maxime mirum videtur, cur non potius à rationibus ipsis, rationarium dixerint, tum librum rationū, tum illum qui eas conficit significantes, quoniā sic in Augusto quoque Sueton. grauissimus autor dixit, & probabilius est c.28. de cogitatione resignandi Imperij, ibi Tedio diuturnę valetudinis, Magistratibus ac Senatu domum accitis, rationarium Imperij tradidit. Cogita.

Leonina Societas non tuta.

SOCIETAS Leonina sic dicta, ab Aesopi phrygis Apologo, omnibus nota, reprobata est, si alter ex sociis lucrum sentiet scilicet, damnum vero alter l.si non fuerint. §. Aristo. ff. pro so. §. i. insti. eo. Prat. Pap. in for. lib. in causa societ. ver. per pactum. Verum adde istud, in prællega. §. Aristo. per cōparationem quandam, dici à Iurecon. ut s similli in Aiace Home. Iliad. ibi, stetit igitur Aiax inops consilij, Leoninoque aspectu, nouum intuetur tumultum.

Ad Coertionis verbum, declaratio.

IN l. si quid erit. ff. de offi. procon. & in l.fi. ff. de offi. eius cui man. est iu. coertionis fit mentio, quæ cessat vbi non est vera iurisdictio. etiam si de ea dubitetur casus est singularis, quem ibi not. Bal. in c.ex literis de offi. del. ucrum ad declarationem sciendum est quandam maiorem, quandam vero minorē fore, quodque vim illa infert personę, ista vero rebus ut carceratio, cibi subtractio, tormentum, & quo ad minorem, mulcta, cōfertque ad d.l. si quid erit. & ad.l. magistratibus. ff. de iu. o. iud. intellectum.

Aditio hæreditatis est actus legitimus.

NON omnium quę à maioribus nostris tradita sunt, ratio reddi potest, vulga. l. non omnium ff. de legi. Ea de re, si quęrat quis præceteris, quare aditio hęreditatis sit actus legitimus, vt expſſe dicitur (nec minus vulgatus tex. est) in l. actus legitimi ff. de regu. iu. satis erit sic respondisse nunc & aliās, quia sic est sibi à natura tributum, vt secum statim executionem trahat, cadatque super præsenti, & certo, sicuti qd lapis sit lapis vt dicit Bal. in l.j. col. iiij. opposi. ix. C. qui admi. ad bo. po. pos.

De iudicibus

De Iudicibus Chartularijs verbum sanè egregium.

ISTO quod notarij, seu tabelliones qui chartularij dicuntur, in aliquibus locis iudices appellantur, non tamen (dictumque est perpetua annotatione dignum) vsus iste loquendi dat sibi authoritatem, quam non habet, vt inquit Bal.in c. cum à nobis nu.6.de testi.& bene, estque pro eo argumentum in l.traditio.ff.de acqui. re.do. & in l.nemo.ff.de regu.iu.multa Seysel.in l.manumissiones quoque ff.de iusti.& iu. ad fi.

Titulo annihilato in beneficialibus possessio ruit.

VIRUM videtur, unum, quod dicit Bal.in c.accepta nume. 2. de resti. spol.post Bar. in l.si quis ui in §. differentia.ff.de acq.po. quod annihilato titulo, ruit possessio in beneficialibus, ex quo primum hoc non dicit Bar.ibi, nec verū deinde videtur, quia possessio per se stare potest l.j.ad fi.ff. vti po. & quia nihil commune habent l.naturaliter.§. nihil commune ff.de acqui.po. Non aliter tamen tenendum est, vt subiicit in loco præallega. idem Bal.nisi vt ipse dicit, & est casus in c.j.de reg.iu. in vj. considerantes opposita in prophanis maxime procedere, quodque in beneficialibus si remaneret possessio, esset sicut ficus fatua. & vt per eum latius.

Legatum ridiculosum inutile est, & non valet nec debetur legatario.

EVENIRE quandoque potest quod legatum inutile sit, & derisorium, exempli gratia si 50.alicui relinquātur, dummodo ipse alia totidem soluat hæredi, de cuius manu capitur l.j.ff.quo.legato. & est casus ad literam in l. si fundus legatos ad fi.ff.ad legem fal. ideo intellectus est, si quoquomodo vtile esse pōt legatario quod valeat, aliàs non, sed derisorium potius & ridiculosum sit vt in d.l.si fundus legatus, pulchrè Ias. & fusius in l.huiusmodi nu.4.ff.de lega.j.

Aliquo casu claudicat argumentum de contractibus ad iudicia.

QVAMVIS dicamus quod in iudiciis quasi contrahitur.l.3. iij.§.idem scribit.ff.de pecu.Bar.in l.j.nu. 10. C.de lit. cont.non omnino tamen semper idem dicēdum est, in contractibus quod in iudiciis, nanque præter cætera sciendum est, ipsaque verum experientia docet, neminem litibus fatigari, nisi ob uictoriæ spem, hæcq; litigatorum causa finalis est l.in ratione j.§.cum quidam ad fi.ff.ad legē fal.Bal.in rub.extra de iud. nu.2.& in c.fraternitatis nu.11.de testi.quo stante facilius etiam deieratur, in iudiciis, quam in contractibus, ita idem Bal.in c.j.nu. vj. de iura. cal.& quia ad intellectum.d.§.idem scribit, multa in multis locis sanè scripsimus, hoc solum pro nunc sufficiat, & satis sit.

Bo.po.una.est non duę.

IN rub.C.qui admi. ad bo. po. pos. disputant Docto. omnes an una sit tantum bo. po. uel duæ, dic tu. sine disputatione, unā esse tantum, & ita tenendum est. quia successiones regulantur ad modum tutelę l.j.ff.de legi.tuto.tutela decernitur, & tamen una est, nec secus in hæreditate dicimus, adita uel non adita, ergo idem in bo. po. l.ii.ff.de bo.po. Et hinc uidemus etiā quod unica est eiusdem bo.po.diffinitio & non duę l. iii. §.est autem ff.de bo.po. Ad iura contrarium pro bantia mentionem edictalia & decretalis facientia, & maxime in l. i.in §. decretalia. ff. de suc. edic.potest probabiliter dici non officere, quoniam decretalis executio est, non quod sint duę. & ita aliquando legendo tenui, & contra reum etiam periclitandi ingenij gratia præsertim iunior, sed prius uti uerius sequor, & nouissime tradit etiam Bal. in rub. de offi. iud. subiiciens hac ratione etiam citationem minime necessariam fore, interim tu cogitabis.

Libertas Ecclesiæ, magnum quiddam est.

ADEO est odiosum, uiolare ecclesiasticam libertatem, ut omnis materia causa uiolandi tolli debeat, quam clerici defendere tenentur etiam sicut proprium sanguinem, authē.Cass. a.C.de sacrosan.Ec.& ibi diximus.c.quisquis, & ibi Bal. nu.8.& 9.de electio.hoc solum declaratum est, contra libertatem ecclesiasticam fore, si quid cōtra clericorum priuilegia generalia statuatur, fo ri uel præscriptionis, uel si laici audaciores efficiātur, ipsi uero timidiores, quibus illecit oppi, do infesti sunt communiter. c.laicos c. laici. 11. q.vii.& not.in d.auth.Cassa pulchrè idem Bal. in rub. de consti.in prin. & nouissime quod sit, quidem contra statum ecclesiæ, fit contra ipsius libertatē, conuertiturque regula, quod contra libertatem ecclesiæ fiat, quod fit contra statum ipsius, ut docet ad huc Bal.in d.c.quisquis.

Hæreditas profectitia.

QVANQVAM profectitia ea dicantur, quæ a patre proueniunt, ut not.in l.cum oportet.C.de bonis q; libe.argumentum in l.profectitia in prin.

prin. ff. de iure do. hæreditas tamen profectitia dicetur si filio relinquatur contemplatione patris, vel saltim quasi profectitia, argumentum in l. sed si plures, in §. in arrogato. ff. de vulg. & pupilla. substitu. & in cap. requisisti. de testamẽ. not. in l. prima. C. qui admi. vsque adeo etiam vt in peculio profectitio computetur, non secus ac legatum eidem à patre relictum in legitimam, seu fructus in treb. l. in quartã, & ibi Bar. l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad legem Falcidiam. l. fideicommissaria. ff. ad Trebel. & quod in peculium imputetur, ponit idem Bal. in loco præal.

Iudex non semper vir bonus est.

EST verum quod Iudex præsumptionem pro se habet, quia vir bonus dicitur. l. vir bonus. ff. iudi. sol. l. insulam. §. primo. ff. loca. l. pen. ff. de procura. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obli. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod certo loc. Prat. Papien. in for. lib. quo agitur ad pœnam compro. ver. nec reductio. Et vir bonus Deo similis est, & omnium sacratissimum, inquit Plato, & non modo bonus, verum etiam sapiens, vnde dicebat etiam Bal. in c. cum in iure peritus, numeró decimoquarto, de offi. dele. quod ad eum tanquam ad virum sapientissimum recurrimus, tamen quandoque facit (vt experientia docet magistra rerum efficax. c. quæ sit de electio. in vj.) de albo nigrum, de que claro & certo, dubium & incertum ait idem Bald. in c. cum super. col. fin. de can. pos. & prop. & nimirum si appellatio inuenta est, quæ iudicantium iniquitatem, vel peritiam, corrigat. l. prima, in princi. ff. de appella. & ita glo. in proce. regula. Cancella. ap. dicit col. viij. quod Rota aliquando rotat.

Iuramentum calumniæ extraordinarium.

ISTO quod ordinarium fit in iudicus & regulariter, de calumnia iurare, toto tit. de iura. cal. l. ij. §. quod obseruari. C. eodem. imo quod iuramentum istud, vnum est de substantialibus iudicij, quo omisso, ruit iudicium. l. prolatam. C. de senten. non omittendum est tamen, aliud esse etiam extraordinarium, quod in summaria probatione defertur. l. thesaurus. ff. ad exhib. Bal. in c. quoniam frequenter. §. fin. numero 3. vt lite non cõtesta. Et si præstetur quoque petenti testamentum aperiri. l. pen. & ibi diximus in æquilib. satis. C. quemadmo. testa. ape. quo ad id tamen quod misso eo, iudicium non valeat, declara obiter, verum fore si petatur, alias non vitiabit. c. propter. de iura. cal. in vj. not. in d. l. ij. in §. sed quia veremur. Corne. pulchrè consi. cccxvj. col. iiij. vol. iij.

Hæres & defunctus eadem persona finguntur non tamen quantum ad bona.



ET IN triuiis nata est vulgaris illa propositio, quæ habet quod pater & filius vna eademque persona esse finguntur, fictione vnitiua. l. fin. C. de impub. & ali. substitu. Bal. in l. qui in prouincia. in §. diuus. col. prima. ff. de ritu nup. Item hæres & defunctus. §. primo. in auth. de iu reiu. à mo. præsti. Sed tamen adde, istud verum fore ante aditam hæreditatem non post, quantum ad bona, quoniam hęredis esse dicuntur adita hęreditate. l. prima. §. veteres. ff. de acqui. pos. nisi dicatur bona olim, siue quondam, puta Titij, & vt dixi late in l. eius qui in prouinciam, inque libro maxime, qui Mantissa inscribitur. ff. si cert. peta. nouissimè addo Bertran. cons. xxviij. nume. 11. vol. ij.

Legislatori aliquid referenti, est omnino credendum.



TAMETSI non sit alicui aliquid referenti, credendum, nisi constet de relato, authen. si quis in aliquo documento, & ibi late diximus, C. de eden. & in corpo. vnde sumitur, & rationem assignat glo. in l. secunda. ff. de fide instru. attamen secus est dicendum in legislatore, vt per glo. in l. admonendi, & ibi constitutiones subdit glo. quas non habemus, ff. de iureiur. quam ibi aliás nos & alibi etiam exornauimus, & ampliauimus. nouissimè adde, maxime hoc idem habere locum in eo quod venit ad iuris dictionem fundandam, & si iudici creditur multo magis credi debet legislatori, tradit Barto. quod iudici credatur in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fa. & Bal. quod magis legislatori, in c. pastoralis. in prin. nu. 3. de offi. del.

Doctor non est comprehensus in titu. de in ius vocan.



QVID sit in ius vocare omnibus notissimè patet, quod est iuris experiũdi causa vocare. l. j. ff. de in ius vocã. estque notius quosdam vocari ratione reuerentiæ, vt pater & dominus, & quidem venia impetrata prius, si vel à filio, vel à liberto vocentur. l. iiij. §. j. ff. eo. quosdam ratione ętatis, & hi cum auctoritate tutoris si sui iuris fuerint. l. j. §. j. ff. de admi. tu. aliás nõ, l. neq; ff. de in ius voc. quosdã vero rõne dignitatis, nec isti venire tenentur maxime ad iurandum, sed ad domum eorum iusiurandũ mitti oportet, l. ad personas egregias. ff. de iureiu. not. in §. pęnales. insti. de actio. Verum pro singulari dicto sciendum est, in materia, qđ licet Doctor habeat dignitatẽ. c. quãto, de

magist. sitque iudex ordinarius scholarium vt not. in authen. habita & ibi dixi, & latius Hora. Lucius Callien. olim acutissimus discipulus meus, & egregius I. Con. C. ne fil. pro pat. & in l. Imperium. ff. de iur. o. iud. non tamen est de comprehensis in titu. illo de in ius vocan. quod not. glo. ēt in l. generaliter. ff. de in ius vo. tangit Ias. in d. §. pœnales nu. 79.

Qui perdit electionem actiue, non tamen perdit eam passiue.



VI est exclusus à bo. pos. non propterea exclusus est à iure adeundi. l. suum. C. de iu. delib. & in simili Episcopus, qui erat etiā Canonicus (vt Donatus nunc, & Barbadicus, & Cornelius, Reuerendissimi) si fuerit in mora tanquā Canonicus, poterit nihilominus supplere tanquā Episcopus, maxime quia certum est, quotiens duo iura successiue cōpetunt alicui, quod exclusus ab vno, non excluditur ab altero. l. si filius. §. sed Paulus. ff. de bon. lib. Et qui succubuit in restitutione in integrum recurrit ad ius commune. l. ij. C. de rescin. ven. Imò quod facilius tollitur priuilegiū quā ius cōe. l. eius militis. §. si militia missus. ff. de mili. testa. & est ad propositum ad prædicta arg. in l. habebat. ff. de instit. & in l. si domus. ff. de serui. vrb. prædio. & in l. quod in hærede in §. eligere. ff. de tributo. ac. & in l. cum filius. in §. varijs. ff. de leg. ij. & in l. j. in §. sed videndum. ff. de suc. edic. Et nouissime etiam (quotidianumq; est) si quis perdat electionem actiue, non propterea perdet eam passiue, vt affirmat post multa Bald. in cap. irrefragabili in fin. prin. de offic. ordi.

Priuilegia senectutis sunt multa.



ENECTVS multa habet priuilegia, & hoc vnū præceteris, vt iuniores coram senibus taceant, eis assurgant, locūque cedant, autor est Plato. & not. aliàs in l. cū quid. ff. si cer. pet. & in c. j. de maio. & obed. sed transeat quia neutrum seruatur, temporibus nostris, & hoc vnum tantū dixisse sufficiat, qđ honorabilior schola digniori & antiquiori, prærogatiua virtutis & temporis debetur. l. j. ff. de albo scrib. l. semper de iu. immu. Bald. in c. cum M. Ferrarien. nu. 49. de cōsti. cui tamen addendum est aliud, quod si absens sit prælatus, Senior semper capitulum congregat, vt collegium nostrum antiquior, & ita declarat idem Bald. in prædlega. c. j.

Quando id quod pro forma requiritur, possit per æquipollens impleri.

FORMA trifariam cōsiderari potest, substantialis, formalis, & probatoria vt per Bart. in l. cum quis. C. de iu. & fac. igno. & in l. j. ff. de cond. indeb. substantialis & formalis, si ad vnguem seruata non fuerit, sed per æquipollens, actum viciabit, inque testamento est, voluntas, & hæredis institutio exempli gratia. In probatoria autem secus, vt pulcherrime declarat Socin. in l. j. colū. iij. ff. de lib. & posthu. post genitorem suum Marianum in cap. significantibus de lib. ob. & nouissime Grat. consi. xvj. colum. iiii. volu. i. Id vnum tamen adijciētes, quod vbi reperitur clausula, annullatiua, siue decreti irritantis, quod ibi etiam forma tradita esse videtur, & not. in d. l. j. & in l. non dubium. C. de legi. & in l. nemo potest. ff. de leg. i. & in c. cum dilecta de rescrip.

Non semper moriens verum dicit.



IRABILIS est tex. in c. literas de præsumptio. quod in articulo mortis, quis præsumitur verum confiteri, tam contra se quam cōtra aliū. Et nimirum quoniā immemor salutis æternæ ēt non præsumitur. l. fina. C. ad legem Iul. repet. cap. sancimus, j. quæstio. vii. & tamen videmus quod aliquando mentitur l. si quis in graui. in princi. ff. ad sillania. l. Aurelius. §. fina. ff. de libe. lega. & ideo dicebat Bal. in cap. j. in §. vasalli, ad fin. de pa. constan. in vsib. quod non omnis moriens est S. Ioan. Euangelista. & quod si inculpauerit aliquem, ei non nocet, vilis præsumptio est, nec indicium facit ad torturam, ut not. in dicta l. tertia. in §. si quis moriens. Imo plus refert Bald. in dicto cap. literas nume. 12. quod aduocatus quidam quasi rediens ab inferis dixit quod d. §. fi. damnauit animam suam.

Potentia propinqua actui actus est.



ESTATOR legauit vestem uxori, quam tamen in domo non habet, reperitur nihilominus pannus prætextus apud textorem ad id destinatus, sine dubio eidem ab hærede præstari debet, & nimirum quando etiam legem non haberemus istud ad literam dicentem, quia potentia propinqua actui actus est, & destinatum pro facto & consumato habetur. l. pen. ff. de mil. testamen. l. quæsitum. § illud fortassis. ff. de lega. iii. l. abesse. l. qui mittuntur. ff. ex quib. cau. ma. l. & si non sint. §. quid ergo. ff. de au. & argen. lega. Sed dico etiam fore casum de hoc in l. argentum, et ibi Bart. ff. de aur. et argen. lega. multa Iaso. in l. huiusmodi in §. legatum. ff. de lega. j. nume. 8.

Libertas

Libertas nullis finibus coartatur, vbi voluntas domina est.

HAERES institutus, prius dominus fit, postea rogatur si voluerit, absq; dubio substantia in sui voluntate posita est, quod tamen ad rem propriam ipsius volentis referri debet, & hoc idem quia si de tertij præiudicio ageretur, iam nemo posset aliquid inique velle, l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de lega. tertio. Et ideo dicimus hinc triplex fore arbitrium, meræ voluntatis, rigoris, & æquitatis, quodque primum ad propria referatur, secundum & tertium, quo ad aliena verum sit, ita pulchrè Bal. in cap. cum olim, numero quinto de electio. Qui ad propositum meræ & liberæ voluntatis dicit etiam alibi, quod id quod voluntati committitur iuris regulis non subiicitur in cap. Quintauallis. numero 37. de iureiu. Et alibi, quod vbi voluntas est domina, libertas nullis finibus coartatur in cap. præsentata, col. tertia de testi. Et alibi, quod contra denegationes, non est recursus, sicuti non est, in cæteris mere arbitrariis, seu gratiosis, quæ sunt liberi arbitrij, in capitulo postulationem, de postul. prælato.

Semel verum semper est verum.

SI PRODVCATVR instrumẽtum falsum à procuratore, mandato domini, perdit causam dominus & punitur. cap. j. vt lit. non contest. not. in l. fina. C. de pac. Con. Et falsum dixi, quia si inane secus, puta quia debitum solutum sit, aut præscriptum (præscriptio enim vim solutionis habet, l. si pupillus, & ibi not. ff. de admi. tuto.) & non ab re ad propositum, quia iuuatur primordio veritatis. l. cum filius. §. hæres. ff. de lega. secundo. Vnde stant ista simul quod producẽs calumnia non careat, careat tamen falsitate, ex quo semel verum semper est verum inquit glo. in l. qui bona, in §. si quis stipulaturus. ff. de dam. infec. & quanquam veritas laboret, nõ tamen vincitur. Enatat & mergit omnibus etiam eam opprimentibus, fides publica est, quæ ruit nunquam, Clypeus qui transfodi nõ potest, tempus quod non turbatur, acies quæ non perit, flos qui non marcescit, mare non alteratum, & portus fidissimus, in quo nemo periclitatur deniq;, & ita tenet Bal. in d. c. j. nu. 16. vt lit. non cont.

Merita non curantur, vbi de simplici iustitia agitur.

MEMINI me alibi dixisse, merita cum demeritis compensanda nõ esse, idq; pulcherrimis comprobasse exemplis hic non aliter repetendis, nouissime addo tex. ferè ad literam, istud idem dicentem in l. cum pater. in §. rogo. ff. de lega. ij. vbi probari videtur, quod sic merita non curantur, vbi de simplici iustitia agitur, quanquam alias ad iudicis discretionem pertineat qui testes siue tabelliones dicantur magis idonei, l. si quis ex argentariis. §. quid ergo. ff. de eden. Bal. in c. fedes Apostolica. nu. 14. de rescrip.

Non omni casu beneficium legis debet esse perpetuum.

SI mater minor, non petierit tutorem filio intra annum, isq; moriatur, nõ propterea eius successione priuatur, ex quo beneficio legis excusatur ratione minoris ætatis, de quo late Alex. in l. sciendum, in §. possessor, secundo, in prin. ff. qui satisda. cog. latius ego in l. precibus. C. de im pub. & ali. sub. & est tex. ad propositum in l. ij. C. si aduer. del. ergo secus si maior, l. sciant. C. de legi. hære. & quanquam beneficium legis perpetuum esse deceat, l. j. C. in quib. cau. in inte. resti. non est nece. in beneficio ætatis tamen id non procedit, limitatæ, argumentum in l. in agris. ff. de acqui. rer. domi. Bal. pulchrè cons. clxxxij. ad fi. vol. j. l. Titia. §. vsuras. ff. de lega. ij. Idem Bal. in c. ex parte M. nu. 14. de appel.

Nudum præceptum non valet.

QVAMVIS in testatore dicamus, nudum eius præceptum non valere, l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. nudũ (vt ibi not.) idest sine causa, estq; argumentum in l. ij. in §. circa. ff. de exce. do. eiq; parendum non esse, attamen scias, quod idem est in Papa eiusúe legato, & ideo si inhibuerint ne procedatur ad electionem, absque licentia ipsorum, cum causa, valebit preceptum, eisq; erit obtemperandum, alias non, quia fortior est virtus testatoris in bonis propriis, argumentum in l. in re mandata. C. manda. & tamen nudum (vt dixi) non valet, ergo nec illud Papæ siue eius Legati. Nec aliud in iudice dicendum erit, si aliquem citet coram se, sibiq; mandet vt iuret facere precepta sua, quia si citatus non obtemperauerit, non propterea erit contumax, & vtrumq; dictum ponit Bal. in c. fi. in prin. de electio. & Cyn. pulchrè in l. quotiens. C. de fideicom.

Monopolium à lege damnatum est.

SI inæqualitas seruetur inter coequales, hinc causatur Monopolium, à lege damnatum. Et ideo statutum disponens id quod ius cõe. & differentiam faciẽs inter coęquales (vt dixi) hac de re nõ valet, qa scilicet Monopoliũ quoddã est, & procedit à radice ambitionis, & quia vbi inuidia est, ibi est dolus vel corruptio. l. ij. C. qñ & qb. quar.

pate deb.lib .x. Inuidia, Cain fratrem occidit; filiiq; Iacob, Ioseph fratrem vendiderunt, & clamarunt quoque Iudæi, crucifige crucifige. Cunctorum malorum (iterato dixerim) fons, demone peior, & peccatum deniq; omni venia carens. Et plus, quod habentes arbitrium statuēdi, vnū pro se, & aliud pro aliis statuere non poterunt. l. cum in eo. ff. de pac. l. si tibi mandauero. §. si tibi. ff. manda. deq; his alias not. per Doct. in c. cū omnes. vbi in specie etiam Bal. nu. 18. de consti.

Annullatio actus non semper est pœna.

SOLET dici cōmuniter, quod annullatio actus est pœna, & iuregentium generaliter permittitur. l. Senatus. ff. de cont. emp. l. fin. in fin. C. de posthu. hæ. insti. l. testamento Centurio. ff. de ma. testa. quod tamen verum est, si de pœna intrinseca intelligamus, non de extrinseca, vt declarat Alex. in l. turpia. ff. de lega. j. Et in simili Calder. consil. x. de rescrip. ait, quod pœna est similiter, quod gratia sit nulla, seu punitio quędam. Item verum est si annullatio fiat ratione doli vel culpæ, quoniam alias si ex defectu solemnitatis fiat, tunc non pœna erit seu dicetur proprie, verum defectus prouidentiæ, & sic pœna improprie & susius vt not. in c. super literis, & ibi etiam Bal. de rescrip. nu. 12.

Potentissima & viua ratio, quare liberorum appel. veniant nepotes.

DIXI alibi satis, multaque variis in locis, vulgatum illud declarantes ap. liberorum nepotes quoque contineri. l. liberorum appellatione. ff. de verbo. signi. Adde nouissime tu, non mirum esse, quia sicuti filius ex patre, exque ipsius corpore nascitur, ita nasci ex auo, & ex ipsius corpore pariter nasci dicitur nepos, quodque in eo est sanguinis continuatio, vt dominium bonorum paternorum in filio. l. in suis. ff. de lib. & posthu. tradit Barto. in dicta l. liberorum appel. & Bertran. post eum consil. primo, numero 33. volu. secundo. Est verum (quod etiam pro prædictorum intellectu notandum est) si filij verbum proferatur conditionaliter, quod veniunt nepotes, si vero dispositiue non. l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posthu. Gozad. consil. xxxvj. numero vndecimo.

Quare non omnes exceptiones sunt perpetuæ, & maxime illa non numeratæ pecuniæ.

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ, est temporalis, vt læsionis. l. fina. C. de tempo. in integ. resti. pet. & olim poterat obiici intra quinquennium, hodie biennio ipso expirat. l. si ex cautione. l. si intra. C. de non nume. pecu. §. multum, institu. de lit. ob. cęteræ tamen perpetuæ sunt. l. pure. ff. de excep. do. Et nimirum (scituq; dignum istud est quoque) quia facile erat debitori querelam opponere, ex quo nihil probare tenebatur ipse, sed creditor pecuniam sibi mutuo dedisse, & numerasse, non opposuit igitur præsumit lex eam habuisse, alias querelam obiecisset. Verum cæteræ exceptiones, difficultate probationis egent, ea de re perpetuæ sunt. Et sensit Bal. in cap. Antigonus, numero sexto de pact. Verum dicerem ego, temporalem esse, quia tempus prefixum est sibi à lege vbi alias indeterminate dictū est & generaliter quę temporalia sunt ad agendum, ad excipiendum fore perpetua, dicta l. pure. & presertim quia illa non est proprie exceptio, scilicet querela, authen. hanc autem. C. de non nume. pec. Idem Bal. in c. si autem. col. j. de rescrip. Cogita.

Non semper exceptio non numeratę dotis, opponi potest.

SI CONFESSIO dotis à marito facta sit constante matrimonio, non valebit, vel saltim opponi poterit exceptio non numeratę dotis. nisi lapsum sit tempus opponendi, vel ipse maritus dictę exceptioni renuntiauerit, aut indicia numerationis appareant, puta quia vir (cuius est munus onera matrimonij sustinere. l. pro oneribus. C. de iur. do.) vxori tanquam dotatę, alimenta exhibuerit, quia tunc secus ex quo pręsumetur numerata, l. assiduis, & ibi Bart. C. qui pot. in pig. habe. l. prima, & fin. & vtrobique not. C. de dote cau. non nu. l. cum vltra C. de non nume. pecu. Bal. in rubrica C. de priuil. dot. Et Gozadin. Bononien. consilio vigesimo octauo, colum. prima, & secunda. Et quotidianum est. & subiicit ibi quod idem est si instrumentum dotis confessatę, iuratum fuisset, & consil. quadragesimosecundo, numero decimotertio, vsque adeo vt probet nec possit dici ratione iuramenti, contractus simulatus, post Imol. & Abb. in capitulo, cum contingat. de iureiu. & vt per eum latius.

Non semper principi rescribenti est obediendum.

SI PRINCEPS aliquid rescribat contra ius positiuum, vel consuetudinarium, eidem est obtemperandum, dummodo nulli officiat. col. secunda. §. merito. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi. l. quominus. ff. de flumi. tradit pulchrè Bald. in capitulo cum adeo. nume. 15. de rescrip. nullo modó autem si rescribat

contra


cōtra ius naturale.c.non licet.x.dist. Idem Bal. vbi supra & est argumentum in §. sed naturalia quidem insti. de iu.natu.& in l.ij.in §.fin.ff. de vsuf.ea.re.quæ vsu con.

Iudex triplicem habet conscientiam, quam sequi debeat in iudicando, dubitatur.



ON ab re dictum est alibi, quod iudex debet iudicare secūdum allegata & probata in l.illicitas in §. veritas.ff.de offi.præsid. vbi ēt vulgatū Philosophi dictū.oportet recte positas leges ipsas, omnia determinare, & quā paucissima committere iudicantibus, quia triplicē habet cōscientiā, vnam vt Deus, alterā quia vidit, tertiā vero ex actis.d.§. veritas, & hanc sequi debet.c.si sacer dos & ibi Bal.nu.3.de offi. ordi. Qui ēt alibi inquit, qd inde iustitia pariter est triplex, conscientiæ, fori, & cōpositionis, quodq; media fieri debet, ex quo prima non operatur, quanquā tamen cooperetur aliquādo, nec tertia semper, in rub. de iudi.extra nu.12.& primū dictū supra verum est, acta & probata sequi debere, etiam si habeat consciētiam lęsam, forte quia sciat testes falsum dixisse, ex quo publica fides est conscientiæ velamentum.fusius Bal.met in c.j.colū.ij. de offic. iudi. ordi.

Ignorantia quandoque excusat.



VAE sunt de apicibus, exorbitant à regulis & dispositione iuris cōis, vulga. l. si fideiussor.§. quædam.ff. manda . & diximus nos alibi satis vsque adeo nunc, vt ignorantia, in his quæ sunt huiusmodi excuset.quod tamen verum est, quādo non potest quis conuinci nisi per subtilitatem disputandi, quia si per legem aut praxim generalem, tunc secus, nec excusabit, & limitabitur glo.dictum vt supra insti.de ob.quæ ex qua. del.nascun.in prin.in ver.litem, & declarat Bal. in c.fi.nu.2. de transla.prælato. Et est simile in l.ij.ff.quod quisque iu.iunctis his quæ not. in l. Gallus in prin.ff.de lib.& posthu.

Famosus latro quis dicatur.



E LATRONE famoso alibi fit mentio, in l.capitalium in §.famosos.ff. de pœn. hincque disputatio multa, quis famosus latro dicatur, ibi per Bart. & Docto. post glo. in authen. sed nouo iure vbi & nos aliqua. C. de ser. fugi. latissime Corne. consi.xliiij. colum. ij. volu. iiij. sed placet opinionibus sepositis, dicamus eum latronem famosum dici, qui vi & armis furatur, publicè rapit, & aufert, nimirum igitur si quandoque hij ad bestias damnati fuerunt, sique furca mori debent dicto. §. famosos, imo quod (tam atrox delictum est ipsorum,) nec eorum aduocati sunt audiendi, qui eos tueantur, tametsi iuris naturalis sit defensio, nemini auferenda . l. vt vim . ff. de iusti. & iure . Clemen.pastoralis, de re iudi. & probatur ad propositum in l. per omnes, C. de defen. ci. & not. in locis supra allega. ego in dialogis. nouissime Iaso. in §. ex maleficijs, colum. secunda, institu. de acti o.qui de publico seu famoso latrone, bonum text. etiam adducit in l. prætor ait in §.aduersus.ff.de sep.vio. Et ad idem sciendum est, quod nec in Ecclesia sunt tuti.c. inter alia & ibi not.de immuni.ec.

Mandatum nunquam præsumitur.



ICET longum tempus, quod est annorum decem. l. si cum fideicommissaria libertas. §. aristo. ff. qui & à quib. faciat præsumi iussum patris aditionem præcessisse l. si filius. C. de peti. hære. non tamen in mandato aliquid operatur, ex quo non præsumitur vnquam maxime in illicitis, imò & si centum laberentur anni, vt ibi not. & in l. sciendum.ff. de verb. obligatio. quod etiam sentit Grat. in pulchro casu consi. j. colum.viij.& consi. xiiij. nume. 18. volumi.i. originaliter Bald. in l.ij.C. si ex fal. instru.& in l.j.C. de reb.alie.non alienan. Gozad. multa consil.xciiij.nume.48. & verissimum est, quanquā Iaso.in d.l.sciendum nitatur ostendere contrarium per text.in dicta l. si filius. Cui respondet idem Gozad. in loco præallega. & consi. xcvi. nume.11. est bene verum quod præsumeretur, si coniecturæ adessent, enunciatumque fuisset, vnà cum temporis lapsu, vt ibidem declarat ad fin. latius Deci. ante eum consi. xxxvi. nume.8. volu.ij.

Non semper prouisio hominis, tollit prouisionem legis.



ROVISIO hominis communiter tollit prouisionem legis l. fina. C. de pac. con. Bart. in l. quid ergo in §. pœna grauior colum.ij. ff. de his qui not. infa. bonus text. in l. cum ex filio. in §. filio & ibi etiam Bald. ff.de vul.& pup. substi. & in l.& habet in §. cum quis.ff. de preca. dixi ego multa in l. admonendi. ff. de iureiuran.verum nouissime sciendum est, & præter cætera, hoc ipsum ita demum procedere dummodo prouisio hominis, non veniat ad augendam prouisionem legis, quia tunc secus dicendū esset.l. legata inutiliter.ff.de adi.leg.l. quod fauore.C. de legi. & est ad propositum text. in l.cum debitoris.C. de iudi. & in l. fundus.ff. de an. lega. Bald. in cap. quintauallis. nume. 24. de iureiur.

Cogitationis,& animi pœna nulla est.

NON vanũ est quod dicit Iur. Con. Vlpian.in l.cogitationis.ff.de pe.cogitationis nullam esse pœnã, quod tamen intelligi debet præterquam in enormi delicto iuxta not. in l.si quis non dicã rapere.C.de epis. & cler. & in Caligula Sueton. c.xij. Et ad propositum quia animi cogitatio est sicuti posthumus in vtero,qui si nõ nascitur, nihil est,nempe enim conceptum non natum imperfectum est l.fin.C.de posthu.he.insti.Bald.in l.j.colum.xj.C.qui admi.& in simili dicimus, si propositum in mente retentũ sit, quod nihil operatur.l.si repetendi.C.de condi.ob cau.quodque voluisse satis nõ est,nisi testator disponat, seu voluntas in dispositionem transeat.l. quidam cũ filium.ff. de hære. instit.Iaso. in l.iij. colum.j. C. de lib. præte.

Sententia contra sententiam, etiam si transierit in rem iudicatam,aliquando valet.

SENTENTIA contra sententiam lata non valet, si maxime transiuerit in rem iudicatam.l.j.C. quando prouocare non est ne. c. inter monasterium de re iud. Imo quod est ipso iure nulla,si latæ fuerint ex eadem instantia inquit Bar. in l.si fine in §.cum autem ad fi. ff. rem rat. hab. plene Imo. in l. si priore colum.j. ad treb.Idem Bar.in l.duobus.ff. de excep. rei iud. Paul. Cast. consi.xvj. ad fi. volu.j. Bald. consi.xcviij.ad fin. volu.iiij.est verum si de notoria iniustitia appareret,quod tunc fieri posset,& lata valeret transitu non obstante,argumentum in cap.sollicitudinem de ap.& con fert ad dicta in cap. quod ad consultationem eod.titu. Et simile est in victos qui si de iniustitia sententiæ confiteatur pariter reuocatur vt tradit Innocen. in cap. quia plerique de immu.ec. But. in cap. is qui fidem de spon.& in cap.quanto de præsump. Abb.in cap. nouit de iudi. & vltimo loco Fely. in cap. inter cæteras colum.v.de re iud.& ita debet interpretari,seu limitari statutum nostrum Patauinum j. de appel. quod à sententia lata in publica concione,non possit appellari, nec ab ea supplicari, vel restitutio in integ. postulari, nisi sit euidenter iniusta,præallega.c. inter cæteras Por. in §.si quis ad fi. insti.de lega.

Non fraudat creditores qui hæreditatem repudiat vel legatum.

QVI occasione acquirendi vti non vult non dicitur patrimonium diminuere l.iij.ff. de dam.infec. nec fraudare creditores,tametsi is hæreditatem repudiauerit vel legatum l. qui autẽ in prin. ff.quæ in frau.cred. Quod tamen quantum ad legatum saltim,mihi sane videtur dubium, quod imò diminuat,quia regulariter dominium recta via transit in legatarium l. à Titio.ff. de fur.l.si tibi homo. §. cum seruus.ff. de lega.j. Sed nihil est,ex quo id debet intelligi verum,nisi repudiet legatarius,quo casu ipsius legatum fingitur non fuisse,vsque adeo vt omnino de iure quærendo agatur, quod à nobis facilius abdicatur, quàm quæsitum.d.l.qui autem l.j.§.verum.ff. si quid in frau.pat.Ias.in §. item si quis in fraudem nume. 121. instit.de actio.

F I N I S.

GYMNASIVM SCOLASTICVM MANTVAE, PATAVINI IVRECON.

ELEMENTARIO ORDINE CONSCRIPTVM, totq; obseruationes ferè, quot sunt elementa continens.

NVNC PRIMVM IN STVDIOSORVM *Adulescentum gratiam editum.*

GRAVISSIMO SENATORI, EQVITI SPLENDIDISSIMO, & D. Marci Procuratori Illustriss. ac bene merito,

ALOISIO MOZENICO, PATRONO *& D. suo obseruandissimo,*

MANTVA PATAVINVS IVRECON. S. D.



O ANIMO, esse debet homo, Amplissime vir, in hoc vitę præsentis curriculo, si maxime is fuerit, qui ita à natura bene institutus sit, morum elegantia ita ornatus & planè litterarum eruditione, ita instructus, vt nec aliud quicquã facere posit, etiam si velit, homini, & præsertim adulescentibus discere cupientibus, omnibus neruis (quod aiũt) & toto posse suo, prodesse, opem ferre, studio, diligentia, cura, & sollicitudine non deesse, pręsertim quia inter nos quoque natura cognationem quandam constituit, & ita quidem vt cum nefas sit rursus, hominem homini insidiari, necessario cogamur, illis bene facere, opitulari, & quantum possumus, suppetias ferre, factumq; est iam tritum sermone prouerbium αντρωπος αντρωπω θεος. Et non aliter agere, edocet nos insuper, animalia bruta, quæ inter se se non dissentiunt, seq; inuicem amant, alterũ alteri succurrit, prodest, & auxiliatur, vsq; adeo vt indignum sit, imò impiũ, & inhumanũ, nos illis esse inferiores, siue ab illis intellectu & ratione carentibus vinci & longe superari. Qua de re ego, certe ad idem natus, & alitus, ac educatus (quod plurima testantur monumenta, à me aliàs edita, vtinam ea sint quæ sic prodesse posint) aliud quasi sigillum quoddam, nunc edere statui, Gymnasium scilicet (sic libro nomen inscriptum est, quod nõ aliud quàm exercitationem sonat) iisdem Adulescentibus, non infructuosum forte, quod tibi Senatori grauissimo, & D. Marci Procuratori Illustriss. ac optime merito, D. meo Patronoq; obseruandiss. Do, dono, dico, & consacro, ne Tharsus Lunam deducere tentet. vtinã ita tibi sit gratũ vt cupio, ne ve me sũ perinde, arrogãtiæ, vel temeritatis vitio, coarguas, hoc idẽ enim feci, tua incredibi humanitate frætus, quæ in te tã Illustri & magno Senatore, tãta est, quanta in alio posit desiderari. & quia (quod mę magis mouit) scio me quãquam manicipiolum tuũ indignũ, à te amari nõ vulgariter, vsq; adeo vt coactus sim quoq; tuas infinitas propemodũ virtutes, resq; præclarisimè gestas, domi forisq;, prædicare, & supra quam dici posit, te inquam vnum Venetæ Reip. splendidissimum sydus, non modo obseruare & admirari, verũ ẽt (aliter forẽ oĩum ingratissimus) munusculo hoc (qualecũq; sit) Persarũ more, salutare, & perpetua quadã beneuolẽtia colere ac venerari. Vale Senator inter grauisimos prudẽtisime, & inter prudẽtisimos grauissime, Mantuaq; tuo vt seruo, vtitor. Klẽ. Nouemb. M D LXVI. Patauij.

GYMNASII SCHOLASTICI MANTVAE,

CLASSIS PRIMA.

ADAM PATER.



QVONIAM à digniori semper est inchoandum (vt etiam in Deutorono. fecit Moyses) qui hac de re, à præceptis moralibus incepit pariter, à quo denominatio quoque communiter fieri solet. l. j. ff. de albo. scri. Corne. consi. ccxix. col. v. vol. ij. Ideo & nos primum, in hoc libello, in quo multa & varia tradituri sumus, prout varia etiam suggesserit hinc inde lectio, à primo illo parente nostro Adam incipere decreuimus, & epitomate quodam potius, aliqua conscribere, quam longo syntagmate lectorem remorari. Sciendum igitur est, quod Adam idem sonat, quod homo, quod è terra rubra, factus est, quodque rursum sonat idem quod rubrus, quod ex eadem terra Ebron ciuitas extructa est. qđ factus est siue creatus à CHRISTO, Nos ab hominibus, ipse datiuus, homo vero natiuus. tanto igitur melius est opus, quanto melior est autor. quod hæc uox Adam, & rursus, terra interpretatur, quod est nomen proprium & appellatiuum. proprium Adam, appellatiuum homo. vnde in psal. filii hominū, in hebræo vero filij Adę dicuntur, quod prothoplastus carnalis fuit, secūdus Adam vero CHRISTVS, spiritualis. quod Adā, caput fuit testamēti veteris, CHRISTVS noui. quod scientiam habuit omnium, quę naturaliter sciri poterant. quod vixit an. noningentis xxx. quod penitentiam egit. quod prophetię donum habuit, vltimo. quod sepultus fuit in Caluario monte, vbi postea Christus Iesus, D. noster, crucifixus est. Et nō ab re, caput ipsius ad pedes crucifixi pingitur. & hęc vltra dicta à nobis aliàs in lib. obseruatio. iiij.

ABEL.

Is Adæ filius à Cain fratre interficitur Et ipse Cain, à Lamech postea occisus est. Et nimirū quoniam quod quisque iuris, in alterū statuerit, ipse eodem iure utetur. l. i. & toto ti. ff. qđ quisque iu. c. cum omnes de consti. verum quoniam histo. nota est, transeo.

ASYLVM ROMVLI

De asylo Romuli multa dicit Lactan. diuina institu. lib. Adde tu, quod illum instituit augendę vrbis gratia, vt esset criminosorum refugium. Secūdo adde, quod ex tribus portis, quibus palatium olim cinxit, vna pandana appellata est. idest libera, quippe quod in asylum ipsum tendebat. Tertio adde, quod Luceres tribus, ex tribus à lucumone dicta est, vel à luco, quem Asylum Romulus appellauit. Quarto adde, à simili quod in Calabria, Asylum Neptuno dicatum est, quo cō fugit olim Demóstenes illęsus, nisi sibi mortem veneno consciuisset. Quinto adde, quod Mercurij statua erat quoque commune profugium, & omnium Asylum. nec non Apollinis templum. Templumque rursus, Misericordiæ, vocabant. Sexto adde, quod hinc Gręci, ασυλους homines à violentia tutos dicebant, quia inde extrahi nō poterant, Septimo & vltimo adde, quod Asylum Romuli sustulit Augustus, quippe quod præbebat delinquendi occasionem, & male. l. conueni re. ff. de pac. dotal. l. si vnus §. illud. ff. de pac. hęcque vltra dicta alias, maxime in Collectan. l. præsenti. C. de his qui ad ec. confu.

ARISTOTELES

Aristoteles stagirita Platonis discipulus, quorum alterum diuinum Græci vocant, demoniū vero alterum. hic magnus vir fuit, quem iure miratur omnis posteritas. multa sciuit, multaque nouit, nec omnia quę inuenit, in lucem proferre cogitauit, maiorque ei fuit contradicendi animus & cura, quam ueri inueniendi studium, & labor. sæpia uocatus est, usque adeo ut Athenis vicini & domestici post natum puerum die quinto ipsi munerum loco polypos & sępias exhiberent. à Platone autē philosophus veritatis. Et vere Doctor inclytus est, & omniū philosophorū princeps, tametsi ī scribēdo obscurus, q. a nō sunt Margaritę facile ante porcos spargendę, vt est in prouerbio. Fluuius uehemens auri, seu aureum eloquentiæ Flumen. vir animi sagax, rerumque omnium pictor egregius. inque omnibus disciplinis etiam reconditis eruditus. qui Isocratis rhetoris gloria motus amplius, eloquentiam cū philosophia coniunxit, in Sacdonia natus est, in Calcide vero mortuus.

ANTIOCHVS.

(Huius νόμισμα habeo ego argenteum) Syrię rex fuit magnus, cognomento uocatus, quem tamen (ut memoriæ proditum est) M. Acilius Glabrio Cos. apud Thermopilas Clade affectum in Asiā redire coegit. Et postea ab Aemilio Regillo, nauali prelio victus est. deque eo Hora. alibi sic.

Non his iuuentus orta parentibus,
Infecit æquor sanguine punico:
Pyrrhumq;, et ingentem cecidit Antiochum.

ALFENVS.

Iste fuit Cremonensis, patria, in qua, prius sutrinā exercuit, deinde mutata opinione, ea clausa Romam profectus est, ibique iuri operam dedit, sub Seruio Sulpitio, & breuissimo temporis interuallo, in clarissimū Iurecon. euasit. Consulatum adeptus est, honorificentissimeque tandē

funec

funere elatus. cuius etiam Hora. meminit, seu quē potius satyrico irridet more, his verbis.

Vt Alfenus uafer, omni
Abiecto instrumento artis, clausaq; taberna,
Sutor erat: sapiens operis sic optimus omnis.
Est opifex solus: sic rex. Fusius Rutil.

AGRIPPA.

Hic pantheon perfecit, vt in suprascriptione eiusdem apparet, amicus & gener Augusti. cui etiam num magno usui fuit in bello contra M. Antonium. Decoratus etiam, præter alios honores, ab eodem Augusto, Vexillo ceruleo, ut naualis victoriæ testimonium foret, deinde corona rostrata, bello Siculo, contra Pompeium Pōpeij magni filium, victor, quod neque ante eū, neque post contigit vlli. hincque Maro.

Parte alia ventis, & Dij Agrippa secundis,
Arduus, agmen agens: cui belli insigne superbum.
Tempora nauali fulgent rostrata corona.

Cuius etiam numisma, apud me est æneū, parte auersa ob id, Neptunum sculptum habens, manu dextra delphinum, læua vero tridentē ipsum Neptuni instrumentum, tenentē. non omittentes etiam Cantabros vicisse, quod sic Hora. alibi testatus est.

Ne tamen ignores quo sit Romana loco res.
Cantaber Agrippæ: Claudi virtute Neronis.
Armenius cecidit.

AGRIPPINA.

Hæc Mater Neronis erat, qui à Claudio postea adoptat, ipse vero, ducta Agrippina, ab ea, boleto necatus est, sicque Nero filius, Imperium occupauit, cuiusce facinoris, & Martia. et iuuenal. meminerunt: Ille sic.

Quid dignū tanto, uētrique, gulaque p̄cabor?
Boletum, qualē Claudius edit, edas. iste uero,
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino, sed qualem Claudius edit,
Ante illum vxoris, post quē nil amplius edit.

ANTONINVS CARACALLVS.

Huius quoque numisma apud me extat, argēteum & æneum, & signū marmoreum, Seueri filius, sic vocatus ob indumenti genus, quod, in modum penulæ excogitauit, barbarum, discissumque, & ex multis partibus, cōsutum. Imò qđ militibus iussit, vt eodem vestis genere, uterentur. iste fratrem Getam interfecit, in sinu Iuliæ matris, gladiumque Deo cōsecrare est ausus. & cū Aemilius Pap. Iurecon. & pref. præto. patricidiū excusare noluisset, ab eo pariter interfectus est. hic rursum Alexādri Macedonici imitator fuit, vsque adeo, vt se aliquando, Alexandrum orientalem, Augustum, appellauerit. libros Aristotelis comburere voluit. Et in certaminibus denique, nonnunquam coronas Septingentas octuaginta duas, obtinuit.

ACHILLES.

Is, Peleo patre natus est, Chirone præceptore vsus, Bucinatorem laudum suorum habuit Homerum, vt alibi sic, (præceteris) lingua Italica inquit poeta ille, lyricus, summus, F. P.

Giunto Aleßandro alla famosa tomba,
Del fero Achille, sospirando diße;
O Fortunato, che si chiara tromba
Trouasti, & chi di te si alto scriße.

quę tamen sunt Cice. verba. in templo Apollinis Tymbrei, à Paride occisus est, quod Polixenam in vxorē ibi adamatam accepturus esset, quod intellexit Iuue. quando dixit.

Securus licet Eneam, Rutulumque ferocem.
Cōmittas, nulli grauis est percussus Achilles.

Hinc etiam Achilleus cursus, apud Tauroscytas, versus mare ponticum, vbi prosecutū (aiūt) Iphigeniam ex Aulide raptam. vnde Ponto insula, Achillis tumultus appellatus est. Nec omittendū, Achilleum oppidū iuxta tumulū Achillis. nec phaselis denique locus, vbi Mineruæ templum est, in quo lancea seruabatur Achillis.

ANCVS. M.

Hic. IIII. Ro. Rex fuit, qui primus Romæ reorum carceres cum urbe crescentium, extruxit. Numę nepos ex filia, quique ann. quattuor & viginti regnauit, & fęliciter obiit. Sed nec omittendum est, sublicium pontem ab eo factum fuisse, deinde ab Aemilio lapideū, vsq; adeo, vt Aemilius inde etiam appellatus sit. Ab eodem rursum Ostia extructa, quę militiæ omniumque munerum vacationem habuit præter dies. xx. in Hannibalis aduētu, quo necessitati Reip. subueniret.

ANNVS.

De anno memini me alibi dixisse multa, pręcipue in lib. obseruatio. verum nunc adde, quia natura semper nouas deproperat edere formas. l. ij. §. sed quia. C. de vete. iu. enuclean. c. j. §. sed quia, quæ fu. pri. causa be. amit. in vsib. quod aliqui eum computant ab exordio mundi, maxime Hebręi, nōnulli à Nino Assyriorum rege, pręsertim historici. Aliqui ab excidio Troię. Græci per olympiades. Romani ab vrbe condita. Multi ab Alexandro, Macedonico. Nos vero, à Christo nato. Secūdo adde, quod Iulius Cæsar Aegyptios imitatus, annum distinxit in dies. ccclxv. prout etiam habetur in l. cū hæres in §. stichus. ff. de statulib. Tertio adde, quod veteres digitorum gestu annos computabant. vnde Iuuenal.

Fœlix nimirum, qui per tot sæcula mortem
Distulit, atque suos iā dextra cōputat annos.

Quarto,

Quarto ad de aliter quã supra vt Accur. noster sensisse vĩ in rub. C. de indict. lib. x. Romanos añ Christi natiuitatẽ cõputationẽ fecisse ab indictione, Hebręos à diluuio, Graecos à ludo Herculis, hodie vero nos ab annis dominicę incarnationis. Quinto adde, quod est etiam annus edictalis, qui ab edicto statuitur. l. j. §. largius ff. de suc. edic. Item decretalis, quem statuit iudex, l. j. pręallega. §. decretalis. ff. eo. & conuentionalis, si à partium conuentione proueniat & proficiscatur. l. j. §. si conueniat. ff. depo. argumentum in l. vnica cũ ibi not. C. de sen. quae pro eo quod int. Sexto adde quod annus Solaris est Solis, Lunaris vero Lunae, per mensem. & quod mẽses denique ac septimo & vltimo, dijs fabulosis erant dicati, vt suo loco dicẽt. Vel si placet addas & aliud, qđ est ẽt annus mũdanus magnus perfectus annorũ quindecim millium. quanquam communiter (vt diximus paulo ante) sit dierum ccclxv. & ita nouissime statua fingebatur olim Iani, qui caput est anni, manibus numerũ hunc ostendentis. & olim annus, dierum quadringentorum quadragintaquinque, qui vocabatur annus confusionis. & nouissime (quod plus quàm notum est) annus bisextilis, de quo in l. cum bisextus. ff. de ver. si. mali hominis (vt aiunt) & hinc legimus, Valentinianũ ea die, in publicum prodire noluisse. imò plus quod temporibus nostris ea die rursum, & anno mulieres pręgnantes, timent, ne in partu, ipsęmet & foetus pereant pariter.

AQVILA.

Praestantissimum omnium volatiliũ in aere, est Aquila, vt in mari Delphinus, homo in terra. Armigera Iouis, & famula (ut inquit Iuuenal.) ibi.

Sed leporem aut capream famulae Iouis & generosae.
In saltu uenantur aues. Non offenditur fulmine, non cõniuet ad ardẽtissimos Solis radios. Pernicissimo uolatu ultra nubes fertur. Romanorum insigne, & militare, usque adeo ut miles Vexillũ ferens, Aquilifer dictus sit, aliàs Vexilifer, & lingua Italica Alfiero. Et triumphans manu scipionem summitate aquilam habentem gestet. Aquila Tarquinio Prisco regnum portendit, quippe quod pileum eidem sedenti abstulit, deinde remisit. Simulachrum libertatis est. Et Imperatorum corpore combusto, è rogo euolat, quasi animam in coelo ferat. Consecratioq; est rursum, ipsique tunc inter Diuos relati, quod etiam in numismate Titi, aliorumque plurium, videri potest, quae ego & argẽtea & ęnea habeo. Cętera Plin. fusius.

AMARE AMOR.

In omne hominum genus par habet imperiũ arcipotens ille puer. Vnde Maro hinc.

Et subita incautum dementia coepit amantem,
Ignoscenda quidem.
Improbe amor, quid nõ mortalia pectora cogis.

Hercules enim vir diuinus, tot egregiis virtutibus ornatus, Iolae amore captus, Eurithei regis filiae, eam duxit in vxorẽ, quã vnicè adeo dilexit, vt exuuio leonis deposito, & claua, se purpura ornauerit, annulos digitulis imposuerit, & nere cũ alijs ancillis non erubuerit. Vnde perditissima ex hoc res est amorem petere, pudorem fugere, diligere formam, & famam negligere. Imperator Gordianus duas & viginti habuit concubinas pariter, ex quibus multos reliquit filios, appellatusque est Priamus sui tẽporis, & ioco etiã quod esset natura prosperior, Priapus. Et certè miser est homo, qui amat perditè. Amans semper inops, siue amor, & egenus, quod inopes, reddat homines, ex penia inopię dea, ortus, natura querulus. Hinc Eurip. (verbaque sunt Medeae.)

Heu quàm magnum malum hoĩbus est amor?

Amor rursum res amara est, q̃a moritur quisquis amat. quem Orpheus, γλυκυ πικρον, id est dulce amarum vocat. Si propter virtutem sit tamen, efficax, perseueret, & à iustitia quadã, sanctitateque animę, proueniens, optimum quiddã & laudabile esse dicetur. quem tunc, vt patrem venerabimur, vt tutorem colemus, & vt praeceptorem sequemur. Et sic qui ad contemplatiuã, uel etiam actiuam, non uoluptuosam, dirigatur uitam. nãque hoc modo, ille est, qui rursum, pacem largitur hominibus. Mari tranquillitatem. ventis requiem. cubile uiuentibus. rusticitatem à nobis ammouet. familiaritate conciliat. coetu omnes congregat. In solemnibus festisque diebus, in choris & sacrificijs dux, mansuetudinem porrigit, feritatem exterminat, beneuolentiam largitur, maleuolentiam expellit, propitius, beneficus, spectandus sapientibus, Dijs placidus, exoptandus expertibus, & participantibus denique possidendus, atque tenendus. Dictuque mirum est ad propositũ, quod in Aethiopia, rege defuncto, chariores ministri, vnà se interimũt, amoris gratia. Cũque uidisset Petrus Apostolus, Magistrum suum ambulantem super mare (ut in Euangelio dicitur) timens prius ne esset phantasma, & audiuisset eum dicentem ego sum, subito respondit. Domine si tu es, iube me uenire ad te super aquas. Est etiam (praeter haec) naturalis amor, patris ad filium, Mariti ad vxorem, & amici in amicos, sed Dei ad hominem, omnem superat amorem. Cur non igitur reciprocus in Deum est ingrati hominis, qui bonus est, quique dilexit nos, qui multa nobis est elargitus, & qui denique multo plura, & maiora etiam dare promisit pollicitusque est.

ANTINOVS.

Aelij Adriani Imperatoris, familiaris fuit puer, adeo ab eo dilectus, vt cum, Caluariũ montem, & Golgota ac dominicum sepulchrum, extra

tra mœnia existentia, muro cinxisset, Aeliamque appellasset vrbem. Templum ibi pariter illi extrui voluerit, & amplius, id Antinopolim appellari, vt sic dilecti pueri, memoriam immortalitati consecraret, cuius signum lapideum pulcherrimum habeo ego antiquum, & numisma ab eo desumptum manu egregij artificis, Io. Cauinij, Patauini, cum antiquis facile comparandi.

A R S.

Ars est præceptorum collectio, docentium aliquid, virtutesq; veteres vocabãt artes. Nec ideo minus præstans est, quanquã aliquãdo grammaticus (exempli gratia) barbare loquatur vel musicus inepte canat, Medelamque ignoret Medicus, aliàs vitiosa foret argumentatio, quia nõ sequitur. Theologi male viuunt, ergo Theologia falsa doctrina est, nec artificum errata, sunt in artes sic conferenda. Hinc videmus, cæno aurũ nõ pollui, ac contaminari, quodque etiam si quis nutriatur vt seruus, patiatur, operas obsequiales præstet, non ideo minus liber esse desinit. l.ij.C. de inge.ma. Est verum quod nulla ars sine magistro discitur, & sine interprete, imò qđ nec absq; exercitatione aliqua, percipi põt. quodque aliquam suscepturus, ad eã facile obeundã, naturã habere debet, luctator robur, cursu certãs, pedũ pernicitatem, Gubernator mentis acumen, in suscepta se exercere uero, quam nouerit, (ut est in prouerbio) aliàs (quod adhuc prouerbialiter dicitur) Camelus saltitabit. Et uere qui multorum titulis superbiunt, aut diuini homines sunt, aut impudentes aut insani: quique omnia pollicentur nihil præstant, faciuntque ut omnia contrectando atque intelligendo (quod ait Comicus) nihil intelligant. Apelles olim, pictor ille egregius, fabro coriario (historia nota est) dicẽti nescio quid, ne supra crepidam ait, quia nec cæcus de colore iudicat. igitur,

Nauita de uentis, de tauris narret arator;
Enumeret Miles vulnera, pastor oues.
Et tractent fabrilia fabri.

Stratonicus citharedus etiam, cum Ptholomeo rege, de Citharistria contendens, aliud sceptrum aliud plectrum, dixit. Sique bouem ab aratro solueris, vel equum à curru, illum vero currui admoueris, istum aratro, præuaricator eris naturæ. nec secus si incisis alis, eas gressibiles facere volueris, vel homini coaptatis alis, vt volet. plus dicam, quod Cartaginensis quidam cum leonem cicurasset, sarcinis impositis, illumq; in modum aselli per vrbem duceret, necatus est, vt pote naturæ tyrannus, vnde prouerbium fluxit. Clitellę Boui nõ conueniunt. & ad idem inquit philosophus qđ quisq; bene iudicat tũc, q̃ bene nouit, alias ad lyram est asinus, maxime quia (iterato dixerim) non omnis ars omnibus est pulchra. nanque lites & forum quęrit Causidicus. Theatrum & ludos populus. Rustici Boues & rastra. equos & arma, miles. Tabernas caupo. Fornicem leno & meretrix. Nauta remos. & Studiosi denique libros. Inuentęque sunt artes postremo (agricolatio à Cerere, uitis à Baccho, Merces & Mercatura à Mercurio, & ab Apolline Medicina) quia humanę uitę usus, & necessitas, ita requirebat. imò quod ex his, articulam omnis terra nutrit (το τεχνιον dicebat Nero) ut aliqua instructus, & destitutus Imperio, uiuere possit, sicuti olim Dionysius, Sicilię tyrãnus, qui regno pulsus, ludi magister tunc in pueros exercebat Imperium. & pro ut uarię sunt, gentesque uariæ, etiam (peculiaribus tamen) gaudent, Thebani tibiis, Atheniẽses eloquio, Cretici cursu, Thessali equis, aliique aliis quã pluribus, quos enumerare foret longissimum. igitur finem facio, & cum his ad alia transeo.

A P O L L O.

Apollinis nomen quod sæpe scriptum inuenimus, ęquiuocum est, siue triplicẽ habet potestatem, nanque Sol apud superos est, Liber pater in terris, Apollo apud inferos. cuius tẽplum olim in monte Parnaso positũ erat, ibique Delphicus, dabat responsa. tametsi musicus etiam appellatus sit, quia musas docuit. & epicurius, idest auxiliaris. & alexicacus, quasi aueruncus, quod morbum auerterit pestilentem. & Thyrxeus à fonte, ubi responsa dabat pariter, in quem, si casu quis descendisset, quęcunque uoluisset pręscire poterat. & Agyeus, hoc est uiarum præses. & Lycius, quia ueluti lupi pecora rapiunt, ita quoque Sol (Apollo enim idem quod Sol dicitur) humorẽ eripit radiis. uel & melius Lyceus à ligno, cuius corticẽ ĩ æde ipsius Apollinis Lycæi, posita ex oraculo quidem, lupi ouilia uexantes, interempti sunt. & Ismenius à Fluuio Ismenio, præterfluente. Et Agorçus idest forẽsis. & Pataræus a Patarã Lyciæ urbe olim opulentissima. & chrysocomos, à radiorum fulgore, quos comas aureas Solis uocamus. & obliquus quod oblique & ęnigmatice petentibus oraculum respondeat. & Accius, quia in Accio urbe Acarnanię colebatur. & Crisseus à Crissa urbe. & Pytheus à Pytho. unde Pythia ẽt festa, & Tẽpli sacerdos Pythias dicta dictusq; ẽ. Et iuris peritus de quo sic Iuuena.

Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum.
Sportula, deinde forũ, iurisq; peritus Apollo.

quia in foro Augusti (ibi enim ipsius Apollinis erat statua) quotidie & assidue quidem, lites audiebat. & Heratæus, longe iaculans. & Aegletus ab Aegle insula. Manu dextra gratias gestat, arcũ & sagittas sinistra, quod ad noxam sit pigrior, & salutem manu dextra prõptior largiatur. Chrisæque vbi est eius templum, ac simulacrum, murem sacrum ad pedes tenet, & eidem Parnasia herba (laurus scilicet) sacra est. Immolanturque asini. licet aliter æstatem aureã dedicent Metapontini, in agricultura fœliçes.

AR-

ARCHILOCVS.

Poeta maledicus fuit, is enim (vt cætera silentio prætereamus) cum à quodam contumeliose appellatus fuisset, sic respondit. Cicadam ala cōprehēdisti (huius nanque mirus est stridor si ala præhendatur) quasi dicat præbuisti mihi ansam de te male dicendi. de quo alibi Hora.

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

imò quod Socerum suum suspendio remedium quærere coegit, quia filiam iam desponsatam se daturum negarat, quanque adegit etiam (vt memoriæ proditum est) ad idem genus mortis.

ARISTIPPVS

De Aristippo multa dicuntur, sed id vnum mihi tantum præcipuum visum est, nullo modo subticendum, quod argenti & pecuniæ fuerit spretor. nanque cum seruus eius in uia portaret argētū, eoque onere grauaretur, abiice (inquit) quod vires tuas superat, & quantum potes gere. vnde Hora. *Quid simile isti.*

Græcus Aristippus? qui seruos proiicere aurum.

In media iußit ibya: quia tardius irent.

Propter onus segnes. fusius Laer.

ANCIANI.

De his quoque fit mentio sæpe in iure, & maxime in l. j. ff. quod quisque iur. & in l. ciuitas & ibi diximus nos. ff. si cer. pet. declara, eos esse, qui bus reipub. cura commissa est, quique à nostris deputati, vocantur. Vicentiæ & Veronæ Consules. Florentię primū Anciani, postea viri Boni, Tertio priores, postremo vero Domini. In rep. Augustana Germanię, tutores.

ABSTINENTIA.

Multa extant abstinentię exempla, sed id vnū prę cæteris mihi semper præcipuum visum est. l. Pauli Aemilij, q̃ victo Perseo, Philippi filio, cū ex Hispania maximas retulisset opes, uix ex auctione bonorum redactum est, vnde vxori eius dos redderetur.

AFFECTVS.

Tres sunt affectus, q̃bus homines in omnia dilabuntur uitia & facinora pręcipites, ira, cupiditas & libido, quas, furias, Poetæ vocant, & eumenides. vnde Hora.

Quid mirum, vbi illis carminibus stupent.
Demittit atras bellua centipes
Aureis: & intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?

Ira igitur ultionem desiderat disidiaque hinc nascuntur expulsiones. & bella. Cupiditas vero opibus inhiat, q̃ fraudes cogitat, & appetit, latrociniis & furtis oblectatur, & libido deniq; voluptates expiscat̄, stupra adulteria & incestus. Ab affectibus affectio etiam deriuatur personarum, cuius habenda plerūque est ratio dicimus nos. l. Caius ad si. ff. sol. mat. l. cum seruus. ff. mā- da. l. si domus. §. qui confitetur. ff. de lega. j. dixi ego in l. obligatione generali. ff. de pigno. l. affectionis. ff. de dona.

ADVLESCENS.

Adulescentes, sementem doctrinæ facere debent, ut adulti inde vberem messem colligant, vnde quidā, quod, nō ab re erit, hic cōscribere.

Dum datur o pueri, discendi copia vobis:
Discite, non semper copia talis erit,

Polymathię nostræ libellus fusius.

ATHLETA.

Athletę certatores sunt, à Gręco verbo ἀθλεῖν, quod sonat certo, sic dicti. quos vulgus campestratos appellabat, quia subligaculis operire solebant verenda, & nudi se exercere in campo. luctaturi etiam puluere post vnctionem aspergebantur, vt præhensiones forent firmiores, & non lubricæ, & luctaturi diximus, quia athletica certàmina tria erant, cursorum, pugilum, & luctatorum. & inde, Athlothætæ præfecti, & curatores coronarum. & ad idem sciēdum est, quod Athleticam primus instituit Olympiæ Hercules. Et si Ioui in medio Cœli iungatur Sol trigonica radiatione, quod athletam facit, quodque non ob id, quod virtutis gratia artem exerceat, notatur infamia. l. athletas. ff. de his qui. not. infa. Et q̃d Theagenes Thasius (ut memoriæ proditum est) alioquin coronas. cxl. è certaminibus retulit.

ANANIA VRBS.

In Campania Romę sita est hodie sic vocata & populi Hernici, olim Latini, quos vicit M. Furius Camillus simul cum volscis, hostibus po. Ro. Is enim est qui Tribunus consulis loco Manlium Capitolinum morti tradidit (historia nota est) & ad propositum (hoc tantum dicam) duobus magnis & præstantissimis viris Bonifacio octauo scilicet Pont. max. & Io. Anagnino illustri I. Con. claram esse.

ANCILLA ET PVER.

Pro subditis pastorum ponitur alibi cum dicatur Lucæ. Et cœpit percutere pueros & ancillas. nomina perosa, id nostris iurecon. Istud vero vxoribus, nanque Ino (ut est in fabulis) suspicata virum rem cum serua habuisse, ancillas (vt dixi) odio habuit. Et hinc est illis ædem Matutę deæ, hoc est Aurorę ingredi fas non fuisse. Romanosque

minibusque homines unum tantum aliquando in- frodo esse solitos, qua inuria memoriam retracti sceleris etiam cedebant.

ANTICATONES.

In laudem Catonis Vticensis fane(is enim est qui misericordiam Cęsaris longe grauiorē quā mortem existimans,se percussit,rescissoque uulnere expirauit,anno ętatis suę xlix.non secus ac. C.Marius,qui in cuniculo per quem tētauit eua dere,mortem sibi consciuit. Vel L. Brutus,à nauibus Pompeij circumuentus, qui pariter mucro ne uerso ad rastrum nauis,obnixus,corporis pon dere occubuit. Vel Cn.Norbanus consularis pro scriptus in urbe Rhodo,qui comprehensus se ipse interemit. Vel Cassius(historia nota est) Vel Q. Saluidenus consilia nefaria molitus, contra Octauium Cęsarem dānatus.vel M. Antonium, cum ad Actium classe uictus Alexandriam pro fugisset. Vel Cleopatra,ne in arbitrium ultoris ueniret) libellum scripsit Cicero,duos uero Cęsar,indignum idem ferēs,seu inuidia motus; tamen ei eiusdem uitia ostendisset, quos Anticatones etiam uocauit, idest contra Catonem, ἀντὶ enim grece contra dicitur.Hinc Saty.

Nouerunt Mauri,atque Indi,quae psaltria penē.
Maiorem,quā sint duo Cęsaris Anticatones.

ACCVRSIVS.

Florentinus fuit magnus Iur.Cō. ideo sic di- ctus,quia occurrit tenebris iuris ciuilis, vt de se ipso loquens ait in glossa in §. it in danda. ff. ad treb.is habuit duos filios Franciscum natu maiorem,& Ceruosum minorem,qui fecit multas additiones,quę Ceruosinę inde appellatę fuerūt,& de quibus fusius Bald.in l.j.in §.officio.ff.de tute.& ra.distra.& in l.j.in §. interdum. ff. de legi. toto.& quia dixi ego alibi satis in libello de viris Illust. transeo non omittens tamen hoc vnum quod omnes in ęde sacra diui Francisci Bononię,elegantissimis tumulis, sepulti sunt, siue in Cimiterio eiusdem,vnus post alium, in quorum ordine est etiam Odof.ibique summa cum laude quiescunt.

ABYSSVS.

Quoniam alibi sic formaliter dicitur.Iudiciū Dei abyssus multa,hoc vnū tantū sciendum est, quod in sacris capitur literis, pro maris profunditate,& inferni,pro materia informi.pro mentis humanę inscrutabilitate. et pro diuinę mentis demque incōprehensibilitate.& ita verba supradicta hoc modo vltimo capiuntur.

ARENAE MARIS.

Arenas nom(rare haud est facile,sicuti nec vo lare sine pennis.Imò quod est impossibile.

ACTOR.

Actor ad vnam causam est tantum , Sindicus ad singulorum causas eligitur,in iudicijs. Icōnomus ab episcopo,rebus ecclesiasticis. Et sic differunt pluralitate negotiorum,& qualitate. not. in l.j.in §.j.ff.quod cuiuscunque vni.no.Sp.in titu. de his qui alie.no.ag.in §.sindicos.& in §.actor.

ADVLATIO.

Magnum malum est adulatio, vitanda quidē, inq; genere demonstratiuo fugienda vt in l. j.C. de statu.& imagi. Hinc clericus adulator ab officio degradatur.c.clericus.xl.vj.d. Perpetua principum pestis,qui dum libenter audiunt quę volunt,adulari linunt, & falli ęquo animo patiuntur.a Gręcis orta.Callida, insidiosa,blāda,&(vt inquit Plato)cauillatrix. Ancillaris rursum,illiberalis, quę homines ex stultis insanos facit, imò quod mortis causam fuisse Cęsari aiunt, adulatores,quos satyrici Iuuenal.& Persi. Palpones vocant.ille sic.

Quem munere palpat.
Carus,& à trepidō thymelē summissa litino.
Iste. *Ius habet ille sui, palpo.*

Cornelius enim Balbus cum vellet Cęsar ei- dam assurgere, eum vetuit, dicens. memineris te Cęsarem esse. Et Prusias Bithynię rex, Romā venit,gratias Senatui egit,ob victoriam ex Macedonia partam, aduersus Perseum Philippi filiū; regem. Nicomedem filium senatui commendauit,& plenus adulationis,libertum se po.Ro.esse dicebat. In musica est etiam adulatio. nanque vbi Dores patriam illam, ac montanam musicā linquentes, inter armēta ac pecudum greges,clamorum tibiarum saltationumque amatores effecti,musica simul cum ipsa, degenerem virtutem reddiderunt. Medicina etiam degener , ad adulationem se transtulit,cum primum homines Aesculapij,discipulorūq; eius,curatione relicta,studia illius artis,coquinaria similitudine fecerūt, pra uorū,&corporū adulatores nocētissimi. Quid qd oratori,et Sycophanta adulatur, orationem aduersus orationem exacuens. Iusto iniustum,honesto numēs turpe. Et Sophista denique philosophię. Non omitto etiam, quod qui adulatur parasitus est,qui vero quod conuenit ignorando, praetermittit,stultus,& si malitia, inimicus. Et breui oēs eū vmbra sua, hoc est cū adulatoribus certamē inire.quorū copia nō minor est,quā ęstate Culices,vel in culina Muscę horū ig: t voces,vt venenū,melle illitum, respuendę sunt, ut olim Tiberius,quem(adeo adulationes auersatus est)praenomen Imp.& cognomen patris & patrię,ac coronam sibi oblatam,recusasse ferunt.

ANNVLVS.

Annulū ferreū inuenit Prometheus, si hlātij frater,cui gēmā inclusit,eūq; vngulū appellauit, quia quemadmodum vnguis carne, sic gemma, metallo,circundatur.

A C A D E M I A.

Academia, erat Platonis schola Athenis, Lyceum Aristotelis. Diuus Hiero. vero, Athęneū, pro quo vis loco capit, vbi tradantur literæ. erat enim Athenis rursum, locus Mineruæ sacer, vbi singuli suas artes profitebantur. Academicos vero Aug. Caducarios vocat, quippe quod morbo caduco, & comitiali forte obnoxij sunt. Parisiis Academiam instituit Carolus Magnus, Bononię Theodosius, Patauinam hanc nostram autem, cōsuetudo longęua, quæ vim legis habet. & vt latius tradit Bar. in proœ. ffor. & Bal. in l. sed & reprobari, ad fi. ff. de execu. tu. Anglia etiam duas habet florētissimas, Cantabrigiam, & Obxoniā. Sed nulla est, quæ ita floreat, vt hęc nostra, honestis disciplinis, quęq; nulli cedit, imò eidem omnes vt nox diei. Huc igitur proficiscantur adulescentes, libenti animo, magno, excelso, & erecto, quoniam velut è diuite quodam emporio, preciosissimis optimarum disciplinarum mercibus, locupletes domum redibunt.

A R C H I T E C T V S.

Ingenio solerti esse debet, vsu maximo, iudicio acerrimo, consilio maturo, & arte deniq; cōsumatus. Vt Palladius noster, cum antiquis sine controuersia cōparādus. Et nimirum quidem, vt inueniat, cognoscat, seligat, cōponat, & quod cōstituit deniq; perficiat. Et qualis olim fuit etiam Philo, cuius opus Atheniensium armamentariū erat, hoc est, repositorium armorum, nauiumq; receptaculum, ad Strategei & Conditorij differētiam sic appellatum. in quorum altero, hostiū spolia reponebātur: alterum vero, tormētorū, bellicarumq; machinarum recōdendarū, erat locus.

A V R V M.

Quanuis Samnitū Legatis dixerit Curius (vt memoriæ proditum est) se nolle aurum, sed imperare potius, habentibus aurum. Demetrius vero, Imperatori Romano, sibi rursum aurum mittenti, si tentandus erat, toto Imperio experiri debuisse. quodq; in auro speciosa ęrūna est, & splendida miseria. eo tamen metallo, nullum aliud est pulchrius, splendidius, ac potentius. namq; eius splendore captus Aesculapius, Hippolytum ab inferis reuocauit. Salutis spes est in auro, quo placatur etiam Rex ferus. Vectes franguntur & saxa. tristis ianitor mollitur, Aurum solutos vincit. vinctos soluit. sontes liberat, & innocentes damnat, disertos ex mutis, ex disertissimisq; mutos reddit. Auro concionatus est Metellus in Cæsarem. Demosthenes non anginam, sed argentāginam passus, (historia nota est) obmutuit. Inermos armat, armatos spoliat. pacē præstat, & eripit. & breuiter nullus locus tam fortis est, in quē asellus auro onustus, nō possit (vt inquit Cice.) facile ascendere. vsq; adeo vt nec Philippus, sed eius aurum Græciam subegerit. Quod & Hora. sensit, dicens.

diffidit vrbium
Portas uir Macedo, et subruit æmulos
Reges muneribus. munera, nauium
Sæuos illaqueant duces.

Imò Iupiter ipse (vt est in fabulis) in imbrem se aureum vertit, custoditæ mulieris pudicitiā rapturus. de quo ēt Poe. lyricus, lingua Italica.

Canzon io non fui mai quel nuuol d'oro,
Che poi discese in preciosa pioggia.

A R M A.

Quid armorū appellatione veniat, clarè habetur in l. armorū. ff. de ver. sig. verum præter ea q̄ ibi dicuntur, adde tu quod nesciunt arma ponere quibus semel tradita sunt. quodq; arma bene extruere, est salutem hominum custodire. Et quod deniq; in bello sunt necessaria, in pace decora. Clericorū lachrimę. Militū tela & enses. Scholarium libri, vt inquit glo. in l. nepos Proculo. ff. de verb. sig. Mulierū vngues. Animaliū cornua & dētes. aliter tamen Luchret. sic.

Arma antiqua, manus, ungues, dētesq; fuerūt:
Et lapides, et item syluarum fragmina rami.

Et Hora. simul.

Vnguibus et pugnis, dein fustibus atq; ita porrò
Pugnabant armis.

Et aliter D. Hiero. (armorūq; genus istud, cęteris est p̄stātius) Arma Dei scilicet, nō alia, sumēda fore à nobis, vt ī die mala possimus resistere.

A V G V S T V S.

Augustus, & Cæsar differūt, ille à Senatu, iste à patre eligi solebat. ea de re in legū nostrarum (scitu enim dignū est) sic q̄nq; dicitur suprascriptione, Philippus Augustus, Philippus Cęsar. Et oīs Augustus est Cęsar, non è cōtra. Vel & aliter dicamus, q̄ Augustus sit, qui nunc regnat (idēq; tamen est) qui vero in prouinciā mittitur, Cęsar dicitur, Augusto in Imperio successurus. Cognomenq; est nō ab augēdo dictū, vt quādoq; docuimus post alios in l. ij. in §. appellata. ff. si cer. pet. sed sacrosanctū, religiosum, diuinū, & maiestatis plenum. quo ille, qui viros oēs audacia, prudētia vero iuuenes, superauit, vltimo loco (prius enim Octauius, deinde Cęsar) fuit appellatus. Ex sorore Cęsaris nepos. In cuius honorē, Cęsareā Palestinę, quę prius Stratonis dicebatur, Herodes Ascalonita dicauit. Ipse vero Quirino, idest Romulo, Tēplū colūnis sex & septuaginta decoratū, quasi vaticinio quodā p̄dixisset, se tot annos viuere debuisse. Et enim lxxv. annos mēses x. dies xxvj. natus, Sex. Apuleio & Sex. Pōp. Coss. Nolæ moritur. quanquam nec suspitione Liuia caruerit (prius enim M. Antonij & Fuluię uxoris filiam duxit, deinde eodē M. Antonio, & Cleopatra, uictis, repudiauit) ficubus ueneno infectis, (vt Agrippina Boletis Claudio) mortis causam ei dedisse. Voluit etiam hic Romulus appellari, quasi

quasi ab eo ortum habuisset Roma, aucta, conseruata, inq; fœlicissimo statu collocata. Verum suspitione regni affectati, supradicto cognomine Augusti, cohonestatus est, quod Græci aliter σεβαστὸν vocant, cultu scilicet & honore dignissimum. Cætera Tranquil. & Dion.

ANIMVS.

Vt ager quanuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina animus sterilis est. Imò, quia plerumq; erroribus abũdat, nisi diligenter euellantur, & labore atq; studio, bene purgentur, effici planè potest, & facile, vt in ipso flore fructus pereant, & extinguantur. præcipua hominis pars, & quasi auriga (sensus enim sunt quasi equi sine ratione currẽtes) frena ipsorũ currentium retinens. Ideo eiusdẽ munus est, ratione vti, non motibus cõcitari, virtutibus instrui, prudentia, fortitudine, iustitia, & temperãtia. Si deliberandum est, vel pugnandum, vel contrahendũ, vel aliter curandum corpus. Summopereq; laudãdus ille, qui animam tanquam arcum, ad omnes rei bene gerendæ occasiones intentum habet.

ANIMA.

A nomine Græco anima dicta est ἄνεμος; id est ventus, quod tamen verum non est, ex quo à Deo creata est, vt legitur Gene. ibi. formauit igitur Deus, hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Sicq; dicta quia viuificat corpus. In qua est intellectus vt in capite oculus. Imò & Trinitatis imago, quo ad tres ipsius potentias, memoriam, intellectum (iterato dixerim) & voluntatem. Similis Deo, quia vnus, ipsaq; vna, tota in toto, vt Deus vbiq;, & trina, memoria, intelligentia, & voluntate, (vt diximus) & trinus ipse Deus, Pater, Filius, & Spiritus Sãctus. Simplex, immortalis, & inuisibilis. explosa eorũ vanitate, qui dicebãt ignem esse, vt Zeno, harmoniam vero Aristoxenus, Xenocrates numerum, & Aristoteles Endelechiam quãdam, hoc est cõtinuatam motionem. Et (vt fusius dicam) similis est, lapidibus quantum ad esse, quantum ad viuere arboribus, animalibus vero quantum ad sensum, Angelis quantum ad intellectum, & quantum ad intelligentiam Deo.

ARROGANTIA ARROGANS.

Infœlix est ne dicam arrogans, qui omnia sibi licere existimat, vt Timeus Siculus, qui se facile Thucididem superaturum iactabat. vel Lycurgus Briantis filius, qui, quoniam cum Diis, Baccho præsertim pugnare contendit, cæcitate perpetua à Ioue Saturnio, affectos est. Vel Laberius qui in Cæsarem sic inuectus est. Porrò Quirites libertatem perdimus. Necesse est multos timeat, quem timent multi. Tanta arrogantia Pacuuius fuit confidentia, vt Cæsari in Collegium venienti Poetarum, non adsurrexerit. qui etiam in Camenarum æde, maiorem se posuit statuam, cum esset breuis & homunculus quidam. Tanta Menecrates Syracusanus, Philippi Macedonis Medicus, vt se Iouem appellaret. Arrogantissimi omnium vero, Neuius Poeta, & Aristarchus Grãmaticus, nanq; in epitaphio illius legitur, quod sibi proposuerat, sic.

Si foret fas flere,
Flerent Diuæ Camenæ, Neuium Poetam.

Illius vero iudicium adeo castigatum, vt hoc ipsum iactaret, versus Homeri nõ esse, nec illius esse putarentur, quos ipse non castigasset. Cætera fusius ego in lib. qui polymathia inscriptus est.

AGRICVLTVRA.

De agricolis, deq; agricultura, memini me in lib. obseruatio. dixisse multa, nouissimè tamẽ adde, à viris studiosis fore maxime desiderandam. Verbaq; Hora. ad idem, sunt hæc.

O rus quando ego te aspiciam, quãdoq; licebit,
Nunc veterũ libris, nunc somno & inertibus horis.
Ducere sollicite iucunda obliuia vitæ.

Hinc Metapontini in agricultura læti & fœlices, auream æstatem Apollini dedicarunt. Cui ẽt dare operam, Romanis fuit aliquãdo gloriosum. Quod testantur Cicerones, Fabij, Lentuli, Serani & similes, ob id quoq; tunc, cognomina sumẽtes. nec sibi vult aliud Iuuenal. carmen, ibi.

Erectum domino referens à monte ligonem.

Vel alibi & melius.

Viuite contenti casulis, & collibus istis
O pueri Marsus dicebat, & Henricus olim,
Vestinusq; senex, panem quæramus aratro.

AVLA.

Vita aulica splendida miseria est, & personata fœlicitas, ipsaq; Aula principum, malorum lerna, vbi non aliud gustatur, quàm ambitio, adulatio, munera, officiorum venditio, simulatio, & expoliatio ac voluptas. Ipsiq; idem quod Medici faciunt, imitantur, nanq; corpus primum inaniũt, postea implent ac vegetãt. Inq; magnis aulis, velut in vasto nemore varia animãtur genera, aluntur. Equis velisq; igitur, aula fugienda est. Interrogatus tamen, nescio quis, quomodo sic in Aula consenuerit (quod rarissimum est) iniurias accipiendo & gratias agendo, respondit.

ALEXANDER MACEDONICVS.

De gestis Alexandri multa Q. Curtius & Arianus, adde tu id tantum nunc, quod comparatiuè ad Philippum patrem, longe fuit præstantior. quodque in Cilicia Darium fudit. Et quod eundem expressum gestantes, auro vel argento,

In omni publica uel priuata actione, iuuantur, usque adeo ut Macriani uiri & mulieres, Romæ non ab re, uisi usq; ve fuerint ipsius imagine semper. Omnium regum humanissimus & clemens, erga vxorem et filias Darij, cuius proditores et interfectores, Bessum & Nabarzanem Satrapas, crucifigi, Dariumque ipsum, fusis lachrimis sepeliri, iussit. & dictu etiam mirum est, eo tempore, quo ex Olimpiade natus est, quod ab Erostrato Dianę ephesiæ templum incensum est, & conflagrauit, quodque id locū adulationi fecit, desertum à Dea, vt parturienti Olympiadi assisteret. Et quod creditur mortuus ex veneno aquæ stigiæ, non sine Aristotelis infamia ex quo cum capitali odio fuerat insectatus.

ATHENAE.

Quanti Athenas fecerint Ro. ex eo liquet, qđ Legati olim illhuc missi sunt Sp. posthumius Albus. A. Mălius. & L. Sulpicius Camerinus, iussitq; inclytas Solonis leges describere, & aliarū Gręciæ ciuitatū instituta, mores, iuraq; noscere. Ibi (vt memoriæ pditū est) Lycęū Aristotelis erat, Academia Platonis, & Areopagus, primiq; fuerunt Athenienses qui Remp. constituerunt. Athenas vrbem Palladis vocat Hora. qñ dicit.

Sunt quibus unū opus est, intactā Palladis urbē.

Carmine perpetuo celebrare, & undiq; decerpta frondi præponere Oliuam. & (vt inquit Cice.) sine controuersia fuerūt omniū doctrinarū inuētrices, & Gręcia ipsa, omnis philosophię parens. Atticus populus tamē acer erat, mobilis & inuidus. Cōparabatq; Isocrates Athenarū vrbē meretrici, quæ cuiusq; congressum primo trahit, ad commorandū vero nequaquā consentit. sic Athenæ aduenas admittebāt facile, sed nō tamē ut essent ciues, seu vt ciuitate donarentur. Philippus vero, Macedonicus, Hermis, quia vt illi præter os virile, nihil aliud habent, ita Atheniensibus, nil aliud quā eloquentia remanserat. Imò quod tandem Bello Peloponesiaco cōciderunt. Et præter hæc (dictu mirū videtur) antequam caderet, anteque Pompeij cladem, multa molitis contra Cęsarem, quod propter maiorum virtutem & gloriam eisdem pepercit.

BOLETVS.


BOLETO præparatum venenum infudit Agrippina, de qua superius, quē maximū & pulchriorem Claudio marito, manducādum exhibuit, deque reliquis ipsa comedit vsque adeo vt hoc pacto insidijs circunuentus, è conuiuio quasi temulentia oppressus elatus sit, quod erat illi frequens, noctu autē omissa loquendi audiēdique facultate omni, diē clausit extremum. vnde vulgatum illud prodijt.

Boleti letthi causa fuere mei.

Et hinc Iuuenal.

Occurrit matronæ potens, quæ molle calenum.

Porrectura uiro miscet sitiente rubetam.

Item alibi.

Respice riuales diuorum, Claudius audi.

Et alibi.

Minus ergo nocens erit Agrippinæ Boletus.

Erat idem extat non ab re, Gallionis Senecæ fratris, vrbanissimum sanè dictum. Claudiū fungo immortalitatem sibi peperisse, quodque vncia in forum carnifices fontes trahūt, ac inde in profluentem amnē proijciunt, fungo vero Claudius in cœlum raptus est. Et illud quidē Neronis memoria quoq; non indignum, fungos Deorum cibos esse, ita vt Claudius Boleti vsu Deus etiā factus sit. Hæcque de Boleto sufficiant satisq; sint.

BIBLIOTHECA.

Bibliothecam habere instructam, cuius appellatione venire etiam libros, indubitatū est, vt alibi inquit I. Con. in l. Labeo. ff. de cōt. emp.) certę pulchrū est, vt Pergami Attalus olim & Eumenes & in Ionię ora, Smyrna. Scituq; dignū est, qđ primus omniū regibus Aegyptijs instruxit Aristoteles. Romæ vero Asinius Pollio, Statua M. Varronis ornata. Cui primū quoque à Cæsare fuerat credita. Instruxit etiam M. Antonius triumuir. in qua ducentorū millia erāt librorū exēplaria, Alexandrię mille & septingenta. Credita rursum fuit etiam & aliquando, ab Augusta Pōpeio. à Ptholomæo rege, Marco, & à Philadelpho denique, Demetrio Phalereo, & quanquā alias Diodorus Siculus historiā scripserit, quā Bibliothecā appellauit, velitq; amplius Cice. adolesc ētes eā oneret potius quàm ornet, nihilominus ad Atticū scribens ait. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratū est, ornamentū Academię proprium meæ. & alibi. Tu velim, ea, quæ nobis emisse & parasse scribis, des operā vt quāprimū habeamus, & velim cogites id, quod mihi pollicitus es, quemadmodum Bibliothecam nobis cōficere possis. Item alibi. Hermæ tui Pentelici, cum capitibus æreis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc admodum delectant, quare velim, & eos, & signa & cætera, quæ tibi eius loci & nostri studij & tuæ elegantiæ esse videbuntur, quā plurima, quamprimum mittas. Nam in hoc genere sic studio efferimur vt abste adiuuandi, ab alijs prope reprehendendi simus. Et alibi. & signa megarica, & hermas, de quibus ad me scripsisti, vehementer expecto. Quicquid etiusdem generis habebis, dignum Academia tibi quod videbitur, ne dubites mittere, & arcæ nostræ confidito. Genus hoc est voluptatis meæ, quę gymnasio maxime desunt, ea quæro. Quid mirum igitur, si nostra amicorum communis, non modo libris instructa, verum signis statuisq; & antiquitatibus ornata est, quam nec magni ac illustres viri, aliquando etiam videre, inspicere, & cōtemplari, sunt dedignati.

BENE-

Adeo verum est mala nomina fugienda esse, vt pote mali hominis mendacia, vt hinc dubitatũ minime fuerit, Beneuẽtum oppidum, (Colonia enim Romanorum erat) appellari, bene ominãdi causa, cum tamen prius Maleuentum vocaretur. Hinc Hora.

Tẽdimus hinc recta Beneuentũ ubi sedulus hospes. pene arsit. deque his fusius nos aliàs in l.ij.in §. appellata. ff. si cer. peta. & alibi.

BATTILVS.

Quod pluribus modis intelligi potest, ambiguum est, ideo dicunt nostri, vitari debere. tamẽ (vt ad dicta in l. quotiens in stipulationibus. ff. de verb. ob. tibi seruiat) scias velim, Battilum huiusmodi esse, nanque primum Mimus fuit, sic vocatus, & Anacreontis Poetæ puer. Item populi Septentrionales, & instrumentum denique quo vtimur ad vsum ignis, de quo (vt prius) Iuuenal.

Chironomon ledam molli saltante Batilo.

Et alibi pro Anacreontis puero, quem etiam Polycrates Tyrannus dilexit.

Effigies inter uestras statuamque Batili.

ita arietis verbum, capitur, ad generandum inter oues, instrumentum Bellicum est, Marinaq; etiã Bellua, vt in prealleg. l. quotiẽs. Canis latrans, cęlestis, & Marinus piscis pariter. Vnde (scituq; dignũ est) differentię causa, & ne ambiguitas in verbis oriatur diphtongi inuenti fuerunt, qui sunt quattuor. æ, œ, au, eu.

BLANDILOQVVS.

Est, qui etiam deleneficus vocatur, (vt Fulgentius de vocibus antiquis, inquit) qui verbis blãdis vtitur, ad aucupãdam amici, vel alterius cuiusq; gratiam. exemplum. Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna. eaq; es adeptus adolescens, multa iuuidẽtibus, quos ingenio industriaq; fregisti. Vel sic. Cos. es designatus, optima ætate, summa eloquentia, maxima orbitate Reip. virorum talium. Vel sic. Senatus grauior, constantior, amicior tuis laudibus esse non potuit, quam fuit. Vel sic. Omnia tua consilia, mihi non magis prudentiæ plena (quæ summa est) videntur, quàm fidelitatis, quam ego ex mea conscientia metior. vel sic. Consilio nõ eges, sed abũdas potius. Vel sic. In Rep. conseruanda iam defatigatus, non multo plus faueo patrię quàm glorię tuæ. Vel sic. Sic tibi persuade tantam esse, apud omnes bonos tui charitatem, vt nullũ genus amplissimę dignitatis excogitari posfit, quod tibi non paratum sit. Vel sic. Itaq; persuade tibi maximam Reip. spem in te, & in tuis copiis esse. Vel sic. Tua virtute & magnitudine animi nihil est nobilius. Vel sic. Est enim tua toga omnium armis fęlicior, quę nunc quoq; nobis penè victam Remp. ex manibus hostiũ eripuit. Vel sic. Athenas ueni, uidi filium tuum deditum optimis studiis, summaq; modestię fama. Vel sic. Faueo tuæ gloriæ, & eruditionem admiror. Vel sic. operum tuorum habes non modo lectorem, sed etiam prçconem. Vel sic. Cum tuas lego literas, multiplicẽ cum fructum tum uoluptatem capio, & qualescũque sint discedo doctior. Vel sic. Tuus sermonis terrens, meam expergefacit somnolentiam. Tuus ardor meum frigus acuit, tua copia, ieiunam exilitatem meam emendat, atq; castigat. Vel sic. Fauore tuo fulcis Claudium meum, auctoritate tueris, splendore ornas, & benignitate foues. Vel sic. Tuam hanc fœlicitatem orbi partam, loquentur eruditorum hominum linguę. Tuum hoc ingenium iuuandis mortalium rebus natum, celebrabit æternis monumentis, Latina pariter ac Gręca facundia. Vel sic. Ardentem uirtutis amorem spirant tuæ literę. Vel sic. Liberalis ingenij tui uerecundia, tuam ętatem ornat & cõmendat. Vel sic. susuitate literarum tuarum uelut incantamentis efficacibus scias me tuum factũ esse. Vel sic. Tuo carmine hominem, uelut in speculo, sum contẽplatus, magna sanè cum animi mei uoluptate. Vel sic. Inter meas pręcipuas fœlicitates numero, quod hominis tam candidi, sim beneuolentiã nactus. Vel sic. Quam maximè mihi displicui tua audiens uel legens. Vel sic. Tu superiores omnes qui scripserunt longo post te interuallo, reliquisti. Vel sic. Si scripsisses fuisses mihi in molestissima ualetudine, magno solatio. Vel sic. Si talem epistolam tuo Marte scripsisti, tempus est ut ego calamum abiiciam, meq; à scribendo abstineam. Vel sic. Muta prius labentur flumina in mari, sine strepitu, quàm te amare desistam. Vel sic. Legi opus tuum, in quo apertissime doctrina quadam singulari, ueteres ab inferis reuocasse uideris. Vel sic. Poemata tua, tam lepida, tam uenusta, tamq; ornata & pulchra sunt, ut uerisimile sit, ea omnem temporum iniuriam, superare debere. Vel sic. Qui te non laudat aut omnino brutus, aut inuidus est. Vel sic. Gratulatus sum hoc seculo, uirum tanta doctrina inueniri. Vel sic. Tu ita satisfecisti ut expectationem meam superaueris. Vel sic. Tibi gratias habebit posteritas, quod tuo auspicio, magis renatæ, quam resti tutæ literæ Romanæ uideantur. Vel sic. Dignitas tua, à te ipso, sic integritate & clementia tua, amplificata est, ut nihil addi posse uideatur. Et sic de singulis, quæ si exprimere uoluerimus (alia enim sunt propemodum infinita) non facile absoluere poterimus, ea de re ad reliqua trãscamus, quę posthęc dicere instituimus.

BREVITAS.

Breuitatem laudabilem fore, dicimus duabus de causis, quarum altera est, ne sentẽtia claudicet, neúe multitudine rerum grauetur auditor, altera. Et

ra. Et quia etiam, si singula enumerare voluerimus, fortasis non probabilis aceruo, opus institutum aliquando confundetur. docetque nos idem Iurecon. vt breuitate vtamur in l. prima. in prin. sic. Bene est prius quam ad verborum interpretationem veniamus pauca de significatione ipsius tituli referre. ff. si cer. pet. Et in l. j. ad fi. ibi, verbosos commentarios facere non intendimus. ff. de origi. iur. Et in l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. ibi vnum tantum proposuisse contentus ero. Et in l. j. ff. de præscrip. ver. ibi ne res exemplis egeat paucis agam. Et in l. si quis obrepserit, ibi vnum argumenti causa sufficiat. ff. ad legem Corne. de fal. & in l. etiam. ff. de ma. vind. ibi longum est si exequi volueris, quasi dicat, breuitati stude. quod Stoici & Dorici, ac Lacones maxime faciebant. Hinc Hora. non ab re, quid multa? Quid quæris? Et Grammaticorum figuræ, non aliud arguentes, maxime Ecclypsis, Syncopa, Aposiopesis, Synecdoche. l. oratio, de spon. l. iij. C. de libe. præte. l. iij. ff. de lega. ij. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudēs. ff. si cer. peta. l. vxori. in princip. ff. de lega. iij. l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad legem Aquiliam. Non aliud enthymema, de quo in l. j. ff. si certum petatur. ex quo Syllogismus mutilatus est. & argumentum sanè (vt aiunt) velocissimum, non modo breue. Non aliud latissimi terrarum situs, qui breui tabella à pictoribus demonstrantur. Vel ab artifice Colossorum similitudines, in exiguo exprimantur annulo. Breuis rursum adeo amica veteribus erat, vt scripta sua (quemadmodum Apostolica) Breuia appellarentur, vnde breuiculus postea deriuatur, de quo nostri in l. inter chartulas. C. de côue. fi. debito. lib. x. dicimusque hinc etiam, quod libellus, nihil aliud est, quàm breuis & ordinata scriptura, intentionem agentis continens. Et subinde videmus quod calculatores ære breuiori, ingentes exprimunt summas. Et quia dixi etiam in Collectanc. de Iusti. Cod. conf. & in lib. obseruatio. satis, cum his nunc transeo.

BEATVS.

Tametsi, bene valere, egregiam habere formam, & diuitias nulla fraude partas, optimum sit, dicatque alibi Plato, quod is verè fœlix est & beatus, is tamen & quiuis alius versa Fortunæ rota ante vesperum poteris esse miserrimus. Vnde Eurip.

Quis enim beatus, quis fœlix,
Qui in metu est, et semp male suspicās de uita,
Degit uitam? Et alibi.
Nemo enim mortalium est beatus
Affluentibus autem cōmodis, fortunatior
Alius est alio fortasse, sed non beatus,
Alibi vero.
Rerum enim humanarum
Nihil est perpetuo beatum. Arca Noe octo homines habuit, quorum vnus tamē improbus fuit. Abraam Sanctus, sed tamen cū matre Ismael eiicitur. Religiosus Iacob, cuius tamen filius concubinam eius incestare nō est veritus. Dauid pius, filij impij, quorum vnus ipsius exitium molitus est, alter vero sororem constuprasse, dicunt. Conquerebaturque Paulus, sibi in falsis fratribus negotium exhiberi. Quid plura, CHRISTVS ipse deniq; ex electorum numero proditorē perpessus est. nihil igitur est ex omni parte Beatū.

BRITANNICVS.

Filius fuit Claudij Imperatoris, cui tamen in Imperio successit Nero, Agrippinæ vxoris filius, ex alio viro, Domitio scilicet à Claudio ipsius Agrippinæ contemplatione adoptatus, cætera Tranquil. & Dion.

BONVS VIR.

Apollonius Tianeus Solem rogabat vt viros bonos agnosceret malos non, nec agnosceretur ab illis. bonus enim vir similis est Deo, & sacratissimum quiddam. boni omnino prudentes, imprudētes vero praui & improbi (vt inquit Plato.) Vir bonus rursum aliis nascitur, qui vero improbus est, & pecuniæ inhiat, Reip. inutilis, non minus quàm difficilis ad commercia. Si ergo homini natura negauit ingenium, si linguam, si stilum, nec egregie doctus euadere possit, non probe concionari, vel libros edere, & studiosis ac orbi prodesse, conari saltim debet vt vir bonus sit. Et si quæras amplius, quod nanque boni viri officium sit, tibi idem respōdebo. Omnibus prodesse, neminem lædere, & amicitias deniq; non respuere. Bonorum insuper est Iustitia, improborum dolus. Hæcque (de industria) paucula diximus, quia (vt inquit Poe. Saty.)

Rari quippe boni numero uix sunt totidem quot,
Thebarum portæ, uel diuitis hostia Nili.

id vnū tamē. haud omittentes, non bonū, seu bona spectanda esse, quæ apud homines inueniuntur, sed quæ in homine sunt.

BALNEVM.

Siue hypocaustum, de quo Iurecon. in l. si quis mihi mandauerit. ff. manda. locus est ad lauādos homines, siue fornacula, in qua ignis succēditur, & fornacarius qui ignem accendit. l. continetur, ff. de fun. inst. l. si seruus. §. si fornacarius. ff. ad legem Aquil. est verum (quod scitu dignū est) Balneas fœminino sexu, publicas dici, priuata vero, Balnea, vt hic. Græce βαλανεῖον. quod anxietatē pellat ex animo. Et ad propositū, quod Aliptes vocabantur, qui in Balneum descendētes, vel palestritas in Gymnasio vngebant. ab ἀλείφω quod est vngo. Vnde Iuuenal.

Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,
Augur,

Augur, Schœnobates, medicus magus oīa nouit.

Erant quoque strigiles instrumenta Balneorū, ad detergēdū sudorem, quorum vsu nimio legimus Augusto cutem læsisse. Et apoditeriū denique cella vbi loturi vestes deponebāt. nō omittentes etiam Adrianum in publico passum nō esse, quenquam lauari, nisi ægrum, & quidem ante horam octauam.

BONONIA.

Ethruscorum colonia olim, quæ tunc Felsina ēt appellata est, deinde à Boijs Bolonia, postea per paragrāmatismū Bononia quasi in ea bona omnia sint, gymnasio porticibus & foro egregie ornata, vbi studiosorū conuentus, præceptorum maiestas, veteresque rediuiui Iurecōsulti florē. & floruerunt semper, agri amænitate, aeris clementia, ędificijs cum publicis tum priuatis cum quauis alia (Venetias Romamque, semper excipio) totius Italiæ facile conferenda, talisque & tanta breuiter, vt nulla alia sit (quemadmodū de Eleuxina inquit Cice.) aut grauior auctoritate, aut copijs locupletior, aut officijs fidelior. vsque adeo, vt, vel philosophis, vel medicis, aut iurecōsultis (tanta est loci dignitas & existimatio) dicere sufficiat, satisq; sit, se Bononiæ eruditos fuisse. Cætera fusius Aleander Monachus.

BOS.

Veteres ante nummorum vsum inuentum bobus vti solebant, puellisque elegantioris formæ, quas Alphesibęas vocabant, quasi procos inuenientes boues dare nomine dotis. Et à Boum cura, Bucolos Daphnis appellatus, quippe quod Bucolicum carmen inuenit, & à laurorū multitudine quidem, eo nomine Daphnis. Scituque dignū est rursum, vocabulo rustico olim, & antiquo, Boues Septentriones, appellatos fuisse, quia ex septem stellis, plaustrum bobus iunctis, triones figurantur in modum hunc ⁖ ⁖ · de quo etiā poeta lyricus lingua Italica.

Notte'l carro stellato in giro mena.

Bos etiā coronatus præcedens, pacis indiciū est, apud Assyrios. Bobus delectatū Apollinē, in himno quem in Mercurium fecit, docet Alcęus. Cadmus Delphis accedens ducē itineris Bouem habuit, oportebatque ipsum ex oraculi respōso, ibi consistere, vbi Bos fessa procubuisset. Nec Solonis lege licebat vlli Deo, bouē sacrificare, quia innocuum animal & colonum putaretur. Quid ita igitur, quod Romę in ara maxima sacrificaretur. Ex forda. i. grauida, Telluri Deę mactaretur, Aprili mense, & quod tenue & miserabile collū cultris dn̄i prębeat, ab īgrato iā fastiditus aratro.

BONIFACIVS VIII.

Pontifex maximus, ortum habuit ab Anania. in Cāpania Romę sita, q̄ sic hodie vocata est, populi Hernici, olim Latini, quos vicit M. Furius Camillus, simul cum Volscis hostibus po. Ro. is enim est, qui Tribunus Consulis loco Manlium Capitolinū morti tradidit (historia nota est) & ad propositum hoc tantum dicam quod duobus præstantissimis viris, Bonifacio octauo scilicet, Pontifice maximo, & Ioanne Anagnino illustri I. Con. est clara.

BVDAEVS.

Galliarum (Gallus enim patria erat, vt omnibus innotescit,) decus, & literarū antistes dicitur. Cuius eruditionē nemo non admiratur, nisi qui non intelligit, eique cum Hermolais & Plinijs concertatio est. & cum annotationes in Pandectas, (mitto quod oraculorū instar habendæ sint) legimus, videre videmur, locupletissimū patremfamilias quēdam, non qualis fuit Lucullus, cui plura domi erant, quæ dominum fallebant, & (quēadmodum Flaccus inquit) proderant furibus, sed nón minus diligentem quam locupletem, cui suæ opes & probe cognitæ erant, ac singulis in suos digestis nidulos, cuncta in procinctu ac velut in numerato. Sic copiosus & exuberans, vt sui semper instituti sit memor, sic splendidus, & ingens, vt nusquā desint nerui, vigorq;, sic picturatus ac floridus, vt magis tamen eruditione quam ornamentis dicendi commendetur.

BVLLA.

Triumphantium gestamen erat, ut prætexta magistratuum, quibus tamen Demarathi Corinthij exulis filius, cum hostem manu percussisset, cohonestatus est. Erat quoque Bulla ingenuorū puerorum ornamentum, ut eam uidentes se homines cogitarent, idest (quia cordis figuram habuisse ferunt, eam antepectus annectentes) si corde præstassent. Et à Bulla Bullati postea dicebantur. Et hinc Hora.

Vt hæc trementi quæstus ore constitit.

Insignibus raptis puer. melius Virgil.

Is pectore summo, flexilis oborti per collum circulus auri. nōnihil Cice. de Iunio pupillo sic. Neque te Hortensi tam commouebat, quod ille cū toga prætexta, quā quod sine Bulla uenerat,

BRVTVS.

De Bruto pleni sunt libri, sed tamē non nihil hic etiam dicendum est, nec mantissa (vt est in prouerbio) uincet obsonium, & maxime qđ duo fuerunt Bruti, L. Iunius, & M. ille est qui expulit Tarquinium superbum ob uiolatam Luchretiam, iste quo autore Iulius Cæsar fuit interfectus. Cuius fęlicitati tamen prius ad Hellespontum cesserat. Sed uerbis ad ipsius tribunal, cum esset prætor, repertis (erant. n. huiusmodi, Brute

dormis

dormis neq; uere Brutus es)opinionē mutauit, & inflammatus ad imitandum vestigia proaui idem perfecit.& Casſius ſimul, cognati, is enim ſororis Bruti maritus erat,illius autem vxor,Porcia Catonis filia,ex Seruilia Catonis vticenſis ſorore,natus.qui ſui ſceleris cauſam obducebat, honeſtum fuiſſe facinus,vt patriam liberaret, & nimirum quidem,ſi ſtatua eius,inter alias regum collocata fuerat in Capitolio,gladium ſtrictum exerens. ſique pileum libertatis habet rurſum, nummiſma eius medium inter duos pugiones, quod ego argenteum habeo. à ſuis tamen urgentibus Augusto & Antonio,recitato Herculis dicto,O infœlix virtus,ita ne,cum nihil quam nomen eſſes,ego te tanquàm rem aliquam exercui, cum tu fortunę ſerui eris,occiſus eſt, ī Pharſalia. Caſsius vero pugna cū exercitu Antonij Lepidi & Octauij inita à Pindaro liberto.

B E R O S V S.

Grauiſsimus autor,eſt,de quo hoc vnum dixiſſe ſat erit,in reliquis egregia eius opera, qualis & quātus fuerit, locupletiſsimum nobis perhibent teſtimoniū,quod à Medis,Aegyptiis,Perſis & Caldęis, nō modo laudatus eſt,ſed etiā admiratus.quodque Athenienſes, propter ingenij dexteritatem,& tanti viri excellentiam,clariſsimarumque rerum traditiones,& antiquarū enarrationes, ſtatuam publico in Gymnaſio lingua aurea,collocarunt, perpetuum tanti viri monumentum,ſanè numquam interiturum.

B E L L I S A R I V S.

Iuſtiniani Imperatoris præfectus,cuius opera vniuerſam Aphricam & Aſiam,idem Imperiū adeptus,recuperauit,Gothos in fugam vertit, & tandem leui ſuſpitione,ac citra culpam imò liuore potius,tabificum malis uenenū(vt ille ait) ab eo obcęcatus eſt, vſque adeo vt miſerrimus omnium,uictum quęritaret,viatoribus clamitās ſemper,dare obolum Belliſario,quem liuor non error obcęcauit.ſicq; variat fortuna uices, modo tollit in altū,& modo cōplexos imperioſa ꝑmit.

C I C E R O.



VIA de homine iſto,& Plut.& alij latiſsime ſcribunt,paucula quędam nos,& præcipua quidem, vti facere inſtituimus,& vt canis ægyptius, tāgemus,tum vel maxime & primum quod quamuis Romulus Arpinas diceretur,in foro regnare,autor Latinæ linguæ ſumus,orator, philoſophus,Cōſul.Ro.& pater patriæ,nihilominus obſcuro genere natū Arpini,putāt aliqui,fabrique ferrarij filium fuiſſe,alij patre Fullone,qua de re Cæſar eum,partes Pompeianas ſecutum,à ſenatu mouit,quo interfecto reſtitutus eſt. Is etiam in promulgatione legis agrarię,voluntariū aliàs elegit exilium(ſcituque dignum eſt) antequam abiret Capitolium aſcendiſſe,ibique Mineruæ ſimulachrum,quam cuſtodem appellabat, conſecraſſe.nimirumque eſt hinc,ſi nummiſma argenteum Romę repertum,parte altera ipſius effigiē habet,Mineruam vero altera. Trebatij Iurecon. opera vſum ferunt, in perorandis cauſis, Trebatium vero Ciceronis,in arguendo,quo fit vt neque mirum ſit, ſi eidē loci topici fuerint dicati. quod tamen caninam exercuerit facūdiam,volueritque hominem canino more viuere; ſenſit Lactan. forte quia dixit aliquādo,virum bonum eſſe,qui proſit,quibus poſsit,noceat nemini, niſi laceſsitus iniuria. alij quod ſemper melioribus inuidebat, excellentioribus æmulabatur,calumniator erat eorum qui pręſtabant honore, obtrectabatur potentibus.nimirū igitur ſi à legionario milite Popilio Lęna occiſus eſt. Cætera alij, de quibus ſupra.

CAMPVS MARTIVS.

In campo Martio erant greges & Ouile Tarquini ſuperbi, quo expulſo à L.Iunio Bruto,locus Po.Ro.donatus eſt & conſecratus Marti. nimirum igitur ſi Campus Martius inde appellatus eſt.quod his verbis etiam Saty. intellexit,ibi.

A Meroe portabit aquas ,ut ſpargam in ędē.
Iſidis,antiquo quæ proxima ſurgit ouili.

C A L V M N I A T O R.

Sycophanta dicitur,imò ad propoſitum noſtrum,qui leges,quæ pręclarę ſunt,quam par eſt, acutius intuentur, ſiue interpretantur, ut multi hac tempeſtate faciunt, nates potius ſimiarum more,oſtendētes,quam ingenium, calumniatores dici appellariue poſſunt, quando quidem æquitate potius ſint temperandæ.& plus(tametſi D.Hiero calumniatorem Ruffinum habuerit, Calumniatorque fuerit Theocrines, & Demoſthenes,)qui Aeſchinem Simiā vocabat tragicā, & Sabinus,aliique in numeri,de quibus nos alibi fuſius, & īfra Detractor.) quod hoc tēpore etiā nihil ſcribi poteſt, quod non pateat calumniæ, quam de nihilo ſtruūt obtrectatores,calumniādique nullus finis eſt. Calumniæ tamen valeant, nos ſimpliciora ſinceriorave ſequamur.

C A T I L I N A.

Quis enim eſt cui Catilinę hiſtoria non innoteſcat,de quo pleni undique ſunt Cicero. libri. hoc igitur tantum dicemus,quod homo,omniū audaciſsimus fuit,ſubiratus ob repulſam in petitione conſulatus,qua de re vita contaminata & perdita, claras uictoriarū adoreas ideſt glorias, ſeu gloriarum victorias,ſempiternis obubrauit maculis. Iunio Silano, & L. Licinio, Coſſ.periit.

CIR.

CIRCVS MAXIMVS.

Locus erat circus, vbi circum metas ferebatur pompa, equique currebant, maximusque dictus, ludique circenses, quippe quod hominum sedentium ducenta & sexaginta millia capiebat, lõgitudinis trium stadiorum, vnius vero latitudinis. quẽ primus Tarquinius priscus instituit. deque circensibus his ludis nos alibi fusius.

C. CALIGVLA.

Sic dictus est cognomento, quia caligis utebatur militaribus, pro vrbanis, nec ab re forte, quia in exercitu pro maiori parte fuerat educatus. Filiã M. Silani repudiauit, Corneliã orestillam. C. Calpurnij Pisonis vxorem duxit, & vtrãque postea in exilium misit. Paulinam rursus eiecit vt sterilem, et Miloniam Cæsoniam prius adulterio cognitã & grauidam duxit. imò quod se rem habere cum Luna dicebat, tandem à Cęsonia ipsa potione extinctus est.

CANIS.

De cane dictũ mirũ est, quod in Aegypto exterriti crocodillorum raptu, currentes bibunt, vnde ortum prouerbium est, tanquam Canis in Aegypto, quodque validi aliàs dente sęuiunt, inualidi vero voce & latratu. & quod præcipuũ id in eis est, vt in culina socium non ament nec cognoscant, Canes quoque Gerionæ, Herculem timuerunt, ipsius armenta abducentem, vsque adeo vt nec ipsum arcere sint ausi. cum tamẽ ipsorum latratu, ac pastoris baculo, luporũ rabies deterreri soleat. dicimus hinc etiam ad canis propositum, quod Cicero Caninam exercuit facundiam. quod Cani lectum sternere magnus est labor. hoc est difficillimũ omnibus placere posse, ac satisfacere. quod Cani præda obiicitur vt sit in venatu acrior. quod Aristippus Socratis auditor à Diogene, Canis regius uocitatus, est. generosi mos, familiaribus mitem esse, ignotis vero irasci. rabidi, mordere, morsuque hominem qui Hidrophobus appellatur, necare. vt Bald. noster, quem sic periisse ferunt. Canis vbere nutritus est Cyrus. In Aegypto Cynopolis est, vbi Canis specie Mercurius colitur. tantoque cultu ab Aegyptiis vt tota domus in qua canis mortuus sit, lugeat, & toto abradatur corpore. maximum luctus argumẽtum, tum quia venatibus erat aptus, tum quia inuentus à natura sit, vt & domus & hominis sit custos. nanque Sabinus Tiberij calumniator indicta causa necatus est, corpus eius ĩ Gemonias proiectum scalas, deinde in flumen, Canis (audi mirum) cum eo in carcerem iuit, morienti affuit, seque cum eo in fluuium præcipitauit. Et quanquam hæc domini custodiam, & canes cõmendent, simul laudent, extollant, & celebrẽt, attamen Heraclitus philosophus Ephesius, Euripides tragicus, & Lucianus sophista, à canibus crudelissime, atrociterque discerpti sunt.

COITVS.

In coitu tria sunt omnino necessaria, appetitus, spũs, humor, adde quartũ qđ est vẽtositas, quæ à calore prouenit. appetitus ab Epate, Spiritus à corde, & humor à cerebro. verum (meo quidem iudicio) lateri parcit, qui à coitu & à luxuria abstinet, quæ si iuuenilis fuerit ꝓxima est senectuti, si senilis vero sepulchro, peccatque rursum iuuenis in coitu, insanit autem senex, & qui luxoriose uiuunt hinc nepotari dicũtur. vt olim Aristippus (quod Tertulianus refert) ĩ purpura.

CONSTANTIA.

Magna sanè virtus est in homine constantia vt ad plenum dixi in libro qui polymathia inscribitur, verum nec alia desunt, illis quæ ibi diximus addenda, forte pręstantiora, nanque primũ sciendum est, constantis hominis esse, oculos in terra defixos tenere, vt inquit Hora. ibi. & virilẽ.

Toruus humi posuisse vultum.

de quo etiam locutus Plato, sic dixit. longe difficilius est hunc pecuniis, quam Aiacem ferro domari posse. Ducebat ad supplicium Socrates iniquissimis iudicum sententiis, eoque animo eaque constantia, ibat ad mortem, qua semper fuerat ĩ vita. Nec minus Paulus Aemilius duorũ filiorum mortem intra. vij. dierum spatium tulit, constanter, nec minorem gloriam ob id consecutus est, quam ex triumpho quod speciosissimum illo tempore victo per se, reportauerit. Sic Cato senior, sic Xenophõ, sic Anaxagoras, (exẽpla notissima sunt) Chereas rursum Caligulæ coniurator, Claudij successoris iussu, ad supplicium ductus, forti animo magnaque constantia rogauit, vt eo gladio necaretur, quo ipsum Caligulam interemerat. uerum tu cogita, quomodo hoc idem uerũ sit, si à Cęsonia uxore (ut suo loco diximus) potione extinctus est. Lambas Auria igitur, Ianuensis dux in prælio, uidens filium primo sagitta ictum, qui sibi vnicus erat, lugẽtibus sociis, non lugendi inquit tempus est, sed pugnãdi. cumque armatum atque tepẽtem armatus in medios proiecit fluctus, dicens rursum, honoratior hæc tibi filij est sepultura, quam si fuisses in patria. Qui enim constans est, quietus est, qui quietus (inquit Cice.) ꝑturbatione animi uacat. Polixena Priami filia adhuc regis, ad Tumulũ patris à Pyrrho deducta, mortem adeo constanti animo, & intrepido tulit, dicens pariter longe eligibilius esse in patria mori quam in exilio multa anxietate uiuere, ut in sui admirationem traxerit omnes. Nec minor constantia fuit illa Hieronimi Olgiati, Ducis Mediolani coniurati, qui non minori animi constantia dicebat (ut memorię proditum est) dum ad mortem duceretur,

Collige

Collige te Hieronime stabit vetus memoria facti, mors acerba, fama perpetua.

CONTINENTIA.

Quoniam continentiæ plura etiam hinc inde exempla traduntur, vnum tãtum proposuisse sat erit, memoratu dignum. Zenobiæ Palmyrenorũ Reginæ, quæ cum se grauidam sentiebat, Odenatum maritum in thalamum suum nõ admittebat, digna certe quæ sine dolore pareret, cum in matrimonio sic, non veneream voluptatem, sed procreationem sobolis, spectaret potius.

CINCTVS.

Strenuus putatur, ignauus uero, hebes & inefficax, discinctus. hinc mos erat militaris, vt milites cingulo semper essent præcincti, discincti vero cœnarent, quomodo nec veteres, in publicum prodire solebant. Sique milites victi, flagitium admisissent, discincti sub iugo transire cogebãtur, pedibusque discincti stare delinquentes Augusti iussu. Hinc Sylla, hunc(Cæsarem intelligebat) male præcinctum cauere. Et Cice. Non putaui vnquam Pompeium ab homine male præcincto superatum iri. Horatiusq; alibi.

Discinctã tunica fugiendum est.

Item alibi, *terra premam:*

Discinctus aut perdam ut nepos.

CICADA.

Dictu mirum videtur, quod cicada cicadam, & formicam formica, accipiter accipitrẽ amet, & dulciores sint apibus flores. Imò quod nulla animalia æque inter se disident, & nihilominus homo huiusmodi insidiatur semper, lupusque est, non Deus, fortè(vt inquit Cicero) quia nec in vllo animalium genere tanta est ingenij varietas, & morum, vt est in homine. Sed ad Cicadæ propositum, tametsi à cibo potuque abstineant, & dum viuunt canant, adstiteritque cicada, super volans citharæ Eumenis, chorda fracta, dum inter eum Aristonemque esset contentio, vocem cantu suauissime supplendo, vsque adeo vt vicerit, mutæ tamen aliàs factæ fuerunt iussu Herculis, apud Rheginos. notissima fabula vero, Auroram ob fletum Menonis filij, in cicadam conuersam fuisse, æstus ardore gaudentem, quanquam nec nox cicadis careat, si eo tempore monachos seu pios homines, audire volueris, horas ut aiunt canentes.

CIRCVNCISIO.

Magnum mysterium circuncisio continere videtur. Nanque voluit Christus Iesus dominus noster, & saluator mundi circuncidi primum, vt ostenderet se incarnatum. mox non esse diuinitati consubstantiale quiddam, & ne diceretur etiã à Iudęis, transgressor legis. Voluit id etiam pati, vt legem seruaret, maxime quia dixit quoque, nõ enim veni soluere legem, sed adimplere. Voluit inquam vt eam in Baptismum commutaret, & vt vitaret rursum scandalum Iudæorum & singularitatem, communitatem vnitatemque commendando. Et vt auferret denique, diabolo, occasionem suspicandi, an esset Christus.

CIVIS.

Dictu mirabile est de ciue dicturi aliqua, quę huic generi conueniant, quod si à ciue seruatus olim fuisset, (vide quanti ciuis ęstimandus sit) corona ciuica donari solebat querna, quippe quod veteres ex ea arbore victum sibi quæritabant, qua maxime in Mitylenarum expugnatione donatus fuit Cæsar. & quod non ab re de ciue triũphare nefas erat. homo ferox etiam & potens, si non est sapiens (vt inquit Euripides) perniciosus ciuis est. Nec debet ciuis, nisi quod laude dignũ sit agere. Nanque moriens Cato Vticensis, filiis suis iussit ne in rep. personam agerent publicam, ne tyranno obedirent, neúe rem agerent ciue indignam. Summopereque ille laudandus, qui cognoscens se omnium præstantissimum, posseque patriæ obesse, exilium potius vult pati, & priuatam agere vitam, ut olim Scipio, quàm patriæ esse detrimento. Id quoque silentio non inuoluens. Leonem in ciuitate haud esse nutriendum, idest ciuem, qui opibus, sanguine, ac amicis sit potens. Est etiam ciuis quidam ascriptitius vę nos de colonis dicimus, qui cum ciuis non sit, ciuitate tamen donatur, & si suffragia quęrat debet esse legitimis educatus moribus, vt facile queat vnà cum alijs admittendos & repellendos cognoscere. Ciuem Ro. adhuc vinciri nefas erat, uerberari scelus, parricidiũ necari, quid dicam in cruce tolli? Audita rursum vox est, ciuis Ro. sum, cũ in medio foro Messanę virgis cederetur à Verre. Ciues dissidentes quoque scopas dissolutas vocabat Cice. & non mirum. Scipio enim Tiresium principem quendam interrogauit, qua de causa Numantia prius inuicta durasset, postea euersa fuisset, quia (respondit) concordia victoriam, discordia uero exitium parat, & plusquam notum ciuium scelera plerunque urbes magnis affecisse calamitatibus, testis est (ut Pausanias inquit) Ilium, Milesij, Numantini, & Ledontij. Ea de re danda est opera, vt controuersię eorum quam celeritẽ finiantur. Boni ciuis etiam officium est (ut tandem concludamus) Reip. charitatẽ, suæ uitæ ti orationis anteponere. Ciuibusq; ipsis semper cõsulere, unde hinc expulsis regibus, cõsules creati sunt, ut hijs cõsulere se debere meminissẽt.

CAPVT.

Quia ira est in corde, appetitus in iecore, & ratio

rto in capite, pulchrum sanè ad propositū quiddam, omittere non putaui, quando magnum aliquid agimus, id non sine ratione facinus qualecunque sit, ostendi debere, quia caput nostrum Christus etiam, sic egit. nanque eiiciens de templo ementes & vendentes statim dixit, quia scriptum est, domus mea, domus orationis vocabitur. Operto capite quoque Deos salutamus, in signum humilitatis, & forte ne quid triste, vel omi nosum, nostris auribus contingat. vnde Virgil.

Purpureo velare comas adopertus amictu.
Ne qua inter sanctos ignes in honore deorū
Hostilis facies occurrat, & omina turbet.

Honori vero aperto, quia illustre quiddam, splendidum, & apertum est gloria. & peruagata fama multorum, magnorumque meritorum uel in ciues, vel in patriam, uel in omne hominum genus præmium amplissimum, usque adeo, vt si ex omnibus præmijs habenda esset ratio, hęc vna est, quę breuitatem uitę, posteritatis memoria consolatur. Caput velauit rursum Cæsar, Toga, dum in Senatu confoderetur à coniuratis, ne turpiter caderet. sic Pertinax, Cōmodi successor, & alij. Obstipo autem hypocritę. i. inclinato, & figunt (vt ille ait) lumine terram. Et qui dormit, nutat. Quod maxime Aponio Saturnino offuit, inter subsellia nutanti, ut in Caligula Tranquil. ait. Si quis etiam digito caput scalpat (vt Cæsar, & Pōpeius) is mollis & effęminatus dicetur, infamiaque notabitur. imò quod plerunq; , Ingui nis & capitis, quæ sint discrimina, nescit.

CORPVS.

Corporis dotes sunt hæ, sanitas, opes, & animus non imperitus. Sensus, visus auditus, gustus, & tactus, de quibus nos etiā in l. quod meo in §. si per venditorem. ff. de acqui. po. & in l. testiū. C. de testi. ianitores siue nuncij mentis, seruientes non tam animi institutioni, quam etiā ipsius corporis necessitatibus. & dotes (si cuique dignū est) primigenias appellauit Maro. Nec omitten dum, quoad sensus rursum, quod sunt sicut equi sine ratione currentes, anima vero in aurigæ modum, quę currentium frena detineat.

CHARITES.

Sunt tres Aglaia, Euphrosyne, & Thalia, Simbolum humanitatis & amicitię mutuę ac societa tis, quæ inter homines esse debet. & sic homo (vt rursum) homini, Deus, non lupus, vt nostri dicunt in l. seruus ex lege ff. de ser. exp. & alibi, quod ne phas est hominem homini insidiari, quādoquidem natura inter nos cognationem quandam constituerit, in l. ut uim. ff. de iusti. & iu.

COQVVS.

A Coquo coquina, siue culina dicta est, quod ibi veteres, ignem colerent locupletiorem domus. olim vilissimum mancipium, quem vocabant Magirum, Coquorum principem vero Archimagirum. est verum victa Asia, quod in precio haberi cœptum est, quæ nunquam armis victa fuisset. ex quo nec nos illa suis delitiis, uicisset. Coquus tamen frugaliter uiuenti est ignis. vnde interrogatus nescio quis, quis nam sibi Coquus esset, Ignis respondit. & quanquam ita sit, hodie tamen ditiorum familię princeps est. & coquinaria non ars, vt uoluit Marcel. Iurecon. in l. legatis seruis in §. si vnus ff. de lega. iij. sed (Platone teste) potius peritia.

CAPRA.

Quia Iupiter (vt fabulantur Poetę) à capra, ali quando educatus est, conuenit vt de ea hic etiam aliqua conscribamus, & præcipue, quod in gratiam ipsius, sculpta est, Scuto eiusdē Iouis, quod à vulcano fabrefactū dicūt. Aegion enim in Creta, locus educationis est. quia in antris aliàs lacte Amaltheę nutritum ferunt. Rhea enim Saturni vxor, verita ne ipse Ioue filiū infantem deuoraret, cum reliquos absumpsisset, Nimphis furtim sub Ida alendum misit, Amalthea capra (vt diximus) lac prębente. vnde Claudian.

Talis ab Idæis primæuus Iupiter antris,
Possessi stetit arce poli,

Et iuuenal. alibi sic.

Et priuatus adhuc Idæis Iupiter antris,
Nulla super nubes conuiuia Cælicolarum.

Pan Deus Arcadiæ etiā in capræ pedes desinit, quod terrenus sit, & nihilominus petat semper alta pascendo, ut capræ cuius natura est dū pascitur, vt semper ab imis partibus prominentium poculorum alta deposcat. vt Sol quem esse prudentioribus placuit, uel cum radios demittit in terris, uel cum se recolligit in mōtibus, uideas.

CRAESVS.

Lydorum rex ditissimus, à cyro Persarū rege superatus, miserabiliter regnum amisit, & infęlicissimus omniū fuit. Cui de iniquitate fortunę conquerenti, respondit sæpe Delphicum oraculum, periurium in posteris uindicatum fuisse. de quo sic etiam Iuuenal. *Et regem transeo ponti,*
Et Crœsum, quem vox iusti facunda Solonis,
Respicere ad longa iussit spatia vltima vitæ.
Cętera ca historia tibi ipsi subministrabit.

CYRVS.

Persarum rex à Xenophonte Socratico, non ad historiæ fidem scriptus est, sed ad fidem iusti Imperij. Cætera alij latius, qui cum eo de Cyro ipso, scripserunt.

CERES.

Legifera fuit, hoc est legem ferens, quę etiā

Thesmophoros appellata est, quia θεσμὸς Graecè legem significat. Cui hac de re Thesmophoria, idest sacra, matronę castæ olim celebrabant. vnde Iuuenal.

Paucæ adeo Cereris uittas contingere dignæ
Quarum non timeat pater oscula.

Ieiuniumque ab antiquis institutum fuerat propter filiæ deperditæ memoriam, vel quod in penuria quadam, quo sementem homines facere possent, abstinuisse dicitur, in ipsiusque honorē. appellatur etiam Ceres lanifera, cognomentque est id Megaride, vbi primū oues nutritæ fuerūt. Eidemque rursum papauer offerebatur, quippe quod rotundum est & turbinatū, terramque significat, eius inæqualitas valles & mōtes, quę intus habet granula multiplicia, multitudinem hominum & animalium. Et erinnys, quod lingua Arcadum sonat, furere, à Neptuno in equum verso, & versa ipsa (vt Pausanias refert) cognita. Et ad lanifere propositum eam quoque Græci μηλοφόρον vocāt, quasi Ouibus feracē. Cętera Lilius.

CENSVS.

Olim equites habebant. cccc. sestertia in censu. Senatores DCCC. auxit Aug. ad Mcc. Mōticę; erat olim (hac de re enim census mentionem fecimus) cēsum edere, primusque fuit qui hoc ipsum instituit Seruius Tullius Rōm. rex sextus. hinc Liui. sępe census actus est, Cēsa sunt ciuiū capita, pter pupillos & uiduas. et Iuuena. alibi.

Protinus ad censum de moribus vltima fiet
Quæstio. & breuiter nil aliud est, nisi quantū quis, ex omnibus suis bonis auctione facta uendi tis, reticere potest.

CILICES.

Pyratæ sæuissimis erant, quos subiugauit Pōpeius, præfectus classis, & ore maritimę, de quo suo loco satis.

CARDINALIS.

Cardinalis, officij nomē erat olim, imò presbyteri, nūc summi principes, post Papam sunt. Quibus honorem Sænatus, tradidit Constantinus. Cum ipso Papa iudicant, & laterales uocantur, imò sicuti dicimus nos, prætorem, viuam uocem esse iuris ciuilis, quod ita etiam est Cardinalis viua uox ecclesię, executor, protector, & magister sacrorum canonum. & plus quod in eo est nobilitas īstitutionis, dignitas officij, & vniuersitas, hinc. j. reg. Domini sunt, Cardines terræ, super eos Orbis. & in psal. nati sunt tibi filij, cōnstitues eos principes super omnem terram. Quid multa? Cardinaliū Senatus, facer, Galero rubeo donati, a Nicolao. IIII. seu (ut alii volunt) ab Innocētio. IIII. orbiculari figura (ut intelligāt) se cum summo Pontifice totius orbis curam gerere, proque fide orthodoxa ac coelesti vniuersę desensione (cum fuerit opus) sanguinē effundere. & habita ego meorum præludiis primi Tomi commētariorum meorum iuris Pontificij. est uerum qđ in numero plurali, Cardinales etiam appellantur, iurisdictiōes, substitutiones, & sacerdotes. i. principales. ca j. de offi. archiep. Bal. in c. cum dilectus in prin. de consue. & in l. quidam, col. pe. C. de iu. del.

CONQVESTVS VARII.

Quoniā ego, hac ætate, cui missio dari solet, & qua rude donari Gladiatores, Retiarium .i. Gladiatorem adhuc agere cogor, ea de re cōqueri mihi etiam liceat, vt olim Galba, dum occideretur a militibus, Quid enim mali feci? clamabat. Velut Didius Iulianus sic pariter, quid ego peccaui, aut quē interfeci? Vel vt Eurip. vna dies me beauit, & vna perdidit. & alibi. Res mortalium tristibus agitatur calibus. Nihil manet in eodem stato. Conquestus est aliquādo sic & Iuuenalis quoque.

Rari quippe boni, numero uix sunt totidē, quot
Thebarū porta, vel diuitis Hostia Nili.

Et alibi

Sed quæ præclara & prospera tanti
Vt rebus lætis par sit mensura malorum?

Et Hecuba apud Agamemnonem de morte Polydori filij. Regina olim, nunc seruo.

Felix multa sobole olim,
Nunc orbata annis liberisq;,
Exul deserta afflictissima hominum.

Metellus Macedonicus simili modo, audita morte Scipionis Aemiliani, mœrēre, & lachrymis cōqueritur, & conclamat Vrbis męnia corruisse. Aliquando sic Cice. Tanta urbs, iam uetusta, tā sapiens; tam diserta, tam ingeniosa, tam bellicosa, & tam bene morata, eo redacta est, ut in ipsis Athenis, Athenas quęras. alibi uero, quod nunc aures adeo sunt delicatę, vt nec in iudiciis, nec in historiis, tutum sit Vera loqui. Et alibi, magnope re dolendum esse, proculdubio uitæ humanæ calamitosum, quod iuris ciuilis professio, quę olim summorum uirorum erat, hodie mercenaria facta sit Conquerebatur Alexander, Victoriis patris Philippi obitū, vsque adeo, vt nihil vsquam sibi supeesse uictoriarum uideretur, quo posset sibi gloriam comparare. nō conquereris giur igitur, rude tandem non donati. in saxo hoc Sysiphio voluendo, annos. sō. uersatus, (sed iterato dixerim) in harenam potius gladiatoriam descendere, reti & falce Mirmillonem agere, imò etiam omni Bestiarum genere depugnare.

CONSVETVDO.

Plurimum potest, estque (ut prouerbium Græcum se habet) altera natura, inque rebus omnibus potentissima, Nanque igne Salamandra delectatur,

lectatur, lutum suibus, palus ranis, & Vespertilionibus tenebre gratæ sunt. Et breuiter, quæ admiratione sunt digna, consuetudine contemnũtur. pernoctant rursum venatores in niue, in montibus uri se patiuntur. Pugiles costibus contuli, ne ingemiscũt q̃dẽ. Biduũq; uel triduũ Aniculę inediã ferunt. Et licet parua res sit aliq̃n, non parua res est tamen consuetudo. Plato enim cum vidisset quendam, alea ludentem, arguit, & ille, quũ parua reprehendis diceret, sic respondit. at (scilicet) non est paruum cõsuetudo. Delictum tñ nõ est seu delicti qualitas, quã publica permittit. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. ff. de edil. ed. ibi, quia id facit, quod publice facere licere arbitratur. Imò grauissimum Imperium esse consuetudinis, quod planè tyrannidem quandam obtineat ĩ rebus humanis, dicebat Mimus pubianus.

CRVX.

Signum Dominicum Vocatur. qua Christus Soluator noster, mori uoluit, ut planè nobis ostẽderet, se in ęthere pendendo, mediatorem esse voluisse pariter inter Deum & homines. vt peccatum in ligno commissum, ligno compensaret. siue ut uinceretur diabolus, qui in ligno decepit. Vel ut ostenderet rursum, pro quibus restaurandis pateretur, pro Angelis reparandis, pró iustis educendis, pro amicis colligendis, & pro inimicis denique reconciliandis.

CICONIA.

De Ciconia duo pręcipua dicenda sunt, primum est, quod Laomedontis regis Troianorum filia Antigones in hanc auem conuersa olim fuit (vt fabulãtur poetę) quippe quod ausa est se pulchritudine pręferre Iunoni. alterum vero & secundum, quod serpentibus inimica est, ita ut hac de re, capitale sit in Thessalia Ciconiam occidere, vel aliter illi insidiari. vnde Iuuenal. pulchrè.

Serpente Ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta;
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.

CHRISTVS

Vnica spes piorum, natus est in Bethlem, anno Imperij Augusti. xlij. qui Nolę, agens lxxvj. periit. nomen est non proprium, sed appellatiuum, idemque sonat, quod vnctus, Hebræi Messiam uocant, estque nuncupatio potestatis & regni, inter homines autem Iesus uocatur. Et quanquam alibi dicatur sic. Et vocabitur nõmen eius Emanuel hoc tamen nunquam vocatus est, verum declarauit Propheta, quod Deus ad homines venturus erat. Emanuel enim significat nobiscum Deus. Iesus Christus rex & pontifex est, à quo Christiani dicti fuerunt, & Christi, iuxta illud. Noli tangere Christos meos. & agnus uocatur. rursum proprietate non natura, vt lapis augularis, vitis, & leo. Innocentia, Mãsuetudine, vtilitate, modò occisionis, et quia denique agni ĩmolatione, Filij Israel fuerunt liberati à tyrannide Pharaonis. Vocatus est etianinum Adonai, Tettagrãmaton, & Ioua, vnde nomen Iouis, à iuuando postea descendit. Vltimo, crucifixus est, anno. xv. Imperij Tiberij Cæsaris, qui successit Augusto. Mortemque Christi hanc forte vaticinata est antiquitas, nam que Romani homines singulis deorum simulachris hastas dabant, forte quod primis tẽporibus superstitiosa ipsa antiquitas (vt dixi) hastas coluerat, aut ligna venerata est, forte lignum hoc crucis uaticinata, in quo Christus rursum mori debebat. à quo (vt adhuc fuit dictum, & nunc fusius, scituque dignum est) Christiani semissij, & sarmentarij quoque denominati fuerunt, quia à Tyrannis olim ad stipitem dimidij assis, reuincti, sarmentis additis concremabantur.

CARCER.

De Carcere, deque carceratis dixi multa, quasi tractatu quodam aliàs in lib. obseruationum. x. nunc aliqua addere operæ precium fore duxi. Et maxime quod duo sunt genera, vnũ quo ęre alieno, obnoxij, vel parum excultis moribus, petulantes detinentur, quousque illi persoluant. Isti uero absterreantur. Alterum, quo flagitiosi coerceantur. ad custodiam inuentus, & non ad pœnam, nisi canonum iure. l. aut damnum §. solent. ff. de pen. l. incredibile. C. eo. nor. in l. Imperium. ff. de iu. o. iud. ceterque Romano homini vltimum supplicium. vnde cum Decius Syllanus Cos. designatus, diceret, coniuratos ultimo supplicio afficiendos, mentesque hominum flexisset oratione Cæsar, idem Syllanus, quia sentẽtiã mutare erat turpe, interpretatione leniuit, & ultimum supplicium, idest carcerem intellexit. Imò quod carcerem domicilium Ro. plebis etiam esse dicebat Appi. Claudius. quodque carceres dicebantur, in Circo, vnde mitti solebant equi, ne inde exirent, antequã Magistratus signum dedisset. et meretricum lupanaria ex quo in eis non secus ac noxij, in carceribus detinentur. Vnde Iuuenal.

tantum artificis ualet halitus oris,
Quod steterat multis in carcere fornicis annis.

nec aliud supplicium sonat quàm Carcerem, quo in loco præcipitantur sontes & rei, ibique robustis ligneis sepiuntur. carcerque robustus dictus est. appellatus quoque, hospicium publicum à quibusdam, & Cella promptaria, per egregiam quandam translationem, quando quidem e Carcere promantur noxij ad supplicium. Nec id vnum omittentes, vltimo, quod primum ad terrorẽ crescẽtis audacię, media vrbe iminẽs foro, ab Anco. iiii. Ro. rege extructus est,

Portũ Hostiensem extruxit.de quo Iuuenal.

Tandem intrat positas inclusa per aquora moles,
Tyrrhenamq; Pharon, porrectaq; brachia rursus
Qua pelago occurrunt medio, longeque relinquunt
Italiam.

Et aliquando etiam Britannicus appellatus est, seu cognominatus, superatis in Britannia hostibus. primusque Mauritanis bellum intulit. Et Iudæam in prouinciæ formam redegit, eamque procuratoribus tantum commisit. Scituque dignum est insuper, quod Messalinam vxorem primam omnium mulierum impudicissimam, ex qua tamen Britannicum susceperat, iugulauit. quodque Agrippinam fratris sui filiam Domitij Neronis matrem, duxit, quo adoptato, generoque sibi facto, filia emancipata, Boleto sublatus est. Hinc Satyr.

Respice riuales diuorum Claudius audi
Qua tulerit. Item.
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino, sed qualem Claudius edit
Ante illum uxoris, post quem nil amplius edit,

CANALIS.

Euripi, in quibus ludi olim Romæ agebantur, canales, seu piscinæ appellari solebant, & hinc ad propositum ferunt, Crocodilos quinq; & Hippopotamum aliàs, in Euripis, idest canalibus, vino plenis, Heliogabalũ exhibuisse. quid quod Venetiis maxime, canales appellantur pariter, & præcæteris vnus Orphanus, quia eo in loco (scituque non indignum est) pugna naualis aliquando inter Venetos ipsos & Gallos, inita est, quorum Dux erat Pipinus Caroli Magni filius, Italiæ tunc rex, victus nihilominus fugatusque trucidatis omnibus ferè, vsque adeo vt à Venetorum victoria satis cruẽta & sanguinaria, nomen vsq; in hodiernum diem retinuerit. Vel quia clam & noctu fontes, quique perduellionis crimen incurrerunt, vel CHRISTI fidem hæresi, & sacrosanctam religionem Christianam, cõmaculare & peruertere audent, ac conspurcare, demerguntur, saxo quam magno collo obligato,

CONVIVIVM.

Conuiuia potius lauta quàm longa esse debẽt, Epulæ elegantes, magis quàm multæ. Et mensa denique, digna philosophico palato. Et magnifice iustructũ aliàs Græce appellatur Ε'ιλαπινη. Serui vero conuiuas vocantes, vocatores regij, & Græce Ε'ιλεατροι. & conuiuæ Symplones. Et vmbræ qui eos comittantur inuitatos, non inuitati. Vnde Hora.

cum Seruilio Balatrone
Vididius, quos Mecænas adduxerat umbras.

Mos etiam erat in conuiuiis clarorum virorum laudes & virtutes ad tibiam canere. In conuiuio septem esse debent, si nouem conuiciũ est. Vnde tricliniis vel bicliniis nõ ab re vtebãtur veteres. Cõuiuij lex, aut bibas, aut abeas. Conuiui Magister, χορηγος. Et ad canẽdi propositũ cantilena (vt in Gorgia testatur Plato) optimum bene valere, Formosum esse, diuitias habere fraude nõ partas. In cõuiuiis rursum nec loquaces nec muti esse debemus. Simonidea nanque quendam hospitem conspicatus cum aliquo non loquentem, si stultus es (inqnit) bene facis. si sapiẽs vero stulte. Adhiberiq; in conuiuiis ex Apio Myrto & similibus coronæ. Vltimo non omittentes, pręter dicta supra. Conuiuatorem quoq; patochum appellari. ipsaq; conuiuia rursum, à diuersis prouenire causis. Naturali dilectione scilicet, pietate, reuerentia, liberalitate, consuetudine, ostẽtatione, gula, ambitione, & simulatione quidẽ. Et amplius quod prima cratera est ad sitim, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad robur, quinta vero ad insaniam.

CREDVLITAS.

Error est magis quàm culpa, deceptionũ mater. Ideo iudex nimis credulus esse nõ debet, sed inquisitor veritatis, ab his quos credit eam scire ꝓbabiliter. l. magis puto. §. in primis. & ibi not. ff. de reb. eo. hinc dici solet, quod qui cito credit leuis est corde. tamen dicit Esaias. Nisi credideritis non intelligetis. Oportet addiscentem credere. Medico de salute corporis agenti, credendũ est. Creditur etiam mutuo dans filiofam. qui se patrem familias dixerat, eique subuenitur, quia mendaci denegatur exceptio. l. j. & ibi not. ff. ad Macedonia.

CAVSA.

Causa nihil aliud est, nisi quo pręcedẽte aliud efficitur. exẽplum, causa diei est Solis ortus. Effectus autem quod præcedens causa perficit, vt dies (quẽadmodum dixi) quem Solis ortus emittit. Vnum etiam est causa alterius, quantum ad inceptionẽ & permanentiam, & tunc causatum dependet à causa, vt Sol rursum, qui est causa luminis & diei. Aliud vero quantum ad incęptionem tantum, et tunc secus, quia esto quod moriatur pater vel artifex, remanet tamen filius vel ędificium. certum est quoque, quod causa effectum indicat, effectus vero causam demonstrat. Et ad idem sciendum est, quod quæstionum duo sunt genera infinitũ et definitũ. infinitũ Gręci θεσιν vocãt, nos aũt propositũ, definitũ υποθεσιν, nos vero causam. Causarũ itẽ genera tria, indicij, deliberationis, laudationis, hoc est, iudiciale, deliberatiuũ, ac demonstratiuum. Dicimus quoq; cã

cadere

cadere quem, hoc est litem perdere. causamque pecuniariam vocamus, proximam & remotam, in actione reali, dominium & contractus, in personali obligatio, & contractus pariter, prima proxima, secunda remota. quodque iis concurrentibus proxima attendi debet. dicimus rursum, quod ex quattuor causis, Materia, forma, efficienti & finali constat diffinitio causalis, essentialis vero ex genere & differentiis. Et quod ignorantiam parit obscuritas, admirationem ignorantia, quam tollit causarum cognitio. Et quod inter causam & effectum est magna cognatio ac similitudo, non secus ac inter fructum & arborem. Causas suorum scelerum improbi obducunt, ecce: Brutus quod Cæsarem interfecit vt patriam liberaret. Romulus vero Remum fratrem quia muros ciuitatis transcendit. Iuxta illud Luca. Ne longius exempla petantur.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

& habetur in l. fina. ff. de re. diui. quorum tamen vnum honestum fuit, iniustum vero alterum. Quid plura, (vt nostri dicunt) causa semper præstanda est: l. Iulianus. §. primo. ff. de rei vendi. l. videamus, §. si actionem. ff. de vsu. l. cum fundus. in prin. & ibi Angel. ff. si certum petatur. l. fin. ad fin. ff. de verbo. significa. declarat glo. verba hæc, in l. Iulianus. in §. quantum. ff. ad exhib. & in l. sed & partus. in prin. ff. quod met. cau. & in l. demum. C. de rei ven. & in l. qui restituere. ff. eod. Et nihil sine causa, temereque proferendum esse, dixit olim Aristoteles, Medico ipsum curanti cum ægrotaret: Haud omittentes etiam tria adhuc causarum genera fore, spiritualium, criminalium, & ciuiliu͂.

CROCODILVS.

Mitto quod Crocodilus inter aquatiles bestias, quibus abundat Aegyptus, exitiale quadrupes sit, & malum assuetum elementis ambobus, lingua carens, maxillam solam superiorem commouens, ordine dentium pectinato, & pernicioso morsu, si quidquam tetigerit. quandoquidem hoc vnum dictu mirabile sit, quod Combos Aegypti ciuitas sit rursum, vbi Crocodilus colitur. hinc Iuuenal.

Ardet adhuc Combos, & Tentira, summus vtrinque
Inde furor vulgo, quod numina uicinorum
Odit vterq; locus, cum solos credat habendos
Eße Deos, quos ipse colit. Et locus etiam ibidem vbi homines, Crocodilum non timent, sed capiunt & necant. Et Arsinoe vbi domesticus, quem Suchum vocant, alitur, & adoratur pariter. Nimirum igitur, si quinque, aliquando, & Hippopotamum simul in Euripis idest Canalibus vino plenis exhibuit olim Heliogabalus Imp. Haud omittentes vltimo (vt breuitati studeamus) hypochrisis simbolu͂ esse Crocodilum, (vt in libro de Hieroglyphicis Aegyptiorum diximus nos) ex quo, hominem vorans flet, vnde prouerbium ortum est, lachrimæ Crocodilinæ.

CAECVS.

Miserabilis, imò infœlix & calamitosa est cęci hominis vita. nimirum igitur, si ille tam ardenter, à Domino interrogatus, quid vellet, clamauit, Domine, fac vt videam, sique gauisus est valde, laudans Deum. Et si quasi compensatione quadam dignitatem retinet senatoriam, sique iudicat, vt Appius Claudius Cæcus de quo in l. j. in §. quanuis. ff. de postu. qui in Senatu sententiam dixit de captiuis Pyrrhi non redimendis. Inarus Episcopus Calcedon͂. reprehendere ausus est quoque, Iulianum Imp. Constantij filium, quod in Christianos quos Galilęos vocabat, nimium sæuiret, illum Apostatam & impium appellando: cumque Iulianus sibi cæcitatem obiiceret, imò improperaret, quodque Galilęus suus ipsum non curabat, gratias ago Deo meo pro cæcitate, respondit, ne te videam pietate nudatum. Et profectò si cęcus bene cogitabit, consolabitur, quia suas nox etiam habet voluptates, suntque omnium scelerum (vt inquit Sene.) oculi autores.

COENA.

Bona esse debet, & magna, bona, idest bene condita, magna vero, copiosa. Vnde & bene Catul.

Cœnabis bene mi Fabulle apud me paucis, si tibi Dij fauent, diebus, si tecum attuleris bonam atque magnam Cœnam. Olim ab ouo incipere solebat, & finiri pomis. Albatiq; Veteres cęnare. Sunt ēt cęnę saliares, opiparę & copiosæ. Et rectè aliàs appellatę opiparę, q̄ clientibus, à Principe dari solebāt, quas postea ad sportulas redegerat Nero. Erant quoq; cœnæ, vocatæ cētenariæ, ab impensa Centenum Sestertiorum. Et Δωδεκάθεος xij. Deorum Augusti, quas secretè cum xij. Catamitis, totidemque puellis, agebat. Dubia tamen, vbi dubitas (adeo opipara est quandoq;) quid sumas. Vel putarim ego potius, si suspitione veneni non careat. Est & Pontificalis, olim Metelli, Pontificis maximi, quæ inter grauissimas personas luxu non caruit. Verum vt finiam, non obruta poculis, non lasciuiens ferculis, qualis illa Metelli, & quam pulcherrimè describit Macrob. in Saturnalibus, esse debet, sed doctissimis quæstionibus, pudica & lauta.

COMMODVS.

Cōmodus L. Cōmodi filius fuit, ab Antonino

Pi o adoptatus, vnà cum M. Antonino Vero, cui iste in imperio succesſit, multa cognomina ſibi ſumpſit, præſertim Herculis, quod licet videre, quando ſcribebat Senatui, & quia ſtatua viſitur Romæ, tum faciem, tum habitum Herculis, habens. Caduceum Mercurij manu geſtabat. Romamque immortalem, fortunatam coloniam, & ſæculum aureum dici volebat, tamen clamabant poſtea lecto Pertinace omnes, illum peſtem, perniciem, tyrannumq; ſui temporis fuiſſe, & vulgo commodum hominibus incommodum.

COELEBS COELIBATVS.

Magna eſt dignitas, & matrimonio præſtat Cœlibatus. qui ad maritos referri ſolet, Orbitas patribus, & ægeſtas opulentis aſcribi. Cœlibatus inquam portus tranquillitatis eſt, coniugium vero officina rixarum. Dignitate aſsimilatur Angelis. Puritate, carens immundicia carnis. libertate, viro non habente ſui corporis poteſtatem. Vtilitate, cum vxori placere non quærat, & fructu denique, qui ſibi maior debetur. Hinc Electra Agamemnonis filia, quaſi ſine lecto, & matrimonio ad ſenectutem peruenit: & quanquam ita ſit, cœlibatum tamen maxime deteſtabatur Auguſtus. cœlibemque impium, ſacrilegum, & naturæ inimicum eſſe dicebat.

CARO.

Impiorum cibum carnes eſſe dixit Maro, quãdo ſic cecinit.

Impia quæ cæſis gens eſt epulata iuuencis.

Imò nec Leo, nec Vrſus, nec Vultur comedit, Lupus ſic. quã ob rem interrogatus quis, quare carnes non ederet, quia (reſpondit) non ſum lupus, à carne, carnale delictum deriuatur, ſine quo pauci inueniuntur, vt dicitur in c. quia ſanctius, ad fi. 50. diſt. uerum dictu mirum eſt, quod carnis nomine in ſcriptura fœmina ſæpe exprimitur, qua de re in eo etiam fragilitas eſt maior, unde Chriſto, adultera adducta eſt, & non adulter, ut eidem quoque compateretur facilius. Et ſcitu non indignum, carnis crudę, diſtributionẽ, quã faciebant olim ueteres, uiſcerationem uocatam fuiſſe. Et quod quemadmodum Ephiophagi ſerpentibus, ita Antopophragi, humanis ueſcuntur carnibus.

CORVVS.

Apollinis nuncius erat, qui (ut fabulantur poetæ) ob ceſſationem ex albo factus eſt niger, à quo deinde Valerius Coruinus gloria poſteritati commendatus eſt. Et dictu mirũ, quod Mallum Vrbem Mopſus & Amphilochus, ab Oraculo admoniti, ubi Coruus Mallon, id eſt lanam ferret, ſtudioſiſsimè condiderunt. Coruus inquam proditoris ſimbolum eſt, denigratus (albus enim erat) quippe quod Apollini, Coronidem Nimpham, à iuuene vitiatam fuiſſe, reuelauerit, eiuſque cantum ſubinde inſtitutum, mali hominis ſignum. Regis Mathiæ quoque Pannonię, fuiſſe ſimbolum ferunt, quia ſe genus habuiſſe iactabat, e Coruina Romanorum gente. reique uagę amplius incertę & inconſtantis ſignum, unde Perſi.

Eſt aliquid quò tẽdis, & in quod dirigis arcum? An paſsim ſequeris coruos.

CONCILIVM.

De hoc in quàm pluribus locis habetur, & maximè in l. mandata. ff. de offi. eius cui mand. eſt iur. & in §. eadem inſti. quib. ex cau. ma. licet, quod aliud non eſt niſi conuentus conſulendi gratia, congregatus, à concalando dictum. quod in unũ uocati conueniant. Amphyctiones quoque, commune erat Græciæ concilium, quod Thermopyli congregabatur, ab Amphictione Deucalionis filio, qui primus regem agens, gentes congregauit, appellatum pariter. In quo inſtitutum alias fuit, Neptunum in Iſthmijs ludis, Taurorum victima honorari. Pro collegio alibi tamen, & ſimplici congregatione, capitur in l. prima. C. de ſacroſan. eccle. deque cõcilio multi ſanè ſcripſerunt, quod fit à Papa, & à ſanctis patribus, quo conſulitur Chriſtianæ religioni, & nos quoque, nonnihil aliquando. Id nũc memoratu dignum addentes, quod in Ariminen. ab hinc annis mille, celebrato, Arianorum aſtu. S. patres illuſi fuerunt, ac decepti, quia interrogati an ὁμοούσιον crederent, reſponderunt ignorare, & tenere ac uenerari, Deum trinum & unum: quod uerbum græce tamen nil aliud ſonat. Nicenum quoque, ob eandem Arianorũ hæreſim excitatum aliquãdo, à Conſtantino religioſiſsimo principe, ſub Siluestro Papa, anno Domini. CCCXXVII. fuiſſe legimus. Nõ nunquam Mediolani congregatum, tempore Conſtantij, eiuſdem Conſtantini magni Imp. filij. Temporibus noſtris uero Tridenti, à Paulo III. Farneſio Pont. Maximo cœptum, concluſum uero & finitum auſpiciis felicibus Pij. IIII. Cui tunc uiuenti, Commentaria iuris Pontificij, etiam nos (quãquã opera perierit & impenſa, ut eſt in prouerbio) dicauimus. Cætera alij fuſius.

CLEOPATRA

Regina Aegypti, à Ptholomæo Dionyſio fratre eiecta eſt, quam deinde poſt Pharſalicam pugnam reſtituit Cæſar, in Aegyptum ueniens Ptholomæo interfecto. ex quo Cæſarionem ſuſcepit. eoque à coniuratoribus in ſenatu occiſo (hiſto. nota eſt) & mortuo. M. Anto. triũuir, Aſiam petens, repudiata Octauia, eam ſibi

sibi matrimonio iunxit, sibique duos peperit filios quibus Solis & Lunæ nomen imposuit. Sicque cum eo insanit, audetque Ro. Imperium optare. Vltimo ab Augusto superata, ne in triumpho duceretur, mamillis sibi aspidibus admotis extincta est, nimirum ergo, si eiusdem Augusti Nummisma argenteum, quod habeo ego præcæteris, triumphalis arcus signum habet. Alterum vero Aureum, Alexandri Bassiani, victoriam Clypeo, innixam, in quo duæ sunt inscriptæ literæ. C. V. quæ sonant Cleopatra victa.

COGNATIO.

Quid sit cognatio clare liquet, notissimique iuris est, sed vltra sciendum est, quandam spiritualem fore, quandam vero legalem, postremo carnalem, spiritualis est, & prima quidem, quæ ex compaternitate contrahitur. quæ vero ex adoptione fit, legalis est, carnalis autem ex consanguinitate propagata. & de his aliàs.

CVRIO.

Ex quo plerumque curionis nomen, aliquo in Nummismate, scriptum inuenimus, non abre hoc tantum ex Dione dixisse, sat erit. quod hunc ex nobilissimo Curionum genere, ortum dicunt, eumque animo perspicaci fuisse, viqúe magna dicendi præditum, atque ad multitudinem persuadendam quàm maxime idoneum.

CIMEX.

Tametsi cimex immundus sit, humilis, & male olens, sit nihilominus interdum eiusdem mentio, vt nihilo plus sit tamen is quem illi comparamus. Imò Italicum prouerbium est, aliquem cimice sordidiorem fore. Pantiliumque Poetam quendam, sordidum cimicem pariter vocat Hora. sic.

Men' moueat cimex Pantilius? aut crucier, quod
Vellicet absentem Demetrius?

CLARIGATIO.

Clarigare & clarigationem dicunt aliqui, non aliud esse nisi cum vnus debet, idque ab alio exigatur, vt his à quo exactum est, à debitore solutum repetat, nos vulgo represalias vocamus, in l. facere. ff. de verbo. significa. deque represal. Bartol. plenè, in tracta. represaliarum, & Docto. in rub. ff. solu. matrimo. Et ad propositum male, quia imò Clarigare & Clarigatio, nil aliud est, nisi cum legati ad hostes mittuntur, qui res raptas clara uoce repetant. Græcis vero. κη-ρυκεία.

CONCORDIA.

Concordiam ita necessariam indicauit antiquitas, vt Camillus ei templum dicauerit, eique omnium rerum ubertatem acceptam tulerit. Cæteram dextra tenet, leua copiæ cornu. qua paruæ res crescunt (vt ille ait) discordia maxime dilabuntur, & omne regnum in se diuisum desolabitur. Et hinc dicitur etiam ad idem, quod virtus vnita est fortior se ipsa dispersa. Et nos quod toto posse, (adeo bona est, & necessaria ac vtilis) inter vnum & aliud ius induci debet, & discordia uitari, ac contrarietas, iuraque iuribus fore concordanda, inque vnam consonantiam redigenda. l. j. C. de inofficio. dor. c. cum expediat, de electio. in vj. Sciuque dignum est, quod inter alia Romanorum insignia, unum erat manum habens, in sublimi hastæ parte qua concordiæ simbolum, quæ in exercitu maxime desideratur, pulcherrimum esse ostendebant. est & adhuc etiã Cornix, quippè quod fidissimæ sunt, & cum societatem inierint maximo se diligunt operæ. Imò quod altera extincta, uidua degit compar. Duoque homines (ut Monachi) simul ac bini semper incedentes. Et Ciconia rursum, quandoquidem pulli earum parentibus iam senio confectis, & longa ætate inualidis, & opem, & alimenta ministrent, in mutuam compensationem. Quid plura. Pythom Byzantius Orator, Crasso erat corpore, orta dissensione inter Bizantios, eos ad pacem adhortans dixit, uidetis cuiusmodi sit meum corpus, uxorem habeo mul to me crassiorem, si sumus concordes, quiuis grabatulus nos excipit, at ubi dissidemus, nec tota domus sufficit. Concordia est discordiarum seditio. Et pax (ut ita dicam) iniqua, aliquantulum quàm æquissimum bellum. Nanq; Scipio Tiresium quendam principem interrogauit, qua de causa Numantia prius inuicta durasset, postea euersa fuisset. respondit, concordia, uictoriam, discordia exitium præbuit. Lycurgus similiter à ciuibus interrogatus, quo nam pacto hostium impetum possebt repellere, si pauperes manseritis respondit, sique contentiones mutuas deposueritis. Demetrius item cum à uenatione rediisset, inuenissetque Antigonum patrem, legationem audientem, ut erat telis succinctus, eum osculatus est, & propè consedit, legatisque discedentibus, renunciate inquit Antigonus, talem amorem animique pietatem, qualem uidistis ut ostenderet patrem cum filiis eorumq; concordiam regũ potentiæ maximum indicium fore. Concordia grata Iano & Saturno in Italia, qua de re ueteres uoluerunt menses illis dicatos esse uiciniores, Ianuarium Iano, & Saturno, Decembrem. Gratior & iucundior Diis, ex quo Mars rursum, Ioui inuisus est, rixarum ac bellorũ Deus. Haud omittentes etiam præter alias superius dicta, Mala punica

quoque Concordiæ simbolum antiquitus fuisse. Sed proh dolor, quod maior est ferarum serpentumque Concordia, quàm (vt inquit Saty.) hominum. Et quod fratrum quoque gratia (vt etiam ille ait) rara est.

CELERITAS.

Celeritas non iuste agit: Tarda consilia efficiunt multa sapienter. Inquit Euripid. Celeritas simbolum est Tigris, tantæ & tam tremendæ, vt Medi eam sagittam vocent. Est & Thunnus piscis, quod certo anni tempore, œstrum quoddam, capitis habeat, quo celeritate incredibili, concitetur. Tanta etiam in Cæsare dicendi, vt actuarij scribendo male possent eum subsequi. Qui instar quoque fulminis Pharnacem vicit, ad amicos scribens Veni, Vidi, Vici. hoc est, venit, percussit, abscessit. Quantocius etiam ad materiam dicitur idest quamprimum, & celeriter. hisque verbis idem significatur, nec dum dictum quàm factum. Sed (vt iam dictum est) non in celeritate, verum in re perfecta virtus consistit. Nanque dum certarent sus & canis, hæcque diceret se fœcundiorem pedestrium omnium, at, sus respondit, cæcos Catulos paris. argumentum planè apertissimum non in celeritate rem virtutemq; consistere, sed in perfectione & maturitate iudicari. Sique iubeat princeps, quem vltimo affici supplicio, non ob id tamen id fieri confestim debet, sed pœna differri ad mensem. l. si vindicari, vbi ego. C. de pœn. l. puniri. C. si cont. ius vel vtil. publi. cap. cum apud. xj. quæstio. iij. Ias. in d. l. puniri, & in l. debitoribus, col. iij. de re iudica. & in l. cunctos populos. lectu. ij. col. iij. C. de summa Trini. & fid. catho. In rebus bellicis tamen (vt de Cæsare dicebam) plerumque plus prodesse solet quàm virtus. Vnde Poeta. Rumpe moras, nocuit semper differre paratis.

CONSILIVM.

Sacra quidem res est consilium, sed periculosa, inquit Plato. Et consilio potius quàm viribus est pugnandum. Nec ab re quę consilio rectè geruntur iure merito effectu & firmitate nituntur, inquit tex. in l. iij. C. de repud. non repudiandum sed querendum potius, & sequendum, quia nec Moses illud Ietro repudiauit. Heroq; suo Dauus impartit apud Horatiū. Inq; magnis tempestatibus à quouis se moneri & consuli patiuntur periti Gubernatores. Et qui consulit seu monet quasi adiuuat. Est verum quod consilium dare vel quærere, post damnum acceptum intempestiuè prudentis est, vt Epimetheus agebat, Prometheus vero contra & tempestiuè prudens. Et quod facta iuuenili ætate probantur, Consilia vero media, & vota extrema. Et quod consilium amplius, si malum fuerit, consultori erit pessimum, (vt est in prouerbio) vnde Aruspices, qui voluerunt, consulentes, Horatij Coclitis Statuam, in inferiori vrbis parte, collocari, necati sunt. Vlissesque in Aeoliam veniens pariter, ab Aeolo, Vtrem habens ventorum plenam, alligatamque quo citius, nec ventis reflantibus domum rediret, concessa sibi vi tamen si quando voluisset emittendi, in medium pontum nihilominus vnà cum sociis, impulsus est, qui rati eo, aurum atque argentum inclusum fuisse, inuidia acti, ex quo vacuis manibus domum redibant, Vtrem soluerunt, inque eos venti irruere cœperunt, Sicque malum consilium (vt diximus) consultoribus fuit pessimum. Hic rursum, lapis est, in loco, quem pratiuallium vocamus, literis inscriptus, Mali consilij, eo enim in loco ciues de Ezelino aliquando nō admittendo (si quādo rediisset) consilium inierunt, aberat tunc, Veronamque erat profectus, rediit, vi vrbem ingreditur, ibique ciues vbi consuluerant, crudeliter necat, sic dicens (vt supra) Malum consilium consultoribus pessimum. Sic Callij (vt mihi aliàs retulit Clarissi. Iurecon. olim acutissimus discipulus meus, Horatius Lucius, qui summa sua cum laude etiam repetiit, auth. habita. C. ne fil. pro pat. dum esset in studio, & iuri operam nauaret) in via quadam, in qua de præside interficiendo, consuluerant Callienses, mortuo Valentino Alexandri VI. Pont. filio, necatos pariter fuisse. viamque mali consilij vocari quoque. Plerumque etiam consilio quenquā iuuare nō possumus, nescientes qua parte pedem torqueat calceus, illius quem consilio iuuare possemus. hinc nos. ex facto ius oritur, ipse dispice, quemadmodum probes, tibi pecuniam quam te deposuisse dicis, deberi. l. si ex plagis. §. qui in cliuo Capitolino. ff. ad legem Aquil. l. j. C. de eden. Et ad propositum quod consulendum sit probatur in l. seruus dotalis. ff. solu. mat. Imò quod homines sunt prudentes, qui sciunt rectè vitam agere (vt inquit Euripid.) consilio. Et misera domus res est inops consilij. Deus consilium est, & fons consilij. Et contra eum indignari qui vtilia consuluit, gratiam nullam habet. In foribus Iurisconsultorum erant olim verba hæc. *Licet consulere*. non suauia tamen sed optima sunt cōsulenda. Et cum à corde proficiscantur consilia, omnia cum consilio fieri debent, vt faciebat Tiberius Imp. & maximè lex. l. humanum. C. de legi. l. hac consultissima. C. de testa. & C. qui testamen. facere poss. Et quòd à corde proueniant, ex eo planè liquet. Namque paulò ante mortem Cæsaris inuentus est bos opimus sine corde, qua nouitate rei, Spurina Haruspex, perculsus est, timendumque fore tunc dixit, ne consilium & vita Cæsaris deficeret. Qui tamen se male gerit frustra aliis consulit, Apophtegmaque est Isocratis A miclæ. Consilium ēt ordo ponderosus est, & ordo quia prius est, quam consiliatum, ponderosus vero, quia vbi est, ibi est salus.

lus.in rebus nouis rapiendum,non querendum, quia odiosę sunt & plenæ tristissimi euentus. l. in rebus.ff.de consti.prin.& ibi nos.ad saturitatem in collectan. Quæ res etiam in se consilium non habet,consilio regi non potest. Et mutare consilium in melius sapientis est.l.nonnumquã. ff.de colla.bo.Et Cõsentes Dei, qui(vt fabulantur poetę) in Iouis consilium adhiberi putabantur,hinc dicti fuerunt vltimo loco, quasi consentientes,qui & penates quoque & vrbani etiam num uocari solebant.

CONVERSATIO

Omnium rerum est hominibus magistra,dicebat Eurip.vnde(vt breuibus me expediam,ne ue te lector diutius remorari videar)cũ Catonibus viuẽdum est, cunque Lęliis,versandum cum probatis,& cum literatis denique degẽdũ, quoniam eorum conuersatio,non poterit non esse tibi nisi utilis & frugifera, & cum ornamento tũ emolumẽto, ex quo(vt ille qui in Sole ambulat, coloratur)sic,si cum bonis & probatis viris vixeris,colore bonitatis inspergi poteris.

COMMENDATIO

Magna est literarum commendatitiarum vis, & plurimum possunt si quodam animi feruore eorum,qui commendatũ aliquẽ faciunt, scribantur,ideo statuimus sub hoc genere, formulas tradere.nos breuitati tamen studentes, quoad fieri poterit,quibus his consultum esse posit, â quibus plerunque desiderio quã maximo expetuntur.Sic igitur dici poterit.(mitto tamẽ quod vir bonus aliàs, omnibus sit commendatissimus, quodque cõmendatione alicuius nõ egeat) omnibus rebus adulescentem hũc,ita tractes velim, vt intelligat nostram cõmendationem nõ vulgarem fuisse. Vel sic.Si huic iuueni bonę spei,& in quem recte beneficium collocatur(nisi me planè fallat opinio & animus)ostenderis quãti nos facias,rem tua humanitate dignã, & nobis omnibus vehementer gratam facies. Vel sic. Hunc iuuenem tibi commẽdarem,nisi esset moribus, ingenij sanitate,ac puritate tanta vt non posit profecto non esse cuique optimo,& præstantissimo viro gratissimus. Vel sic.M.Fetidiũ(sic ẽt Cice.) equitem Ro. bonũ & strenuũ adulescẽtẽ,tibi cõmendo,& te rogo,vt eum in tuorum numero habeas. Vel sic. Hosce ambos tibi commendo, vt maiore cura,studio,solicitudine animi,commendare non posim. Vel sic.Te mi Cornifici etiam atque etiã rogo,vt omnino Lamię negotia mea esse putes,curesque vt intelligat hanc meam cõmendatiohem, maximo sibi vsui fuisse, hoc mihi gratius facere nihil potes. Vel sic. Cura vt quã primum intelligam,hanc meam commendationem tantum illi vtilitatis attulisse,quantum & ipse sperarit,nec ego dubitarim. Vel sic. Communiter commendaui alias, diligentius nunc commendo,non vt aliquid de illa comminuam, sed vt ad hanc addam. Vel sic. Quare & vt meũ amicum,& tua dignum amicitia commẽdo, cui quibuscunque rebus commodaueris,tibi iucundum profecto,mihi certe erit gratum.vel sic. Genere nouo sum literarum ad te vsus, vt intelligeresnõ vulgarem esse commendationem. vel sic. Hunc virum commendatum tibi,cognosces tua amicitia dignissimum. vel sic. Commendo tibi eum, quidquid ei commodaueris, erit mihi maiorem in modum gratum.vel sic. Sic tibi eum commendo,vt neque maiore studio quenquam,neque iustioribus de causis commendare posim. vel sic. Mihi certe gratissimum feceris, si intellexero has literas tantum,quantum scribens cõfidebã, apud te pondus habuisse. vel sic. Hũc igitur tibi commendo,& à te peto,vt des operam vt intelligat me diligenter scripsisse de se,meamque commendationem vsui magno sibi fuisse, erit id mihi vehementer gratum.vel sic.eum tibi commendo,habeasque in numero tuorum,hominem prudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur. vel sic. Gratissimũ mihi feceris, si huic commendationi meæ,tantũ tribueris, quãtum cui tribuisti plurimum.vel sic.hunc tibi ita commendo,vt si meus libertus esset(vide quanti libertos faciebant)maiore studio commẽdare nõ possem.vel sic.Pergratum mihi feceris,si dederis operam,vt hic intelligat hanc meam commendationem, magnum apud te pondus habuisse. vel sic. Cæterisque in rebus, tibi eum ita commendo,vt maiore studio neminem commendarim. vel sic.Gratissimum mihi feceris si eum ita tractaris,vt intelligat meam commendationem,magno ornamẽto sibi fuisse.vel sic. Hospitem & necessarium meum tibi commendo maiorem in modum. Domum eius tibi sic commẽdo, vt maiore studio commendare non posim.vel sic. Cõmendo tibi maiorem in modum adulescentes, omnibus optimis artibus ornatos, meos pernecessarios,tua amicitia dignissimos.vel sic. si vlla mea apud te commẽdatio valuit,quod scio multas plurimum valuisse,hæc vt valeat rogo.vel sic. Homo mihi familiaris, eum tibi vnice commẽdo.vel sic. Vt recorderis huius meæ commendationis diligentiam,te vehementer etiam atque ẽt rogo.vel sic.Cõmẽdo nõ minori studio,quã si rẽ meam commendarem. vel sic.Eum igitur sic tibi commendo,vt vnũ ex nostra domo.vel sic. Meis literis assequi debet vt nemini se intelligat commendatiorem unquam fuisse.Vel sic. Quamobrẽ à te maiorem in modum peto,vt ipse intelligat, nullam rem sibi maiori usui,aut ornamento,quã meam commendationem esse potuisse. Vel sic. meum familiarem tibi commendo,ea cõmendatione,quæ potest esse diligentissima. Vel sic. Nõ dubito quin tibi satis commendatus sit. Vel sic. Fac igitur mi rex, vt intelligat has sibi literas plurimum profuisse. Vel sic.L. viro optimo, & homine

homine gratissimo, familiarissime vtor, eum tibi penitus commendo, atque trado. Vel sic. Eum tibi ita commēdo, vt homines grati & memores bene meritos de se commendare debent. Vel sic. Q. fratrem meum si me diligis, eo numero cura vt habeas, quo me ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris. Vel sic. Commendo tibi hominem, sicuti intelligis, me debere commendare Vel sic. Seruilium tibi sæpe commendaui, nunc facio id impensius. Vel sic. Menandrum hominem frugi, modestum & vehemēter probatū, tibi commendo maiorem in modum. Vel sic. Nō dubito quin meam commendationē, memoria tenens. Vel. sic. M. Bollanum virum bonū & fortem, & omnibus rebus ornatum, meumque veterē amicum, tibi magnopere cōmendo. Vel sic. Vt docet Iurecon. noster, in l. Thais in §. sorore. ff. de fideicom. lib. Rogo te in commendatione habere stichum & Damam negotiatores meos. Vel sic. T. Pinarium, familiarissimum meum, tibi tāto studio commendo, vt maiore non possim, cui cum propter omnes virtutes, tum etiam propter studia cōmunia, sum amicissimus. Vel sic. Scio. enim quantum ponderis mea commendatio sit habitura. Vel sic. Habeas eos cæteris omnibus rebus, à me commendatissimos. Vel sic. Hęc ego omnia collegi, vt intelligeres non vulgarem esse commendationem hanc meam. hæcque satis sint ne stomachum tibi moueam.

COGITATIO.

Cogitationis domicilium & habitatio est anima (vt inquit Plato) animę spiritus, spiritus autē corpus. Differtque cogitatio ab opinione, ex quo illa interior collocutio est qua se se animus alloquit, sine strepitu uocis, ista uero cogitationis conclusio. & confert ad l. cogitationis. ff. de pen. Nec omittendum id vnum etiam est, quod cogitationes posteriores, sunt prioribus prudentiores. qua de re, vulgatum illud Hora. optime ad idem facit.

Nonum prematur in annum.

CENSOR.

A censore cēsura dicta est, & à censura cēsor, quæ est magistra vitę, & vetusta quidem, pudoris etiam ac Modestiæ. τιμητεία Græce appellatur. & τιμητας vocant censores Athenienses vero A'ρμοσύνας. siue morosi fuerint detractoris nomen tunc sibi potius comparant. estque scitu dignum. quod horum Magistratus olim creatus fuerat post Romā conditam anno. cccxij. dignitasque prius non tanta, vt maximo foret ornamento illis, qui censores esse. promeruissent. quodque durauit vsque ad Syllæ & Marij tempus. Et amplius, quod peracta Militia legitima, moris erat. Equum per medium forum ducere coram censoribus, illis que dicere Duces ac Imperatores sub quibus militassent, censores vero, eos notare vel laude vel infamia. pro cuiusque merito, vt cęteri ad nominis imortalitatem sibi comparandam excitarentur, vel metu infamiæ à voluptatibus, & turpitudine scelerum abstinerēt.

CONVERSIO.

Quanquam, fabulosæ narrationes non sint credendę, quod Palephatus Quidam Grecus autor & non ineleganter certe, ostendit apertissimis argumentis, sed ridendę potius, non omittam tamen dicere (a naturalibus incipientes) quod Rosa alba in rubrum colorem, versa est, sanguine veneris. Et Coruus pariter, (albus enim prius erat quoque) niger factus est, quippe quod nuncius Apollinis cessauit obsequi. Narcisus in fontem. Hiacinthus in florem sui nominis. Nutrices Bacchi in vrsas. Lycaon Arcadie rex in lupum. Io in vaccam. Apuleius in Asinum, quo cōmento, humanos mores, ostenderet euentusque uarios. Acteon in ceruum. Antigone Laomedontis Troiani filia in Ciconiam. Hecuba in canem. Aiax. in furorem. Cadmus in serpentē. Et Rhea mulier in Sangaron flumen. Imò & Dij ipsi fabulosi, Typhonis Gigantis aspectu, in varia animalia (vt Pompo. Mela testatus) conuersi sunt pariter. Quid mirum igitur vltimo loco, si Neuri quoque incantatores maximi, si inquam ex hominibus in lupos quoque conuertebantur.

CALENDAE CALENDARIVM.

Horum mentio à me aliquando facta est, maxime in l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. nunc addere aliqua opere precium fore duxi, & præcipue, Calendarium à quibusdam vocari, ephimeridas vero ab alijs. his verbis illi. Calendarium versat, fit ex domino procurator. Nemo beneficia in calendario scribat isti his.

Me miserū his aliquis rationem scribit auari.
Et ponit duras inter ephimeridas.

Et ideo verbum inusitatum videtur, quo tamen non modo ibi uerum etiam alibi sæpe vtitur Iurecon. & consonat (ut dixi) cum à Klendis deriuetur verum quicquid. sit, scias. quod Klendis Ianuariis dies erat solemnis Magistratibus creandis. Quo tempore fœnori dabatur, & accipiebāt fœneratores, siue & melius collocabantur nomina. exigebantur vero Idibus. Klendas Martias quoque amantes, & mariti, religiosæ colebant, illi ut læta omnia, sibi in amore euenirent, illi ut vxores castas haberent atque pudicas, solebantque vtrique ad amicas & Matronas munera mitteres. eosque Klendas fęmineas vocabant. & hinc Iuuenal.

En cui tu uiridem umbellam. cui succina mittas
Grādia, natalis quoties reddit, aut madidū uer
Incipit, & strata positus, longaque cathedra
Munera fœmineis tractas secreta Calendis.

CA-

CAPER.

Si extra pocula, ab artificibus exciditur Caper (ut videri potest) non mirum est, quoniam maxime est infensus Baccho, ut Iuuenal. sensit, quando sic cecinit.

Argentum uetus, & stantem extra pocula caprum.

Eidemque non alia ratione immolatur, inquit Maro sic pariter.

Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris.

Caditur. sed tu, quare in fœderibus, Ioui & soli mactetur, Cogita.

CORNV.

Multa forent de Cornu dicenda, sed id unum tantum dixisse sat erit. quod ex eo potestas designatur, regnum, denunciatioque magnæ rei, & Christus denique, eliciturq; ex verbis Lucæ ibi. Benedictus Dominus Deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ, & erexit Cornu salutis nobis, in Domo Dauid pueri sui.

CORONA.

Quoniam victor Athleta, olim famosa reportabat insignia coronarum, de coronis aliqua, etiã hic scribere instituimus, & maxime (mitto qđ obsidionalis fuerit, ciuica, muralis, rostrata, castrensis, oualis, & exploratoria) quod primum miles, aurea (quanquam soli dij ornari solerent) quia inimicos aggredi uiriliter est ausus, cum Tarquinius superbus vltimus Ro. rex in regnum restitui tentaret, ab A. Posthumio donatus est. A senatu vero, Duces triumphaturi, aliisque coronis milites. Quercea donatus est etiam Cæsar, in expugnatione Mitylenarum, Nauali M. Agrippa, quia Sex. Pompeium Magni filiũ, latrocinijs, mare infestum reddentem, classe cui præerat vicit. qui honos nemini ante eũ habitus est, vnde Maro.

Tempora nauali fulgent rostrata corona,

cuius numisma habeo ego, parte altera, dextra Neptunum ob id Delphinum tenẽtem, læua tridentem. Corona Oleagina quoque tanti ęstimata ut victor beatus prędicaretur. Solebantque illa Oleastri, victores Olympici exornari pariter, & populea alba dari in certaminibus Tlepolemiis. Apia vero coronari, Nemęi. Ordeacea rursum in ludis Cereris premium uictoriæ erat. Et unaquæque, (vt inquit Pindar,) munus splendidum. quas etiam quandoque Mitras appellauit. Fulgen, vero gruissimus autor si ex vario florum genere fuissent compositæ Pancarpias. Aurea etiam erat adhuc Triumphantium. Et hinc dicimus nos aurum coronatium, quod in coronatione principis, confertur, & de quo aliàs in l. i. C. de au. coro. lib. x. coronati Ro. homines in solemnibus conuiuiis epulabantur. vnde Iuuenal.

Quale coronati Thrasea, Heluidiusque bibebant.

Et Hora. *quis udo*

Deproperare apio coronas

Curat ue myrto?

Cyrenẽses rem diuinam facientes Saturno, coronabantur ficis recẽtibus. hederæ vero Bacchico ritu, Lacedęmones, sacra celebrantes Apollini, seu Libero patri, quę etiam hyacinthia uocabantur. Coronas in certaminibus obtinuit olim Antoninus Caracalla. Et cxl. Theagenes Thasius Athleta retulit. sibique nouem peperit Praxidamas Pyndaricus. vnã in Olympiis, quinq; isthmicas & tres Nemeas. Et breuiter corona, ornamentum est, nõ modo hominum, sed rerum etiã omniũ, qua cubiculi, naues, currus, portę, pulpita suggestaque concionantum obteguntur, & hęmicyclę denique sedes chori in templis. vnde coronarum opus quoque dictum est. Quid plura, sub corona etiam vendebantur captiui. aureaq; postremo, donatus est Alexander, à Tyriis in gratulationis signũ, victo Dario. Et Laurea scholares decorãtur, atque poetæ, a verbo laudis dicta, sacra. Apolliniq; dicata, semper virens, quia sic volitat semper fama per ora uirum. Imò qđ nec Iouis fulmina, nec qui ea cohonestatus est, maleuolorum morsus, siue obtrectationum, vel inuidię aculeos, timet. nec ab re dixit Poe. lyricus, lingua Italica.

Se l'honorata fronde che prescriue

L'ira del ciel quando'l gran Gioue tona;

Non m'hauesse disdetta la corona,

Che suol ornar chi poetando scriue.

I' era amico à queste uostre Diue &c.

Dicuque mirum est, quod lauro adhuc, Delphi coronarentur pariter, Isthmi pino, & Nemei Apio. & quod laurea uterentur rursum, in spectaculis, qui triumphantes vrbem erant ingressuri. Et lanea (si lætis etiam tristia, conferantur) Adulteri in Creta ad eorum mollitiem ostendẽdã.

CRVDELITAS

Omnibus odio est, quanquam multi uirtutem putent, Erulli pietatem in Põto uocent. Imò qđ superi crudeles in terris, diu fęlices esse nolunt, si que humanitatem exuerit homo quid differre videbitur ab immanissima Bellua? C. Fabius in Africam propter crudelitatem & auaritiam in prętorio suo uiuus exustus est. M. Antonius omniũ crudelissimus, citra omnem misericordiam, in proscriptione, quæ tũc facta est inter eum Lepidum & Octauiũ, omnes trucidauit. Maximinus Bellicam gloriam crudelitate fędauit. Syllaque victoriam, tanta quanta in nullo unquam homine fuit, Romam ingressus. Imò totam urbem & omnes Italiæ partes, sanguine ciuili inundauit. nimirũ ergo si ille (M. Antonius scilicet) sibi ipsi mortem

mortem consciuit. si Maximinus, vnà cum filio adhuc puerulo, Aquileiæ occiditur. cunctis militari ioco clamantibus, ex pessimo genere nec catulum habendum fore. Et si denique Sylla, non fęlix, (vt ipse dicebat) sed omniũ infęlicissimus perijt Puteoli, morbo phthiriasis, hoc est pediculari. Cętera alii q̃ de crudelitate scribũt.

COLVMBARIA.

Tametsi nos columbariam, seu columbarium, appellemus (quod & Varro & Columella quoq; sensisse videtur) locum in modum turris, in quo columbæ fętificent, vel eisdem alendis destinatum, vt etiam Palladius inquit, alij nihilominus aliter dicunt, quod est locus, in summis lateribus nauium, quo eminent remi. Alij vinculi genus. Et alij foramina, q̃bus aqua in tympano hauftorio cõcepta effluit. Nos (vt prius) Syrorũ opinionem, quâ maxime exinde laudantes, qui violare columbas, nefarium putant, & sic columbarium lædere.

COMA.

Comã nutrire apud ueteres, libertatis simbolum erat. Nigraque siue nigri capilli matronarũ nec flaui aliãs dabantur, nisi meretricibus, unde Iuuenal.

Et nigrum flauo crimen abscondente galero
Intrauit calidum ueteri centone lupanar.

Et virg. sic Didonem impudicam ostendere volens.

Nondum illi flauum, Proserpina uertice crinẽ, Abstulerat.

Medea prima capillorum tincturam inuenit. sed ad propositum Archimedes grãmaticus, cum Lacedęmoniorum legatum uidisset, qui comas infecerat, si mentitur corpore (inquit) vtique mentitur etiam animo. Et nullus comatus (prouerbio dici solet) qui idem cinedus non sit. Scitũq; dignum est tamen, quod Rhodij, (vt memoriæ proditum est) capillorum sunt maxime studiosi quodque ueteres primitias comæ apud fluuios detondebãt, illisq̃ue dicabant, significantes omnia ex aquis primum orta fuisse. Et quod luctus tempore tondebãtur, Argiuĩ maxime, qui à Lacedęmoniis uicti, amissis Tiriis, deplorandę calamitatis causa, ita fecerunt. hoc est capillos totonderunt, uouentes se non resumpturos, nisi Trias recepissent. idemq; Milesij. est quoque Trę zena oppidum nobile habẽs portum, quem Gręce Πώγων vocant. i. barba, ubi coloni barba capilloque promisso, squallebant. Et quanquam hæc omnia ita sint, in Euangelio tamen alibi, capilli pro minutissimis cogitationibus capiũtur, Deo non ignotis. ibi. sed & capilli capitis uestri omnes numerati sunt.

CVLPA.

Viri fortes in controuersiis, culpam præmio redimunt. Culpa vacare vero magnum est solatium, præsertim si quis habeat res, quibus se sustentet, vel optimarum artium scientiam, vel rerum præclarissime gestarum gloriam, quarum altera sibi uiuo eripi non potest, altera ne mortuo quidem. lata dolo proximo (quid enim sit dolus, lata culpa, leuis, & leuissima, notũ est lippis & tonsoribus, & ut per glo. in §. pe. insti. quib. mo. re cont. ob. Bar. in l. quod nerua. ff. depo. Bal. in l. quæ fortuitis. C. de pigno. ac.) ideo qui tenetur de dolo, (ad propositum) culpã quoque pręstare debet. d. l. quod nerua. l. j. §. j. ff. si men. fal. mo. di. l. si mulier. §. sed etenim. ff. ad Treb. Bar. (ubi & nos multa) in l. quod te in not. ff. si cer. pet. Cętera alij latius.

COMPARATIO.

Statui, quoniam comparationes, præceteris, sunt orationum & poesis ornamenta, aliqua etiã quę huic generi conueniãt, tractare, & distinguere, vt saltim uia aliis aperiatur qui possint inueniẽda inuentis, inque hoc libello, quoquo modo dispositis, addere. Sciendum igitur est quandam esse ueram, quandam autem abusiuam. Vera est si dixerimus sic, exempli gratia. Nanque ut in virenti prato, diuersi non sine maxima animi oblectatione coloris flores spectantur, sic in Hieronimo nigro grauissimo alioquin uiro, Oratori eloquentissimo, et eloquentium iuris peritissimo, quæcunque ad excolendum animum virtutes elucent. Vel sic. Vt enim grauius ægrotant ij, qui cum leuati morbo videntur, in eum de integro inciderunt, sic vehementius nos laboramus, qui profligato bello, ac pene sublato, renouatũ gerere conamur. Vel sic. Sicuti ruta, q̃ amara est suauitate pulegij compensatur, ita suauitate sermonis vnius, amaritudo alterius, contemperatur. Vel sic. Vt ager quanquam fertilis, sine cultura, fructuosus esse nõ põt, sic sine doctrina animus. Vel sic. Milites, se à sua quæque statione effundebant in morem apum, quæ per examina subinde, e cauis egressę, petras hic atque illic, ueruis floribus circũfunduntur. Vel sic. Vt maris tranquillitas est, nulla ne minima quidem aura fluctus commouẽte, sic animi quietus & placatus status cernitur. Vel sic. Sicuti olim lagenæ etiã inanes signabantur, ne tales dicerentur, quæ furtim exsiccabantur, ita quis ad amicum scribere debet, licet quid scribat, non habeat, ne furtum cessationis quęsiuisse videatur. Vel sic. Quemadmodum oculus cõturbatus non est probe affectus ad suũ munus fungendum, & reliquę partes, totumue corpus, à statu cum est motũ decit officio suo & muneri, sic conturbatus animus, nõ est aptus ad exequendum munus suum. Vel sic. In corporibus exulceratis, id euenire usu videmus, quod de Lernea illa Hydra ferunt, ubi uomicam vnã aut alteram sustuleris, ut aliunde malum erumpat. Pulchra etiam est Velę & claui in tempestatibus ad moderandum se ipsum, quorum utrũque difficile

ficile est,pulcherrima vero quando e multis pau ca dicere voluimus,vt faciamus quemadmodum ij,qui Colossorum similitudines in exiguo sculpunt annulo, vel totum terrarum orbem breui depingunt tabella. Vel sic. Quemadmodum effigies statuarum magnitudine inusitata paruo tamen sigillo continentur, sic materia plane,ampla,& profusa paucissimis literarum notis tradi poterit. Vel sic. Vt pater enim ad liberorũ & posteritatis diuturnitatã cogitationes suas dirigit, sic opifex ad rerum fabricatarum perpetuitatem facit. Vel sic. Sicut ille qui in Sole ambulat colo ratur, ita qui cõuiuit cũ bonis colore bonitatis, inspergitur. Vel sic. Vt hædera quercui, sic huic adhærebo,dicebat Hecuba Vlysi,quæ cum Polyssena mori cupiebat filia,ad Achillis tumulum immolãda. Vel sic. Saltat uelox ut equus à iugo. Vel sic.Etecoles & Polynices,sicut

Apri acuentes fæuas genas.
Commiserunt pugnam, madidi genis propter spumam.
Impetum faciebant bactis,vel sic,sicut colũbæ

Videntes accipitrem ad fugam terga uerterũt. Vel sic.Non facile trahit iugum equus,si à com pare suo auellatur, cur igitur eam laudabimus mulierem,quæ priorem amat. Vel sic. Exultant sanè,vt pullus,qui simul,cum matre pascente, celeriter currit. Vel sic. Et libri Herculis,quos sub alis, Pullos, veluti gallina incubans seruo. Vel sic.Quemadmodum oculi vespertilionum in ipso meridie Caligant,ita nos in rebus natura manifestissimis, hallucinamur. Vel sic. Turbatur, qualis is qui per Montanum Callem trãsiens ex improuiso,Draconem conspexit. Vel sic.Colloquebãtur senatores similes cicadis,quæ opacis arborũ ramis insidẽtes,suauissimas exercẽt cãtilenas. Vel sic. Orationẽ tanquã hybernarũ niuiũ increbrescentem magna edidit uoce. Vel sic. Perterriti tanquam Canes,à leone diffugerunt. Vel sic. Queãdmodũ ęgri & debiles,rebus utũt ad cu curãdũ aptis,sic & stulti sapiẽtia ĩdigẽt,quę lõge magis quam argenti & auri Thesauri mercari debet,cariorque nobis esse lapidibus pręciosis. vel sic.quemadmodum sagittę,si duriora offendant, resultant ac excidunt, in mollibus vero figuntur facile.ita in contumeliis euenit,qui eis occurrit ac reflere quęrit,illas in se recipit,qui autem mã suetudine armatus & patientia ad eas excipiendas se præparat,omnino facile excutit ac deuitat. Vel sic. Vt præda insolenti victori gloriosa est,ita est acerba calamitas ęrumnosã. Vel sic.quẽ admodum agricolæ summo labore, terrę semina mandant, vt fructus maiore cum voluptate colligant,sic qui disciplinis operam nauant,sibi multis laboribus gloriam comitem comparant. Vel sic.Quemadmodum nauium gubernatores, cęteris dormientibus,pro communi salute uigilant, sic oportet Imperatores,pro suis sollicitos esse. Comparat Athenas meretrici Isocrates, Hermis vero Philippus Macedonicus. alij, hominẽ studiosum Api conferunt, Adolescentiam veri, Senectutem hyemi. & Auaritiæ hydropem hominemque fortunatum equo feroci, & nil aliud sit frenum quam disciplina & ratio. Et matronarum amatores,quia cum laboribus,& periculis easdem petunt & persecuntur, meretrices, vt pote faciles autem spernant, venatoribus,qui frigoribus altissimisque niuibus feras sectantur. spernant vero si ab aliis capiantur,sibique dono dentur. vnde Hora.

Leporem u enator ut alta
In niue sectatur,positum sic tangere nolit.
*Captat, & apponit,*meus est amor huic similes.

Vel sic. Ciuitas amisso rectore fluctuar & agi tatur,ut nauis relicto clauo. Vel sic. Tanto cæteris omnibus ante eum,Hieronimus niger, excellere visus est, quanto vel Syderibus cæteris Sol. Vel sic. Vt Amusi ad ligna recte secanda vtuntur Fabri,sic vtuntur præceptis & Doctrina Magistri,ad informandos & instituendos, Iuuenum animos. Vel sic. Quemadmodum agri prius arãdi sunt repurgandique à uiciis omnibus,sic animi à cupiditatibus sunt cohercendi. Vel sic. Quẽ admodum sagittarii, certam metam atque scopũ sibi proponunt,ad quem sagittas suas dirigant, sic & homo certum vitæ genus deligat ad quod omnes suas dirigat actiones. Vel sic. Orbem ab Alexandro fortiter celeriterque acquisitum, eo mortuo dilaniarũt parentes,filij,fratres,ac socij consanguineique,non secus ac Catuli prędam à magno leone prostratam, qui eã discerpunt, seque ipsos consumunt. Vel sic. Quemadmodum corporis ęgritudinibus non est expectãdus exitus,sed ipsi venienti ocurrẽdũ, sic ęgritudinibus animi,idest uiciis pręceptis phylosophię sanctissimis occurrere debemus. Vel quod Cor à sanguine nutritur, vt flamma ab oleo. Vel sic. Vt hij qui periculosa tranant flumina,contis prius profunditatem peruestigant, ego quoque tentabundus amnem hunc disputationis aggrediar. Isocratem pugili, Demosthenem vero militi comparabat Philippus. Vel sic dici ultimo etiam posset, ut finiamus, prolixitati occurrentes, quis Scitha tetrior, Messageta inhumanior, Nubilo obscurior, hyeme frigidior, Istro fallacior, & caucaso vnquam abruptior fuit. Vel e contra sic,quis sapiẽtior Catone,Scipione iustior,sublimior Pompeio,Fęlicior Sylla, Ditior Crasso, et eloquentior Tullio vnquam fuit?& hæc sufficiãt. quum maxime aliàs alię forte ad numerum ccc. lingua Italica à me conscriptę compositæq; sint. Abusiua vero (redeundo modo vnde discessimus) si formicam Camelo,vel ranam Boui,aut hominem Deo,quanquam ad sui similitudinẽ, creatus sit,comparemus.

CIVITAS.

De ciue dictũ est supra.consequens est, ut de ciuitate etiam aliqua,breuia tamen,& pulchra, subiiciamus

scroben incidebat. Ne curiosus videare dissimulare debes, inquit alibi I. Con. in l. doli. ff. de nouo. Et vere, nemo curiosus est, qui non idem sit maleuolus. Labeque hac notatus est Plato, quem in Siciliam profectũ ter, vt miracula illa Aethnę videret, non secus ac Plinius, ferunt. Quid plura curiositatem Ioãnis, cõpescuit Christus, quando dixit ei. Sic enim volo manere donec veniam, quid ad te. videtque festucam in alieno oculo, & (vt similiter in Euangelio dicitur) nõ suã trabẽ.

COLVMNA.

Habemus nos titulum de crimi. stelliona. ea de re ad huius generis propositum, & tituli prædicti, sciendum est, id crimen, præter cætera, ibi declarata, etiam à stelis, idest columnis, quibus damnati præscribi solebant dictum fuisse. quodq; columna designabat olim locum ære alieno obstrictum, appellabaturque locus signatus. Et qđ erat etiam columna Mœnia, ad quam triumuiri capitales, fures & seruos nequam, punire pariter solebant. Erant & columnæ Mercurij doctrinis plenę, ex quibus Pythagoras & Plato, in Aegypto philosophiam didicerunt, quæ vero lapidea vita functis erigebat, à Pinda. Ditis statua appellata est, quãdoquidem in Ditis regia recumbãt, idest mortui sint. Ante ædes Bellonæ vero erat rursum, vnde ituri ad Bellum hastam iaciebant. Erat & lactaria, ad quã infantes alendi lacte olim deferebantur, vt hic ad Dei domum. Est quoque mons altissimus in Mecennitide, qui ob id etiã columna cœli vocatus est. Columnãq; lapideam singulis Milliarijs C. Gracchus posuit, vt sic lapidibus distinguerentur, quod & I. Con. nostri etiam testatum reliquere, in l. j. in § j. ff. de offic. præfec. vrb. Quid quod serui maiores in familia Columelæ, à columna appellari solebant. Nec vltra Gades, & columnas Herculis, progredi licebat, quod tamen eam habet interpretationem. Beatissimum quem dici, qui ad summũ deuenit. Sed ad Columnæ propositum, audi, sitque ioco potius quàm serio dictum, quidam se originem à Cæsare traxisse iactabat, sanguine coniunctum Vrsinis & Columnẽsibus Romanis, nobilissimis (vt notum est) proque insigni, aquilam, supra columnam positam, columnæ vero, Vrsum, catena vinctum, habebat, à Pasquini statua hoc pulcherrimo disticho delusus est, more Ro.

Redde Aquilã Cæsari, Columnis quoq; colũnã: Vrsinis vrsum, sola catena tua est.

Antes, columnæ sunt, quæ ante stant, & ædificium sustinent, vnde à nostris Anciani dicti fuerunt, vrbis auctoritatem sustinẽtes pariter. Aeso po Phrigio, è rupe altissima, iniuste præcipitato Delphi Apollinis oraculo, columnam erexerũt. Dictuq; mirum est, principes olim, & nobiles sub montibus sepeliri consueuisse, at cum non vbique essent montes, mos superinde seruatus est, vt sub pyramidibus vel columnis, cadauera tumularentur, quibus magnificentia etiam ostẽderetur, exemploque nobis est Traiana pedum. cxx. & Antonina. clxxvi. Romæ, illa octaua in regione, in nona vero ista. Columna Diogeni erecta est. Et Cæsari, eo interfecto, ab amicis, hac inscriptione. *Parenti patriæ*. Columnam inscribi etiam dicebãt, idest proscribi, quia in ea pacta & fœdera inscribi solebant. Inque eo loco erigi, cunque inscriptionibus pariter, vel signis, quo terga vertissent hostes.

CYPRVS.

Insula est Cyprus, præcipuas habens vrbes. Salaminam ad Orientem, Paphum ad occidentem, Lapethum ad Septentrionem, & Curium ad Meridiem, dicata Veneri. satisque sit hoc ipsum dixisse, quod ex eius nomine Græci κυπρίν appellant. Olim Cirherea vbi Helena capta, regnumque erat amplius: ea de re, insigne Leonis alati, coronatum pingitur, ab Illustriss. nostro Venetorum Dominio, scituque dignum est.

COR.

Pulcherrimus loquendi modus, est iste. Hæc quæ dico, non in primoribus nascuntur & veniunt labijs, sed ex intimis animi recessibus & vere ex corde proficiscuntur, ex quo sapientiæ domicilium est Cor. & principium vitæ. Creatum ex quadam carne dura, & forti, vt nocumentis resistat, & vt rex in regno, in membrorũ principalium medio esset. In corde ira est etiam, vt in capite ratio, vel in iecore libido & appetitus. quid quod Bulla, quam ingenui pueri à collo pendentem & ante pectus, ferre solebant, formã cordis habebat, vt se homines esse cogitarent, si corde præstassent. Inque scriptura cor pro mente ponitur. Renes vero pro concupiscibili animi parte, maxime quando dicit. Scrutans corda & renes Deus. Et sanè non ignobili comparatione (inquit Galen.) quòd à sanguine nutritur, vt flamma ab oleo.

CLEMENTIA.

Clemẽtię exempla, vbique leguntur, sed id vnũ hic haud est omittendũ tamẽ. Adriani Imp. qui cũ obuiam habuisset eum, cum quo graues acresq; exercuerat inimicitias, nil aliud sibi dixit, nisi Euasisti. Et Pompeij qui dicto Tigrane Armeniæ rege, nudis pedibus ingresso prout p pconẽ iussérat & pcicto Diademare, in terrã p lapso, eũdẽq; adorãte, misericordia cõmotus, exsiluit, subleuauit, & Diademate uelatum in proximo subsellio collocauit, consolatusque est, cũ alijs uerbis, tum, non cum Armeniæ Regno excidisse, sed Romanorum amicitia auctum esse dicens. Et uere principis dos est Clementia, moderata tamen, quia in Capitolio scriptum erat.

Parce victis, frange superbos. Nimiaq; vitiō verte batur Cęsari. Credulitas vero omnibus est odio. Vnde nostri dicunt, si mandet princeps rursum, hominem vltimo affici supplicio, quod executio differri debebit & expectari (quod clementię sanè est argumentum) secūda iussio. l. si vindicari. C. de pœn. c. cum apud. xj. q. iij. Ias. in l. debitoribus. col. iij. ff. de re iudi. & in l. cunctos populos. lectu. ij. col. iij. C. de summa Trini. & in l. puniri. C. si con. ius vel vtil. pub. cæțera alij latius, sed dictu mirum id esse videtur, clementiā quoque piscium esse. namq; Rocken lingua Germanica, Italica Raya, submersum hominem à Belluis marinis conseruat & tuetur.

CONTENTIO.

Cum Diis non est contendendum, neque cum hominibus verbosis. iuxta vulgatum illud, Contra verbosos noli contendere verbis. neq; cum eo qui vinci nequit, quoniam est contra torrentem niti. vt innuebat Iuuenal, sic dicens.

Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem, nec ciuis erat, qui libera posset
Verba animi proferre, et uitā impendere uero.

nomenq; est contentionis Polynices. Et verè (vt dicebat etiam Vulcanus Iunoni matri, & refert Home.) in cōtentionibus semper peiora vincūt. dubitandumq; semper ne contentio in bellum cruentum exeat.

CEPA.

De cepis hoc tantum dicam, quod earū vsus nō modo villaticis hominibus, & vilibus ac plebeis conuenit, verum ēt pugnaturis, vsq; adeo si allio gallū paueris, vt statim eū ad pugnā incitasse videaris. Imò plus, quod Cepa potum condit.

COMITIA.

Erant Consularia Aedilitia, Tribunitia, & Cēturiata, de quibus sępissimè à nostris fit mentio. Consularia igitur erant pro creādis Consulibus. Aedilitia pro Aedilibus, (deq; his nos etiā sæpè) pro creandis Tribunis autem, Tribunitia. Centuriata vero in creandis Consulibus adhuc, & non modo Consulatia, & proprius quidē, verū etiam quia singulę Cēturię ferebāt suffragium.

CARMEN.

Veterum primordia, Carmina fuere. Quibus Moyses, Samuel, Iob, Dauid, Solomon, Esaiasq; preces votaq; fecerunt. hinc Hora.

Carmine Dij superi, placātur carmine Manes.

Et Virgil.

Carmina de Cœlo possunt deducere Lunam.

Scituq; dignum est, quod ad lyram veteres sua canere solebant.

DETRACTOR.



TAMETSI nō debeat quis impudētet in famā viri de studiis bene meriti debacchari, quisq; tñ suos habuit & habet detractores. ecce Cicero displicuit Salustio, & Pollioni, Virgilius, ac Liuius Caligulæ, & Hieronimus Ruffino. Imò qđ nulla est virtus, doctrina vel sanctitas tā clara & excellēs quę obtrectatoribus non pateat. Thersites Agamēnoni, Græcorū regi publice detrahebat. Drāces Turno. Epicurus Pythagorę, Empedocli, Timocrati, Platonē spernebat, vexabat Aristotelē. Ideq; faciebat Metrodorus & Hermacus. Nec secus Zeno maledicus & irrisor, qui Crispū, Crispā semper appellabat. Socratēq; cōuiciis (dicendo impudēter ipsum Scurrā Atticū) incessebat. Senecaq; Quintilianū, & ipse Senecā. Herculi, quāquā fingat antiquitas inter Deos relatū multis exanthlatis laboribus, & nil aliud sit quā Sol, vt suo loco diximus, nō defuerūt tñ obtrectatores cū vagabūdū dicētes & bibulū, cui nō ab re vt Baccho Sciphū, Cātharū ēt dicāt. C. Mēmius Cæsaris detractor erat. Et Vatinij C. Caluus. Senecæ rursum Caligula, eū arenā fore absq; calce dicēs. Brutus Ciceronē elūbē, fractumq; noīauit. Ruffus quod eloquētię fuit cuiusdā Gallicæ. Caluus quod solutę fuerit & eneruis. vnde Iuuenal. sic cecinit.

Sed Ruffum atq; alios redit sua quæq; iniuctus,
Ruffum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.

In Catonē Vticēsem, Anticatonibus Cęsar inuectus est. In Terētiū Luscius Lauinius. Plinius vellificabatur, qđ olfactebat cuncta, deglutiebat oīa, qđ nihil gustabat, nec cōcoquebat. Et Homerus qđ aliquando dormitauerit. Aristoteles rursum, Sepia vocatus est, & fur. Et Iulianus Imp. Capella, Talpa loquax, purpurataq; Simia à Militibus. Aemilianus Scipio, Sōniculosus. qđq; digito scalpebat caput Pōpeius. Eūdē Iulianū adhuc, Asianū Græculū fallacē, & specie sapientię stolidū vocabāt. Et breuiter nihil est adeo præstās & excellēs, ut paulò ante ēt dictū est, qđ Momus & detractor nō carpat. Quorum metu Pomponius Col. qui primus leges xij. tab. in libris instituere voluit, nō perseuerauit. Et malē, nec istoū morsus fuit timēdi, quā doquidē gloriā sequatur inuidia comes. magniq; animi est ad conuicia huiusmodi nō habere aures uel linguā. existimātes īfęlicis īgenij eē, aliena detractione sibi velle nomē cōparare. malleq; uideri p̄clata cōtēnete q̄ di scere. p̄sertim q̄a nec officiūt, quo minus ij quos lacerāt, obtrectationibus spretis ueritatē iueniantur, ut apđ Platonē, Glauco, q̄ uituperata iustitia, Socratē ad defensionē p̄uocauit. Et ut finiā, si cui huisce modis urgeat, dicat ut ille, seq; sic tueatur.

Inuidus aut tareat nostri detractor honoris:
Aut aliud melius (si sapit) edat opus.

quia Plato etiam cum sibi obiiceretur, à Dionysio inturiose et probro pulsum fuisse. Imò Dionisius inquit à Platone pulsus est.

DEFOR-

Non ab re dixit Cice. quod sæpe in pulchro hospicio,est deformis hospes, & è contra in deformi hospitio,quandoque esse pulchrum hospitem,quia deformis Socrates etiam Alcibiado formosissimo,sapientior fuit. Et Aesopus Phrigius, Xanto domino suo, non corpus sed animum intuendū esse. Et bene,iureq; optimo laudatur deformis rursum,si hebes aut balbus etiam, eiusdē Alcibiadis formam animo, vel ingenium Platonis,vel Ciceronis eloquentiam æquarit, vt senex paucorum Iugerū,qui regum opes animo æquat pariter. Et quam sæpissimè euenit, sub sordido palliolo sapientiam latere.& vili, ac effœto corpore nonnunquam bonum prudentemq; animū tegi. Et quanquam idem Socrates, esset naribus simis,& fronte recalua, Et Zenon contracta, Et Zeutippus curua ceruice, Et Heraclitus fletu clausis oculis, Risu vero Democritus labris apertis, Et Aristoteles brachio exerto, nō habent hæc tamen reprehensionem,cum sint vitia naturæ, aliàs sic.nec ab re, Lucilius Vectium, quod sermone Prænestino,Sabino,vel Thusco vteretur,insectari acriter solebat. Vsq; adeo,vt & Parauinitas in Liuio(tametsi Pollionis calumnia non caruerit) tolerabilis sit.

DECOR.

Decor seruandus est semper, quem Græci πρέπον vocant,ne si quid quis indecore petat, id vnum ei obiiciatur. Camelus saltitat,quod est in prouerbio,omnibus noto. Prusias etiam Bithyniæ rex,se libertum Po.Ro.dicens,decorem non seruauit. Et cum in conuiuio, omnibus Dionysius iussisset,Purpuratis,vt saltarent, statim saltitauit Aristippus,abstinuit vero Plato, id mulieribus potius quàm Philosophis,conuenire, subiiciens.Si quis indecore se gerat rursum,nō excusabitur, si forte dixerit Magistro non sum vsus, quandoquidem ei responderi poterit. At magistram habuisti naturam.est verum,si quis dixerit rursum, Pacuuium Cæsari in collegium Poetarum venienti,non assurexisse, maiorem putātem se eo in loco esse auctoritate, rectè fecisse, quod huic me non subscribam,quia non decorem seruasse,sed arrogantiæ speciē,& fatuæ quidem, erga tam magnum principē,tūc potius ońdisse vr̄.

DEVS.

θεὸς ἐπίτροπος. Deus moderator. ἄνθρωπος, ἄνθρωπο, θεὸς ἢ δαιμόνιον, idest hō homini,Deus, aut dæmonium. Deus optimus maximus, Romana voce dicitur. Hebræa Iahel,quarum altera bonitatem,magnitudinem vero Dei altera,significat. Deus est nomen summæ potestatis,incorruptibilis, perfectus, impassibilis, nulli rei subiectus. Et quia perfectus rursum,non potest in eo, nec sapientia, terminum habere, nec fortitudo mensuram. Deus nobis pater,& dominus, pater, quia multa & magna nobis largitur. Dominus quia castigandi puniendiq; potestatem habet maximam, ideo eum, qui vnus est,quique personā patris & domini sustinet amare debemus vt filij, timere autem quia serui. Deus est verbum,ideo ei verbo sacrificandum est. Causa effectiua cunctorū & finalis. In vniuerso essentia, mysterio,& misericordia. Semper operatur,regit mundum potentia,sapientia,& clementia, quæ omnia Patri, Filio,& Spiritui Sancto tribuuntur. Aeternus est insuper,immutabilis, communicabilis. Oculus iustitiæ, videns quicquid fit etiamnum in locis disertissimis. Rerum omnium mensura,qui ex nihilo creauit mundum,fecitq; duo luminaria magna,vnum vt præesset diei,alterū nocti,& hominē ad imaginē & similitudinē suā. Deus est longitudo,latitudo,sublimitas,profundū,ęternitas, charitas,maiestas, & sapientia. Nemo omnium tam immanis,cuius mentem non imbuerit Deorum opinio. Qui voluntati Deorum paret, hunc dij ipsi præcipuè exaudiunt, dixit Palladi Achilles,iratus,& volens Agamemnonem interficere. Si Dei non obliuiscatur quis dum viuit, nec ipsius immemor est ī morte, vt Priamus Troianus pater de Hectore filio,quem interfecerat Achilles dicebat. θεοφίλον amicus Dei. μνημόσυνον Dei memor est. Virtus nihil prodest hominibus,nisi habeant etiam Deum iuuantem. Vnde ille,si Deus pro nobis, quis contra nos? contra vero dicebat in Oreste Electra. O misera ego vnde petam auxilium postquam habemus Deum inimicum? Deorum potentia maxima est. Dij iustis fauent. Est verum quod tarda sunt auxilia,sed tādem non infirma. Vnde hinc Poeta lyricus lingua Italica.

Tardi non fur mai gratie diuine.

Deus rursum dicitur à nobis, ab Aegyptiis Theut. à Persis Sire. à Magis Orsi. ab Hebræis Adonai. à Græcis Theos. ab Arabis Alla. à Maumeth Abdi. ab Angelo IESVS. quattuorq; literis à nobis vocari voluit,quia per quattuor gradus omnia disponit. essentia,esse, virtute, actione. Et cœlestia quattuor triplicitatibus, ignea, aerea,aquea, terrea. Et quæ sub cœlo sunt quattuor elementis. In Deo rursus principium, medium,& finis est. Deo nihil difficile, dixit Saræ Angelus,cui filium promiserat ea ridente, quod Abraam esset annorum xcix. Et breuiter Deus vbique est,in æthere Iupiter,in aere Iuno,in mari Neptunus, in terra Pluto, in fornace Vulcanus,in Cœlo Sol,Luna,& Stellæ. Saturnus in tēpore. Mars in bello. Liber in vineis. Ceres in frugibus. Minerua ī ingeniis. & Diana deniq; in syluis. Et quia de materia dixi ēt in dialogo de Deo in lib. qui inscribitur, ęquilibrium scholasticum, satis hæc,pro nunc sufficiant.

DIALECTICA.

Est ars liberalis,gradus ad alta nitentibus,quę

excitat intellectum, vitare fallacias ostendit, veri viam signat, & promptos deniq; atque perargutos facit homines. Item & rursus est ars & modus diligenter & composite differendi, de re quacunque proposita. Quam artem, disputatricem vocat Fab. Est verum (vt dicunt aliqui & bene) quod ad eius spineta ius ciuile reduci non debet. ars boni & ęqui, cuius merito nos sacerdotes vocati sumus. l. j. ff. de iusti. & iu. quodque ob id eã diuina eruditio, non desiderat, ex quo non in lingua, sed in corde sapientia est. Et differendi dixi artem, quia loquendi est Grammatica. & Rhetorica dicendi.

DAMASIPPVS.

Fuit equorum domitor, siue sic interpretatur potius, quoniam δαμάζω, domito. ἵππος, equus sonat. alibi pro Damasippo, quemcunque nobilem taxat Iuuenal. quando dicit.

Carpento rapitur pinguis Damasippus, & ipse,
Ipse, rotam stringit multo sufflamine Consul.

Et quoniam statuas, vasa, fundos, hortosque mercabatur vt pluris venderet Mercurius appellatus est. deq; eo simul sic loquitur Hora.

Insanit, veteres statuas Damasippus emendo.

DRVSILLA.

M. Lepidi vxor. Dion fusius.

DECLAMATIO.

Prius Thesis vocabatur, & controuersia postea, ac declamatio, hinc Iuuenal.

Declamare doces ò ferrea pectora vecti,
Cum perimit Sæuos classis numerosa tyrannos.

Et scitu dignum est, Latine sic vocari, quia Græci aliàs μελέτας appellant. Est etiam declamatio per contrarium, sperare scilicet pro timere. Vnde sic Iuuenal.

Quartanam sperantibus ægris. Et Virgi. ibi.
Nunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Et ad idem descendere in Cœlum, pro ascendere, cecinit idem Satyr. quando dixit pariter.

tremulumq; caput descendere iussit
In Cœlum, et longam manantia labra saliuam.

DEPRECATIO.

In Rep. siue in Senatu, & apud Principem deprecationi aliquando fore locum, nemo sanè dubitat, suntq; infinita propemodum exempla, sed id vnum posuisse, mihi sat erit. Claudiæ familiæ, cum rogasset populum vt Appius Claudius. x. vir, iam reus declaratus, ei donaretur. Cuius certe, Natalium superinde, nobilitatisq; maiorum, omnino est ẽt habenda ratio. unde & bene Naso.

Et mihi si non uis parcere, parce meis.

Cætera tibi ab aliis sumito.

DELPHINVS.

Omnium animalium uelocissimum est, imò ocior volucre, acrior telo. nec ab re Cæsaris num misma, delphinum parte aduersa habet, literis supra ipsum positis, veni, vidi, vici, quia sic etiam ad amicos scripsit, Pharnace uicto, manu Io. Cauinij, Patauini expressum, egregij nostrorum tẽporis artificis. quanquã meo iudicio melius fuisset, si loco Delphini, posuisset fulmen, quo nihil velocius, tum maximè, quia instar fulminis eundẽ (histo. nota est) vicit, venit, pcussit, abscessit.

DIGITVS.

Tametsi ille qui digito vno caput scalpit mollis & effœminatus sit, quod in Cęsare & Põpeio aliquando notatum fuit, hinc Iuuenal.

Qui digito scalpunt uno caput altera maior
Spes superest, tu tantum Crucis imprime dẽtẽ.

Digitis tamen uirtus quandoq; inesse ẽt uidetur admirabilis, ut in pollice dextri pedis Pyrrhi, splenę enim laborantibus, medicus est. Imò diuina ut ferrum, quemadmodũ hodie, Gallorũ Regis dextra. Digitus Dei etiam capitur pro Spiritu Sancto, ut in Euangel. porrò si in digito Dei, eiicio dęmonia. Et sicuti per digitũ entia demõstrantur, resq; sentitur, ita per Spiritum Sanctum diuina demonstrantur hominibus, & experitur homo amplius, diuinam dulcedinẽ. Et sicuti per digitum operatur, ita meritoria opera, adhuc per eundem Spiritum Sanctum operatur. Misit quoque digitos CHRISTVS in aures surdi, magnã discretionem exigi ostendens ob id, ad aperiendas aures interioris hominis, spiritualiter surdi. Pollex rursum gestus erat fauentis, unde Hora.

Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.

minimus prouocantis. Vt idem ait sic.

Crispinus digito me prouocat. subaudi minimo. Est uerum medium, pudoris esse, qua de re, inuidis resistendum fore non reor, sed ipsis contemptis potius, candidorum commercio recreãdus animus, quoniam sic inuidiæ laqueum mandemus exinde, mediumúe digitum sibi ostendemus. Quid quod ueterum erat consuetudo digitorum gestu, annos etiam computare, ut idem Iuuenal. ait. ibi.

Qui per tot sæcula mortem
Distulit, atq; suos iam dextra cõputat annos.

Et licet Galli bellum pertimescentes, pollicẽ sibi pręcidãt, qua de re Murci appellãtur, digito tñ docemus. Vnde Plato, rẽ tibi quasi digito ostẽdã, aliquãdo docẽs dixit. Et digito deniq;, in cã adulterę, Christus scribebat in terra, docẽs & ipse, iudicantem oportere cuncta rimari, & plena rerũ inquisitione, oĩa bene, mature & grauiter discutere, prout ẽt dicitur in c. iudicantẽ. 30. q. 5. & in l. iudices. C. de iudi. Digito Dei rursum tabulę legis scriptę fuerũt, qđ pro Spũ Sãcto capit ut supra. Cũq; iussisset Iulianus apostata ossa D. Io. Baptistę comburi, digitus, quo dixit Agnus Dei,

nunquam

nūquam arsit. Quid plura de digito, pollex enim Marti tribuitur. Index Ioui. Medius Saturno. Annularis Soli. Minimus Veneri. Primus rursum senectutis est. secūdus diuitum. tertius fatui Cupidinis quartus, & polytici denique vltimus.

DIONYSIVS.

Idem quod Bacchus, quanquam aliàs fuerit & alius hoc nomine, Siciliæ Tyrannus, qui dicebat Anilia deliraméta fore Platonis philosophiā, verum nec muto vel surdo, quippè quod ipse potestes, dominatum illius tyránidem appellauit, nec ab re ob id pulsus à Siculis, ludum aperuit Corinthi, puerosq; docebat, quasi Platonis vaticinio, tacitè sic sine imperio esse non posse, declararet. Sed a Bacchi, hoceft Dionysij primi, propositū, duos fuisse sciendum est, vini repertores, quorū vnus barba erat promissa, alter vero speciosior, quādoquidē ille, iracundus, hilares vero iste, faciat. horum filius Priapus, cum (vt aiunt) frigeat Venus sine Cerere & Baccho, Sintq; ad Venerē promptiores indulgentes vino.

DISCERE OPTIMVM.

Certè optima res est quædam, discere, & tandiu quidē, quādiu nescias, seu quādiu viuas. Satiusq; est, serius discere quàm nescire. M. Cato senex didicit literas Græcas. Imò dicebat Solō, tādiu adhuc discendum, quandiu viuitur, neq; sperandum à senectute nobis mentem dari. Quęrere etiam potius quàm docere, solebat Socrates, quod vnum sibi tamē obiiciebat Thrasimachus. & male, quoniā id pluribus de causis faciebat, tū maximè vt arrogantes moneret, in omni ętate discendum esse potius quàm docendū. Vnde Iulianus noster, non ab re dicebat pariter. Et si alterū pedē in foueā haberē, adhuc addiscere vellē, in l. apud Iulianū. ff. de fideicō. lib. Et Plato cuidā interrogāti quo ad discipulus esse vellet, quoad tūdit, me meliorē & peritiorem esse nō pœnitebit.

DISCIPVLVS.

Discipuli grandiores natu, discentes, Græce ϛοιχειωτες; appellantur. Sed adulescentes maximè, (quanquā nulla ętas fera sit ad discēdū, vt dicebā) pximè discere debēt, & semētē doctrinę facere, vt adulti inde, vberē ferāt messē. Soliti olim schola in quaque, die sexta, patre præsente, declamare. Vnde Persi.

ab insano multum laudanda magistro
Quæ pater adductis sudans audiret amicis.

Et Iuuenal.

Nil salit Arcadico iuueni, cuius mihi sexta
Quaq; die miserū dirus caput Hānibal impleti

Sed id vnum addas velim, quod iners discipulus esse nō debet, sed formicā imitari, & esse vigil. l. pupillus. ff. quę in frau. cred. imò pręceptorem laudate, ipsumque reuereri, vnde Socrates

Solus nos honorare nouit Eschines. & vt infrà latius sub hoc eodem verbo.

DIVITIAE ET DIVES.

Diues olim non erat nisi qui poterat exercitū alere. Nilus fluuius in Aegypto, diues est, iuxta illud Iuuenal.

Et diuitis bostia Nili.

Et cū dicitur alibi. Pecunia vir, nō aliud sonat, quā diuitē, & bene nūmatū. is eīn vir est bonus & fortis. quāquam aliter dicat Hiero. sic. Diues aut iniquus, aut iniqui hęres. Et Euāgel. ibi. Difficile est, diuitē intrare regnū cœlorū. Diues rursum census dicebatur, idest homo pecuniosus. qui in pfessione cētū milia sestertiū deferebat. hincq; lex Voconia, ne cēsus homo vnicā filiā heredem relinqueret. Et assiduus, qui Assem dat, ęraq; multa, necessariaq; diues. Alibi vero pro diuite honestū ponit l. Con. in l. cum hi. in §. si in annos. ff. de trālac. tū fieri nequit, vt diuitiis aliquis simul pstet, & opibus. Diuites olim (quicquid sit) ante ambulones habebant, qui sic uocati, ante se togati incedebant. Vnde Martial.

Exigis à nobis operam sine fine togatam,
Non eo, libertum sed tibi mitto meum.

Vmidius diues & auarus, de quo et sic Hora.

nec facias, quod
Vmidius quidam (non longa est fabula) diues,
Vt metiretur nūmos, ita sordidus ut se
Non unquam seruo melius uestiret: ad usque
Supremum tempus nē se pœnuria uictus
Opprimeret, metuebat.

Et ideo diuitiis partis vti, sapientis est, parcere (ut sacris) insipientis. ait idem.

Sic tu sapiens finire memento,
Tristitiā, uitaq; labores, molli, Planee, merō.

Diuitiarū spretor fuit Aristippus. Seruus eīn portabat argētū, cūq; grauaretur, abiice (inquit Aristippus) qđ tuas grauat vires, & quātū potes gere. fatuitasq; forte fuit, vt paulò inferius. Diuitiarū usus rursum (inquit Pinda.) est, nō vt aurū domi cōditū, atque in terra defossum, serues, sed ut tibi in primis benefacias, deinde egētibus largiēdo, bene audias. Hinc stultas appellat Aristo. quod existimēt diuites omnia sibi licere. Diuitię olim in Bouum armentis, & pecudum gregibus erant positæ, ut Hora. rursum ait sic.

Te greges cētū, Siculaq; circū, mugiūt uaccæ.

Nūc admiratio orta est, & honos tātus, ut maximā habeāt diuites, & bene faciēdi liberalitate, & nocēdi potētia, facultatē. nec tū plus splēdoris sustineāt. quā fęlicitatis. nāq; à morte nō eripiūr, Diuites sępius quā pauperes, ęgrotāt. Asini auriculas Midę nō auferūt. virtutē & probitatē illaudato Neroni, vel Domitiano nō cōferūt. Nec Senecā metu deniq; liberāt. Ideo nec ardētius sunt appetēdę, nec insolentius respuēdę. Quicquid sit tamen. Viri boni in populo uocantur, qui sunt diuites, quanquam vitiis inquinati. nec iuxta Crassum aut Cręsum, sedet Curius, uel Fabricius. Virtutis locum, occupant diuitiæ. Viros (ut

Poeta inquit) vilior est Alga. eisdem obediunt omnia. quanquam vere minima sint nobilitatis portio. delitiasq; desidiam, seditiones, nouarum rerum studium, parat, & aliquando Casio Longino, Senecæ, & Seiano, exitiũ pepererunt. si Iuuenali credendum est, sic dicenti pariter.

nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes numerosa parabat,
Excelsæ turris tabulata, vnde altior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.

Et nimias dixit forte, quia alias bene valere, egregiam habere formam, diuitiasq; nulla fraude partas, optimum est. tutissimum vero dicere seu facere, vt Catul. quando sic ipse etiam cecinit aliquando.

Diuitias alius, fuluo sibi congerat auro,
Me mea paupertas, uitæ traducat inerti.

Et simul Hora. dicens pariter.

haud mihi uita
Opus est hac, & ualens me sylua cauaq;
Tutus ab insidiis tenui solabitur eruo.

Et Sene.

Humi iacentes scelera non intrant casas,
Tutusq; mensa capitur angusta cibus,
Venenum in auro bibitur.

Quid quod diuitiæ multæ & opes, inflant. Superbiam pariunt. Inuidiam contrahunt. mentem alienant. timorem inducunt. & insolentiam denique faciunt. Ea de re Crates Thebanus, eas abiecit, dicens. abite pessum malæ cupiditates, ego vos mergam, ne mergar à vobis. dubito tamen cum multæ non essent, ne demens fuerit, quippè quod illas vel amicis largiri poterat, vel Tuditani imitatione, spargere populo diripiẽdas. Imò quod sapientibus sunt adiumento, stultis vero vitæ exitium parant. Et si hoc vnum dixero postremo, sat erit, tametsi vtiles sint ad vsus vitæ, necessariæ vero ad exercenda liberalitatis officia, magna ex parte tamen, ab hominibus prauis habentur potius, quàm à bonis, quippè quia fortuna etiam, cæca est, bonaq; fortunæ appellantur, & nimirum si dominos sæpe mutant quoque, & si quemadmodum vndæ à ventis exagitatæ, huc atque illuc perfluunt, & impelluntur.

DILIGENTIA.

In vna quaque re diligentiam quàm maximè necessariam fore, præsertim patrifamilias, in cõgerendis opibus, & re familiari, ex eo planè elicere licèt, quod dicit Plautina illa anus, sic. non modo in vultu, sed in occipitio quoque, oculos habet, quasi dicat omnium est diligentissimus, & (vt vulgo fertur) quam maxime oculatus. Misses enim Artaxersi, malum punicum maximum obtulit, gauisus rex supra modum, cum intellexisset ex illius agris depromptum, ait. per Solem iste homo tali diligentia poterit etiam ciuitatem meo quidem iudicio ex parua ampliorem reddere. Hinc Cice. nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam cõparaui. Itẽ si quid à me minus sapiẽter psitum seu ptermissum est, tu tua diligẽtia corrigas. Et certe, vix tã sterilis ager est, tam durus aĩus, quẽ non iugis ac diligens cultura fœcundet ac leniat. Et vt in aliis negociis, circurandisque feris plurimũ habet momenti, sic etiam ad virtutes capescendas permagnas quidem vires. Imò quod non modo homines, charos commendatosque omnibus in rebus efficit, verum ẽt illos in minimis quibusq; à perpetua obliuione vendicat. Nimia tamen vitiosa est, quod Africanus Centurioni obiecit, cũ in pugna nõ affuisset, se hoc commẽto excusans, quod in castris mansisset custodiæ causa. Vnde prouerbio hinc dici solet. Nescit manum de tabula tollere. Callimachusq; hac de re, diligentiaq; finem non habens, κακιζοτεχνον, hoc est sui calumniator, appellatus est.

DECEM

Ab isto numero, denarius dictus est, qui erat valoris asium decem, asis vero solidorum xij. plus minus. à Decẽ rursus Decumanus, id est magnus. Et Decapolitana regio hinc, decem continens vrbes. Et decimare olim, vbi miles quid graue admisisset, quia decimus quisq; solebat vltimo affici supplicio. Scituq; dignum est, quod in militari stipendio, semper denarius, pro x. asibus dabatur. Et quia denarius (vt dixi) à numero x. deriuatur, sciendum est, in masculino genere, quandoq; sic à nostris Iurecon. scriptum fuisse, quandoq; vero denaria in neutro, vt in l. lecta. ff. si cer. pe. & in l. cũ Stichus. ff. de sol. & in l. planè. ff. de cond. ind. & in l. Publia. in §. j. ff. depo. & in l. si ita stipulatus. in §. Grisogonus. ff. de ver. obl. & male isto in casu, viciosaq; est locutio vt dixi alibi, & maximè in l. ius agnationis. ff. de pac. Et quod x. Nestores, quandoque optauit Agamemnon. haud omittẽres quoq; x. viros ante dictaturã Syllæ, quos Sybillinos vocabant, aliquando ẽt fuisse, ex quibus Collegiũ constabat, quorũq; onus erat ludos illos seculares pcurare deq; his nos alibi satis. Et ad idẽ hac in materia, quod Decuria decem equites cõplectebatur. dictaq; hinc rursum à numero isto decẽ, decẽpeda, id est pertica, qua Metatores vtuntur. Et ad denarij ppositũ facit illud Euange. Amice non facio tibi iniuriã, denario conuenisti mecum.

DEDALVS.

Dedali huius, fabula notissima est, ideo sat erit istud vnum dixisse quoq;, quod Circini fuerit inuentor, è regia stirpe, (vt inquit Pausan.) & fama clarus. Vnde Naso.

Et ex uno duo ferrea brachia nodo
Iunxit, ut æquali spatio distantibus illis
Altera pars staret, pars altera duceret orbẽ.

Polidor. fusius.

DAL-

DALMATAE

Gēs ferocißima eſt, cui tñ (hiſtoria nota eſt) iugu olim impoſuit Naſica. prius Illyrici uocabatur, & Dalmatę, à Delminio expugnato, poſtea Sclaui, & à Græcis Sclaueni. de quibus etiam ſic Cice. ſemper enim habiti ſunt bellicoſi.

DEMOCRITVS.

Hoc de Democrito tantum dixero, quod ille eſt, qui (mitto quod Abdera vrbs eo ſit clara) cu ras ridebat, necnon & gaudia vulgi, ut Iuuenal. inquit. Cætera Laer.

DIANA.

Dea hæc fabuloſa, triformis vocata eſt, & Triuia, vel qđ Diana Lucina, & Hecate, ſeu Proſerpina eſt. Vel quod in triuijs ponatur. Vel qđ in Cęlo tribus uiis mouetur, altitudine, longitudine, & latitudine. vnde Mantuan. vates ſic.

Tergeminamque Hecatem, tria uirginis ora.

Et Hora. melius

Montium cuſtos, nemorumque uirgo,
Quæ laborantes utero puellas
Ter uocata audis, adimisque letho
Diua triformis.

quę etiam Cinthia, à Cyntho mōte appellata eſt, vt adhuc teſtatur alibi ſic.

Tu curua recines lyra
Latonam, & celeris ſpicu'a Cynthiæ.

Et lycea, quod lupos qui agrum infeſtum reddebāt, Hippolitus cōſecrauit, autor eſt Pauſanias. Et φιλομειραξ, i. aduleſcētulorū amica. Et Hemereſia, quaſi placabilis, cerua enim (vt memorię proditum eſt) placatur. Et Caliſta, hoc eſt pulcherrima. Et Ariſtobula optime cōſulens. & Euclea denique, ideſt glorioſa. Alii latius.

DENOMINATIO.

De denoīationibus, memini me alibi dixiſſe multa, nunc pauca quædam ēt addenda ſunt, ex quo noua & recentia quoque delectant, & lectoris animum recreant. Et maxime ſi dixero, hoc Quadrageſimę tpe, quo hæc Gymnaſia ſcribo, Denominationem ſemper fieri à digniori, quod & noſtri etiam aſtruunt, vulgatumque dictum eſt. Ecce dixit ille, in Euangel. Ieiuno bis in ſabbato, & nō in ebdomoda, quoniam ſabbati dies, dignior eſt, & celebrior. Noſtri S.C. Syllanianū à Sylla, vtpote digniori, quia aliàs ſenatores erāt centum. l. fi. C. de petit. hæ. Et generaliter aliàs, à natura rei, à re ipſa ut i pluribus, uel à facto aliquo egregio, à cognomine, ſimilitudine, & eiuſdem generis pluribus. ut Iupiter Elicius, qui à ꝓdigiis eliciendis ſic dictus fuit. Valerius Publicola, quia ædes in uia publica ædificauerat. Marſia flumini nomen inditum, à Marſya, quem in tibiarum certaminę uicit Apollo, quo uicto, cutem ſibi detraxit, eamque in antro vbi fontes ſunt è veſtigio ſuſpendit. Vicus ſceleratus, vbi Seruius VI. Ro. rex trucidatus eſt. Coria Hoſtilia, à cognomine Tullij Hoſtili. III. Ro. regis et Foſſa ciuilia, à Ciuilio Albanorum rege. Et Salę ędium à Saltādo. Camerę vero, à Camuro, ideſt Curuo, quia earum genera ut plurimum teſtudo & Hemiſphetium eſſe uidentur. & à Chriſto denique Chriſtiani, vt cum Chriſto finiamus, tibique reliqua relinquam. Semiſsii etiam & Sarmentarii, quia à Tyraunis olim ad ſtipitem dimidii aſsis teuincti, Sarmentis additis, concremabantur.

DIOCLETIANVS.

Iſte Imp. Dalmata fuit, Chriſtianorum inimicus, in Pharo inſula, multos trucidauit, qui martyrio celebrātur in Cœlo. ſuperbiſsimus omnium, quippe quod ſe Ioue appellare permiſit, imò voluit, & iuſsit. Senio confectus ſe Imperio abdicauit, & Salonę (urbs enim eſt Dalmatię, in qua erat ortus) conceſsit. in uilla uero, quę haud longe a Saloua diſtabat, moritur.

DEPORTATIO.

Quæ ſucceſsit hodie loco interdictionis aquæ & ignis. l. in. ff. ad legem Iul. pecu. olim pœnę genus erat, in inſulas deſertas. l. i. §. hi qui. ff. de lega. iii. l. ſi necem. §. deportatus. ff. de bo. lib. l. i. C. de hęre. inſl. ideo ſontes ſi promeriti fuerint, quia grauia committant ſcelera, in extremas Indiæ ſolitudines, vel (ut inquit Hiero.) in ultimas terras ſunt deportandi.

DIVISIO.

Maxime neceſſaria mihi uidetur, qua nō modo ſtudio & exercitatione augetur memoria, verum etiam adiuuatur, vt in §. igitur in prohe. inſti. à partitione differens, quandoquidem illa ſit plurium rerum diſtributio in ſingulas, iſta ſingulorum in partes diſcretio. Et (ut rurſum dicit glo. in d. §. igitur) animum legentis incitet, mentem intelligentis præparet, & memoriam artificioſe reformet. Vel & fuſius declara, quod ſit generis in ſpecies, totius in partes, & uocis in multas ſignificationes. primaque diuiſio ſit pro prie, ſecunda partitio, vltima enumeratio. Et cō ducat ad cognoſcendam rem ipſam, quæ diuiditur, ad aptè diffiniendum, et ad orationis differēdiq; copiam. Eſt uerum quod aliquo caſu odioſa eſt, mala & deteſtanda. In ciuitate ſcilicet. nāque tunc uermis in caſeo ingreſſus eſt, inquit Bal. noſter (uerbumque eſt cuiuſdam ſapientis) in l. vnica in prin. (ubi alia ad idem multa) C. de cad. tol. Et ſicuti vnione nihil utilius eſt, ita ciuitati, nihil eſt diuiſione perniciosius. Nec regnū capit duos, & in ſe diuiſum (vt hoc mane dicetur

tur in Euangel.) resolabitur, & in c.i.§. præterea ducatus not. de prohib. feu. alie. per Fed. Pharisæus etiam, diuisus est, nec aliud sonat hoc uerbum, siue nomen. Et diuisio, seu diuisores aliàs, verbum obscænum, tametsi Romæ petentes magistratus, sibi studia suffragatorum conciliarent, pecunia largitioneque per tribus, eamque distribuentes appellarentur diuisores. Et necessariam omnino (vt paulò ante dicebam) ostenderit Cic. pro lege Man. (vt cętera omittamus longe plura) ibi. primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore deligendo, esse dicendum. Quid plura, dij fabulosi, aliquando terram diuiserunt, Sol fraudatus est, Iupiter diuisionem improbare uoluit, non assensit Sol, at Rhodum illis occultam, sibi studiose astuque adoptauit. quam vrbem, quia Solis vxor est, claram vocat Hora. & Veneris filiam sic.

Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenē,
Aut Ephesum, bimarisue Corinthi
Mænia, uel Baccho Thebas, uel Apolline Delphos
Insigneis, aut Thessala Tempe.

DISCIPLINA.

Semper pacis comes esse solet, & alumna. radix eius amara fructus suaues, disciplinęque rursum est ex alienę uirtutis præscripto viuere, virtutis vero, suæ. Græce μαθησις vocatur. Viaticū optimū ad senectutē. Iuuenibus sobrietas, pauperibus opes, diuitibus ornamētū. Et vere vt aspectus ab aere lumē accipit, sic accipit aīus à disciplinis. quarum amator uehemēs, philologus appellatus est. earum vero affinitas, Encyclopœdit. nullaque magis necessaria (vt dicebat Anthistenes) quam mala dediscere.

DIOGENES.

Hoc de Diogene tantum dicam (mitto ꝙ Synope, nobilissima Paphlagoniæ urbs, eo sit clara) quod interrogatus aliquando, quid faceret, quod omnes, eum canem appellabant, largientibus adulor respondit, non largientibus allatro, improbos vero mordeo. nec abre Mordacem Cynicum sic quoque dixit Hora. Namque Mordacē Cinicum sic eludebat vt aiunt. Laer. Cætera.

DOMITIANVS.

Domitianus Caluus à morū similitudine, Nero appellatus est. Et Atrides à crudelitate, quandoquidem vterque matrem interfecerit. vnde Iuuenal.

Cum iam semianimum laceraret Flauius orbē
Vltimus, & Caluo seruiret Roma Neroni.

Et alibi.

Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu. Item.

Itur ad Atridem, tunc picens accipe dixit.

Deus appellari voluit, edictoque cauit. Dacos uicit & Germanos, Dacicusque & Germanicus appellatus est. hincque Saty. idem.

Dacicus & scripto radiat Germanicus auro.

Domitiam vxorem, propter adulterium repudiauit. Et Octobrem Mensem quod in eo esset natus, Domitianum appellauit. reliqua (& fusius) Tranquil. & Dion.

DIPONDIVM, SEV DVPONDIVM.

De Dipondio seu Dupondio, hoc tantum dicēdum est, quod olim erat nummus duorum assium, nos valoris viginti quattuor solidorum. vnde intelligi potest quod dicitur in Euangel. ibi. non ne quinque passeres ueneunt dipondio. Cætera Budęus Parisien. fusius.

DOLOBELLA.

Hic Ciceronis Gener erat, ad quem sæpissime scribit, tum maxime cum, interfecto Cæsare, Cos. his, singulari animi magnitudine restitisset, qui eidem Cæsari, aram honoresque magnos decernere voluerunt. Solemnibus et verbis gratulatus, Cice. quæ præcæteris, fuerunt hęc.

Sum enim auidior etiam, quam satis est glorię. est tamen non alienum à dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regi regum fuit honestū habere aliquem in consiliis capiundis Nestorē. Mihi vero gloriosum te Iuuenem Consulē florere laudibus, quasi alumnum disciplinę meę. Alter fuit, de quo alibi Iuuenal. sic.

Inde Dolobella est, atque hinc Antonius, inde
Sacrilegus verres, referebant nauibus altis
Occulta spolia, et plures de pace triumphos.

DORMITORIVM. DORMIO. DORMIRE.

Hoc solum dicere expedit, quod dormire in lucem ociosorum est hominum, & inertiū, quia sic etiam dicit venusinus vates.

beatus enim iam
Cum pulchris tunicis sumet noua consilia, &
spes:
Dormiet in lucem, scorto postponet honestum
Officium. quodque Græci κοιμητηριον Monachorum dormitorium vocant, nos aliter eo nomine locum quo ecclesia concluditur. vnde Dionysius Episcopus Seuero, in canone i. xiii. q. i. ecclesias singulas, singulis, præsbyteris dedimus parrochias, & cimiteria eis diuisimus.

DRVSVS.

Tiberii frater, filius Augusti & Liuiæ, petulantissimus & crudelissimus uir, vnde Gladii hinc

Drusiani quoque dicti fuerunt. Moritur, quod sibi mulier quędam humana forma obuiam facta, prędixerat. eique prius Germani cognomen ab Augusto in funere, datum fuerat. Cętera Dion.

DIDIVS IVLIANVS.

Pertinace interfecto Imperator à militibus, & à Senatu cõfirmatus, insolẽti oratione se laudat. cũq; ĩ senatũ venisset, Iano q̃ erat ante fores Curiæ sacrificaturus, vna omniũ uoce, Imperium rapuisse & parricida dicebatur. Cætera Dion.

DICTA NOTANDA,

Scriptus & à tergo nec dum finitus Orestes. in prolixum. et nos ergo manum ferulæ, subduximus,

Et nos consilium dedimus Syllę. de se, quod audacter scribere possimus, ut alij etiam faciunt, cum docti tum indocti & passim quidem. Difficile est Satyrã nõ scribere. indignãtis est dictum.

Probitas laudatur & alget.

simulantis & adulatoris.

Si natura negat, facit indignatio uersum.

adeo potens est.

Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum.

Et uere nihil pręclarum est, si ordine vacat.

Digito compesce labellum.

ex quo silentio nil tutius.

Curios simulant, & Bacchanalia uiuunt.

In hypocritas.

Fronti nulli fides.

quia nec etiam facile cuique credendum est.

Loripedem rectus derident, Aethiopem albus.

Bonus malum, non malus bonum. ne sibi dicatur. Trabem in alieno oculo uides, in tuo uero ne festucam quidem.

Clodius accusat mœchos, Catilina Cethegum;

Et male, cum in eadem esserit naui, quod aiunt.

Tertius a Cœlo cecidit Cato.

In uirum ualde seuerum alienæq; uitæ censorẽ.

Hic fiunt homines. ironicos, cũ de sceleratis, loquimur.

Flet si lachrimas conspexit amici
Si dixerit æstuo sudat.

Cum amicis enim dulce est esse fortunatum. ẽ cõtra vero si quid accidat mali (quod absit)

Dulce est intueri in oculos hominis beneuoli. inquit Euripid.

Protinus ad censum de moribus vltima fiet.
Quæstio.

Diuitis impudentis & elati uerbum est.

Nihil habet infœlix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos facit homines.
Haud facile emergũt quorũt virtutibus obstat
Res angusta domi.

Conquestio.

Prętorianis Neronis, pecuniam à Galba petẽtibus, non dedit sed respondit, legere milites soleo non emere. Magni & intrepidi, ac Imperatorij animi fuit.

Crescit Amor nummi quantum ipsa pecunia
crescit.

Auari animus est.

Si damnosa iuuat senem alea ludit & hæres.

qualis pater talis filius, exemploque paterno filij facile excitantur.

Tu gallinæ filius albæ,
Nos uiles pulli, nati infœlicibus ouis.
Inuidi, nec citra bilem.

Quis enim virtutem amplectitur ipsam,
premia si tollas?

quibus extimulantur studiosi, & à Mecęnatibus auctoritate ornantur.

Hoc uolo sic iubeo, sit pro ratione uoluntas.

Tyrannicum dictum est.

O Medici Medici mediam pertundite uenam.

quasi stultus sit si quid faciat, quod faciendum non sit. Fouisti errorem breue sit. quod turpiter audes. labi potest quisque at perseuerare insipiẽtis est.

Populi frons durior huius.

si quis nec uerecundiam timeat nec pudorem.

Finge tamen gladios inde atque hinc pulpita
pone.

quoniam mors potius appetenda est, quam amittendus pudor.

Res haud mira tamẽ, Citharedo principe natus.

qualis princeps talis subditus.

Lingua mali pars pessima serui.

Et uere plus oportet seruum scire quàm loqui.

Sed quæ praclara & prospera tanti.
Vt rebus latis, par sit mensura malorum?
Nulla.
Humanis maiora bonis,
Creduntur.

Bellica gloria nihil excellentius est scilicet in bonis humanis. alia plura iis similia sunt, sed pro nunc hæc sufficiant.

DICTVM, DICTIO, DICERE.

Dicendi genera sunt quattuor, copiosum, breue, siccum, pingue & floridum. primo usus est Cicero, Secundo Salustius, Tertio Fronto, vltimo Plinius iunior. quæ omnia tamen habet Maro. Dicendi quoque stili duo, Maturus & grauis, Ardens & erectus. primus in Crasso fuit, secundus in Antonio, vtrumque rursum in Virgilio. Duoque etiam & adhuc dicendi genera, aliud γυμναστικὸς aliud δογματικος. in priori uaga est disputatio, in sequẽti uero aperta frons, & (vt ita dicã) ingenuitas necessaria. Et ad materiam cõponitur quoque dictio, ex peregrino & nostro Idiomate, ut Anticatones Cæsaris, idest contra Catonem. sicque Iuuenal.

Maiorem, quam sint duo Cæsaris Anticatones.

Est etiam modus loquendi quidam Cicero. peculiaris.

liaris. Dicam quicquid in buccam uenit. Item & aliter, Bis dicere, nõ nocet, quod bene dicitur. Imò dicunt nostri, satis validum satisq; formosum esse, quod repetita prælectio probat in l.j.in §.supradictis.C.de Iusti.Cod.confir. Et alibi dicto audiens esse non debet, in l.si mulier. in §. j. ff.re.amo. Et si in vtranque partem aliquid dixerimus, id exprimendum est, quod aut verum sit, aut ad id quam proxime accedat. Haud omittentes etiam, quod in moralibus particularia dicta magis conferunt quam generalia. Et quod quandoque longe melius est tacere, quam dicere, ut philosophus ille, qui sic conqueritur. dixisse aliquãdo pęnituit, tacuisse numquam. Et hinc Iob. vnum locutus sum quod utinam non dixissem. Item manum meam ponã super os meum & his vltra non addam.

DEPOSITVM.

Est contractus sanè multa habens priuilegia. Namque et primo po.& proprietatem deponẽtes retinemus.l.licet.§.rei depositæ.ff.depo.

Secundo si depositarius re deposita utatur, tenetur furti.l.iij.C.eo.

Tertio depositum sequestrari non potest.l. pe.ff.eo.

Quarto exceptio non numeratæ pecunię obiici non potest.l.in contractibus.§.i.C.de non nume.pe.

Nec etiam compensationis.l.fi.C.de compensa.fusius ego in l.i.C.de eden. Et ad propositum notandum est, sacrum dici, quodque esse debet vt res sacra, hinc Iuuenal.

exiguamque malorum
Particulam uix ferre potes spumantibus ardens.
Visceribus, sacrum tibi quod non reddat amicus,
Depositum.

Et alibi qđ ipsum reddere Iustitiæ est, quæ suũ cuique tribuit, fideique seruare promissa, Cicc. et Iuuenal. rursum. quod supplicio non careat, negans ipsum reddere ut supra, & ut Glaucus Lacedæmonius, sic;

Spartano cuidam respondit Pythia uates,
Haud impunitum quondam fore quod dubitaret
Depositum retinere, & fraudem iure tueri
Iurando, quærebat enim quæ numinis esset
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddidit ergo metu non moribus et tamen omnem
Vocem adyti dignam templo, ueramque probauit.
Extinctus tota pariter cum prole domoque,
Et quamuis longa deductis gente propinquis.

DII FABVLOSI.

Ceres in terra. Neptunus in Mari. Iupiter in ęthere. Vulcanus in igne. Aegyptii rursum Isidẽ. Mauri Iubam. Macedones Cabirum. Pœni Bramam. Latini Faunum. Sabini Sanctum. Romani Quirinum. Athenienses Mineruã. Samii Iunonẽ. Paphii Venerem. Luepui Vulcanum. Naxi Bacchum. Delii Apollinem coluerũt. Cithara item eundem, Medicina Aesculapium, Agricultura Saturnum, Bacchum & Cererem, Deos fecere. Sunt et pœnates Diique tutelares. Imò quod olim homines sic appellabantur, dii scilicet, uel ob miraculum virtutis, uel in adulationem potentię, uel ob beneficia quibus erãt ad humanitatem compositi. Annam perennã Romani colebant quoque, prętter alia, vnde perennare, ęternare, & perpetuari dicebant. Genialesque dij elementa ab antiquis appellari solebant. A quibus Ro. Mens adhuc culta est. Mentique ędes etiam constituta. erantque & Dii litorales, Glaucus, Nereus, & Melicerta. de Mente sic Proper.

Mens bona (si qua dea es) tua me in sacraria dono.

Virg. vero de litoralibus.

Votaque seruati soluent in litore nautæ
Glauco Panopeæque & Inoo Melicertæ.

Cætera a nobis alibi fusius.

DELECTVS.

Oportet in scribendo & in loquendo habere delectum, alias iudicio carere videbũtur qui vel scribunt uel loquuntur. vndę Gręce aliàs ἀκρισία dicitur, delectus non habitus, & ἀκριτόμυθος, qui sine delectu loquitur. poteritque obiici tunc his, vulgatum illud. lingua quo uadis.

DONEC.

Aduerbium istud quandoque importat tempus determinatum, quo lapso fit aliquid. exemplum, non faciam tale quid, donec ueneris. hinc Iob. Quis mihi tribuat, ut inferno protegas me donec pertranseat furor tuus, quandoque in determinatum excludendo illud quo magis uidebatur aliquid esse vel non esse, & consequenter alia tempora quibus minus tale quid videatur. vnde in psal. Sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Item, Oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Deus ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum. Et in Euangel. ibi. Et non cognouit eam (de S. Ioseph loquitur, cuius festum hodie celebramus) donec peperit filium suum primogenitum. & sic nec ante nec post, quia Beatissima mater Christi virgo, fuit ante partum, in partu, & post partum, & sic semper. Et ita alia quoque adducta intelliguntur, quia postquam inimici facti fuerint scabellum pedum Iesu Christi, non ideo minus ipse cessabit, sed erit ad dexteram Dei patris, & si rursum misereatur nostri, non ideo minus oculi nostri ad dominum Deum nostrum infixi esse debent.

nec

nec desperandum quod non derelinquat, tametsi brachium suum annūciauerimus. aliàs foret Hæreticum aliter intelligere, ut olim Heluidius, sacerdos ignarus & idiota, & non immerito à S. Patribus damnatur. Nostri aliter dicunt, quod aduerbium istud, conditionem importat, ad q. inferentes quando dictum est donec vitam uidualē seruauerit. donec caste & honeste vixerit. & fusius aliàs vt in l. legatum ff. de an. lega. & in l. generale in §. duos. ff. de usuf. lega. & in quam pluribus locis de quibus Prat. Pap. mentionem facit in for. lib. quo uxor agit ad do. versi. donec vitam col. j.

DOMINVS. DOMINIVM.

Dominium est ius de re corporali, perfectę disponendi l. si quis ui. §. differentia. ff. de acqui. po. vnum tantum, directum scilicet, plura uero diuersa specie, vtile & quasi, ne obiiciatur regula l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commo. & vtile rursum duplex, alterum directo oppositū, quod ex præscriptione acquiritur. alterum quod cum directo concurrere dicitur, eique reuerentiam exhibere, quale in emphytheota, feudatario vel superficiario. hinc Domini nomen, à quo dominiū nascitur, quo sæpissime Iurecō. utuntur. l. ea quæ. ff. de dona. int. ui. & uxo. l. si communis seruus. ff. de stip. ser. l. utrum. ff. de coulti. pe. & alibi sępe ut di xi. Cleopatra quoque. ad Augustum sic dixit, priusquam moreretur. Domine nomen tibi a diis immortalibus datum est mihi uero ademptum. uocabulumque est, honoris. verū scitu dignum est in sacris literis, dominum non appellari nisi Deū. iuxta illud Esaiæ. Ego dominus, hoc est nomē meū. Et ad dominium redeūtes natura eius est si acquisitum fuerit ut sit perpetuum. l. siue possidetis. C. de proba.

DE SAXO DEIICI.

Pœna hæc, vsitata plurimum erat apud Ro. seuera (meo quidem iudicio) & grauis. imò plena timoris & horroris. Nanque de Saxo Tarpeio deiectus est, Manlius, suspitione affectati regni. Factioneq; Mariana & Syllæ Sex. Licinius Senator, Marii iussu. Et C. Atilij Labeōis Trib. pl. Q. Metellus Cēsor, à quo in senatu legēdo fuerat pteritus. Et aliàs ob scelus P. Sulpitij Domini, pro diii, seruus. Imò quod in lege xij. tab. (& hoc vltimo loco dixisse sat sit) ita scriptum reperi. Qui falsum testimonium dixisse conuictus erit è saxo Tarpeio deiicitur.

DOMVS.

De domo locuturi, ab illa Dei, inchoandum est. ea igitur est hic, vbi incerto patre nati exponuntur, olim autem ad spurcos lacus exportari solebant, ut Iuuenal. testatur sic orsus.

Transeo suppositos, & gaudia, uotaque sæpe
Ad spurcos decepta lacus.

Romæ ad columpam lactariam. Domus Deorum etiam est (vt ait Euripides) Mundus. Senatoria vbi Præses & Gubernator residet, quā Græci hinc πρυταγεῖον appellant. Et, maxima felicitatis portio bene habitare. Domusq; tripartito probata, fabri diligentia & arte, Magnificentia & dispositione. Ocium est, & Musarum domicilium. quæ tamen aliàs multiplicem habet dispositionem, & quandoque pro simplici habitatione capitur, quandoque pro Domicilio, interdum pro familia simul habitātiū, nonnunquam pro familia agnatorum vel consortum, vel pro matrimonio & facultate. & sępe pro ędificio. est verum (ad propositum) quod improbati sunt, qui domi ętatem suam agunt, idest in patria (aliaque erit expositio) ex quo procul multi, rē suam bene gesserunt. qua de re Medea, Corinthi, Matronis optimatibus arcem aliam habētibus, manibus gipsatissimis persuasit, ne sibi uitio uerterent, quod abesset à patria. Censebatque Lucullus, cum tempore, habitationem quoque mutandam, ne Grues & Ciconiæ prudentiores uiderētur, quæ regiones subinde, cum temporibus pariter mutare consueuerunt.

DISCORDIA.

Adeo inuisa est, ut cuique etiam veritas displicere debeat seditiosa. Discordiam atrocem Deam, uocat Euripides. Dementem Virg. in uestibulo Ditis inuentam, quandoquidem inferis sit peculiaris, nec ab aliis quam à vesanis, ut arma (iuxta illud, arma amens capio) exerceatur. Mater generalis ac productiua (dicunt nostri, seu & aliàs, materia omnium iudiciorum generatiua. quodque inter unum & aliud ius uitari debet. Cice. ciues disidētes scopas dissolutas uocabat. Cuiia tn̄ à Ro. discordia est, cōcordiaq; simul, ut hęc pdesset, nene noceret altera. Et quāquam ita sit quod disideant homines, non mirum propter ingeniorum & morum varietatem, vbi aliàs Cicada Cicadam, & formica formicam amat. Pithon Bizantius Orator crasso corpore orta dissensione inter Bizantios dixit, cuiusmodi meum est corpus uidetis, vxorem habeo multo me crassiorem, quando sumus concordes, quiuis grabatulus nos excipit, at ubi dissidemus (adeo mala res est discordia) ne tota quidem sufficit domus. Alij alia tibi afferant, quia de discordia ubique copia tibi abunde suppeditabit.

DVELLVM.

De duello quoque libri sunt pleni, Et nos etiā lingua Italica sub nomine autoris incerti, conscripsimus dialogum, centum. q. igitur sat nunc erit, hoc tantum dicere, detestabile esse, pulcherrimo Tiberii Imp. exemplo ostendi posse, qui equitum quorundam certamini, interesse noluit,

retinere, falsas repudiare. vnde putare, & amputare verba, componuntur, quoniam sic uinitores & frondatores facere solent, superuacanea scilicet & noxia resecare, in uitibus & arboribus, utilia & necessaria uero nō aliter tangere. & ut aliàs dicitur in l. munerum, in §. mixta. ff. de mune. & hon. Ea de re Archesilaus more Socratis in utrāque partem semper disputabat, tamen ambigue, illud addens. sic mihi videtur. est uerum quod modeste loqui debemus, idque vnum maxime ꝓfiteri, si reprehensione digni fuerimus, nos consilio uti debere, Anchisis illius Maroniani, qui sic dicebat.

Cedemus vero, & moniti meliora sequemur.

Et mirum est, quod idem Socrates, sibi detrahens, plus illis tribuebat quos volebat refellere. Et cum aliud diceret atque sentiret, libenter vti solebat, ea dissimulatione, quā Græci εἰρωνείαν vocant. Carneades nouæ Academiæ princeps, nihil affirmabat, sed probabilia sequebatur. Cicero priuatas causas & tenues subtilius disputabat, capitis aut famæ ornatius. Imò quod duo hinc, disputandi genera quoque esse videntur, Gymnasicos, & Dogmaticos in priori, vaga est disputatio, in sequenti vero aperta, & ingenua. Item illud ad exercitationem refertur & spectat, istud autem ad decernendum. Et ad propositum non omittendum, quod matutina est robustior, quippe quod est etiam melior diei pars, inquit Iurecon. in l. ij. ff. de verbo. signi. quodq; non est passim cum omnibus disputandum, nec omnibus respondendum. Ex quo inde prouerbium dici solet. Asinum plura posse percontari, quàm Philosophum respondere. Maximè quia quandoque disputatio periculosa est, secumq; exitium etiam portat, & Marsias (ut alia missa faciam) est testis.

DIGNITAS.

Quāuis dignitatem amplissimā suscipere magnum quiddā sit, longe maius est tamē, susceptā tueri, ac sustinere. cuius gradus olim Romę erat, Quæstura, Aedilitas, Prætura. aut Dictatura, aliquando Censura, aut Proconsulatus. Mala res tamen præstantioribus (inquit Eurip.) quando eā consequitur vir improbus, tenens populum lingua, qui prius nihil fuit. Imò quod non aliud est, quàm Boui clitella, nihilo magis ambienda, quàm equus elumbis graues sarcinas, vt nos docuit Christus, qui saturatis quinque millibus viris, quinq; panibus ordeaceis (cum enim regem facere volebant) fugit in montem solus. Est verum quod id præcipuum habet dignitas, vt eam assecuto credatur potius, quā vel plebeo, vel non habenti. quodq; eidem occupationes publicę, velut pedissęq; semper assistunt. Et quod deniq; ea rursum cohonestatus, pręcipua est inter alios, & auctoritate & veneratione, non modo suspiciendus, verum etiam admirandus.

DEMOSTHENES.

Omnium Græciæ Oratorum, erat olim facile princeps, & Atticæ eloquētiæ fons, vt Cicero Latinæ facundiæ parens, quem plus olei quam vini expendisse ferunt, nocturnisq; vigiliis opifices semper pręuenisse. Et sic ad aquam scripsisse, hoc est sobrius & vigilans. δωροδοκόν. idest ad munera capienda promptus & facilis. Voce per quam exili, vt Cicero (rursum) ualitudine alioquin imbecilli. Cuius aures tamen non implere testatus est, adeo auidæ erant, & capaces, ac semper aliquid immensum infinitumq; desiderantes. populi robur eius nomen sonat. In Calabria periit, nāq; ibi Asylū Neptuno dicatū erat, quo illæsus confugerat, nisi sibi veneno mortem cōsciuisset. cui fortunam inimicam fuisse hoc idem ostendit, quod scilicet eidem, exilij experiundi, & consciscendæ (vt dixi) mortis necessitatem obtulerit.

DOCTOR, DOCERE, DOCTRINA.

Oportet eos qui aliquid dicturi sunt, priusquam docent intelligere. Et qui docent quattuor præcipua debent habere, peritiam docendi, facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem, & copiam disserendi, seu vim Demosthenis, copiā Platonis, & iucunditatē Isocratis. procedereq; his modis, diffinitiuo primum, deinde diuisiuo, postea exemplificatiuo. Aliquando magistri appellantur, interdum domini, & nonnunquā Rhetores. absq; doctore & magistro nil fieri potest. Hebræi Scribas, Græci Philosophos, Persæ Magos, Latini Doctores Sapientes vocant. Quorum gloria est eruditio, discipulorum assiduitas, & studium. Imò quod stupidi quoque sunt docendi, modo velint audire, aliàs tacere præstat, quā clamorem perdere, quodque doctrinæ finis est, non ut is qui docet se, ostētet, & ab auditoribus magni fiat, sed vt hij fiant doctiores, credaturque magis habenti auctoritatem, quàm licentiato, inquit nouissimè Bal. noster in l. septimo mense. ff. de sta. ho. Et scitu dignum est, docentem à discipulo conueniri non posse nisi venia impetrata, ut tradit Cy. in l. j. C. de obseq. pat. præstan. & q̄a dixi alibi fusius, nunc quātū ad illud ēt trāseo.

DOLVS

Improborum est, iustitia bonorū. Hinc Grece δόλιον dolosus dicit. Dolus & fraus, Metaphoricos, Dedali gladius. dolosi cōcubitus hinc rursum, dolosa rapina, dolosus luctus, & nauigatio appellata est ab Eurip. Et quāquā dici sic soleat, Poetęq; dictū est. Dolus an virtus quis in hoste requirat? Athenićses tñ Themistoclis cōsiliū de Lacedęmoniorū classe incēdēda repudiarūt, vtile id nō putātes, q̄ nō idē esset honestū. Doli mali exceptio, nr̄is genuina & peculiaris. deq; dolo malo titulus est cass & pleni omniū libri.

vel si quid addendum est, id addas, quod is est in corde, simulatio in vultu, fallacia in verbis, & quod Venus etiam est, apaturia: à fallendo sic dicta. vnde ἀπατάω fallo, & decipio, grecè dicit.

DIFFINITIO.

Non aliud est diffinitio nisi oratio, explicans & declarans quid sit id quod diffinitur. Vnde inquit Cice. sic. omnium quę à ratione suscipitur, de aliqua re institutio, debet semper à diffinitione proficisci, vt intelligatur quid sit de quo disputatur. Nulla quæ non sit periculosa, (vt dicunt nostri) l. omnis diffinitio. ff. de regu. iu. quæque nõ facile posśit subuerti. l. j. ff. de regu. cato. l. mora. ff. de vsu. l. pen. ff. de impen. in reb. dot. fac. & idem Cice. quod maximi ingenij est, iudicij & doctrinę, recte diffinire. Et alij (verisśimumque est) quod infœliciter docent, qui in diffiniendo verbis vtuntur, non ad rem adpositis. Et forte Plato à Diogene derisus est, quod hominem non recte diffinierit, de quo nos alibi satis. Diffinitio rursum speciei est tantum, quia genera diuiduntur. Essentialis & causalis, ex genere & differentijs illa, ista vero ex quattuor causis, quæ sunt, forma, materia, efficiens & finalis. Vel aliter, essentialis scilicet, à causa efficiente, ab effectu, à partibus, & ab accidentibus. quia si dixerimus, homo est animal rationale, essentiam hominis exprimemus. effectum vero si, quod iustitia est constans & perpetua voluntas, vt insti. de iusti. & iu. in prin. & à partibus vel accidentibus, quod adhuc homo constet anima & corpore, quodque animal risibile sit. Et vere non satis ad propositum dixisse videntur aliqui, quod ad tria redigatur capita, quid sit quale, quidque significet id de quo queritur. quoniam non aliud est dicere nisi descriptionẽ à diffinitione differre, qđ sanè oĩbus innotescit.

DOS.

Est verum quod dos est mulieris patrimonium, quodque laudatur, si magnam attulerit dotem, & cui vulgatum illud dicitur communiter.

Ipse licet Musis uenias comitatus Homere,
Si nihil attuleris ibis Homere foras.

& quod pulchra dos est pecunia, vt inquit Comic. & hinc Iuuenal. quoque.

Optima, sed quare Cesennia teste marito?
Bis quingenta dedit, tanti uocat ille pudicam.

Sed tamen non illa quæ dos dicitur, ducenda est, at pudicitia, pudor, sedatus cupido, parẽtum metus, & cognatorum concordia.

DRACO

Est acie acutisśima, & peruigili, naturamque Solis imitatur, ideo ædium, aditorum, oraculorumque custodiam habet, & singulis (pelle senectutis exuta) reuirescit annis. Et dictu mirum videtur, qđ in oblectamentis habuerit aliquando Tiberius Imp. cui manu sua, ex consuetudine, exarmato, cibum porrigebat. non secus ac vrso, Sindigales, Lituanię rex, vel Leoni, D. Hier.

DIES.

A diebus Diarium deriuatur, estque latine, id, quod gestum est singulis diebus dum scribitur. Græce vero ἐφημερίς appellatur. Exque xxx. & lxv. diebus, annus constat vt nostri quoque aiunt, præsertim Paulus in l. cum hæres in §. stichus. ff. de statulib. qui Aegyptiorum imitatione à Cęsare distinctus est. Verum ad dierum propositum sciendum est, quod erant fasti & nefasti. fasti, quibus prætori licebat tria illa solẽnia verba dicere. Do, dico, Addico. Nefasti contrarij. Vel festi quibus negocia tractari solent. profesti contrarij. erant & comitiales, quibus cum populo agere licebat. Et comperendini, vadimonium dicere. Et stati, qui iudicij causa cum peregrino instituuntur. Et præliares, quibus erat permissum hostem lacessere. & epularis, quo epulum dabatur populo. Et natalis, qui à Græcis ὡροσκόπον vocatur. Et tyrocinij, cum primũ adulescentes sumebant togam, auspicaturi stipendia forensia. & lustricus, quo infantes lustrantur, nomẽque accipiunt, Mares nono, fœminæ octauo, non septimo quia periculosus est. Scitu dignum ẽt est, quod dies Solis filius est, quodq; in sacris literis, sępisśime pro tempore, ponitur. & quod die nono, Thusci olim regem suum salutabant. deque proprijs negocijs cõsulebant. Et amplius, quod diem dicere, non aliud est quam (vt dicimus nos) citare. vñ Liui. alibi. dicta dies est Appio. & quod truditur dies die vt inquit Hora. Hoc est dies diem excipit, vitęque nostræ curriculũ q̃ breuisśimũ sic dicimus. & qđ dies nefastus de quo paulò supra, infœlix & infaustus est, & ad oẽs res gerẽdas ineptus. Vnde Naso.

Ille nefastus erit per quem tria uerba silẽtur.

& Hora. *Ille nefasto te posuit die,*
Quicunque primum, & sacrilega manu
Produxit arbos, in nepotum perniciem, opprobriumque pagi.

DISCIPVLVS

Imitator magistri esse debet, & ipsius exẽplo duci, vt Paulus Iaboleni. l. an manumittere. ff. de ma. vind. præceptori gratus, vt Aquilius regulus Nicostrato, de quo ĩ l. aquilius. ff. de dona. pius, & in studijs asśiduus, Homericum illud carmen in ore, imò in corde semper habens.

Turpe foret mansisse diu uacuumque reuerti.

Et breuiter nõ omittentes, id vnum quoque esse quã maxime necessariũ, vt prius sit quis discipulus quã magister, remigemque prius, quã ad gubernacula admouere manus. licebat etiam Sylla Marium irridens à suis interfectum, & hæc præter dicta supra, sub hoc eodem genere.

EVRI-

Hunc admiror non secus ac Crantor Solensis Socratis auditor, quippè quod (vt etiam dicebat Cice.) eius verba, tot sententiæ sunt, qui Athenis suas docuit tragędias, vbi etiam Thespis, Aeschilus, & Sophocles.

ENNIVS.

Calaber fuit, Rudius, & pater, de quo Hora. alibi sic.

Non incisa notis marmora publicis,
Per quæ spiritus, & uita redit bonis
Post mortem ducibus: non celeres fugæ,
Reiectæq; retrorsum Hannibalis minæ,
Non incendia Carthaginis impiæ,
Eius, qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quàm Calabræ Pierides.

Et alibi.

Ennius ipse pater. fortè propter antiquitatem. vel quia primus amæna detulit ex Helicone perenni fronde coronam, ut Lucr. inquit.

EBRIVS. EBRIETAS.

Ingurgitat merum faucibus plenis ebrius, vt Comic. inquit. & in os nobis infarciat. qui ab antiquis Madusa dicebatur, quasi vino madidus. Imò quod Herculem quoque ebrium vocant, eique hac de re poculum tribuūt. Et tantum est dicere, à conuiuio discessit quantum est dicere, ebrius est. Sique domi maneat sapiens est. Bizantios vino deditos mercatores ebrios vocat Menander. Ebrij Centauri cum Lapithis bella gesse runt. Ea de re ebrietas quasi insania fugięda est, vt dicebat Xistus Pythagoricus. Aegritudo fœda periculosa & tristis, imò (ut dixi) insania & furor, quo fanè spumante Dolio obtruitur ratio. Vnde libido, vulgi fabula oritur, odium & repentina mutatio, omnium iocis ac fraudibus omniumque ludibrio exposita. Quid plura. Noe ebrius à filiis irridetur, seque filiabus immiscuit. Esau primogenitutam vendidit. Olofernes occiditur. Herodes homicidio Ioann. Baptistæ consentit. Et breuiter nullum adeo scelus ita graue est, quod non audeat ebrius. Sed adde rursum, quod bonosus potator, laqueo suspenditur, dictumque tunc fuisse, non hominem, sed amphoram potius pœnam luisse. Obiissétq; Arcesilaum, Crantoris auditorem, cum merum (ut memoriæ proditum est) immodicè hausisset.

EBDOMAS.

Septem dierum dicitur, Enneas nouem. Nos septimaniā vulgo vocamus. ex septimaniis sive ebdomadis decem, vita humana constat. nanque (scituque dignum est) in prima dentes cadunt, in secunda pubescimus, in tertia barbam emittimus, in quarta vires acquirimus, in quinta maturitatem, cupiditatem in sexta, in septima prudentiam, in octaua stamus, in nona ambulamus ad mortem, in decima morimur. Et mors ultima rerum linea est, ut inquit Seneca.

ECELINVS DE ROMAO.

Pater & filius. Ille ab inimico humanę naturæ genitus est. Monachus enim (ut ferunt) nescio quis, dum esset in spiritu, asseruit uidisse Christum in cœlo, dicentem Angelis suis, quomodo vindictam sumam de peccatoribus Marchię Taruisinę, cui Angeli; Ecce quod Ecelinus vir est, paratus scelera, supra sceleratos augere. Et obtulit se illico Ecelinus; pręstoq; fuit, cui tradidit gladiū, eiq; dixit. Vade & fac vindictā de hostibus meis. & fuerunt hæc fanè aliàs anno M CC VII. Tyrannus omnium immanissimus, Veronam occupauit, Accio Estensi interfecto. Et cum Dominus de Paduæ defectione, ne quicquam pariter audiuisset, cremaris prius. cc. Veronensibus in carcere, Patauinos xij. milia, quos secum militiæ prætextu obsides habebat, diris affectos cruciatibus, necauit. à cuius tyrannide liberatur tamen Padua, anno M CC LVI. Deinde in Cassano oppido, sagitta ictus (quod sibi quidam quasi Vaticinio quodam prædixerat) apud Soncinum alterum oppidum, in miseram & malam suam crucem, extinctus est, (iterato dixerim) Cacodemon hic omnium pessimus, hæreticorum fautor, & S. Matris Ecclesiæ persecutor & usurpator, & unà cum eo progenies tota, & domus de Romano.

EXQVILIAE.

In exquiliis olim sepulchra erant nilium personarum, nec alij ibi quam serui, plebæi, scurræ, uel decoctores, sepeliri solebant. Hodie Horti Mecænatis, sunt. Vnde Hora.

Huc prius angustis eiecta cadauera cellis
Conseruus uili portanda locabat in arca.
Nūc licet exquilijs habitare salubribus: atq;
Aggere in aprico spatiari: quomodo tristes
Albis informem spectabant ossibus agrum.

ECCLESIA

Romana omnium caput, & prima, Alexādrina secunda, tertia Antiochena. usque adeo ut debeat custodiri solum, quod prima inuenit. eiq; & S. Sedi Apostolicę, ac Romano Pōtifici, oēs aliæ subesse. c. j. 22. dist. c. j. & 2. xij. dist. c. 6. xj. dist. In Vaticano eīn Basilicā S. Petri extruxit Constātinus ut esset oīum aliarū domina. Sentitq; his verbis Hiero. Damaso Pont. scribēs. Quicūq; extra hāc domū, agnū comederit, prophanus erit. Ecclesiæ Typus est Noe agricola. In ea Ecclesia

 est per-

est permanēdum, quæ ab Apostolis fundata est, quæq; vsque ad hanc diem durat. Catholica sola, quæ verum cultum retinet, fons veritatis, domicilium fidei, & templum Dei, Essentialiter in conuocatione fidelium. Representatiue in Cardinalibus, in Papa vero, CHRISTI Vicario, virtualiter consistens. Ecclesia Græca vox est, Christiana confirmata & vnita, Synagoga, diuisa & lacerata. & fusius quod diuersimode etiam accipitur, pro congregatione fidelium, (vt diximus) pro cōcilio generali. pro congregatione omnium qui fuerunt Christi & Apostolorum tempore, vsque modo. pro cōgregatione fideliū à principio mūdi vsque ad consummationem sæculi. pro multitudine saluatorum & saluandarū, qui sint prædestinati. pro peccatorum multitudine & iniquorum, frequentissimè autem regnum cælorum vocatur, in sacris literis.

AEDES.

Scitu dignum est, ædē dici singulari numero, Templum, siue ecclesiā. quoniā in plurali, priuatorum esse dicuntur. Vnde Saturni ædem Romanorū ærariū esse olim voluerunt, quia sub illo, nihil erat cuiusquā priuatū. Inq; ędibus vero habitabant mulieres, quę corpore quęstum facere malebant, quàm nere vel texere. Et si exinde aliquę excelsę fuissent, appellabantur Pergama, Tamen Numidę, (dictuq; mirum est) alueos nauium inuersos pro ædibus habent, cum sibi ædificij extruendi materia desit. Aegyptij vero vilibus vtuntur, & forte prudentius, dum viuunt, post mortem vero vbi perpetuo sunt mansuri, preciosa curant sepulchra.

ENTHYMEMA.

Nil aliud est enthymema quàm syllogismus imperfectus, exemplum. Beneficentia est secundum naturam, ergo iniuria repugnabit naturæ. Beneficentia societatem humanam continet, ergo iniuria eam dirimit. Hinc nostri, ad cognitionem specierum debet semper præcedere cognitio generis, ideo non mirum si de rebus creditis prius dictum est alibi, quam de aliis contractibus, quia credendi generalis appellatio est. l. j. & ibi nos latè. ff. si cer. pet. deq; hoc etiam Iuuenal.

Non habeat matrona tibi quæ iūcta recumbit
Dicendi genus aut curtum sermone rotato,
Torqueat enthymema.

ECCE.

Hac voce aduerbialiter, insinuatur notabile quiddam, siue demonstratur, quoniā est etiā aduerbium demonstrandi. Ecce (dixit Io. Baptista) Agnus Dei, qui abstulit peccata mundi. quibus verbis sanè duplex natura Dei, ostēditur, humana cum dicit. Ecce Agnus Dei, diuina vero in illis. qui abstulit peccata mundi. Et alibi. Ecce cōcipies, & paries filiū. Ecce ego Euangelizo vobis gaudium magnum. Ecce positus est hic in ruinā, & resurrectionem multorū Israel, & in signū cui contradicetur. & sexcenta huiusmodi sunt, nō referenda, quia longū foret si exequi oīa voluero, inquit I. Con. in simili in l. etiam. ff. de ma. vind.

ELOQVENTIA.

Homines dispersos vnum in locum congregare, atq; à fera agrestiq; vita ad humanum cultum ciuilemq; viuendi morē aliquādo deducere potuit. Et non mirū quidē, quia nullū tā ferū, asperumq; ingeniū est, quod nō morū verborūq; lenociniis & dulcedine mitigetur, nō secus ac feræ, quę cibo potuq; tēporis tractu cicurātur & mansuescūt, imperioq; Domitoris parēt. Sic Aphricanus, Siphacē Barbarū regē, & Hasdrubalē Carthaginensiū ducē immitem, & Ro. nominis inimicū alloquio mitē reddidit. Sic Plato Dionysiū Siciliæ Tyrannum. Et Archelaum Macędonicū, Euripides. Orphei vel Amphionis fabula nota est, quorum vnus Belluas, alter vero saxa & arbores cantu (vt memoriæ proditum est) lenibat. Quid quod Romulum Arpinatē, Ciceronem in foro ob id, regnare dicebant. Eloquentia nihil admirabilius, vel præstantius est, doctrinę quasi condimentum quiddam. Ingenij decus, vt decus hominis ingenium. Quam rursus magnū quēdā Deū esse dicebat Themistocles, & ab oris ac eloquentię suauitate appellatus Theophrastus. Imò quod in hominū animis dominatur, & quasi tyrannidem exercet, loco teli quoque inuenta, qua nos defendamus. Vnde Proper.

Persequar aut studium linguæ, & Demosthenis arma:
Librorumq; tuos docte Menandre sales.

Tam fortis in Cicerone (vt paulò ante diximus) vel Demosthene, vt nunquam Milonis aut Herculis tā fortia fuerint bracchia, quin illius, aut istius lingua & eloquentia, fortior fuerit vel potentior. Facundia impulit Aiacem, ira & furore percitū, ab Vlisse victū, vt se gladio trāsfoderet. Solius eloquētię munus est, virorū pstantiū, egregia facinora, & nomē ab interitu vendicare. Qua tm̄ cęteros superarūt Athenienses, vt Athenarū discipuli reliquarū vrbiū magistri essent & dicerētur. Quę oīa cū ita sint non parū admirationis mihi afferūt, quo modo populos Marte genitus olim eloquētiā vtpotè desidię Altricē (qđ memorię prodit antiquitas.) sic respuerit.

EQVVS.

Equos alere certe Reip. est ornamētū. Imò lege Gręca cautū erat, qđ hoc idē facerent diuites. Superbūq; animal est equus, & equitare magnificū quiddā. Ea de re Christus Iesus, Saluator noster, & Dn̄s, Asinū cōscendit, vt superbiā vitaret. Et qm̄ (vt Poeta lyricus inquit lingua Italica.)

Humiltate

alebantur quoq; equi ephippiis carentes, qui & celeres vocabantur, & desultorij, equestri certamine præstantes, quibusq; vtebantur, Græci (rursum) in Olympiis. Et publici, nobilium vel aliorum, qui à principibus euocantur, & de quibus, nos in l. j. & toto tit. C. de cur. pub. lib. xij. Desultorios etiam de quibus paulò ante, vocat Fulgea. qui currunt ad brauium. Aliosq; D. Hiero. Mannos Buricos. Mannos, quasi manui assuescant. Buricos, ab vrbe Buris Achaiæ, quod illinc sint laudatissimi. Dictu mirum est, quod Plato, cũ equũ conscendisset, mox descendit, dicens se vereri ne equestri factu corriperetur. & hinc quod illi Cæsaris & Cyri, Persarum regis, dicebantur sacri & inuiolabiles. Et quod humani quidquam habere videntur, quandoquidem dominos interdum luxisse proditum sit, meminitq; alibi glo. nostra in pallantis obitu refert Virgil.) in l. pe. ff. de ac. emp. apud Medos etiam equi nobiles nascuntur, quos Nesæos vocãt. Et quod humani quidquam habere videantur, audi mirum, & aliud, equi militis prætoriani, (is enim scelus cum aliis admiserat cõtra Imp. cui arma abiecta fuerant, equusq; dimissus) qui libenter mori nisus est, dũ hinniẽs Dominum suum sequeretur, nollens ipsum deserere se se interficientem.

EPAMINVNDAS.

De Epaminunda hoc solum dicam, cætera alij latius, quod in acie saucius scutum solicite conquirebat, quod videns lætior interiit, nanque intrepidus amisit animam, iacturam vero clypei formidauit.

AERARIVM.

Qui ærarium olim in æde Saturni, Romanorũ fuisse, vbiq; affirmant. quod eo tempore nullum furtum commissum sit, uel quod sub illo nihil cuiusq; erat priuatum, nõ ab re sacrum forte appellat Imp. in l. rationales. C. de aduo. fi. Persæ ærarium Gazam vocant. habebantq; Athenien. in arce Palladis. Scituq; dignum est, quod primus omnium, Valerius Publicola ædem Saturni (vt supra) exactis regibus, ærarium declarauit in quo etiam tabulæ publicæ seruabantur, vnde postea tabularium ob id appellatum est, & alia pleraque. A fisco differens, quia id publicum est, istud vero principis. l. ij. §. hoc interdictum ad ea ff. ne quid in loc. pub. hicq; Satyric.

Quicquid conspicuum, pulchrum ex æquore toto est.

Res. fisci est. & in l. abesse rursum. ff. ex quib. cau. ma. vbi Accur. allucinatus est.

EXILIVM.

Proprie dicitur, quia exul extra Solum it, ea de re exuliũ potius dici debet q̃ exiliũ, ab exule, quod nomen à solo ductũ est, dicunturq; exules quoque loco pulsi. Exilio tamen alias, malum non est aliud maius. Vidimus (inquit Euripid.) non ex alienis sermonibus didicimus. quo olim damnatus est à Cæsare Cicero, Mulctatus Camillus, Rutilius, & Metellus. Sed non propterea minores fuerunt tunc quam domi, id vnum memorabile dictum exclamantes. Nasonis. Omne solum forti patria est, piscibus æquor. Imò quod sic eorum gloria aucta est. Et plus, quod Pythagoras sponte Samon reliquit. Solon Athenas, Licurgus lacedæmona. Et Scipio Romam. Exilioq; nihil tolerabilius est, præsertim innocenti, vbi nulla turpitudo adiuncta est. Hinc Socrates interrogatus, cuius esset, mundanus sumus respondit. Sed dictu mirum est, quanquam pulsi fuerint ij, quos paulo ante diximus, Roma tamen eos postea reuocauit, non secus ac Alcibiadem Athenæ.

ELEEMOSINA.

Ab Hely quod est Deus. Moys aqua dicta est, quasi aqua Dei, ita pauperi necessaria vt victui humano aqua, Eleemosina. Voluntaria esse debet, quia in Euangel. dicitur & cum volueritis potestis illis benefacere. Et scitu dignũ est, eleemosinæ fructum esse, quia placatur Deus, purgãtur peccata. Inimici vincuntur, multiplicantur bona temporalia, & vita æterna nobis denique condonatur. Quid, quod olim Hecati. i. Lunæ diuites sacrificia agebant in triuijs, ex quo ipsa etiã est triformis dea, ibi linquentes panem, aliaque victui necessaria, ex quibus alerentur pauperes, erantque menstrua semper.

EMANCIPATIO.

Tria requirit alias non valet, quod sit facta coram iudici competenti. Consensu vtriusque. & in scriptis. l. fin. C. de eman. lib. §. fina. institu. quib. mod. ius pat. pot. sol. l. in emancipationibus. C. de eman. lib. dixi alibi ego in multis locis nouissime in l. si emancipati. C. de colla. Adde quod sicut de patris potestate exit emancipatus filius, ita exit iratus de potestate sui ipsius. i. de consilio, ratione, & mente. Et inde quoque seruus manumissus, de potestate domini. Emancipare rursum apud nos est filium liberare patria potestate. alias vero simulata venditione alteri tradere, verbumque est quod ad uenditorem referri videbatur, ad emptorem vero mancipare, quasi manu capere. Et emancipare (iterato dixerim) idest in potestatem alterius transire, vt in Antonio quem emãcipatum Cleopatræ dicit Hora. ibi.

Romanus (heu posteri negabitis)
Emancipatus fœmina.

reliqua ego, alijs in locis (vt dixi) fusius.

De episcopo, in præludiis commentariorum nostrorum iuris Pontificij, diximus satis, sed tamen & nunc nonnihil quoque addendum est, tũ maxime quod olim solus sacerdos & præsbyter, idest senior vocabatur, quasi dispẽsator Dei explorator, & super intẽdens, cuius munus est proprium, docere populum, Christum, & arcanas scripturas. Episcopus rursum, sanctissimus dicitur, legatus Christi, pater spiritualis, frater summi Pontificis, coepiscopus, & columna ecclesiæ. & vt latius in cle.j.in §. nec super. de pœn. Non omittentes id vnum, quod omnibus dictum est, vos estis sal terræ, si sal infatuatum erit, in quo salietur? ἐπισκοπεῖν, Græce etiam, pœna dixerũt, idest pecudum, speculatorem. Et Terminum veteres, quasi ἐπίσκοπον idest inspectorem amicitiæ, pacisq; custodem. Vnde fit non ab re sit etiã, si episcopus speculator, siue explorator (ut supra) dictus est. Cætera ego in loco pręalle. latius.

AEMVLATIO.

Et amantem & studiosum liuor, sine riuali Amor, & sine ęmulo virtus torpet. Verum quę riualitati similis sit, vicio non caret. Veraq; ęmulatio est, virtutis imitatio, sic doctrinam Socratis æmulatus est Plato, Platonis Aristoteles, Virgilius, Theocritum, Hesiodum, Pysandrum & Homerum. Traianus omnium laudatissimus Imperator, morum elegantia, & literarum eruditione, Plutarcho præceptori suo, non solum aures, verum etiam vniuersam vitæ rationem commisit. Philo Hebręus, adeo Platonis adhuc, eloquentiã æmulatus est, vt ortum hinc prouerbium fuerit, aut Philo Platonizat, aut Plato Philonizat. Et Aristoteles rursum, Isocrates, vsque adeo ut, cum vidisset pariter eum nobilitate discipulorum florere, disputationesq; suas à forensibus causis, ad inanem, sermonis elegantiam transtulisse, totam formam disciplinæ suæ repente mutauerit, turpe putans tacere cum barbaris. Fuit etiam Secũdus Atheniensis, Herodis æmulus, Architecti filius, cui Herodes illud Hesiodi, canebat.

Figulus æqualem exagitat: tũ rethora Tectõ.

Quid plura, clarorum virorũ gloria nobis sit, non ex desidia sed æmulatione laudabili, industria & laboribus conquisita. nanque (ut Comic. inquit) qui uiam nescit, qua ad mare deueniat, eum oportet amnem sibi comitem quærere. Ad horum imagines nos semper pro virili effingere, vel æmulando, uel imitando, seu conformare debemus. Sic Cicero Sceuolã. Sic Pompeius Syllam. Sic Iulius & Sulpitius Crassum imitabatur. Polydamas prorsus inermis, ingentem, & praeferocem Leonem confecit, seq; in discrimen hoc, Herculis æmulatione, coniecit, qui Nemeum (Fama vulgata est) strauit pariter. Nec aliter Theseus & Pyritous qui eadem ratione moti (eiusdẽ Herculis laudes enim tunc vniuersi canebant) egregia peregerunt facinora, ut nomini a immortalitatem sibi compararent. Sic victor Alexander Ilion ingressus, cum multa uidisset, eaque diligenter cõsiderasset, Homerica lectione instructus, & interrogatus num vellet Paridis Citharã videre, non (inquit) sed Achillis, qua non illecebris Veneris, sed fortissimorum ducum res pręclarissime gestas, canere consueuerat. Neq; ego paraphrasim (scribit Quintilianus) interpretationem tantum volo, sed circa eosdem sensus certamen, atque æmulationem. Filij quoque ad paternæ uirtutis ęmulationem se componere debent, optimosque parentum mores pro legibus habere. Et dictu mirum est, quod Leonardus Aretinus, à Gallis, vrbe Aretio patria sua, capta, admodum iuuenis, tunc in carcerem coniectus, uisa F. Petrarcę imagine, quę ibi picta uisebatur, eam quotidie contemplatus, accendi & inflammari ad studia dicebat, non secus ac Cęsar, qui uisa pariter, Alexandri Macedonię regis, statua, Gadibus in templo Herculis, ad summam rerum accensus est. Fortunę ęmula est uirtus, & (ut finiã breuiter) auiditas Laudis, & Gloriæ ęmulatio pericula sane omnia contemnit.

ELECTIO.

In ordinibus, si quis pręetereatur qui optime meritus sit, repulsamque patiatur, conqueritur, ægre fert, & quam maxime conflictatur, ea de re C. Attilius Labeo, Tr. Pleb. (ut cætera omittamus, exemplumque istud solũ sufficiat, quo instruantur ij, quorum munus est sibi istud deman datum à lege) Q. Metellum Censorem, à quo in Senatu legendo, præteritus fuerat, de saxo deiici iussit.

EXPENSAE LITIS.

Quandoque debentur ratione victoriæ. quãdoque ratione contumaciæ. Interdum ratione retardati processus. Et nonnunquam ratione temerariæ citationis. l. properandum. §. fi. l. sancimus. C. de iudi. l. non ignorat. C. de fruc. & lit. exp. l. eum quem temere. ff. de iudi.

ELEPHAS.

Elephantorum usus erat olim in bellis, aliquando uero ad voluptatem & ad spectacula. hinc Iuuenal.

Nec latio haud usquam nostro sub sydere talis
Bellua concipitur, sed furua gente petita
Arboribus Rutulis, & Turni pascitur agro
Cæsaris armentum, nulli seruire paratum.
Priuato siquidem tyrio parere solebant.
Hannibali & nostris Ducibus regique Molosso,
Horum maiores, & dorso ferre cohortes
Partẽ aliquã belli, & euntẽ in prelia turmã.

Habentque

Habentque sine dubio societatem cum genere humano. Et mansuetiores fiunt homini, quã canes. Est verum quod stridore aliàs, agminibus, & magnitudine seu immanitate corporum nihil humanæ mentes terribilius cernunt. Et scitu dignum est, quod Elephas lingua punica nõ aliud sonat quam Cæsar, vsque adeo huic, vt ab elephãte occiso, Cæsaris cognomen sibi Iulius desumpserit, simboliq; huius, Nummisma habeo ego argenteum, sanè pulcherrimum. Dicit tamen Eucher. quia forma (& rursum) truces sunt odore graues, & mole terribiles, quod simbolum potius est immanis peccatoris. Et ad materiam tractationemque istam, factum iam tritum sermone prouerbium in eos qui res paruas oratione augent, vt ij qui nesciunt finire, neque (q̃d aiũt) manum de tabula tollere, ex musca elephantem facis. Et simile illi est, ex cicada Apollinem, vel ex pulice equum fieri pariter, vel si cerdo paruo pedi magnum induat calceamentum.

AEGYPTVS.

Aegyptus & Babylon malum significat in sacris literis. Suntque etiam hinc Egyptij (vt memorie proditum est) uentosi, furibundi, iactantes, iniuriosi, & nouarum rerum quoque cupidi. Eorum stulta superstitio, colẽtium inquam pisces, canes, olera, aliaque ridicula. vnde Iuuenal.

Illic cæruleos, hic piscem fluminis, illic
Oppida tota canem uenerantur, nemo Dianã.
Porrum, & cæpe nefas uiolare, ac frangere morsu.
O sanctas gẽtes, quibus hæc nascũtur ĩ hortis Numina.

Imbelle amplius & inutile vulgus, ait idem. Verum est quod soli diuinarũ rerũ omnium conscij fuerunt, quorum imitatione Cæsar annum in dies ccclxv. distinxit, quia sic Sol etiã cursum conficit. Vetustissimi, quippe quod reges cccxxx. aliquando habuerũt supra tresdecim millium annorũ ætates. Aegyptus ipsa, quę etiã terrarum parens appellata est, centum portas, vrbesque numero decem millium.

EFFECTVS.

Qui est fortunæ sors (vt inquit Hora. q̃n dicit.

Fælicem dicere non hoc
Me possum casu

Suæ causæ semper est commensurandus, dicimus nos. l. ita aũt in prin. ff. de admi. tu. l. j. ad fi. ff. de interd. ea de re inter effectum & causam (ut inquit Cice.) magna est cognatio & similitudo non secus ac inter fructus & arbores.

EXACTOR.

Oportet rationum exactores in omni virtutum genere cunctis excellere, teste Platone, sed tamen rapaces sunt communiter, fures, & latrones publici, quos aliquando Tiberius Imp. Augusti successor modeste coarguit. Aemilio Recto enim qui Aegypto præerat cum maiorem pecuniæ summam, quam imperata fuisset, e idem misisset, in hæc verba rescripsit. *Tonderi meas oues uolo non ad uiuum abradi.*

ESCVLAPIVS.

Esculapij cognomen apud Spartanos,) quod annotatu dignum est de eo tantum dicam) Græce est Αγνίτης, quod ex agnoquæ herba est, simulachrum eius excisum conformatumque sit. is enim auri splendore captus Hippolitum ab inferis reuocauit. Idemque est Apollo siue Apollinis pater, diuinationi pręest & Augurijs, quippe quod complicatæ disciplinæ sint, commodaque ac incõmoda in corpore futura prænoscat. eoq; fit hinc vt Draconũ figurę eius simulachris iungantur, quandoquidem præstent, humana corpora velut infirmitatis pelle deposita (queẽadmodũ Draco) ad pristinum vigorẽ reuirescere semper. Arcagetas etiam appellatus, hoc est, originũ auctor. In epidauro templum habuit, in quo dormientes, ægroti, dicebant in somnis à Numine curari. Canes quoque adhibebant templo, quod vberibus canis, esset nutritus, non secus ac lupino, Romulus & Remus. Medicinam edoctus ab Hepio, cuius artis difficultatem ostendit bacillo nodoso, quem manu gestat pariter. Et quia populi amicus erat, philolans quoque ab omnibus dictus est.

EPITHETA.

Orationum sanè sunt Ornamenta, quorũ exẽpla aliqua, ponenda sunt, nanque dicimus & pulchre quidẽ, quod in Senibus est grauitas, in iuuenibus alacritas, & verecundia denique in adulescentibus, siue desideratur, quodque his velut quadam naturæ dote commẽdantur. Item quod militis iactantia est, Senis garrulitas. Meretricis blandi loquentia. Aulicorum fumi. Et rusticorum asperitates. Et alias, noctem tenebrosam vocamus. Neronem impium, Phalarim Sæuum, & Dionysium atrocem fuisse dicimus, vel quod iupiter adulter. Mercurius leno fuerit rursum, & proditor. Mars homicida. Venus meretrix. Et Hercules furiosus ac prædo. Cõtra vero in Solomone sapiẽtia. In Dauid mansuetudo. in Elia zelus. In Abraã fides. in Petro dilectio. Et in paulo prædicandi studium, & affectio. Et alias, philosophorum ambages. Auerrois venena. Fotini sacrilegia. Manichæi nugæ. & Arrij blasphemias reprehendimus. Sunt etiam hinc senum ineptiæ & sollicitudo. Adulescentum mores. Seruorum fallacie & furta. Lenonum auaritia. Meretricum Blanditiæ. Et parasitorum uorago. Admiramur quoque eloquentiam Ciceronis. Aristotelis argumenta. Prudentiam. Platonis Eruditionẽ

Ariſtarchi. Et ſcientiã Didymi. Et vna cũ Hiero. Diſertum Demoſthenis ingenium, acutiſsimum Chryſippi. & ſapientiſsimum Platonis. Qui rurſum dicebat Diuitem eiuſdem Ciceronis eſſe linguam, Orationem vero Demohſtenis feruere. Et vltimo loco certe maxime mirandum eſſe. quod non amplius Scipionum vel Alexandri cõtinentia, non Cęſaris clementię. Vel Fabricij frugalitas & Iuſtitia. aut Marcelli pietas, vel Metelli humanitas & manſuetudo. ſeu Reguli fidelitas. fortitudoque Horatii Coclitis. Fabij moderatio. Curtii audacia. & Varronis deniq; uerecundia, inueniatur. Fuit etiamnum Fęlicitas Syllę. Virtus Luculli Magnitudo. Pompeii. Item potentia Cinnę. Crudelitas Marij. inſania Fimbrię. Et audacia Sertorij. Et ad Demoſthenem, Ciceronem, & Iſocratem redeuntes, quod opes ipſorum fuerũt pariter admirabiles, flores vberrimi. & cumulatiſsimi theſauri. Et ad materiam denique quod Catone nullus extitit in laudando grauior. in uituperando acerbior, inque ſentẽtiis argutior, & in docendo ediſſerendoque ſubtilior.

EXCVSATIO.

Si iuſta minime fuerit, non eſt admittenda. nãque olim dicens neſcio quis, indecore aliquid agens, Magiſtro non ſum uſus, ei reſponſum eſt, & recte quidem, tametſi magiſtro uſus non fueris magiſtram enim habuiſti naturam. quaſi dicat. et merito excuſandus non es.

EVCHARISTIA.

Euchariſtiæ duo admirabilia exẽplo referã, duorumque qui Hęretici illius, immaniſsimi Lutheri, tempore, in Germania perierunt, Lutheri dico mortui & ſinu Diaboli, alter enim quia ſacramentum iſtud Sanctiſsimum, irridebat, Illico mortuus eſt. alter, uero quia per ludubrium pariter conſecrabat. vinum à cauponaria expectãs, mortuus inuentus eſt. Iſtius igitur Sanctiſsimi ſacramenti inſtitutio fuit Chriſti, & cauſa, ut eſſet viaticum peregrinationis noſtræ. Remedium ſatisfactionis peccatorum noſtrorum. Pignus & arra hęreditatis ęternę. Robur mentalis confirmationis. Alimentũ uitæ ſpiritualis. ſignũ ac memoria charitatis Chriſti. Et in recordationem denique ſuæ amariſsimę paſsionis,

EXEMPLVM.

Quia nihil eſt quod magis moueat quam exempla, de exemplis aliqua ſcribenda etiam ſunt. quibus vtimur quoque in docẽdo. vnde nõ ab re noſtri aiunt. ut reſponſum cõgruum accipere poſsis inſere pacti exemplum. in l. ut reſponſum. C. de tranſac. & alibi. exemplo dico ut manifeſtius fiat in l. ꝑtor ait, in §. Iulianus. ff. de colla. bo. ſic Bal. ĩ l. illud col. ii. C. de lega. & Odof. ante eũ in l. i. ad fi. C. qui admi. & alii ſæpe. exẽplaque particularia magis mouent corda audiẽtium. quam communia monita. Imò arduum eſſe (inquit Plato) res magnas abſque exẽplis lucide oſtẽdere. exemploque perfecit Chriſtus, omnia non minus quam docendo & faciendo. Et nimirum quia præceptis uia longa eſt, exemplis breuior atque efficacior. dicunturque exempla, uita atque anima pręceptorum. eſt uerum, quod non exemplis ſed regulis & legibus iudicandum eſt. l. nemo. C. de ſeten. ideo non quid fieri ſoleat, ſed quid fieri oporteat uidẽdum eſt, ut inquit Demoſthenes. Et quod multo plus exempla aliàs nocent, quam præcepta doceant. iuxta illud.

Quid leges ſine moribus uanæ proficiunt?

exempla mala etiam lege humanæ reprehenduntur in l. j. ad fi. & ibi glo. ff. ad Maced. et propter exemplũ punitur quis ut pœna vnius ſit multorũ metus l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. eſtque ratio quędam vindicandi quam Gręci. παραδειγμα uocãt. multaque fiunt propter exemplum quę aliàs fieri non deberent. l. omne delictum. §. qui in acie. ff. de re mil. vnde hinc dicitur etiam ſæpe, exẽplo graue eſt, & pernicioſum. l. exemplo. C. de proba. l. ſub ſpecie. C. de re iud. Res eſt mali exempli l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. Et quod nulli magis nocent reip. quam qui nocent exẽplo quodq; plus peccãt exẽplo quã crimine. Et quod mala exempla ſunt in quę intueantur Boni. Et quod exemplo patres filiis eſſe debent, quoniam ut inquit Satyric.

Si damnoſa ſenem iuuat alea ludit & hæres.

Et quod etiam nihil eſt quod magis moueat quã exempla clarorum hominum. nanque Themiſtocles nunquam in illud gloriæ culmen aſcendiſſet, niſi Miltiadis Tropheis accenſus cum ab adoleſcentia ſua ęquare didiciſſet. Non Iulius Cæſar niſi Alexandri Macedonici ſtatuam Gadibus in Templo Herculis uidiſſet, ad ſummam rerum accenſus non fuiſſet, imitarique Marium non didiciſſet. Et ſi ſtatuæ uirorum illuſtrium, hoc eſt cere, poſſunt, quãto magis poterit virtus.

EXTENVATIO SVI IPSIVS.

Moderationi animi eſt aſcribendum, ſi dixeritquis ut olim Socrates. hoc vnum ſcio, quod nihil ſcio vel ut ſex. Ruffus uir Conſularis ſic. libẽs præceptis parebo, & ero breuis, quippe quod in me facultas deeſt latius eloquendi. Vel ſic ut Imp. in l. i. C. de offi. præf. pręto. affri. ibi, Nihil dignum nos egiſſe putamus. Vel vt Eurip. ſic. ego non ſum Idoneus ad dicendum in populo. Item. Nihil ſum præter ſtrepitum linguę. vel ut Cice. alibi. nã quo minus ingenio poſſum ſubſidio mihi diligentiam comparaui. Et alibi Satyr. ut Cluuienum tamẽ malum poetã notaret, quãdo dicit pariter.

Si natura negat facit indignatio uerſum.

Qualemcũque poteſt, quales ego vel Cluuienus.

Antiſthenes

Antisthenes quoque Rhetoricam egregie docuit, audito postea Socrate, abite (inquit) discipuli, magistrum vobis quærite. Anser enim inter argutos strepit olores. Vel vt rursum Cice. sic. Nos enim planè, aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis displicemus. Item. Oratiunculam pro Deiotaro tibi misi, quā verū sic legas, vt causam tenuem, & inopem, nec scriptione magnopere dignam. Dicebat etiam Paulus Ap. se esse omniū seruum, omniumque peripsema. Et prusias cum venisset Romam, Senatuique gratias egisset, ob victoriam ex Macedonia partam, Nicomedem filium eidem commendauit, seque Po. Ro. libertum dixit, & professus est, appellabaturque Callimachus Caccizotechnon quod sui semper esset calumniator. Vel sic. Nihil est in me, quod tantorum Heroum expectationi respondeat. Item omnia posse, omnibusque locis lucem afferre facultatis est, eruditionisque maioris, quàm à me præstari possit. Vel sic. non sum homo ego, infimæ classis cum magnis & purpuratis viris facile cōparandus. Oratione tam diserta tamque fluēti me salutauit, vt ego prorsus videar factus elinguis, & Balbus. Sexcētaque huiusmodi sunt, breuitatis gratia, non aliter referenda.

EXORDIVM EXODIVM.

Duo hæc differunt, nanque exordium præmium oratorum est, sicut est prologus poetarū, nullaque res absque exordio esse potest. Vnde illud. Psal. Eripe me domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me. Dixi domino, Deus meus es tu, exaudi Domine vocē deprecationis meę. Scituque dignum est Imp. exordium, quo vti solebant Senatui rescribentes huiusmodi fuisse. Si vos liberique uestri valetis bene est, ego quidem & exercitus valemus. Est verum quod ab exordio exodium differt, quod primum exitus est & finis. Vnde hinc liber exodi, dictus est & inscribitur, quasi Iudæorum exitus ex Aegypto, deinde ridiculum quoddam, quod versibus erat intextum, quodque recitari communiter in scena solebat. Vnde & bene Iuuenal.

Tandemque redi ad pulpita notum.
Exodium. Item alibi.
Vrbicus exodio risum mouet.

Sed ad exordij propositum rursus, adeo necessarium est, vt inde auditorem, attentum, docilem & beneuolum nobis faciamus.

AETAS.

Quanquam dicatur, quod sit ætatis habenda ratio nulla tū sera est ad addiscendum, vnde fit quod hinc Cato, non erubuerit, etiam Octuagenarius, literis Græcis operam dare. Imò Iulianus noster egregius I.Con. dicere solebat. Et si alterum pedem in foueam haberem, hoc est morti essem propinquus, adhuc discere vellem, quasi dicat, moriens. l. apud Iulianum. ff. de fideicom. lib. vsque adeo vt mihi videntur inepte lacon quidam. Xenocratem irrisisse, quod senex virtutem quæreret dicens, quādo ea vteris? num apud inferos. Nostrique ineptius, quod scholaris iuuenis non senex, iuris prudentię, operam incumbere debeat, ne Iureconsul. fiat alieno aliàs in sęculo. nanque optimum est, nec ego inquam negabo, ab eximia excellentique virtute, progressum ætatis expectari non oportere, quoniā fluit & labitur (vt inquit Hora.) riui, aut fluminis instar. estque inane gaudium & breue, & flos dum loquimur arescens, sed quod nō sit semper quoque discendum, quandiu viuimus, & possumus, hoc vtique fateri non debeo, nec irrisoribus seu fatuis, tam ineptis & impudentibus, suffragium ferre. Et ad aliud quod (vt dicebam prius) ætatis habenda sit ratio, eique danda venia insuper, & indulgendum, nobis exemplo sit, Cæsaris dictū, vt Lucan. ait. ibi.

Sed parcimus annis donamusque nefas. Et ita nostri aiunt in l. auxilium in §. in delictis. ff. de mino. quod tamen nequaquam factum est, in proscriptione M. Antonij, lepidi, & Octauij, cōiuratorū, puer enim quidam interficiēdus erat, sed ne id iniuste facere tunc viderentur verum potius eum, quasi virum interfecisse togam prius sumere iusserunt virilem. Humanitatis immemores, quia dixit etiam Iob. indulge veniā pueris.

EXPERIENTIA.

Magistra rerum efficax est, nulleq; sunt scholæ certiores, quàm illæ in quibus ipsa magistra est, quæ mentiri non solet, sicuti nec veritas potest. Græce ἐμπειρία dicitur, qua, etiam longa, si fœlix ingenium fuerit, non eget. Verum ad propositum scias, quod experimenti verbum, periculi verbo designatur. Et quod alias periculum exponitur, hoc est experimentum. Cætera ego alibi fusius, canonistæ in c. quā sit de elec. in vj.

EXERCITATIO.

Exercitatione perpetua virtutis & doctrinæ opus est, quia regreditur qui non progreditur. hinc Gymnasia loca erant in quibus palestritæ exercebantur. Et γυμνάζειν Grecis est exercere, qua de re huic libello, nos quoque de industria, Gymnasium inscripsimus, siue Gymnasij nomen impositum est. Et vere nulla ars rursum literis, sine interprete, & siue aliqua exercitatione, percipi potest. Maxime, quia cum sit memoria labilis. l. peregre. ff. de acqui. po. absque dubio exercitatione, & studio augetur, hisque intermissis, vna cum valitudine amittitur, facultasque oratio nis, & aliarum disciplinarum exarescit. Nec sutor optimas esse potest. qui sutoria tractauit nūquam, neque ærarius faber, qui circa caminum

atque

atque ignem, minime fuit assiduus. neque gubernator nauticę artis expers. Exercentur tamẽ aliâs l. cum sontes debita puniuntur pœna. Milites vero militari disciplina, vnde hinc quoque exercitus non ab re dictus appellatusque est. adeoque Cyro grata fuit exercitatio, vt feras domi veneraretur, quę in hortis alebantur. Cænamque numquã antequã sudasset, capiebat nec equis priusquam essent exercitati pabulum iniciebat. Et ad idem dicebat Diogenes, quod in uita nihil omnino, absque ea perfici potest, eamque omnia dubio procul exuperare. Et quod totum valet Periãder. Et si fuerit diuturna (inquit Cice.) quod artem gignit. Et scitu non indignum est, apud Pellenæos, priscum Gymnasiũ fuisse, vbi se ephębi exercebant, vsque adeo, vt ad remp. non admitterentur, nisi ante, poberũ exercitationes obiissent. Et præsides in alio Messeniorũ, Mercurius, Hercules, & Theseus. quorum auctoritate (sic vires augeri enim, ocio vero frangi certum est) ad id homines allicerentur. Imo quod Hercules ipse, Amphytrionis filius, ad laborum patientiam in Xisto, se quotidianis exercitationibus, confirmabat, sentesque oẽs, qui eo in loco pullularẽt, vellere ac eradere solitus erat. Et Timanthus, cũ ætatis causa, se ab Athletarũ certaminibus abiũxisset, quo tamen uires pristinas tueretur, quotidie magnum & robustum intendebat arcum, deinde peregre profectus, consuetudinem intermisisset, voluissetque domum reuersus repetere, sensit non satis sibi uiriũ fuisse ad arcum intẽdẽdũ.

FIDES.



FIDEM fallere (dicunt nostri) graue est, imò nefarium & perfidiosum. l. j. ff. de consti. pecu. hinc Cice. perditissimi hominis est simul, & amicitiam dissoluere, & fallere eum qui lęsus nõ esset nisi credidisset. Et Iuuenal.

Quid sentire putas omnes Caluine recenti
De scelere, & fidei violatæ crimine?

apud Persas fide nihil sanctius est, frangere vero nihil turpius. vnde Hispani, sic dicunt pariter *Que bramtare la fe es cosa muy rea.* Fidei virtus in periculi, secura est, ĩ securitate vero periclitatur. perfecta est, Deum deque Deo credere. virtutis fundamentum, quam sæpe Christus commẽdat. Et prędicat, non sine laude, & præconio, ac pręmio etiam fidelium, quando maxime dixit. Fides tua te saluam fecit. non inueni tantam fidẽ in Jsrael. fiat tibi secundum fidem tuam. & alibi sæpe. à qua etiam descendit, & denominatur fidelis, vt Deo primum sit. deinde Imperatori, & Papæ, vtpote luminaribus orbis, deinde principi suo, vltimo vero, proximo.

FAMILIARITAS.

Quoniam dicunt nostri, quod quĩ iure familiaritatis fundum amici ingressus est, possidere nõ videtur. l. qui iure familiaritatis. ff. de acqui. po. scias, quoniam societas se habet ad instar fraternitatis. l. verum. ff. pro socio. quod sic à simili dicitur alibi etiam, quod nec iure societatis, per socium ære alieno socius obligatur. in l. iure societatis. ff. eo. Et quod limen, hoc est ingressum domus, ponunt Poetę, pro familiaritate & amicitia, vnde hinc Iuuenal.

Limine summoueor, perierunt tempora longi Seruitij. Et Virgil.

Limen erat, cæcæque fores, & peruius vsus. familiaritas rursum habenda est, cum bonis & literatis. sic enim familiaris Alexandri erat Aristoteles. imo præceptor. Neronis Seneca. Cæsaris Virgilius. Traianique Plutarchus. Omnium rerum enim magistra est hominibus familiaritas, & conuersatio. neque eis esse potest, nisi ornamẽto, & emolumẽto, ex quo, vt ille, qui in Sole ambulat coloratur, sic qui uiuit cum bonis & probatis viris, colore bonitatis inspergitur.

FAMES.

Durissimum mortis genus est, extingui fame, vel siti, inquit Homerus. Et Hora. *nihil miserius,* alibi sic.

Hic bellum lacbrimosum, hic miseram famem,
Pestemque à populo, & principe Cæsare in
Persas, atque Britannos
Vestra motus aget prece.

Carere tamen lautis cibariis non difficile est, quanquam famem tolerare sit acerbissimum. Numantini fame coacti, se per vices trucidauerunt. Fame periit Seianus Tiberij familiaris, cõ filio cuius crudelitatem exercebat. Absumptaq; est Agrippina Germanici vxor, post ipsius mortem in Pandatariam insulam, à Tiberio relegata. qui sic pariter Drusum Germanici filium, mori coegit, vsque adeo ut tomentum è culcitra mandere tentauerit. Et non ab re cum sit fames vltimum malorum omnium, et ignobile genus mortis, nesciatq; plebs ieiuna timere, et fame pereat amplius quis, die septimo. Ex ædibus à Græcis eiici solebat, virgis, & dicentibus. *Foras famem, intro diuitias, atque sanitatẽ.* Fame laboranti quoque P. Ro. Sp. Męlius eques frumentum sua impensa largitus est, non laude dignus tamen, quia plebe sibi sic conciliata, Regnum affectauit, nimirum igitur si dictatoris iussu à Magistro Militum occisus est. Fame tamen figurate omnis necessitas, intelligitur. Et quanquam non minus quã gladius vulneret. Et olim ob id in Samaria (vt memorię proditum est) Asini caput lxxx. argenteis uenditum sit. hęrba quam Græci ἄλιμον uocant pellitur, quęq; gustãtes eã esurire nõ patitur. nec India fame unquam premitur.

FACTVM

Rescindi non potest, nec haberi pro nõ facto, dicimus nos. l. ĩ bello. §. factę. ff. de cap. & postliminio re.

re. Merum est domum extruere, seu librum scribere. Mixtum rem tradi vel restitui. facti etiam quæstio est (inquit alibi Iurecon. in l. vxori. ff. de au. & ar. le.) hoc est in facto consistés. ex quo ius oritur. l. si ex plagis. §. in clyuo capitolino. ff. ad legem aquil. Ideo nec Iurecõ. super facto est interrogandus. l. eum quem temere. §. fi. ff. de iudi. Et si interrogetur non respondet quia prudentissimos homines etiam fallit. l. ij. ff. de iu. & fac. igno. Dicimus etiam ad propositum quod factũ iuuenili ętate, probatur, consilium media, & uotum extrema. Et quod non facile impediuntur, quæ sunt meri facti, quodque pupillus ob hoc si ne tutoris auctoritate conditionem in facto consistentem adimplet. l. conditionibus. ff. de condi. & de. Et quod semper uidendum est, non quid fieri soleat, sed q.d fieri oporteat. Iudicãdũq; nõ exemplis sed legibus. l. nemo. C. de sen. pro absoluto tandem habentes omnia quæ fiunt certo iudicio ponderatoque fieri debere. Cætera ad idem nos alibi fusius.

FERRVM.

Ferramenta uetera & fracta, scruta sic alibi dixit Hora.

Vulteium manè Philippus.
Vilia vendentem, tunicato scruta popello.

sed vnũ hoc ferri prẹstantissimũ habe, sicuti in ære est temperantia, in argento Iustitia, & in auro prudentia figurata, ita est in eo, ferro scilicet, fortitudo.

FLETVS

Verus est ex corde. iuxta illud.

Flet si lachrimas conspexit amici, Et iterũ.
Si dixerit æstuo, sudat.

Adulatorius & fictus, Scorti, vnde poe. rursum.

Nam struit insidias, lachrimis, dum fœmina plorat.

FLORA

Meretrix fuit, quę cum sibi magnas ex arte meretricia opes comparasset, pop. Ro. moriens sibi reliquit hæredem. vnde ludi Florales postea meretricibus instituti fuerunt, vt pudendę rei dignitas tamen adderetur, eam Deam, finxerunt, quę floribus præesset. meminitque hinc etiam Iuuenal sic.

Quẽ cauat assiduis sudibus scutoque lacessit.
Atque oẽs implet numeros dignissima prorsus
Florali matrona tuba.

Et alibi sic.

Ergo omnia Floræ,
Et Cereris licet, & Cybeles aulæa relinquas.

FATVM.

Cleantis versiculus est. volentem ducunt fata, nolentem trahunt. nimirum ergo si sua quidem, cuique fata sunt ferrenda. vnde Eurip.

Sed quid hæc gemo, & frustra deploro?
Fatales casus oportet ferre mortalem.

Et alibi.

Fatum alias alium agitat.
Modo reddit exiguum, detractum ab alto,
Modo erronem facit beatum. Item.
Non est fas homini effugere fatum, nulla id sapientia potest depellere.

Item.

Sed qui conatur repellere fatum
Frustra conatur, semper laborem habebit.

Et alibi.

Etenim multa adfert fatum gubernãs exitus,
Et tempus filius Saturni.

Imò inquit Plato, Mulieribus fidem esse adhibẽdam, dicentibus, neminem fatum vitare posse. hinc & poe.

Fatis agimur, cedite fatis.

Item alius alibi.

Fata regunt Orbem, certa stant omnia lege.

verum igitur est, miserum eum fore leuius, qui non sua culpa miser est, sed fatorum iniquitate. Nectanabus Macedonicus etiam, pręcipitio Alexandri moriens, sic dicebat. Nulla mortaliũ contra fatum fuga est, olim noui me à filio (ex eo enim nõ ex Philippo (vt aliqui putant) ortus erat) interfecturum iri. Et certe (ut etiam Iuuenal. ait) Miranda est occulti potentia fati. Et ad idem rursus Pausanias, quod noui semper aliquid moliuntur fata. quodque arbitratu suo fortuna, quadam necessitatis vi omnia gubernat & regit. sed fatum dixerim ego, Dei prouidentiam esse.

FASCES.

Quanquam dicat Iurecon. in l. proconsulares ff. de offi. procõ. quod ꝓconsules fascibus (fasces enim erant Magistratuum Ro. insignia, quos prę ferebant lictores) sex v.ebantur. proprætores tamen in prouincia totidem habebant. Et si duo fuissent Coss. xxiiij. sibi dabantur, eisque lege Iulia vtebantur alternis mẽsibus. priorique primi mensis (annui enim. erant) nõ qui pluribus annis natus fuisset, sed qui plures habuisset filios, potestas concessa erat. Scituque dignum est, quod in summo securis extabat, seu quod ligabantur, vnã cum virgis, eo indicantes Magistratuum iracundiam dissolutam esse non oportere, vel contatione iram frangerẽt, antequam soluerentur, & impetum moderarentur.

FAMVLVS.

Tametsi dixerit sic Tibul. alibi.

consuescet amantis
Garrulus in dominæ ludere uerna sinu.

(verna .n. famulus est, verno tempore domi natus.

tus. Græce ἀφῖνος dicitur) tamen non omnes bene volunt dominis, inquit Euripides. Imò quod interrogatus quidam num famulum haberet, nõ (respondit) quia domino inimicus est, & hostis. famula vero Sathanas & diabolus. Imperiũq; seu potius tyrannidẽ quandam in eum importunam atque indignam, exercens. Nec ab re Comic. ait hinc quoque, quod vulgus seruorum solet dolis deludere quẽquam. Et si Saturni tẽpore, seruus nullus erat. sique seruorum conspiratione, Tyrij omnes interficiunt. aliàs. agrestes, calones appellantur, siue calatores, à vocando, quod semper possint vocari ob seruitutis necessitatem. Et Cacula, seruus militis. cõmuniterque est (vt inquit etiam Persi.) Vappa, & Lippus, sic.

Vappa lippus, & in tenui farragine mendax
Verterit hunc dominus, momento tẽporis exit.

hoc est vilis, ignauus, nugator, & prauis moribus institutus. De Ilotis nil dico, quia certum est, publicos Lacedæmoniorum extitisse, sic a loco (qui Helos dicebatur) vocatos fuisse. & hæc sufficiát, nos alibi fusius.

FIDEIVSSOR.

Licet vas fideiussor sit in re capitali, in nummaria vero præs. iuxta illud. Virtutem meam prædem, Vademque do vobis. Et Lucretij carmen huiusmodi est, ad idem.

Labitur interea res, & Vadimonia fiunt.

tamen latine sponsor dicitur. hincque ad propositũ prouerbiũ ortum est ἐγγύα πάρα δ' ἄτα. hoc est sponde at propinquum est damnum.

FAMILIA.

Vt cumque sit, qđ patria, vel paternitas ꝑ familia capiatur, id vnum tamen referendum est, annotatu certe dignum, quod eiusdem aliquando habenda est consideratio. natalium, nobilitatisque maiorum, iuxta illud Nasonis.

Et mihi si non uis parcere, parce meis.

rogabat enim familia Claudia populum, vt Appius Claudius. x. vir, qui reus erat, condonaretur (locus enim est à deprecatione) Claudiorum nobilitati.

FABER.

Generale nomen istud videtur, lignarius est enim, Ferrarius, Carpentarius, Arcuarius (is Pãdari arcum fecerat.) Materiarius (idem est tamẽ quod Carpẽtarius) & similes. qui amussi pro regula vtuntur, idest funiculo rubrica oblinitum, Gel. lineã vocat, Græci σαθμιω. vtuntur & libra, quæ etiam libella, vocata est, nostri fabri, liuellũ, & normã, siue squadram, appellant. Verum sciẽdum est, quenquam suæ fortunę fabrum esse, dicebat in carminibus Appius, refert Mithridates ad Cęsarem scribens.

Fama labore quęritur, nil aliud (si vulgi fuerit) quam multitudinis testimonium quoddam. Et aliàs (vt nostri dicunt) opinio quædam communis, uoce manifestata. hominis inter homines, & facti seu negotij particularis, adhuc inter eos. cuius tanto maior sitis est, quam virtutis, inquit satyric. mandauitq se ob id, Archimedes Siracusanus Geometra, Sphęram sepulchro imponi, atque alia etiã ibidem inscribi. hincque Martial. ad idem.

Omnis Cæsareo. cedat labor amphiteatro,
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Nobis semel est moriendum, linquendi parẽtes, affines, liberi, diuitiæ, & opes. sola fama diu, virtusque ipsa, diu inquam viuere potest. iuxta illud.

Occidit Imperium, labuntur regna, cadentque
Omnia, sola diu viuere fama potest.

Templum Dianę Ephesiæ tot sæculis celebratũ, vnumque ex septem orbis miraculum pręcipuũ sane incendit Erostratus. deinde interrogatus qua nam ratione adductus tantum perpetrasset scelus, non alia respondit, quam hac vt mihi nominis immortalitatem & famam apud posteros compararem. Hieronymus Olgiatius, Galeatij. Mariæ Mediolani olim ducis, coniurator, & Io. Andreę Lampugnani socius, dum ad mortẽ duceretur, vt pœnam lueret sceleris, ita alta voce dicebat. *Collige te Hieronime, stabit vetus memoria facti, mors acerba, fama perpetua.*

FOELICITAS.

Thales Milesius vnus ex septem Græcię sapiẽtibus, interrogatus, quis nam fęlix sit, qui corpore sanus, fortuna locuples, & animo non imperitus est, respondit. Et bene, quique (addendum est) fortunæ suæ didicit acquiescere. Et ferè idẽ dixit alibi Plato, bene valere scilicet, egregiam habere formã, & possidere diuitias nulla fraude partas optimum esse, quodque is vere fęlix est & beatus. Et Euripid. quod fęlicissimus ille est, cui de die in diem nihil accidit mali. sed quis tã adeo fęlix, quæque tanta fęlicitas & prosperitas esse potest, quæ nõ habeat aliquid fellis & mali, quęque rursum, non sit potius miseriarum diminutio quędam. hinc iuuenal.

Sed quæ præclara, & prospera tanti,
Vt rebus lætis pars sit mensura laborum?

vnde sic non ab re fœlicitatem imprecari solemus. Quod fęlix faustumque sit. Dictum feliciter sit, idem poe. ait. nemo rursum fęlix in hac vita dici potest, quando quidem fortunæ mutabilitas, fęlicitatis nomen annihilet. Quid quod eximiæ fęlicitatis, si qua est, inuidia comes etiam esse solet. quodque statim eripitur, si quid fœlicitatis nobis obuenit, si quid mali vero, hæret tenacissime. Fęlices tamen arbores dicuntur, fructum

ctum ferentes,aliàs infelices. Augustus quoque Caium mittens in Armeniam, Deos precabatur, vt eum comitaretur beneuolentia Pompeij, audentia Alexandri, & felicitas ipsius. Et felix infortunium esse (dicebat adhuc Euripides) carere liberis. Phoronæusq; Rex moriens, nihil sibi ad felicitatem defuisse, si sibi rursum defuisset vxor. Vulgatum quoque illud est. Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Felicitatemq; non argento, non auro, non opibus, sed honestis sanè actionibus, famaq; præclara metiri.

FAVSTVS.

Syllæ Pompeij gener, munus gladiatorũ exhibuit in honorem patris, cuius nummisma apud me est argenteum sanè pulcherrimum.

FODERE LATVS.

Quid hoc idem esset, mihi (priusquã legissem Horatium) non satis constabat, sic dicentem.

Mercemur seruum, qui dictet nomina, læuum
Qui fodiat latus, et cogat trãs põdera dextrã
Porrigere.

Nomenclator enim est, qui vnumquemq; nominatim vocat, à calando dictus, idest vocando. non ab re igitur, dictare nomina eleganter dicitur, læuumq; latus fodere, hoc est tangendo latus, domino eidem id insinuare, quique is sit quem vocat.

FAVSTINA.

Antonini Pij filia, M. Antonini Veri, vxor. q̃ viuentem adeo dilexit, vt non dubitauerit Poe. lyricus sic canere.

Vedi'l buon Marco d'ogni gloria degno,
Pien di filosofia la lingua e'l petto,
E pur Faustina il fa qui star'al segno.

Mater exercituum appellabatur. Moritur, cãque vehementer, mœroreq; incredibili, maritus luxit, & Aram statuasq; amplius, sibi etiam constituit. Cætera Dion fusius.

FALCO.

Lingua Ethrusca falco, Capis dictus est, vnde hoc tantum scitu dignum scribam, quod Capua vrbs, inde (ex quo ibi falco inuentus est) seu colonia olim deducta fuit.

FASTVS.

Tametsi fastus superbia sit, & elatio, attamen fasti libri aliàs dicuntur illi, in quibus sit totius anni descriptio. Et ad idem fasti dies, quibus certa verba legitima fari concessa erant. sicut Festi, quibus negotia tractari solebant, profesti vero seu nefasti contrarij. deq; his nos alibi latè.

FOCALE.

Quanquam focus ignis sit, iuxta illud Tibul.

Dum meus assiduo luceat igne focus.

excitarique focum dicamus, hoc est accendi, focale tamen, fascia est, qua Oratores dicturi, fauces cingebant, ne obliderentur, & adiuuaretur quoque pronuntiatio.

FABVLA.

Alia enim togata est, alia palliata. illa, quæ ritu togatorum scripta est, ista Græca. adde moratam, quæ est secundum mores, exemplarq; (vt Poeta inquit) vitæ, & morum. Ex tribus actis constans, vbi aliàs in comediis quinq; necessario requiruntur.

FRIGVS.

Si vicus sceleratus, Romæ dictus sit, non mirum, quandoquidem ibi Seruius Tullius, à genero occisus sit. Et Cãpus sceleratus ad idem, qui prope Collinam portam situs est, quia eo in loco Vestales ob incestum viuæ defodi solebant. Sed cum nullum scelus in frigore sit, cur sceleratum sic Mantuanus Vates dixerit,

at sceleratum exquirere frigus
Difficile est.

non video. Nisi quod Mantuanitas sit, atque locutus inde sic iuxta morem Mantuanæ linguę, vt in Liuio Asinius Pollio, qui illius Patauinitatem similiter irridebat.

FIGVRA.

Multiplex est, deq; his multa, multiq; scripserunt, ideo paucula hæc, nos quoque dicemus, alibi vero satis. Nanq; est primum Agnominatio, cum dictiones iunguntur plures, in principio seu fine syllabarum. Exemplum.

Optime optimo optimam das operam.
Oneratus potius, quàm honoratus fuisti.
Illud præter alia mira, miror quàm maxime.
Dicta docta pro datis.
Melle dulcior dulci es tu mihi.
Quæ memini, mora mera est.
Nimium scite scitus es.

Est & abusio quam chatacresim vocant, idest malus vsus, estque licentia poetica, cum quid dicunt, aut faciunt, quod tamen fieri non deberet, vel dici. Exempli gratia, minutum animum, pro paruo, inquit Cice. Est & Aposiopesis, quando oratio est imperfecta, & suppletione eget, argumentum in l. oratio de spon. & in l. prima. ff. de testamen. hinc Comic. quem quidem si sensero. &c. Et alia de qua etiam infra, quando ponitur contentum pro continenti, vt Alga pro mari. Hinc Iuuenal.

dispersi protinus algæ,

Inquisitores agerent cum remige nudo.

Et Math. Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas. Et continens pro contento. si granarium pro frumento ponatur. vnde Persi.

Messe tenus propria uiue, & granaria fas est, Emole. not. tex. ad idem, in l. j. C. de fac. & in l. nuda. ff. de dona. Et alia. Declamatio per contrarium. cum sperare pro timere ponitur, descendere pro ascendere. Sic Iuuenal.

Iam quartanam sperantibus ægris.

Stridebat deformis hyems. Et alibi.

Ille senis, tremuliq; caput descendere iussit. In Cœlum. Item est, exclamatio.

Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ.

multaq; huiusmodi sunt, nō referenda. Et yperbole, si dictio fidem excedat, vt puta cum dicit Luc. Exijt edictum à Cęsare, vt describeretur vniuersus orbis. Item alibi, totus mundus abijt post eum. Et alibi, qui venerant ex omni castello Galileæ. & alibi. neminē in via salutaueritis. Et alibi. ad cœlū vsque muratæ. & alibi ascēdūt vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssos. Et alibi Iuuenal. *Cum bibitur concha.* i. grādi poculo. Et alibi. *quantus*

Ille meri ueteris per crura madentia torrens, Spermatis ex nimio haustu uini. Et alibi.

Interea gustus elementa per omnia quærunt. cum tamen tria sint tātum: aquatilia, volatilia, & terrestria. Et Metonymia, transnominatio scilicet. ꝑ Bello Martem ponere. Vulcanū pro igne. Cererem pro frumento. Et Bacchum denique pro vino. Sed tamen adde & linum pro rete, vt idem Iuuenal. ait, sic.

Destinat hoc monstrum Cimbæ, liniq; magister Pontifici summo. Et togam pro pace. Clamidem pro bello. Mensam pro conuiuijs. rubricam pro lege. effectum pro causa, puta insanam caniculā, quia insanos homines facit. mores pallentes pro vicijs. Labeonem pro Labeonis carmine. Timorem album, quia albos facit homines. Inscitia debilis, quia rursum eos debiles facit. Fontem Caballinum pallidum, quia pallor nimio studio inducitur. Et dolosos nummos, quibus impelluntur in dolos homines. Et quandoq; ētē contra causam pro effectu. Vt carnem pro voluptate. Auias veteres pro fabulis. egregios senes pro factis illustrium veterum. Linguā pro sermone. Cornua pro tubis, quæ ex animalium cornibus fiunt. Sępiam pro atramento. Nonnūquam speciem pro genere, exempli gratia, mergum pro aquaticis auibus. vrticam pro vili cibo. Est & prosopopeia. Si inanimata loquantur. vt in l. ij. in §. j. ibi familiaritas contractuum, locationis & emptionis, quæ tamen ad homines refertur. ff. loca. vel si dicatur vt Home. quod fluctus circa Carinam euntem murmurabant. Vel quod equi voluntarij citique viam volent. Vel quod in transtris ordine consedentes nantes, mare remis verberabant. Et synedoche, si de numero ad numerum, transitus fiat, vel pars ponatur pro toto. Naufragium pro calamitoso, trabs pro naui. Verna pro seruis ex ancillis natis. Luscus pro aliqua corporis parte vitiata. Solones pro viris sapientibus. Craterus pro medico. Mons pro re magna. Et verbum caro factum est. Caro scilicet pro homine. Et perifrasis. i. circunlocutio. vnde Comic. vulcanum in cornu conclusum gerit. i. laternam. lapis lapidem terit. pistrinum est. Nulla salus est scapulis si domum redis. l. j. ff. de postu. ibi. apud eum qui iurisdictioni præest. i. apud iudicem. l. j. C. de principi. lib. x. vbi salarium commodum primipilatus appellatur. l. ii. ibi superbus Demarathi Corinthi filius. ff. de ori. iu. Sic etiam Hora.

Ille terram qui uertit aratro.

idest Agricola. Fusius grammatici, glo. & alii in c. forus de ver. si. & nos alibi sæpe.

FRVSTRA.

Generale verbum, seu (rectius loquentes) aduerbium, istud est, ex quo primū dicimus, quod frustra niti, nec aliud laborando quęrere, quam odium, extremæ dementiæ est. Et quod, frustra laborans, operam & oleum perdit, factumque, iam tritum sermone prouerbium (egoque inde, expertus sępe) Boues ad ceroma mittit. siue aliàs αμον μετρεις idest arenam mensuras. Et insuper quod frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. l. dominus testamento. ff. de cond. ind. quodque frustra expectatur conditio, cuius euētus nihil operetur. l. aliquando. §. si. ff. ad velleia. & frustra fieri denique, quod factum non releuat. l. hæc stipulatio. §. diuus ff. vt lega. no. cauea. interrogandumque reum esse rursum ne actione realj, frustra contra eum agatur, an possideat vel dolo desierit possidere. l. qui petitorio. ff. de rei vendi. Item quod frustra legem inuocat qui in eam committit. l. auxilium. ff. de mino. c. quia frustra de usu. Et quod frustra precibus imploratur, quod à iure communi conceditur. l. i. C. de peti. bo. sub. lib. x. & quod frustra agit ex testamento quis, si ipsum impugnare nititur. l. alia. l. pollu, & vtrobique Cy. C. de his quibus vt indi. Et quod frustra instantia iudicialis, labi non debet. c. consuluit, & ibi Feli. ad fi. de offi. de. Bal. in l. ea quidem. C. de accu. Et quod frustra dicitur alicui, cuius sit, quādo laudabiliter officiū suū gerit. Et qđ frustra agit, qui petit qđ intus habet. l. si quis. ex argētariis. §. ꝓhibet. ff. de edē. c. examinata de iudi. Et qđ frustra à sententia q̄ est nulla, ꝓuocatur. l. ex cōsensu. §. i. ff. de ap. id vnum vltimo, nō omittētes, vbi aduerbiū istud, reperit̄, ibi nullitatem ipso iure significari. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. Fulgo. consi. cl. col. ii.

FORTVNA.

Fortunæ fides hæc est, res humanas vertere pariter & euertere, ideo ait ille.

Sic uariat fortuna vices, modo tollit in altum, Et modo

Et modo complexos, imperiosa premit.
Seruat item multos fortuna nocētes, siue (vt Lucan. ait) quia dijs visum est, siue (vt Virgil.) quia illi inter mortis pericula sunt tutiores, quibus vilior est vita. Friuolaque est lætitia, quæ de fortunæ fœlicitate concipitur, imò quod nunquam est amicior nisi vt familiarius fallat, neminemq; euehit, nisi vt altior sit casus. Fortunæ muneribus igitur vtendum est, non fidendum. Nanque de nobis, deque consilijs nostris iudicat, estque (vt vulgo dicitur) inter cogitationes nostras & actiones magnus mons quidam. Fortuna rursum perpetua esse non potest, vsque adeo vt sperandum miseris, fœlicibus vero metuendum sit. Mendax, varia, leuis, infida, priora eius blanda & mitia, posteriora vero acerba, & amara. Proh Dij immortales, quid non liceat fortunæ in eos, qui caduca & fugacia complexi, se se illius imperio submiserunt. facilius ac promptius est arenas maris, cœlique astra numerare, quam fortunæ inuidentis insultus. Nunquam expectes vt tranquillitas vitæ aut maris immota sit. Imò nihil magis rationi contrarium est, quàm fortuna. Eius alea (vt dictum est) anceps & varia. Pittacus Mithylenæus, scalam in illius Templo, posuit, vt effectus eius exprimeret, quandoquidem in vita multi ascendant, descendantque multi. tolluntur que ad sydera nonnunquam aliqui, deinde in Cocyti profundum mergūtur. Agathocles filius Figuli Siculus, fit rex. Dionysius Syracusis imperans, ludo literario prælicitur. Pompeius, cuius res gestæ iisdem terminis continentur, quibus Solis cursus, ad spadonum libidinem trucidatur. Cęsar, qui toto dominabatur Orbi in senatu, à Bruto, & cōiuratis interficitur. Quiuis beatus uersa fortunę rota ante vesperum potest esse miserrimus. et

Si fortuna volet fies de rhetore consul:
Si uolet hæc eadem, fies de consule rhetor.

vt cunque sit tamen, necesse est omnia tolerare, quę de nobis statuit, dicebat Philiscus Ciceroni, cum in Macedoniam exularet. quoniam vitam regit non sapientia. et, ludit in humanis diuina potentia rebus. vnde Amasis peluim qua fœdis vtebatur vsibus, conflauit, Deumque fecit. Deq; Vētidio Basso, vulgatum dicteriū est. Cōcurrite oēs Augures, Aruspices, portentum inusitatum conflatum est, recens. Nam mulos qui fricabat, Cōsul factus est. Pertinax Imp. Commodi successor, fortunæ rota vocabatur. quæ lenissimo momento rursum eos, quorum res sunt afflictæ, in integrū restituit. Tamen plus laudis est in uicta fortuna, cum ea luctari, & virtutem assequi, ac blandientem reiicere, quam si dormiēti contingat amplissima, quia in vnam virtutem, nullum ius habet. quamque aduersam & malam boni patienter ferunt, frangiturque tanquam fluctus, à saxo, vti leuis & imbecilla, ab animo graui & firmo. Et dici etiam num debet, nō vt supra (Theophrastiq; dictum est pariter, in Calisthene sententiā laudantis) quod vitam fortuna regat non sapientia, sed ut Metrodorus. Occupaui enim (inquit) te fortuna, atque cœpi, omnesque aditus tuos intercelusi, ne ad me aspirare possis. alios quos nimirū fouet stultos facit insolentes & iniustos. fortunatusque, equo feroci comparatur, Quo plus sæuit igitur, eo minus timēda est. eidem minanti, insultibusque eius occurrendum, omni conatu animum componentes, ut sic in rationis arcem tutissimam euadamus. Fortuna rursum cæca est, nimirum igitur si diuitię, magna ex parte potius à malis, quam à bonis, possidentur. Mater, si fauente dextere vtaris Nouerca, si te in periculum temere coniicias, & illam pergas experiri. vitrea, & cum splendet frangitur, idest splendida minime durat. in exiguo enim latuit Nauigio, olim Xerses, potentissimus Persarum rex, fugiens, bello superatus, quem paulò ante uix æquor omne capiebat. Et Bellisarius, qui Iustiniani Imperiū suis firmauit auspiciis, Vādalos deleuit, de Persis triumphauit, italiāq; à barbaris liberauit, tandem liuore, obcęcatus, nummulos ad victum quęritabat, prętereūtibus dicens, viator concede obolum Bellisario, quē liuor, non error obcęcauit. hæcque de fortuna satis sint, cętera alii fusius.

FILIVS.

Sicuti serui debent dominum colere, & vereri, ita debent filij patrem diligere & honorare. Maxime quia iussit Deus, qui vtriusque personam sustinet, vsque adeo vt eum vt filij amare, & vt serui timere debeamus. Et quia filiorum amor quoque maximus est, & quantus sit dici non potest. Themistocles enim Athenarum lux, arundinibus cum filiis equitabat, amico vero ipsum ob iurganti, respōdebat. nemini palam istud facias, te rogo, donec liberos suscipias. Lorenzo de Medici, che fu (come ognuno sa) in Fiorenza, vn grā Cittadino, hauēdo dui figliuoli, Pietro e Giouāni, in piazza incontrando loro, si fermò, & domādò doue erano stati. in piazza, risposero, mostrādoli vn cifolo, che haueuano comperato, & sonādolo, al padre lo sporsero, che sonasse egli ancora, & sonollo & restituillo loro, & partirono, volto poi à molti Cittadini che con esso lui erano, disse ridendo, buona fu che non dicessero balla. quasi dicat, per che fora stato bisogno anco ballare. Et ideo ad idem dixit Eurip.

Omnibus hominibus est amans liberorū uita.

dictuque mirum insuper, quod sape solet filius, similis esse patri, vt inquit gloss. nostra alibi in l. quod si nolit in §. qui mancipia. ff. de edil. ed. Et si dānosa senem iuuat alea, ludit & hæres, idest qualis pater talis filius. Iuuenalisque sententia est. verum nota, qđ glo. prędicta sępe dixit, & nō semper, quoniam quandoq; inutilis ex præstāti patre oritur. Quandoque frugi ex malis, liberi nascuntur. Et clari rursum orti parētibus, multi

(testis Euripid.) sunt degeneres. Dicens alibi etiam, iustum fore quod parentes adiuuent liberos, & liberi patrem senem. Et quod malarũ matrũ mores fugere oportet, quodq; pulli malę mulieris efferunt materna vitia. Et quod deniq; nullum maius beneficiũ est, pueris, quã nasci ex prę-stãti patre, quia quicũq; ex bono patre nascũtur, eosdem mores habent, quos parentes. tamẽ (iterato dixerim) pauci sunt patribus similes, (inquit adhuc Home.) multi ipsorum peiores, pauci meliores. Matres etiam aliquando filios sustulerunt, Pontia, Medea, & Progne, & à patre nõ-nunquam necati. Petronius, Demetrius, ille à Vitellio, iste à Philippo, & supra quinquaginta, alij ab Artaxerse. Filij tamen olim efferebant in funere patres, vt Iuuenal. ait, quando sic dixit.

Aßiatici magnis solemnibus, Hectore funus Portante.

Historiaq; nota, Q. Metellum Macedonicũ sic à quattuor filiis rogo pariter, illatum fuisse. Siq; viuos hodie deferant, etiam occasione cultus Dei, anathematis mucrone feriuntur, tametsi alibi dicatur. Qui reliquerit patrem aut matrem propter me, centuplum accipiet. & bene si id plane verum esse, intellexeris, ac procedere, in infidelibus, non quod id ad infideles referri debeat. c.ij.xxx. dist. & ibi not. Imò (vt alibi dicitur) si contempserint eos, in mediis tenebris eorum lumen extinguetur, & oculos eorum iuxta flumen, corui effodient.

FOEMINA

Mirãdum maxime est, quod Poeta ille lyricus F.P. qui tam magnum sibi nomen comparanerat apud omnes, quiq; tam ardenter L. illã suam deperierat, dilexerat, & non modo versiculis (vt sic cõiter) verum voluminibus ẽt celebraret, sic alias dixerit. Fœmina verus diabolus est, hostis pacis, frons impatientiæ & materia iurgiorum, qua carere tranquillitas certa est. quanquam tamen sic dixerit etiam Sene. & peius. Dux malorum fœmina, & scelerum artifex. Et Comic. alibi.

Mulier optima nulla eligi potest:
Alia alia peior est.

Et alibi.

Miserius nihil est quàm fœmina.

Item.

Istboc illecebrosius fieri nihil potest,
Nox, mulier, vinum homini adulescentulo.

Quibus sanè ignoscendum est, cum ea Comicorum sit natura, hincq; prædicetur, Luchretiæ pudicitia. Martiæ grauitas. Portiæ coniugalis amor. Veturiæ pietas. Liuiæ maiestas. Corneliarum animi robur. Et Iuliæ eloquentia. Et Penelope honestas. Et Thamiris fortitudo. & Didonis constantia. Et Argiæ modestia. Nec ab re (sicut diximus) vt Lyricus L. sic Propertius Cynthiam. Ouidius Corinnam. Catullus Lesbiam. Tibullus Deliã. Et Stella Patauinus Violantillã, decantarunt. Verum est (quicquid sit) mulierem pudorem potius, quam aurum vel purpuram gerere, condecere. quodq; pulchrum ornatum quoq; turpes mores peius cęno collinunt. Et quod deniq; fęmina masculo est fragilior, vsque adeo vt in scriptura sæpe, carnis nomine exprimatur, quamobrem, adultera Christo, & non adulter, adducta est, vt ei facilius compateretur.

FLAGELLVM.

Flagellat manus Dñi, nõ vt perdat sed vt emẽdet, tãetsi flagellũ ad id inuentũ sit. L. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. alibi vero dicitur, quod Dñs, hoc idẽ facit, in meritorũ augmentũ, ob virtutum custodiã, propter manifestationẽ diuinæ virtutis, propter peccata, propter scelera, & deniq; pp diuini consilij dispẽsationem.

FRVGALITAS.

Non ab re Boetius alibi (is enim Papiæ sepultus est, in Templo D. Augustini, prope aram maiorem, eiq; inscriptum carmen hoc.

Mæonia & latia lingua clarissimus, & qui
Consul eram, hic perij missus in exilium;
Ecquid mors rapuit? probitas me uexit ad auras;
Et nunc fama uiget maxima uiuit opus.)

sic dixit.

Fœlix nimium prior ætas,
Contenta fidelibus aruis,
Nec inerti perdita luxu,
Facili quæ sera solebat,
Ieiunia soluere glande.

quia reliquas virtutes omnes continet frugalitas in L. Pisone magnopere cõmendata. Fortitudinẽ, iustitiã, prudentiamq; complexa. à Fruge dicta, qua nihil melius è terra oritur. Magna sub Romulo, & T. Tatio Sabinorum Duce. Vnde Iuuenal.

Longa tibi postbac fato meliore dabuntur,
Si tantum culti solus posederis agri,
Quãtum sub Tatio populus Romanus arabat.

Imò quod ferè annis CCC. farre vixerũt. Romani ipsi, vt idem innuit, quando rursum ait.

licet ipse uideret.
Plura domi farra, et maiores glandis aceruos.

Nulloq; luxu cibi, vsque adeo vt coquinas cratre tantum instructas habuerint, vnde carnes salitas torrerent, & penderent. Et Curius paruo, quę legerat horto.

Ipse (inquit adhuc Satyr.) focis breuibus ponebat olusculo, qua nunc
Squalidus in magna fastidit compede fossor.

FOENVS

A ferendo dicitur, estq; aruorum propriũ, postea cœpit contra naturam, pecunia pecuniam parere.

parere. Et scitu dignum est, quod fœneratores qui Danistæ etiam vocabantur, ad Ianum medium conuenire solebant, vel quia in medio esset foro siue Ianus inter duo fora, vel & verius, quia hoc idem ad mediam ex tribus Iani statuam, agebant.

F L V M E N.

Flumina poetarum, nulli ignota sunt, Lethes, Phlegeton, Acheron, Cocytus, & Stygia Palus. Neque ea, quæ per totum terrarũ orbem, indesinenter fluunt ecce in Aegypto Nilus, Romæ Tiberis Florentiæ Arnus, Ferrariæ Padus, hic Medoacus, Papię Ticinum, in Gallia Rhodanus, in Germania Danubius. Clytumnus in Vmbria. in Lyguria Macera. Chalon in Syria, & in Apulia Aufidus, aliaque multo plura, quæ si referre vellemus, sanè lõgissimum foret. Sed nec id vnũ omittendum est, primis quidem Mysteriũ inesse, nanque lethe obliuio est, Phlegeton ira, Acheron dolor. Cocytus luctus. Et Stygia palus odiũ. quodque clytumni aqua epota, cãdidos facit boues. Et pisces mansuetos Chalon, quos Syri, θεοὺς vocant, & sacrosanctos, vsque adeo vt nefas sit eos violare. Et quod quanquam flumina publica sint. §. flumina instit. de re. di. quandoque tamen, pro aqua priuata ponuntur, vt stillicidia l. si arborem. §. fin. ff. de ser. vrba. prædio. l. cum in lege. ff. de cont. emp. l. fi. ff. de serui. Et quod veteres primitias Comæ apud flumina detõdebãt, illisque dicabant, omnia ex aquis primum orta significantes. Et quod mugitum Taurino similem emittere solent, nec ab re, si sub Tauri etiam imagine. pinguntur. Et quod denique in sacris literis designant dona Spiritus sancti, ipse vero, aqua viua, designatur. Et siquid addendum est, id vnum adhuc addas, quod Rhodanum de quo supra Voraginosum propter summam eius celeritatem, vocat Marcellinus. & Diodo. in aquilla significari flumen dicebat, propter aquarũ impetum. Et quod ea quę sunt in græcia (refert Pausanias) maleficas non alunt Bestias. Et quod Amelichus Tricariæ Dianæ, templum. præterlabitur, ac si immitis diceatur, qui postea Melichus, appellari cœptus est. i. mitis.

F R A T E R.

Quanquam vulgo dici soleat, & verũ sit amplius, fratrum quoque gratia rara est, idque maxime locum habeat (vt inquit Cice.) in iudicio familiæ herciscundæ, attamen fœdus ipsum fraternum esse deberet firmius, omni alio vinculo, & quàm amicorũ necessitudo. vt Hora. alibi sic.

vbicunque locorum
Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus.

Nanque & id notissimum est, quod qui odit fratrem suum, homicida est, quodque si frater à fratre iuuatur, quasi ciuitas munita erit. Tindaridæ fratres fuerunt Castor & pollux hinc, Tindarei patris filij. Prometheus & Epimetheus, aliqui natura, nonnulli genere, Quidam cognatione, & affectu. Natura, vt Esau & Iacob. genere, Iudęi. Cognatione, si de eadem fuerint familia. Affectu vero, nos Christiani. Sunt & communes, iique sunt homines omnes ex vno patre nati. Consuetudo scripturæ etiam est, vt consanguinei fratres appellentur. trium fratrum erant etiam (vt fabulantur poetę) tria regna, Neptuni Mare, Plutonis Tartara. Cœlum & Terra, Iouis. Sunt & fratres quoque vterini, qui Græce ἀδελφοὶ vocantur, ab α & δελφὺς quod vterum significat, quasi ex eodem vtero, nati. Dissimilibus moribus tamen sunt plerunque, eorumque gratia (vt dictũ est) rara. Et hincinde fratricidia. Cain enim Abel fratrem, interfecit. Romulus Remum. Caracalla Getam. Dardanus Iasium. Alexander Caranum. Perseus Demetrium. Constantius Constantinum Iuniorem. Peleus Phocum. Tlepolemus Lycimniũ, alijque alios quorum historia velut nota, silentio est inuoluenda. Sed incredibilis amoris in fratrem contra, exemplum audi, militis pompeiani, qui cum agnouisset fratrem in bello occidisse, se statim transferberauit, fundens simul cum eo lachrimas, & sanguinem. Et aliud certe non minori commiseratione dignum, quod lingua Italica scribo, vt non modo ipsum eruditi, legant, verum etiam ignari, & literarum imperiti admirentur. Cambise Re di Persia gia tempo quando viueua & regnaua, fece combattere vn Leoncino con vn cane. Et vincendo il Leoncino la pugna, venne vn'altro Cane in aiuto del primo, & vinto ne rimase il Leone. Lachrimò la moglie à questo spettacolo c'hera sorella del Re, tolta da lui per moglie, domandata poi perche piangea, perche (rispose ella) i cani aiutano i fratelli, & gli huomini li vccidono, come ne haueua fatto egli, che uccise Smerdino, suo fratello. Et per q̃sto la uccise anco lei, & maggiormẽte perche anco sendo à mẽsa sfogliò una lattuca, & dicendole che era piu bella vnita, gli rispose che haueua fatto per imitarlo lui, ilquale haueua sfogliata la famiglia di Cyro. suo padre vccidendo il fratello. Sunt etiam (eo redeuntes modo vnde discessimus) fratres pileati, sed non multi, ac Castor & Pollux tantum de quibus pauloante, nec abre quoniam lacones fuerunt, quibus sic militare, pileatis scilicet mos erat.

F V R I A E.

Tres à poetis finguntur, nec aliud vere sunt in homine, qui affectus, ira, cupiditas, & libido. vnde omnia proueniũt mala. nec aliud furor quã animi perturbatio. Furore actus. est olim Athamantes, Alcmeon, Aiax, & Orestęs. Estque

mentis, ad omnia cæcitas, furorq́ne actum, vetant Dominum esse rerum suarum. xii. tab. leges & vbique nostri fusius. Furiæ Eumenides appellantur, ne reddant se placidas, placatas, & propitias. qd, εὐμενεῖς Græce dicitur, aliàs Alecto, Tisyphone, Megera. Et furor μελαγχολία. Sed cur porcum laribus immolent furore acti, nō video. Nanque sic dixit Hora.

Non est periurus, neque sordidus, immolet aequis,
Hic porcum laribus.

FVRTVM

A furuo dictum est, vt nostri aiunt. l. j. ff. de fur. quia vt plurimum noctu & clam fit. Vnde (quod certe annotatu est dignum) hinc Iuuenal. gētem furuam idest nigram vocat Aethyopas & Indos, quorum in corporibus color noctis est. Hinc furtum (aiunt aliqui) pannarium est, vinarium, & farinarium, mirumq́ue dictu, quod idē Satyr. adulterium alibi furtum vocat quando sic dicit. *me nemo ministro*
Fur erit, atque ideo nulli comes ex eo.

Furtum aliàs triplex improbum simplex, improbius (dicunt adhuc nostri) expilatæ hæreditatis. Improbissimum vero rapina. Et dictu mirum est, quod fur olim & à maioribus nostris cōdem nareiur dupli, fœnerator autem quadrupli. Et quia materia ampla est, dixiq́ue etiam ego aliquando alibi satis, nunc pertranseo.

FORMICA.

Iuppiter Aeginæ insulæ homines primum ex formicis eius terræ, creauit (vt fabulātur poetæ.) & μύρμηξ formicam sonat. vnde Myrmidones postea quorum Sedes primum Aegina fuit, dicti fuerunt. Formica rursum, formicæ chara, vt cicada cicadæ, accipiter accipitri, & flores dulces apibus, non sic tamen homini homo, propter morum ingeniorumq́ue varietatem mtram. estq́ue vitæ magistra, iuxta illud Iuuenal.

frigusq́ue famemq́ue.
Formica tandem quidam expauere magistra.

qnid (scitu enim dignum est) quod aliquādo formicarum multitudine (adeo potentes sunt) Draco exarmatus, idest cicuratus seu mansuefactus, Tiberij Imp. Delicium, consumptus est, id portendēs, simbolumq́ue pulcherrimum est, multitudinis vim sibi omnino precauendam fuisse.

FEVDVM

Est beneuola actio, gaudium tribuens capienti. Ecclesiasticum, profanum, Nobile, minus nobile, ignobile, antiqnum paternum, nouum paternum, & antiquum, masculinum, fœmineum, purum, conditionale, perpetuū, temporale, habens naturam propriam, vel improprium, diuisibile indiuisibile, transitorium ad masculos tantum & ad masculos denique atque fœminas, de que his fusius feudorum materiam tractantes quia sanè multi sunt. Feudorum liber rursum, aucten ticus est, crebriorq́ue est opinio, hancq́ue videmus, à pontificibus adduci, & absque controuersia ad decisionem causarum citari. c. cæterum de iudi. Et plus, quod ligat ecclesias ecclesiasticasq; personas, hoc est quod dominus feudi, laicus, clericum iudicat, quanquam tamē à ciuili lege hoc idem statut non potuit, a canone autē sic, præalleg. c. cæterum. Et licet consuetudines feudales, in scriptis redactæ sint, non ob id tamen con suetudinum nomen mutant, sed vim legum nihilominus obtinent. Feudum vox barbara est, vt inquit Cice. & bene, debercmq́ue potius vasalli clientes appellati & beneficiarij. A fidelitate tamen dictum est. Ligium, quia plus ligat vasallum quām alia feuda. Francum siue liberum, quod absque interuentu pecuniæ cōceditur, & de quo mentio nullibi. Contractus nominatur. hæreditarium quando pro se & hæredibus conceditur, non hæreditarium, quando pro se & liberis. Rectum, si seruitia non sint determinata, aliàs conditionatum. Et breuiter in dubio præsumetur antiquum, si vasallus possideat, alias nouum.

FVGA.

Omnis imprudentia mala, sed nulla deterior, quam illa, vbi licet aufugere velle se subijcere hominum iudicio dicebat Alcibiades. Christus et. secessit cum discipulis suis, non vt vitaret, quod perpeti necesse erat ac sustinere, sed vt ollēderet ita fieri oportere in omni persecutione, ne sua quis culpa cecidisse videatur. fugit & in Aegyptum, sæpiusq́ue abiit & abscondit se. Petrus de carcere ab Angelo liberatus, Ierosolima relicta, se ad alium transtulit locum. Fugit Paulus à Damasco. Stephano lapidato, fideles dispersi sunt per regiones Iudææ. Et ad Christum redeuntes, cum saturasset tot hominum millia multiplicatis quinque panibus o rdeaceis (volebant enim eum facere regem) fugit in montem, vsque adeo tandem quanquam timoris comes sit fuga, vt crimini dandum non sit, ea vitare perniciem, dicebat Agamemnon Vlissi in bello Troiano. quā pulcherrimis excusat verbis Demosthenes. Et fugitiuorū Dux Drimachus à Chijs cultus.

FORTITVDO.

Nemo sapiens est nisi fortis, quiq́ue fortis est, vtique inuictus est, & res humanas despicit. Nero lingua Sabina fortis dicitur. Virumq́ue fortē, Leoni ob robur comparamus. fortis animo nec mortis terrorem timet, cuius officium est quoque, non solum motus & pericula superate, verū etiam (ut inquit Plato) cupiditates coercere. Equem non modo fortuna adiuuat, (vt vetus prouerbium

uerbium est) sed multo magis ratio, quæ quibusdam quasi præceptis fortitudinis vim cõfirmat. A fortitudine Theronem Agrigentinum, laudat Pindar. ipsum Agigenti, murum appellans. Vt Homerus, Hectorem Troiæ, & Achiuorum Achillem, μεταφορικος, & columnam immobilem. Quid quod Peloponnesij Ephębi, quotannis flagris, ad Pelopis monumẽtum, se se cedentes, ad sanguinis effluxum usq; illo tum cruore Pelopi litabant, vt fortitudinem commostrarẽt. colenda sanè ad mala propulsanda, & ad gloriam sibi, nominisq; immortalitatem comparandam. Vt C. Rufus Geminius, qui se ipse percussit iniustè accusatus, dicens Questori, sic Senatui refer. fortem virum mortem non modo contemnere, sed oppetere, potius quàm turpiter viuere. Et quanquam æmulatione Herculis, Polydamas Leonem inermis confecerit, Taurum detinuerit, & currum sistere fecerit, periculis tamen se exponere non fortitudo sed temeritas est; quæ plerumque his temerariis exitium parat, vt Miloni Crotoniati (historia nota est) euenisse ferunt.

FRVMENTVM.

Si lolio confusum fuerit cribro purgatur, non secus ac aurum, quod in luto quęrimus, & rosas inter spinas verno tempore, florentes. sed ad frumenti propositum sciendum est, Cryptas fossas esse testudinarias subterraneas, locaque concaua & scrobes vbi condi conseruariq; solet. Et quod olim Ro. quoque frumentationem habebant, quam donationem annonariam vocabant, legemque condidit Clodius, popularem, dabaturque singulis mensibus populo, gratis. Cordaque etiam fuisse, quæ sero maturescunt, & quo cognomine hac de re, cætera similiter possunt appellari. Scituque dignum est alibi escam dici à Iurecon. in l. ij. in §. deinde. ff. de ori. iur.

FRONS

A foratu oculorum dicta est, in qua pudor est positus, usque adeo vt hinc dicamus, si quis est qui pudorem non timeat, eum perfricuisse frontem. Vnde Iuuenal.

populi frons durior huius.

Et alibi.

iam nunc in balnea salua fronte licèt uadas.

hoc est sine pudore.

FVNVS.

Quia dicit alibi Iureconsul. in l. si filiafamilias. ff. solu. matrimo. funus ei fecit, scitu dignum est, quod olim filij efferebant in funere patres, vt Q. Metellum Macedonicum filij quatuor, de quo alibi Iuuenal.

Incolumi Troia Priamus uenisset ad umbras,
Assarici magnis solemnibus, Hectore funus
Portante.

FONS.

Iouis Dodonæi (ut memoriæ proditum est) qui immersas extinguit faces, extinctasq; & admotas accendit. Cui non inferior est Naulochus (imbri enim promontorium est) cui fons similiter adhæret, animalia mascula, eunuchos faciens, fœminas uero usque adeo inebriat, ut sopitæ dulciter & suauissimè dormiant. Et plus, quod sacri fontes erant olim, Vestalibus dicati, ut Iuuenal. sensit, quando dicit.

Nunc sacri fontis nemus, et delubra locantur
Iudæis, quorũ cophinus fœnũq; suppellex. etc.

Et Hora.

Nunc ad aquæ lene caput sacræ.

FORVM.

Forus locus est in quo iudicia exercentur, quo Græci olim quadrato vtebantur, oblongo vero vtuntur Itali. Forum vero territorium dicimus, usque quo iurisdictio iudicis extenditur. & regulariter distinguitur à foro poli, ut dicunt nostri. est verum quod princeps vult omnes actus suos regulari à foro poli & fori, quanquam nolit tamen propter modicum excessum uituperari. l. quotiens. C. de precib. Impera. offeren. Bald. in l. prima. col. secunda. ff. de constitu. princi. Olim adhuc triplex forum fuit, vbi ius reddebatur. Romanum, Cæsaris, & Augusti in æde Martis vltoris. licet quandoque etiam pro vrbe capiatur. Vnde Iuuenal.

Nunquid nos agimus causas? ciuilia iura
Nouimus? aut ullo strepitu fora nostra mouemus.

Et alibi.

quanta nemorum uectetur in umbra
Iugera quot uicina foro.

FVLVIA.

Fuluiam M. Antonius dimisit, Octauiam Octauij Cæsarem sororem duxit; quam postea & rursum, Cleopatræ amore infatuatus, ne dicam captus, repudiauit. Cætera alij & maximè L. Flor.

GYMNASII SCHOLASTICI
Mantuę, ac primę Classis,
Finis.

M A N T V AE,

CLASSIS SECVNDA.

G E N V A.



QVANQVAM Genua corrupto vocabulo dicatur,& Ianua à Iano Rege Italiæ, qui cũ Saturno (hoſpitio enim ab eo ſuſceptus eſt à Ioue filio, pulſus) in latio imperauerat, potius dici debeat, ſciendum eſt tamen, notumque eſt, liguræ oppidum celebre, prouinciæ eſſe, q̃d romanam acuebat virtutem. Imò quaſi prouerbio quodam, liguſtinus hoſtis, dictus eſt. natus olim, ad continendam militaris diſciplinę Ro. potentiam. Et ligures ad propoſitum Bellicoſi, capillati, nunc tonſi.

·G E R M A N I C V S.

Tiberius,& Druſus, Auguſti & Liuię filij. Moritur Germanicus, Tiberio ſuperſtite, quem ſibi Imperij ſuceſſorem reliquit pater Germanici filius Caligula fuit, Tiberij, nepos ex fratre. Cætera Dion.

G. L I T T E R A.

Tametſi dicant aliqui, literam hanc G.(mitto quod ſp.Carbilius ſp.Carbilij L.qui Romæ ludũ grãmaticæ aperuerat, primus ea uſus ſit, quippe quod ea.C.prius vteretur.) olim in antiquorum vſu pariter, non fuiſſe.nec litteram.O.& V. labuntur, quia imò comperi ego contrarium verius eos ſic aliq̃n dixiſſe (ne te diutius moret) Frugmentum pro Frumento, et Gnaturam pro natura.

G E N V S.

Genera diuiduntur, ſola ſpecies diffinitur. Equiparantur tamen, (dicũt noſtri maxime Bal. in not.q.inque materia generali, in l.fi. in prin. C.de fideicom.lib.)& ſunt etiam notiores ſpecies, quam genus, et indiuidua quam ſpecies.pariteque omnino generalitas non nihil obſcuritas l. ita fidei.ff.de iure fi. dixique ego alibi ſatis.

G A R R V L I T A S.

Quandoque pœnam luit garrullus idque nobis argumento Tantalus eſt, ad inferos detruſus, quod deorum ſecreta prodiderit. vnde Naſo.

Hoc illi, garrula lingua dedit.

Et Echopuella, quæ ob id rurſum à Iunone in vocem mutata fingitur.

Aerariũ Perſæ Gazam vocant inde Gazophilacium, diuitiarum repoſitorium, quod Iudæi corbonam inſcribunt, iuxta illud Euangel. non licet eos mittere in corbonam. Sciendum eſt tamen triplex fuiſſe, vnum in quo ponebantur donaria regum, illudque Muſac ſabbati dicebatur. alterum oblationes ſacerdotum continens, quẽ (vt diximus) corbonam appellabant. Tertium nero quod Gazophilacium erat, cõtinebatque eleemoſinas vulgi. Quandoque etiam pro Archa ponitur in quo ſint ea, q̃ pro tẽpli reparatione ſeu reformatione, proq; Miniſtris tẽpli offeruntur.

G R A S S A T O R E S.

Licet graſſari, doloſe ambulare ſit, Et graſſatores, qui vias obſident,& viatoribus inſidiantur vt noſtri dicunt. l.capitalium.§.graſſatores.ff.de pęn. quandoque tamẽ pro adulatoribus, ſeu pro adulare graſſari capitur, vndę Hora.

Obſequio graſſare, mone, ſi increbruit aura,
Cautus uti uellet tatum caput, extrahe turba
Oppoſitis humeris.

G A L L V S.

De gallo dictu mirum eſt, quod cantu diuellat ac diffindat ſambucum vſque adeo ut non ex ob via quaque ſambuco tibia fiat. Homerus etiã ſolem Gallum appellat, quod vterque homines excitet,& lectis ac plumis ſurgendo priuet. hic cantu, ille ſplendore. Nec ab re dicatus eſt Soli & Lunę. vnde in Pythagoræ ſimbolis dictum eſt Gallum nutrias nec ſacrifices. imò quod Gallo fugantur, Demones ſique eũ paueris illio illico ad pugnã excitabis. Eſt etiã ad galli propoſitũ, Gallicanatio, & galli, ſiue Gallia. togata & comata, togata Venetia, Venetiq; togati galli dicebantur. Comata vero à capillis intonſis. Gallia etiam (inquit Iuuenal.) cauſidicos docuit facundã Britãnos.& quia diximus de Gallis, nos aliàs latius, nunc de induſtria tranſibimus ſilentio Cætera.

G E R M A N I.

Quamuis Germania informis terris ſit, aſpera Cælo, triſti culti, aſpectuque, dicique viteatum ſit rurſus quod Itali plorent, Hiſpani mutmurent, Galli canant, Vlulent. Sarmatæ, Turcę latrẽt Et clament Germani. quodque aſſuerint magis accipere quam dare. Natura tamen atque ingenio ſunt ad libertatem nati. Et tantę molis eos tentare, ut olim M.Antoninus v.rus magno & longo bello, ærarium pœnè exhauſerit, qui armati quoque in cõcilium uenientes, ſententiã probaturi, frameas concutiebant, contra vero aſpernati fremitu id ſignificabant. et breui, nemo

unquam

vnquam (inquit Tacitus) bellum cum illis gessit, quem non pœnituerit, quique non plus incommodorum acceperit, & iacturæ, quam vtilitatis lucri & commodi.

G R V S.

Ducis simbolum est, et aduenæ. Ducis inquã ex quo vnam sequuntur omnes, ordine literato c. in apibus. vij. q. j. Et aduenę hoc est peregrinatrices, quas sic vocat Hora.

Et aduenam laqueo gruem,
Iucunda captat pramia

Quia sub finem autummi commigrant in regiones tẽperatiores. Dux igitur præit, nudo capite ꝓspicit & speculatur, et si quid forte mali impẽderit, clamando denunciat. Auis Threicia dicitur, in quam aliquando (ut fabulantur poetę) Apollo, mutatus est.

G L A V C V S.

Periurium graue crimen est (vt nostri, imò omnes dicunt) grauiter hac de re, vel in posteris sæpe vindicatum. sicque Delphicum oraculum, Crœso Lydorũ regi respondit, de iniquitate fortunæ suæ conquerenti. Nec Glauco (is enim est qui cum Diomede arma commutauit) vel cogitati periurij, gratiam fecit.

G Y M N A S I V M

A Grecia primum institutum est, locusque exercitationis dicitur, qua de re, huic libello nostro, id etiam de industria inscripsimus. Et hinc γυμνάζω idẽ quod exerceo, sonat. Athenis olim triplex. Liceõ Academia, & Cynosarges. ĩ Liceo Peripatetici. in Academia Platonici. apud Cyno sarges vero pueri maxime nothi exercebantur.

G R A T V L A R I.

Sic debes, si volueris, formaque erit (aliis sanè breuitatis institutæ gratia prætermissis) hęc. Tibi patriæque tuæ gratulor, gratulor inquam aerijs atque vmbrosis collibus Apenuini, qui te huic nostræ ætati fœliciter tulerunt. Vel sic. tuæ vel prudentiæ gratulor vel fortunæ, & gloriæ, compatiorq; laboribus multis. Vel sic. Gratulor tuę fœlicitati, applaudo triumphis & orationibus. Vel sic. gratulor tibi, cui fortuna (vt audio) fœliciter arridet, non vsquequaque iniqua & aduersa vt in nos est. Vel sic, quod tam amicas mihi literas dederis, tibi ago gratiam, quod tam eruditas, tibi gratulor. Vel sic. Ex animo gratulor tibi, noua dignitate aucto. Vel sic. gratulari libet hoc sæculo, quo literarũ studia passim & maxime efflorescant. Vel sic. Nomen meum tibi pro hedera fuisse gratulor, exosculorque animum in me tuum, tam amantem & benignũ. Vel sic. Quod princeps de nobis tam magnifice sentiat gratulor, idque potissimum amicis debeo, qui me illi talem depingunt, nõ qualis sum, sed qualem esse & haberi optant. Vel sic. gratulor te bene valere, fortunis auctum ac dignitate. Vel sic. gratulor tibi quod in tam celeberrimam academiam te contuleris, omni genere studiorum florentem, vt ad tuos aliquando uelut auidus negociator bonarum literarum mercibus locuples redeas. Vel sic. Athenas ueni, uidi filiũ tuum deditum optimis studijs, summaque modestiæ fama. Nihil eo adulescente, aut studiosius earum artium quas tu maxime amas hoc est optimarum, quare tibi quod vere facere possum libenter gratulor, nec minus etiam nobis, quod eum quem necesse erat diligere qualiscunque esset, talem habemus ut libenter quoque diligamus. Vel sic. Tibi enim cum pro magnitudine rerum quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor.

G L O R I A.

Nobilibus animis post uirtutem summus calcar est gloria, quæ tamen labore quæritur. Imò quod nulla sine difficultatibus est, nulla uirtus, quæ non sit in excelso loco posita. haud facile adeunda, quandoquidem iter confragosum sit durum ac scrupeum. per præceps gloria rursum uadit iter. Magistri eruditio, discipuli assiduitas, & studium, præceptoris uero obseruantia. Glorię causa efficiens virtus, uirtutis fructus gloria. Frequens de aliquo fama cum laude consentiẽs, laus bonorum, incorruptaque uox bene iudicantium, de excellenti uirtute. Honos alit artes, omnesque (ut inquit Cice.) ad studia incenduntur gloria. Constans homo est & grauis si glorietur à gloria abfuisse ut Democritus. Veni inquit Athenas, neque me quisquam ibi agnouit. Leuis uero Demosthenes, qui susurro delectatus est, mulierculæ aquam ferentis, ut mos est in Græcia. Obsolescit etiam in sordidis hostibus ut dicebat Alexãder Macedonicus. Et ob id Socrates plus tribuebat his quos refellere solebat, quam sibi. uberrimus tamen fructus est gloria uirtutis. quę sola mentem animumque perurit ut inquit Flaccus, & fax mentis honestę. Imò quod Ro. P. nihil nobis charius esse debet, nihil auctoritate Senatus grauius, nihil gloria dulcius, quę si parentum sit, natis pręclarus est magnificusq; thesaurus. Si Bellica, nihil excellẽtius. Torquatus enim & Coruinus gloria posteritati, commendati fuerunt, quam uere sibi comparant laboribus multis qui disciplinis operam nauant, non secus ac Agricolæ, terrę semina mandantes pariter, summo cum labore, ut fructus inde maiore cum uoluptate colligant. Et quod gloria rursum, illustre quiddam sit, apertum & patens, ex eo potissimum liquet, estq; nobis apertissimũ argumentum ꝙ Honori rem diuinam facientes,

id aperto

id aperto capite faciebant. Et quanquam, in iuuene gloriæ sitis, nonnihil vitij habeat, tamen arguit generosam indolem, minimè desperandam. Gloriam hanc veteres Adoriam uocabant. Gloriosiq; simbolum est Hercules, ex quo idē quod gloriosus sonat. Est verum, quod virtute parta, semper comitem inuidiam habet, eiq; obnoxia est. Dictuq; tandem mirum, quod ea viuere cupientes, mortem contemnunt, vt Thebis Meneceus, Athenis Codrus, & Romę deniq; Curtius. Post obitū maior, & minus inuidiosa. Et ad idē dicebat quoq; Bion Borysthenites. eā adhuc annorum matrem, quodq; vita hominis cum breuis sit, memoria honesta in multa sęcula ꝓpagat.

GLADIATOR.

Qui in amœnissimis Musarum hortis, versatus est semper, ineptus est arenæ gladiatoriæ. Imò quandoque Gladiator ipse, rude donandus est, vt ego, qui hoc interpretādi munere functus sum, iam annus quinquagesimus labitur. quique in arena depugnabat Arenarius ēt appellabatur. Et Secutor. Ex Musico igitur, retiarius, siue Gladiator, quis, (vt prouerbium se habet) fieri non debet.

GRATIAS AGERE.

Gratias bene egisse, est retulisse, dicebat Seneca. formulaq; erit, pro tanto in me collato beneficio, non modo perpetuam vobis habeo gratiam, sed etiam refero. Sic etiam dixit alibi Iureconsul. noster. Titio marito meo, maximas gratias ago, in l. Scia. ff. de dote pręlega. Varroni Cōsuli ēt & ad propositum obuiam itum est, actęq; gratiæ, in clade illa apud Cannas, Paulo Aemilio Collega mortuo, quod R.P. nōn desperasset. Vel sic rursum dicere potes. Immortales tibi gratias ago, agamq; dum uiuam, nam relaturum me affirmare non possum, tantis enim tuis officiis, non video mihi respondere posse, nisi forte ita sensurus es, vt me referre gratiam putes, cum memoria tenebo. Vel sic. Quod tam amicas mihi literas dederis, tibi ago gratiam, quod tam eruditas, tibi gratulor. Vel sic. Vtraque manu amplector, quod offers, & gratiam habeo. Meis verbis gratias agas Nigro, præstantissimo viro, meiq; amantissimo, eiq; salutem dicas reuerenter atque amanter. Vel sic. Pro quibus habeo gratiam, semperq; sum habiturus, si non datur referre. Nunquā ego tibi possum gratiam referre vt meritus es. Huic vtinam aliquando gratiam referre possimus, habebimus quidem semper. Itaque primum tibi ago gratias quod me omni molestia liberaueris. Gratias tibi agit singulares. Habeo tibi gratias, & acceptum refero. Vel sic. In referenda gratia faciam vt debitores qui soluendo non sunt, quantulacunque æris solutione, Iudicum fauorem promerentur, miseriq; potius sunt ingrati, nōn igitur quas debeo, sed quas possum vobis gratias & ago & habeo, relaturus aliàs, & quam primū potero seq; obtulerit occasio. Darius fugatus ab Alexandro eidem gratias egit aliquando, quod in suis nihil hostile fecerit.

GENERATIO.

Vnius, est alterius corruptio, nanque hominum genus est cuiusmodi frondium, alias enim venti autumnales excutiunt, alias vero producit, arbor grauida sub verni tempus. assiduoq; tenore, (inquit Homerus Poetarum princeps) primæ quæque occidunt, recentesq; succrescunt. Sic hominum, aliis enim obeuntibus, alij nascūtur. Et omne genitum seu generatum rursus, corruptioni est obnoxium.

GRATVS.

Homo gratus eo ipso est, si causam ingratitudinis non commisit, agroq; fœcundo & fructuoso cōparatur. Solebātq; veteres aliquo metu vel periculo liberati præteritorum malorū insigne aliquod, vel monumentum consecrare Diis immortalibus. Gladiatores arma Herculi. Naufragi Neptuno tabulas. Virgines puppas. Pueri Bullam. & serui libertatem assecuti, catenas. Hincque Hora.

Multa Cicerrus adhæc, donasset iā ne catenā
Ex uoto Laribus, quærebat.

Gratus sic aliquando fuit Cæsar, erga legionē Alaudam, omnesq; milites ciuitate donauit. Gratus Augustus, à quo similiter Agrippa (is enim mare infestum pyrataſque perdomuit) nauali corona donatus est. Vnde Maro.

Tempora nauali fulgent rostrata corona.

Gratus Senatus, in Cæsarem, cui plusquā antea supplicationes concessit ob res bene gestas in Gallia. Inque mulieres, quandoquidem templum in earum honorem, Veneri caluę, etiam dicauerit. Gratus Ianus, qui Saturnum classe peruectum, hospitio excepit, memoriamq; eius in posteros propagauit nummo, quippe quod ab eo ruris peritiam edoctus est. Imò quod vti Deum coli à populo ob id atque venerari curauit. Acca Larentia simili modo, nobilissimum scortū, Ro. P. nuncupauit hæredem, nec ab re sepulchri magnificentia, & annuę parētationis, idest exequiarum & memoriæ, honore cohonestata est. Gratus Plato erga Socratem præceptorem suū, quē non modo disputantem in dialogis suis introducit, verum etiā labores omnes, vigiliasq; suas & studia eidem tribuit. Ciconia deniqueest gratitudinis simbolum. Ixionque ingratus æternis cruciatibus addictus suo malo edoctus, alios ad gratitudinem hortatur. Ro. milites qui laboribus & ętate erant fracti, virę subsidia, eo in loco, quem meritoriam vocabant tabernam, percipiebant.

bant.ibique nunc ecclesia est D.Mariæ Virginis trans Tiberim.Decurionibusq; facultatibus lapsis decernebantur,si maxime ob munificentiam in patria patrimonium exhaurissent.quod & nostri Iurecon.pariter probant.l. decurionibus.ff. de decu.Gratus Domino Abraam, quãdo dixit, Egredere de terra tua, & ueni, in terram, quam mõstrauero tibi, quia eidem ędificauit altare, & sacrificium amplius obrulit. Recitatque Pausanias,uidisse Delphinum,qui puero, a quo sanatus fuerat,cum à piscatoribus accepisset vulnus, quasi mercedem curationis pendentem,dicto se audientem præbebat, & quocũque ille iussisset, dorso eum transuehebat.

GOTHI.

De his loquuntur plene multi. id igitur tantum dicam ego, quod Theodoricus Odoacrum dominationis socium, ad cęnam inuitatum occidit,sedemque Regni Rauennę constituit, & annis septem ac triginta in Italia regnauit.Sine prole decessit.Amulusuenta filia vidua vnà cũ filio Athalarico successit in regno. annisque decem regnauit pariter,is moritur. Amulusuenta mater sibi socium assumit in regno, Theodatum consobrinum.qui ingratus postea illam occidi permisit. Vitigis rex creatur post Theodatũ Neapoli capta a Belisario Iustiniani Imp. Duce vtpore ignauũ malorum omnium autoré depositum,qui postea dum Rauennam ire contenderet,à satellitibus regis missis,in via necatus est. vitigis vero, Amulusuentę filiam, vxorem ducit. Cætera alij suppleant.

GALBA.

Galba Imp. Senex & imbecillis ridebatur,qđ in itinere semper gladium accingebat. L.Pisonẽ adulescentem nobilem,cognita Vitellij seditione,adoptauit.Et dicere solitus erat,fore indignũ Imp.coactum aliquid facere. Senex rursum, Põtifex,& Imperator occiditur. reliqua Sueton. & Dion. Interim scias uelim,Seruium quoque Galbam fuisse.qui tamen I.Con.fuit,& (si dicere licet)Adulter,de quo Hora.sic.

Quin etiam illud
Accidit,ut cuidam testeis,caudamque salacẽ,
Demeteret ferrũ,iure omnes,Galba negabat.

GVLA.

Nil difficile ducit Gula, sicuti nil arduũ putat Auaritia,quam sæpe irritare non oportet,nõ sæpe cum voluptate luctari. Et ideo summopere sunt reprehendendi,qui nesciunt se satis comedisse,nisi dum ventrem dolent. Veteres gulosos appellabant catillones, & popinones, à popina, in qua fercula & obsonia condi solent. Gulæ artifex erat Latinis Apitius. Græcis Paxamus. Gula Adam de paradiso deiectus est. Noe a filiis derisus. Esau primogenituram uendidit. Olofernes occiditur. Herodes homicidio conse nsit. Guloli rursum,uomunt ut edant,& edunt ut uomant.Gulosi palatum callosum dicimus, quasi occaluerit, ex frequentium ciborum usu. tantę gulę Clodius Albinus fuit, ut uno accubitu solitus sit quingentas ficus edere. & plus quod guloli gustus (ut inquit Iuuenal.)elementa per omnia quærunt. quodque magnum hominibus est malum Venter. Hercules vorax fuit.in Sicilia Templum voracitati sacrum existit. Vlisses helluo. Milo Crotoniates. Astyadamas Milesius. Amaranthus Alexandrinus. Cambletes Lydorum Rex. Mithridates Ponti. P. Gallonius postremæ gulæ,à Lælio Gurges appellat. Et dictu mirum est,quod hii tandẽ male finiant,nãq; Archesylas in modico vini haustu interiit. Lacides ex cõpotatione nimia in paralisim incidit. Alexander inter pocula amicos occidit.Cambisis Admonitoris filium sagitta confodit.

GENIVS.

Deorum filius,& pater omnium(vt fabulantur poetę)quo homines gignuntur, & Geniales dii antiquitus appellabantur.Et nostri,quod aliquando iurabant per Genium principis.l.si duo patroni.§.si.vbi Accur.glosator non intellexit, literarum humanarum ignarus,quid sit Genius. de quo sic Tibul.

Ipse suos Genius adsit visurus honores,
Cui decorent Sanctus florea serta comas.

Et Hora.

Scit Genius,natale comes,qui tẽperat astrum;

Et ad propositum quãdoque sic dicitur. Nescio quis malus genius me ætate confecto,huic pistrino alligarit.Item sic. Me meus malus Genius, multis casibus,atque erroribus exercuit,non secus ac Neptunus Vlyssem Homericum. Vel & aliter.Quis malus Genius turbat studiorum trãquillitatem huiusmodi contentionibus?Et vt dicam breuiter omnia, Geniales dii sunt elemẽta, & xii.Zodiaci signa.reliqua fusius Sex.Põp.Fest. de uer.si.Adiicientes tamen ex pictura duorum anguium,siue serpentum, significari. quodque fas non erat meiere olim,vbi visebantur picti.

GENTILITAS

Non aliud erat apud veteres, maioresque nostros,quam familia & agnatio,vt nostri Iurecõ. dicunt,a qua gentilis, filiusfam.paterfamil. & similes,agnatiq́ue descendit, & deriuatur. Et à quo originem ducimus.vnde alibi Cice.sic.Fuit enim meo regnante gentili,loquitur nanque de Pherecide Syro,q fuit regnãte.Ser.Tullio.ideq; cognomen habebat.Vel(quicquid alibi ex eo dixerim)quia ab eo rege ducebat originem.

A Chorographia maxime differt, nec quam nomine secus.nanque(vt solo hoc verbo) lecto-ri innotescat,Geographia terram continuo oste dit.Chorographia vero,per partes locorum sin gula describit.

GEOMETRIA.

Ab Aegyptiis primum inuenta est, Alæque sunt,ipsa & Aritmethrica, quibus (vt Cice. inquit)aduoletur in cœlum.

GRAMMATICA.

Hoc solum quoque hic dicam , cætera plana sunt.quod Grammatica,est ars loquendi. Rhetorica bene dicendi. Et dillectendi denique Dialectica.quodque prima,si mala fuerit(vt dicunt nostri)literas principis violat regulariter , nisi in scribendo fit,vel narrando,quoniam tunc hic casibus erunt absque vitio.

GRAECIA.

Hanc Cice.philosophię parentē vocat , Athenas vero,doctrinarum inuentrices.igitur mirandum maxime est,quod Gręcorum leuitatē sem per accuset, tum maxime, quia leues dicuntur, non quod ita sit,sed quia leuissimas etiam res, pro maximis semper habuerunt , exque culice elephantū facientes.Cętera latius alij.Et si quid addendum est,id scitu dignum addi potest, septem sapiētes,habuisse.Thaletem Milesium,Solonem,Chilonem,Pittacum, Biantē, Cleobolū, & Periandrum. quodque olim tota regibus paruit,nondum repub. institutis.Et quod denique multa habet quę vel spectentur, vel audiantur, cum admiratione,sed omnium accuratissime, qđ diuinitus religione eorū imbuti sunt animi.

GLADIVS.

Dedali gladius dici solet,metaphorice, ꝓ dolo & fraude. Et prouerbialiter quoque, suo se gladio iugulauit.suo se ense lacerauit.Andabatarū more clausis oculis,gladiū ventilāt. Et simile qddā.quē olim(erat.n.culter ferrens quo feriebāt victimas) Secespitā vocabāt. Victimarios vero Secespitatores,& magis ꝓprie popas. Gladij mentio fit in l.Imperium.ff.de in.o.iud. & in l. nemo.ff.de reg.iu.& in l. illicitas in §.qui vniuersas.ff.de offi.præsi. & in l. solent. ff. de offi. procon. deque materiali intelligitur. & quandoq; stringitur, siue exeritur idest euaginatur. estque etiam spiritualis & ad ius refertur. vt in simili oculi,qui corporei sunt,& mentales. l. qđ si Ephesi,ff. de eo qđ cer.lo.vbi iudex debet habere semper æquitatem ante oculos.deque materiali verba Euangel.intelliguntur,quæ sunt. veni non mittere pacem sed gladium.Et dum adhuc dicitur.ecce duo gladij, veteris & noui testamenti.Imò quod est & tertius,Martyrij & passionis. Dixitque rursum Christus.Qui non habet,vendat tunicam suam ,& emat gladium . ut ostenderet licere vnicuique moderate se defendere,hoc est vim ui repellere(vt dicimus nos,& cum moderamine inculpatæ tutelę.) vt animaret Apostolos ad defensionem sui Magistri, haberentque animum præparatum. vt comprobaret eis non defuisse resistendi facultatem hostibus.Et ut denique doceret materiali gladio ecclesiam indigere etiam Spirituali. Et quanquā iussus fuerit Petrus non portare peram,nō duas tunicas ,neque gladium habere.gladio tamen se munierit,id tamen non ab re fecit, quia timebat insidias & ad sui defensionem quidem. Et præter hæc sciendum est rursus,Gladij ius olim necandi militis,Augustum,consulibus, proconsulibus , propratoribus atque præfectis ademisse.& amplius Cæsaris Gladium, suspensum in templo Martis,à Germanis olim fuisse. Ausumque Caracallam,illum quo Getam fratrem interemerat,Deo consecrare. Conflagrasse vero solū; cum ignis in Alexādria Templum Serapidis inuasisset,quo pariter fratrē interemerat, ut Caracalla Getam.estque nobis argumētum,ciues intra urbem gladio,vti non debere,extra vero sic, quia sic consules fascibus in vrbe vtebantur tan tum,foris uero securibus,vbique vero princeps, vt boni custodiantur,castigētur vero mali.quod in mandatis,Robertus Sicilię rex,dicere solebat. verbaque huiusmodi erāt. Ad bonorū custodiā, malorumque vindictam, Gladium portat princeps,& Imperij potestatem exercet. Quid quod dicitur quoque in Sacris Literis sic. viuus est enim sermo Dei & efficax,& penetrabilior omni gladio.

HESPERIDES.



RES erant, Hesperides Atlantis fratris filię, Aegle, Heretusa, & Hesperetusa. quę habebant hortos in Oceano Atlantico,mala ferentes aurea,quæ à serpente custodiebantur.Et cum illuc Hercules peruenisset, Eurystei Imperio,serpēte occiso,poma ipsa abstulit,deque his Iuuenal.sic.

Quam si fortunas seruet easdem
Hesperidum serpens.

HYMNVS.

Deorum est, encomion vero hominum,hoc est laudatio.

HELIVS ADRIANVS.

Adrianus L. Commodum Cęsarem designauit,

uit, Seuerianum vero & Fuscum eius nepotem, qui id grauiter ferebant interfici iussit. Commodus tamen, viuente adhuc Adriano, profluuio sanguinis extinctus est. Idem Adrianus vero, alterum elegit Aureliũ Antoninum qui Pius dictus est, quique Imp. factus Commodum postea Commodi filium & M. Antoninum verum sibi adoptauit. reliqua Dion.

HORTENSIVS.

Hic, vir erat (vt memoriæ proditum est) ex professo, & omnino mollis, qui in præcinctu ponebat omnem decorem, vestitu ad mundiciem curioso. Imò quod in speculo faciem componebat, seu quærebat, vt bene amictus iret. Togam insuper corpori sic applicabat, vt rugas non forte, sed industria locatas artifex nodus astringeret. Et sinus ex composito defluens modum lateris ambiret. Is quondam, quod incederet elaboratus ad speciem, Collegæ de iniuriis diem dixit, quod sibi in angustiis obuius, offensu fortuito structuram togæ (ride si placet) destruxerat, capitaleque putauit, quod in humero sibi locum mutasset. nec id silentio inuoluens, quod eum Piscinarium vocabat Cice. & L. Philippum simul, quod preciosissimas haberent piscinas, piscibus plenas & abundantes.

HIPPOPOTAMVS.

Equus fluuiatilis est, quem pingebant Aegyptij, horam significare volentes. Et dictu mirum est, quod in Euripo temporario, eum & Crocodilos quinque, M. Scaurus, vir sanè nobilis & Magnificus, aliquando ostenderit.

HAERESIS.

Ranæ coaxãtes opera Pij V. Summi Pont. hoc anno creati, instinctu Spiritus Sancti, conticescunt. Olim Arriana, pullulabat temporibus immanissimi illius tyranni Attilæ Hunnorum regis. Ariusque ipse vnde ortum habuerat cacando mortuus est. Imò quod viscera eius in secessus cuniculum defluxere omnia. Et ad propositum, hæreticus est, qui præter veritatem aliquid machinatur, Græce Αἱρετικὸς dicitur. Græcaq; vox est, Latine sectam sonat. Et sicut qui venerant, vt comprehenderent Iesum, dicentem, ego sum, ceciderunt in terram, ita cadunt omnes, & hæretici sunt, qui sermoni diuino aduersantur. Et si olim in columnis Atticis, quæ Eleusinæ extant, inscribebantur bona publicata eorum, qui in Deos impij fuissent, quanto magis hæretici nunc qui male ac perperam scripturas interpretantur, seuerissima pœna sunt castigãdi. Quibus restitit olim quoq; Moyses, qñ populo Israel dixit. nõ addetis ad verbũ qđ loquor vobis, nec auferetis ex eo. Nostri fusius de hęre. & Manicheis.

HEV PATIOR TELIS VVLNERA FACTA MEIS.

Inquit Poeta, nimirum si in montibus Gelboe quoque Saul, sic suo se gladio transuerberauit. Et si suo Goliæ caput imputatur. Et si Chorebus Troiæ se se armis hostium instruit, armatusque sic multos Danaum Orco demittit. Paratque aliquis interdum vm foueam, & ipse in eam incidit. Et si compedes quos ipse faber fecit, gestat. notaque tandem Perilli historia.

HONESTAS.

Themin, hoc est honestatem, rerum publicarum seruatricem, dicit Pindar. Cuius gratia noluit Augustus mulieres interesse spectaculis Athletarum, quia nudi se exercebant in campo. Et Lauro vrbe per obsidionem capta, cum muliere deprehensa miles ei digitos per obscęna adhibuisset, & coniciaretur eam, sibi oculos eruit, commotusque ob id Sertorius cohortem omnem infamem ad similia, & arrogantem, quanquam ex Romanis constaret interfecit. Imò quod inter iuris præcepta, vt dicimius nos, hoc vnum præcipuum est. Honestè viuere. Et nimirum (inquit Euripid.) non honestè viuere magna calamitas est. In Lupercis adhuc honestatis causa prohibiti sunt adulescentes nudi, currere, ab eodem Augusto. Et puellæ interesse nocturnis secularium ludorum spectaculis absque præsentia propinquorum seniorum. Honestatis simbolum pulcherrimæ virginis statua est. Homo inter duas mulieres constitutus, quarum vna sit vtilitas, altera honestas, ab illa ui protrahitur, ab ista eminus reuocatur. Nec splendore generis honestum à turpi separamus, sed vitæ innocentia, & integritate, sicque honestus onustus est, vt præclare inquit Hora. sic.

Quod placui tibi, qui turpi secernis honestum,
Non patre præclaro, sed uita & pectore puro.

honestum est etiam honesta inter multos dicere. eo ipsoq; dicitur, quod inhonestum non est, ut iustum, locuples, & gratum pariter. Stoicumque est axioma, nil nobis licere, preter id quod honestum est. Nec utilitas priuata, vel amicitiæ ratio, imò nec ipsa Resp. debet quenquam ab honestate auertere. Virisque fortibus, optabilius, mortem oppetere, quàm turpiter uiuere, id unum adhuc neque omittentes, honestatem animum, uoluptatem uero corpus ipsum, respicere. quodque Athenienses bene sciebant, quæ honesta essent, sed non faciebant. Est verum pro complemento quod nostri honestum, quandoq; pro diuite

ponunt,sed inusitatum est.l. cum hij.§.si annos. ff.de transac.

HYEMS.

Senis mensibus, diuiditur æstas, & hyems, namque æstas ab æquinoctio vernali, incipit, & æquinoctio autumnali finitur.l.j.§.æstatē.ff.de aqua quot.& æsti.vel & aliter dicam, quod mense decembri,capricorni signo incipiat, æstas vero,Iunio,Cancri.duoque extrema hæc, Solstitia vocant.Ver aūt in ariete,initium habet, Martio. & autumnus in Centauro , Nouembri . Hyems rursum deformis est, & senectuti comparatur, vnde Iuuenal.

Stridebat deformis hyems,
Ociosumque reddit animal.

Aestas vero & calor motum excitat. Hyemis simbolum est aper, à quo Adonis interēptus est id est,Sol,quia(vt dixi) hispidus est & asper. Et sic quasi vulnus solis est, tuncque terræ inferius Hemispherium, & dies breuiores, quam phisici Proserpinam vocant.

HYPOCRITA.

Hypocritæ obstipo capite.i.inclinato, incedere consueuerunt,figentes lumine terram. suntq; in templis,vt sophistæ in scholis, Nebulones in contractibus,& Sycophantæ in foro.aliud habēt in corde,& aliud in vultu,& in ore, Curios simulant, (vt poeta inquit) & Bacchanalia viuunt. Nulla tamen hypocrisis, nihilque fucus ipsius, vbi vera virtus affulsit, ipsiusque simbolum est Crocodilus, qui plorat, dum hominem vorat, vnde prouerbium etiam fluxit. Crocodilinæ lachrimæ.Hypocrita quoque maritimis scopulis, comparatur,qui aqua operti atque ignoti maximum afferunt periculum nauigantibus.

HONOR

Premium virtutis est, isque mihi videtur, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris viris defertur, inquit Cicc. Sique mediocris fuerit,augebitur, nimius vero euanescet.Fugientem sequitur, & (vt dicitur in Euangel.)non potest ciuitas abscōdi supra montem posita.non est tamen sine onere, siue labore,vnde fit vt cum H.litera scribatur, & quadam vehementi cordis ēt aspiratione pronuncietur. Et cum ex consuetudine miles eligitur, maxilla sibi percuti solet,vt eo argumento planè intelligat etiam,quod multos labores, multaque sustinebit incommoda.quod tradunt nostri in l.j. in §.j.ff.de mili.testa. Nauali corona insuper donatus est olim,ab Augusto.M.Agrippa, qui honos nemini ante eum habitus est, quippe quod mare pyratarum insidijs,hominibus infestum, securū prorsus,& nauigabile,reddidit,vnde Maro.

Tempora nauali fulgent rostrata corona.

Honores multi à Senatu decreti,Cæsari, cum ex Hispania quintū egisset triumphū, & maximè, vt pater patriæ appellaretur,sacrosanctusque esset & perpetuus dictator, pro vt in eiusdē nummismate scribitur,quod & aeneum, & argenteū habeo ego pulcherrimum. In honorem defuncti patris, edidit primus D. Iunius Brutus gladiatorium munus.Et non modo patris, verū ēt patrui,Carthagini nouæ, Hasdrubal. Honosque maximus erat sepeliri in campo Martio, vbi ēt Cæsaris corpus crematum est. Honori aperto capite rem diuinam faciebant Veteres, quippe qd illustre quiddam est patens & apertum. hinc Honorimi ab Honoris æqualitate milites Cyri dicti fuerūt. Et Honorarij ludi, qui à prætoribus, in prætura exhibebantur,& honorarium ius ipsorum vt nostri aiunt,L. ius autem ciuile & seq. ff. de iusti.& iu.& honorarius tumulus, honoris causa factus.& honorarium salarium.l.j.§.in honorarijs.§.si cui.ff.de va.& extraordi.co. l. properandum.§. illo.C.de iudi.& honoraria tutela. l.iij.§.j.ff. de admi. tu. l. si quis tutor.§. qd ergo.ff.de ritu nup. Est verum pro complemento, quod nobis gradatim non per abrupta conferendus est,quia castum appetit, qui postpositis gradibus sic petit ascensum.l. nam & Seruius & ibi Bal.ff.de nego.gest.quodque honoris templum olim ingredi non poterat qui prius templum virtutis ingressus non fuisset,& quod nimius deniq; Seiano exitium peperit,vt Iuuenal.ait,sic.

Ardet adoratū populo caput, et crepat ingēs Seianus.

HAERES.

Quis sit hæres,satis notum omnibus est, verū scias,qd Veteres,olim dominū appellabant.§.fi. insti.de hæ.qual.& diffe. quodq; hæredes quidā extranei sunt, quidam intranei, hique sunt qui veniunt ab intestato.succedentium,vero species tres.Ascendentium,descendentium & collateralium.dixique ego,in authē. hoc inter liberos in §.si quis,C.de testa.Bal.consi.cccxij. volu. ij. Et quod Ptolemæus Cyrenarum rex, hęredem Po. Ro.reliquit.Et Nicomedes Bithyniæ, moriens. & Attalus Eumenis filius. Vnde Horat. neque Attali,

Ignotus hæres, regiam occupaui.

Et Flora meretrix. & (vt inquit Iuuenal.) quod.

Si damnosa senem iuuat alea,ludit & hæres
Bullatus,paruoque eadē mouet arma fritillo.

Est etiam Anomala, fœmina in feudis exclusa, à masculis, quæ postea illis deficientibus admittitur, vt nostri similiter dicunt, instit. de eo cui lib. cau. bo. adijciun. & secundi hæredes denique, substituti, de quibus nos plene in l.precibus.C. de impub. & al. sub. interim Hora.etiam sic.

vt &

ut & scribere secundus
Hæres, Quid,quod Brutum Cæsaris interfe-ctorem,ab eo in secundis hæredibus(aiunt) institutum fuisse.

HERODES.

Tres fuerunt(vt memoriæ proditum est) Ascalonitas, qui interfecit infantes. Antipas, qui in passione derisit Christum,atq; etiam Io. Baptistam decolauit. Et Agrippa deniq;, qui Petrum incarcerauit, capitisq; supplicio Iacobum affecit.Fuit etiam vnus ex Hircani filiis, qui cũ post patris mortem virtute præstaret, à M. Antonio Iudeæ rex creatus est.

HOMO.

Quia homo in vita est quasi hospes, in aliena domo,vitæ rursum commodatus, non donatus, breuiq; viuit tempore (vt dicebat Sãctus ille vir, Iob)multis miseriis repletus,amet Deum,fæculum contemnat,voluptates despiciat, virtutibus operã det, fit in eo pietas,religio,fides,spes,charitas,& castitas.Et consideret amplius, quod miraculum ingens est & diuinum, animal mansuetum,sagax,prouidum, multiplex, acutum, memor, præclara quadam conditione à Deo optimo maximo generatum,vt solus esset rationis & cogitationis particeps & omnium rerum mensura. quodq; cum solum erexit, ad cœliq; quasi cognationis domiciliq; pristini, conspectũ excitauit. Vnde Ouid. pronaq; cum spectent animalia singula terrã: Os homini sublime dedit cœlumq; videre iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.& ανθρωπον, idest sursum spectans, vocatus est.Imò quod magna & mirabilia fecit,sed nihil maius aut mirabilius homine. Nec ab re, Menander dicebat,suauissimam rem esse hoĩem, si sit homo.Sentiens, qui aliquo vitio sunt contaminati,non homines esse,sed Belluas.Et cum sit industria ingenio, intellectu, aliisq; animi eximiis dotibus ornatus, diuinæ naturæ similis est. quamobrem dixit etiam Deus ipse,faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, appellabanturq; homines olim Dij, vel ob miraculum virtutis,vel in adulationem potentiæ,vel ob beneficia,quibus erant ad humanitatem compositi.homo rursus,simulachrum Dei est. Opus vltimum, inductus in hunc mundum,quasi in domum iam paratam & instructam. In homine est forma,sanitas, vires, & opes, sed prudentia dux esse debet,ã qua postea temperantia, iustitia, & fortitudo descendat.prudentia, affectus moderandi sunt,ira,cupiditas,libido,quoniam hæc(ex elementis enim repugnantibus, creatus est, vt mundus) vltionem, opes, voluptatesque desiderant. Et breuiter homo homini, semper prodesse debet, inter quos natura (vt inquit Iureconsul.noster, Florenti. in l. vt vim. ff. de iusti. & iur.) cognationem quandam constituisse videtur, vsque adeo vt Athenienses, non parricidas, non plagiarios,non depeculatores, publice execrationi, qua singulis annis vti solebant, noluerint obnoxios esse,sed qui vel roganti uiã ostendere, uel lumen accendere, uel aquam ex profluente debere recusarent. hæcque de homine, dicta sufficiant nunc, ex quo alibi, quandoque etiam multa, à me tibi explicata non deerunt ad idem. Et si quid addendum est,id solum addas uelim, quod si probitatem deserat,homo etiam statim esse definit, ex quo diuinæ conditionis, ad cuius similitudinem formatus est (ut paulò ante diximus) particeps esse non potest, nanque tunc uertitur in Belluam, auaritia in lupum, detractione in canem, fraude in uulpẽ. ira in leonem,timore in ceruum,ignauia in asinum,in suem libidine, & inconstantia denique in au m.Et factum est iam tritum ferm ne prouerbium. αντρωπος αντρωπο θιος κ δ'ιμονιον, idest homo homini Deus, aut demonium.

HORA.

Horis uigintiquatuor dies noxque conficitur. Et quattuor tempora, quibus annuus orbis impletur, horæ uocantur. Et Apollo, qui est Sol, etiam Horus. dictuque mirum est, quod Aegyptij Horam significare uolentes,equum fluuiatilem, idest Hippopotamum pingebant. refertque Hiero. Maggius, uir alioquin eloquentiss. deque literis benemeritus,in Miscellan.suis elegantiss.scituq; dignũ est, quoniã confert plurimum ad id,de quo nostri in l. more Romano. ff.de fer.Et nos alibi sæpe,ex duodenario,mictu animalis, Serapidi in Aegypto dicati, horas dictas fuisse,sicq; diem in xij.diuisum fuisse.prout etiam in d.l.more Romano.dicitur.

HYLAS.

Thiodamantis regis filius, fuit,cui pater alimenta negabat quamobrem eum occidit Hercules, deinde ad Ascanium flumen missus Hylas ad hauriendam aquam à Nymphis ob ipsius pulchritudinem (ut fabulãtur Poetæ)raptus est. Hinc Iuuenal.

nulli grauis est percussus Achilles
Aut multum quæsitus Hylas.

HOSPES.

Hospitij ius sanctum esse debet, ideo adiuua me tanquam hospitem, dicebat Teucer Aiacis frater, Telamonis filius, Helenæ. Nec hospes, naufragus, idoneum prædæ genus est. imo co-

gendus aliàs, vt nobiscum maneat, iuxta illud Euangel. & coegerunt illum dicentes, Mane nobiscum. est verum si quis inciderit in puram ciuitatem (inquit Euripid.) quanquam nomine ciuis sit, quod tamen os seruile mutescit, nec habet loquēdi libertatem. Nec ingratus esse debet amplius, vt miles olim naufragus, qui amanter à Macedone quodā hospitio exceptus, possessionem eius à Philippo rege impetrauit, dono datur libenter, sed cum ei negotium narrasset Macedo possessio sibi restituitur, Stigmate vero miles in frōte signatur, hmōdi. Ingratus hospes. & ad propositū, ꝙ laude dignū sit aliàs quē quam hospitio accipere, testatur Hora. sic.

Egressum magna, me accepit Aricia, Roma
Hospitio modico.

quo stigmate notari quoq; debuit olim Vlisses, qui Aeoli & Tyrimmę hospitum filias corrupit.

HISTRIONES.

A ludo ludiones, hoc est Histriones, & viri scęnici, appellati fuerunt, & ludia carmina amplius quæ in scæna recitantur, vnde non ab re Iuuenal.

Nupta Senatori comitata est Hippia ludium
Ad Pharō, et Nilū, Famosaque Mœnia Lagi.

HERCVLES.

Idem quod gloriosus sonat Hercules. victor, laborum amator, qui xxx. fuerunt. quasi Heracles idest aeris cleos, gloria Solis, & illuminatio, & Sol, cuius imitatione (signa enim xij. annuo cursu, Zodiaci, lustrat & conficit) xij. labores etiam præcæteris, confecit & ipse. Hercules Musagetes dictus quoque est, idest comes duxque musarum. Statura septem pedum fuisse ferunt, quam longitudinem homines excedere non possunt. Commodus Imp. se Herculem vocari iussit, & pingi. Mensique Septembris, Herculis nomen imposuit. Hercules Cycnum Martis filium neci dedit. Ereatum & Euritum Neptuni filios, duplicis naturæ (duo enim capita, manus quattuor, totidem pedes, vnum corpus habebant, ea de re bellicosi in præliis fortiter dimicabant) insidiis occidit. Augeam Eliorum regem ob fractam fidem captiuum, manu obtruncauit. Ex Hesperidum hortis, superato Dracone custode aurea mala tulit. Qui vagus etiam appellatus est, quippe quia maria sulcauit, variasque peragrauit terras. Hinc Hora.

Hac arte Pollux, & uagus Hercules
Innixus arces attigit igneas.

Et μελάμπυγος hoc est minime mollis. Et Alcides, idest fortissimus, inuictissimusque, vnde alibi Proper.

Audistis ne aliquem tergo qui sustulit orbem,
Ille ego sum, Alcidem terra recepta uocat.

nemoq; est, qui Herculem vnquā visus sit (adhuc dicebat Euripid.) metuentem hostilem manum. Cui in solitudinē egresso, & cogitāti, quę nā via foret eligēda, duę ad eū accesserunt mulieres obuiā, virtus & voluptas, orantes, quarum illā potius, quàm istā elegit. Pallas ei peplum, idest vestem, qua vteretur pacis tēpore, clauā & thoracē vero, Vulcanus, quæ sibi vsui essent in bello, dono dederunt. primus omnium leonis insigni vsus est pariter. Promachus ēt præter cætera, dictus, idest propugnator. Et Rhinocolustes, quod Caduceatoribus, qui ab Orcomeniis ad tributum poscendū missi fuerāt, ad contumeliā nares præcīdit. Diomedē rursus Thracię regem, expulit, & Busyrim Aegyptiorum. Cacū deniq; interemit. Antheū, & Cychnū. & quanquam hæc omnia ita sint, & plus quàm vera, ei tamē obtrectatores nō defuerunt, dicētes illū erronē & vagabūdū, atq; multibibum, cui Cyathum quoque (vt Baccho Cantharum) dicabat antiquitas.

HORTATORIA.

Hortantis aduerbium est, agedum, quo sæpissimè Homerus vtit. Agite dū, tutamini R.P. solitę virtutis memores, dicebat Neptunus Aiacibus in bello Troiano. aliter vero Maro, sic. & Cice.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

Ne contrahas aut demittas animum, neue te obrui tāquam fluctu negotij magnitudine, sinas. Verbaq; hæc in pugna dicebantur. Sta miles, hic optime manebimus. pulcherrimaq; erit formula si sic dixerimus nos. Tu fac in augēda gloria, te ipsum vincas. hoc tibi proposito fac vt ad summam contendas. Te hortor vt omni cura in rēp. incumbas, hoc est animi, hoc est ingenij tui, hoc eius spei quam habere debes, amplificādæ dignitatis tuæ. Quamobrem te hortor magnopere mi Cicero, vt nō solū orationes meas, sed hos etiā de philosophia libros, studiose legas. Vel sic. In illā igitur curā incumbe mi Plance, vt, ne qua scyntilla teterrimi belli relinquatur, quod si factū erit, & R.P. diuino beneficio affeceris, & ipse æternā gloriā consequere. Reipub. causa te hortor, vt ne cui quidquā iuris in tua prouincia esse patiare, atq; vt oīa referas ad dignitatem, qua nihil potest esse pręstātius. Vel sic. In rebus tā subitis, tamq; angustis, à Senatu cōsiliū ne petendū putes, ipse tibi sis Senatus, cures vt ante factū aliquod à te egregiū audiamus quā futurū putemus. Quāobrē mi Plance incūbe toto pectore ad laudē, subueni patriæ, opitulare collegę, oīum gentiū cōsensum, & incredibilē conspirationē adiuua. Item. Perge igitur vt agis, nomenq; tuū cōmenda immortalitati. Vel sic. Eā facultatē habes maximā, quā, quādo cōplexus es tene, perfice vt ne minus R.P. tibi, quàm tu Reip. debeas. Moneo te atque hortor vt in Remp. omni cogitatione curaq; incumbas. Incūbe in eā curā, & cogitationem quæ tibi, summam dignitatem & gloriam afferat.

Te non

Te non solum hortor, sed planè etiam oro, ut tota mēte, omnique animi impetu in Remp. incūbas. Sic moneo ut filium, sic faueo ut mihi, sic hortor ut propriū & amicissimū. Vel sic. hortor te ne ampliora quæras, nihil enim est tāto felicitatis culmine, quo conspicuus es, angustius. Vel sic. Non alienum tamē à tua dignitate erit quod ipsi Agamemnoni regi regum fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiundis Nestorem. Tu fac fortem animum habeas, quem semper habuisti. Prouinciam tuo potissimum dignam ingenio strenue cœptam fortiter obeas, ætate flores, ingenio polles, bonis literis affatim instructus es. Item. Gaudeo te productum in hoc Theatrum Orbis amplissimum, in quo poteris eruditionis ac prudentię tuę specimen tot Heroibus, tot doctissimorum hominum conuentui ædere, quod vt facias te hortor. Vel sic. Contende quęso, atque elabora non modo vt his rebus dignus fuisse, sed etiā vt illa omnia tuis artibus superasse videare. Hæc dico tibi vt videar non te dormientem excitasse, sed currentem potius incitasse. Neruis omnibus tibi contendendū est, vt maximam tuorum de te expectationem superes, id facile perfeceris, si naturæ & felicitati tuę, addideris industriā parem. Vel sic. Totis viribus adnitere ut spem quam optimam de tuo ingenio tuaque eruditione, concepit pater tuus optimus vir, non æques modo, verum etiam superes. Age modo, perge assumptum iter, excita te ipsum, adde geminum calcar ingenio, hinc honoris hinc pudoris, mane cœpisti, noli sub meridie torpere. Sunt isthic Musæ, sunt Syrenę, hortor te vt obturatis auribus, quemadmodum Vlissei Socij, cera, Syrenarum cantus fugias, Musis vero virginibus adhęreas. Sexcentaque huiusmodi sunt, non aliter scribenda, hæcque sufficiant, non omittentes tamen vnum hoc vltimo scitu dignū quod olim Horta, vxor Romuli culta est, cuius ædes claudi nunquam solebat, quippe quia præclari aliquid fieri semper hortabatur. quodque (vt nostri dicunt) non mandat qui hortatur. l. ob hæc verba. ff. de his qui not. infa.

HOSTILIVS MANCINVS.

Iste Aedilis Currulis erat, quē noctu Manilia Meretrix lapide percussit, eumque diem ei ad populum dixisset, lapidem & vulnus ostendens, prouocauit Manilia ad Tr. plebis, dixitque ipsa pariter, Mancinū lapidibus depulisse, vt in ædes suas irruentem. Hoc est vim vi sibi (vt nostri dicunt) repellere licuisse. l. j. §. cum qui. ff. de vi & vi arma. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. c. significasti, de homici. statimque absoluta est.

HERODOTVS.

Sat erit huius viri, Epitaphium, ponere (aliàs qualis) quantusque historię scriptor fuerit, satis constat & innotescit omnibus) huiusmodi ergo est. Hærodotū Lixi filium, tegit puluis hic defunctum. Ionicæ veteris historiæ præfectum, à Doriensium patria germen.

HERBA

Parnasia, Laurus est, Apollini sacra. Est etiam Leonis, Apium scilicet, quo Nemęi victores coronari solebant. Sic dicta, quia Hercules Leone Nemæo deuicto, ludos ipsos, antea ab Archemore institutos, ad potiorem redegit statum. est & Coronaria, quam græci λιβανωτις, à thuris odore vocant, latini vero Marinum rorem. Et Parthenium, à virgine Minerua, quia παρθένος Græce virgo dicitur, est & Dodecatheon, quę in aqua epota omnibus medetur morbis. & Ephemero, quæ moritur eo die quo nascitur. Sic homo (conqueritur Pindar.) vnius diei vitam ducit miserrimam. Cętera Dioscorides, quique herbarum virtutes conscribunt.

HOMICIDIVM.

Mors omnium est, homicidium pessimorum. Homicida qui fratrem suum odit. quique potest hominem à morte liberare, & non liberat. Homicidii reus est (inquit etiam Plato) qui nō amat amantem. Et qui iure occidit dimittendus est, qui iniuria, prosequendus. Si homicidium quoque fuerit casuale, venia erit dignum. alias sub testibus punietur, ad vnius testimoniū vero nullus condemnabitur. Cętera nostri, & alij qui de homicidio fusius tractant.

HVMANAE RES.

Nihil solidi habent, & magna ex parte (ni fallor) curarum actuumque nostrorum vmbris cludimur. Pelagus inquietum, aduersisque flatibus procellosum, scopuli & Syrtes imminentes vndique, usque adeo ut difficilis prorsus sit nauigatio. Humanarum (rursus) rerum inconstantiam, Cice. ex eo potissimum arguit, quod Athenarum urbs eo redacta sit, ut in ipsis Athenis Athenæ quærantur. Quid, quod errores humani similiter innumerabiles sunt, quos cum nutricis lacte (ut idem Cice. ait) suxisse uidemur. Et alibi sic. Pudet me, atque piget, humanarum quidem rerum uanitatem considerantem in nugis (quod aiunt) agere tragedias, & à ueritate ad uulgi præstigias deflectere, multaque ex opinione, pauca vero, ex ueritate iudicare. Fortunæque fides ad propositum, res humanas uertere, pariter & euertere. Et ordo communiter in hoc Euripo torrenteque rerum humanarum (quanquam sępissime contrarium eueniat) ut ille prius moriatur, qui prius nascitur.

Corona victoriæ erat & præmium in ludis Ceeris & gladiatorũ etiam cibus. Et inde quoque (quod scitu dignũ est) hordearium æs, quod pro hordeo equiti Ro. dari solebat. reliqua ego alibi latius.

HORTVS.

Quid sit hortus, omnibus liquet, verum adde, quod hortus in quem introiuit Iesus cum discipulis suis, trans torrentem cedron, paradisum referebat. Nam qui cecidimus in horto paradisi, vidimus in horto salutarem passionem initiũ sumpsisse. quodque in horto sepultus est à Nicodemo. Hortos alias ac ad propositum generis huius magnificẽtissimos habuit Mecęnas in Exquilijs. Et Lucullus pariter, in quibus Messalina Claudij vxor occisa fuit. & in Ianiculo Cæsar. & hortum aliter Macellum, Lacedęmones vocabant. Inque hortis Hesperidum, fructus (fabulantur poetæ) sunt perpetuo virentes. vbi Dracone custode superato, ferunt Herculem quoque, mala aurea tulisse. quodque hortorum magister fuit Aristoxenus, & Epicurus. Vnde Proper.

Illic uel studijs animum emendare Platonis.
Incipiam, aut hortis docte Epicure tuis.

vel missis his omnibus dicamus sic nos. Si nõ diues Alcionij hortus, Corycij senis saltem pauperis nonnihil holusculorum proferet.

HOMERVS

Omnium poetarum optimus, diuinissimusq;, insignium tragicorum Dux & Magister primus. floruit temporibus Syluij Agrippæ, qui in Italia regnauit an. xl. Eumque laudum suarum Buccinatorem habuit Achilles. Cuius Ilias ostendit etiam quantum calamitatis afferat libido. Odyssea vero virtutis exempla exprimit. Et quẽ ob id admirabatur Crantor Solensis, Xenocratis auditor. Ex quo nemo eum, in magnis sublimitate, in paruis autem proprietate superauit. vnde quidã.

Offuscat splendore suo Lunam omnia & astra.
Phœbus, dum medio uertitur axe poli:
Infundit tenebras sic cũctis magnus Homerus
Vatibus, illustris pieridum radijs.

Et quanquam ita sit, Pythagoras tamen, eum de arbore suspensum dicit, pœnas dare, impietatis ac vanitatis. Vinosumque aliter sic vocat Hora.
Laudibus arguitur uini uinosus Homerus. Ferunt insuper eum natum ex adulterio, non cęcum, verum quod apud Ithacam obcęcatus est, & cũ accessisset Cumas, accersitus, quia Cumei cęcos vocant Homeros, qui prius Melesigenes vocabatur, Homerus appellatus est. Cuius epitaphiũ Smyrnæ legitur huiusmodi.

Conditur hoc tumulo uates diuinus Homerus,
Heroum cecinit, qui bene gesta Ducum.

Quia humilibus dat gratiam Deus, superbisq; resistit, quanto maior est quisque, tanto magis se humilẽ debet in omnibus ostẽdere. Quandoquidem humiliantis oratio, nubes penetret. Humiliemur igitur sub potenti manu Dei, & faciamus quicquid præceptum est nobis, & ex corde dicamus Serui inutiles sumus, vt Petrus, quando dixit pariter, exi à me domine (procidens ad genua Iesu) quia homo peccator sum. Vel, vt Centurio, q dicebat pariter. Domine, noli vexari, nõ enim sum dignus, vt intres sub tectum meum, peccator enim sum, & aliquando Idola colui. Nauiculam hinc ascendebat Christusmet piscatorum, & Asinum vt humilitatem ostenderet. quæ deprecãtis premium meretur. pœnam vero superbia contemnentis. Hincque quandoque interrogatus philosophus ille moralis, Aesopus Phrygius, qd ageret Deus, sublimes (inquit) detrudit, & humiles extollit, iuxta illud etiam diuinum. Deposuit potẽtes de sede, & exaltauit humiles. nec ab re poeta Lyricus, lingua Italica sic, considerans quoque Nazaret Ciuitatulam Galileæ, & Bethleem, non Hyerusalem vel Romam, pro locis conceptionis, educationis, & natiuitatis elegisse.

Tolse Giouanni dala rete & Piero,
E nel regno del Ciel fece lor parte.
Di se nascendo a Roma non fe gratia.
A Giudea si, tanto sour'ogni stato
Humiltate essaltar sempre gli piacque.

Discipulos suos insuper toto dispersit orbe non consulari trabea, non Imperiali diademate, non laurea triumphali, non philosophorum sententijs, non oratorum floribus, non aculeis Sophistarum, non denique verbi sapientia. Non etiam inter eos fuit Cæsar qui cogeret, non Plato qui doceret, non Aristoteles qui argueret, non qui suaderet vt Cice. Sed homunculi & piscatores, qui tamen loquebantur magnalia Dei. Eoque magis (si magnis parua componere licet) laudandus Prusias, Bythiniæ rex, qui se libertum Po. Ro. esse dicebat, quanto execrandus Cæsar, qui ob id, cum se non humilem præstitisset, sed elatum, arrogantem, & superbum, in Senatu à coniuratoribus trucidatus est. reliqua nos alibi latius.

HAEDERA.

Baccho & Apollini communis est hædera, quippe quia nihil præclari citra Bacchi Cyathos ędimus.

HVMANITAS.

Maxima certe fuit humanitas Augusti, quando militi libellum porrigenti dixit (timide enim forte id faciebat) putas ne te assẽ, dare Elephãto? qua maxime prædicti erant etiam (vt memoriæ proditum est) Laertes, Vlisses & Traianus. Et

vere

vere fine ea, non modo non bonus quisquam, sed nec homo quidem dici potest. Et si beneuolentiā captare voluerimus, ab humanitate alicuius, sic dicere poterimus. Nolui amplius abuti tua humanitate. Vel sic. tantam humanitatem sum expertus semper, vt ipsa humanitas non potuisset esse humanior. Singulari tua humanitate, nō minori cum laude, omnes uincis quam eruditione. Vel sic postremo. Qui non audet apud te dicere, tuam humanitatem ignorat, qui audet vero (vt ille apud Cęsarem declamans) magnitudinē.

HISPANIA

Triplex est, Taraconēsis, Bætica, Lusitania. Et hinc Iberus fluuius, citerioris, vnde Hispani quoque Iberi appellati fuerunt. Et sic Catul. ait, ob id.

audiamq; Iberum.

Narrantem loca, facta, nationes, Aerem salubrem deinde habet Hispania. Aestu ardet Africa. Et ventis riget Gallia.

HIERVSALEM

Solyma prius, postea quia ἱερὸν templum significat Graece, Hierusalem seu Hyerosolima vocata est. Sancta ciuitas ad distinctionem aliarum omnium, quæ Idolis seruiebant, & Diis fabulosis. Mater fidelium, quæ sursum est. Imò quod trinomen habuisse aiunt, quę sunt, Iebus, Salem, & Hierusalem. quodque ab Helio Adriano in Heliam suscitata est. Et cum Iebus antea vocaretur, à Melchisedech Salem (ut dixi) vocata est, postea à Daniel Iebusalem. Et mutata b, in r, Hierusalem.

HELIOGABALVS

Siue auitus, Pseudātoninus, Sardanapalus, Assyrius, & Tiberinus vocatus est. Cætera Dion.

HISTORIA.

Historiæ proprium est, vti breuiloquio, & prima lex, ne quid falsi dicere audeat qui scribit, ne ue quid vere non audeat. aliàs vulgi opinio. & genus, ab annalibus differens, vti speciebus. blanda, quia regiones cunctas, auditori ante oculos ponit. Bellatorum omnium præbet aspectum ex tutissima specula. Infinitam rerum gestarum, multitudinem exiguo momēto homines docet, Assyriorum, Aegyptiorum, Persarum, Medorū, & Græcorum, quos omnes cernas interdum terrestrem pugnam, interdum nauticam inire, & in concionibus quoque aliquando consilia habere. Et quanquam sapiens fuerit Vlysses. Qui mores hominum multorum vidit & vrbes. Sapientior tamen, multo plus est, qui extra periculum satutatur historia. quæ rursum rerum gestarum ignaros mirifice delectat. Et his qui rebus gerendis interfuerunt, suauissimam renouat memoriam. Est verū quod pedestris, hoc est, quæ soluta oratione, conscribitur, instituí non potest, nisi ocio præparato, nec exiguo tempore absolui. deque his alibi etiam fusius dixi.

INTERDICTVM.



VID sit, & vnde dicatur, nostri apertissime declarant, verum proprie scias, ad peccata referri, præceptum vero ad recte facta, & mandatum ad medium hominem.

INNOCENTIA

Deo grata est. duplex, à peccatis alienatio. Et ignoratio mali, ob ætatem. quæ sola optimam in posterum spem animo præbet. Vnicum (vt Plato inquit) vitæ solamen. Vsq; adeo (apud malorum greges enim hominum nunquam est tuta) vt eius fidem habens, habeat etiam, aduersus omnem calumniam securitatem. l. sororem. C. de his quib. vt indi. Est verum quod quandoq; pro simplicitate, vel ignorantia capitur, si dicatur vt Dauid. Iudica me Domine secundum iustitiam tuam, & innocentiam meam. aliàs sibi potius arrogantiæ vitio, datum id fuisset. Et scitu dignum est, quod antiqui reum innocentem absoluentes his vtebantur verbis. Fecisse non videtur.

IVDEX.

Meticulosa res est ire ad Iudicem. Onerosus siue potius tyrannus, qui ęquabiliter vtrique ius non tribuit, reo scilicet & actori. Dicunt nostri quoque quod iudex ordinarius est. Item delegatus, & mixtus. Ordinarius, qui ordinariam habet iurisdictionem, delegatus qui mandatam, notissimiq; iuris est. Mixtus qui in cognoscendo ordinariam habet, in pronuntiando delegatam, vt auditor sacri Palatij. dixiq; ego met alibi satis. Dicunt nostri adhuc quoque, quod factum iudicis reputatur factum partis, & bene. Debetq; Ius dicens seu Iudex, æqualitatem inter omnes seruare, & non gratia flecti, aut potentia frangi, vel pecunia adulterari. Et mētem adhibere, num iusta vel iniusta dicat, sicuti Rhetoris proprium est vera loqui. Neue ignorātia labatur iuris, prospicere. Et breuiter Dei iudicium est, inq; iudicando, iudex vicem Dei gerit. Vnde Iosaphat iudicibus suis. Videte quid faciatis, non enim hominum exercetis iudicium sed domini, quodcunq; enim iudicabitis in vos redundabit. Et ad idem sciendum est, quod olim minorum iudicū erant subsellia. Maiorum vero tribunalia & Sellæ Curules. quodq; in iudicio quattuor cōsiderantur. auctoritas iudicandi, discretio boni, à malo, sententiæ prolatio, & retributio pœnæ, ac glo-

ac gloriæ. Vel & fusius dicamus ad rectitudinem iudicij, requiri plura. procedi ex lumine rationis, absque personarum acceptione, clamori non cedat, cognoscatur causa, non timore desideretur æquitas, non alicui in iudicando compatiatur. munera non accipiantur, nec preces admittantur. audiatur pars altera. Mensuram culpę pœna non excedat, et iudicium ipsum denique ad bonum ordinetur. Scituque dignum est, quod iurabat olim iudex, vt sic obstrictus, religione, iudicaret, Quęstores vero, seu quęsitores qui prę erant quęstionibus criminalibus nō. & si iussus sit delinquentem punire, non id nisi post dies. xxx. facere debet. l. si vindicari. C. de pęn. si ex iracundia tamen sententia feratur, ne vindicta detur non crimini sed furori, vt aliquando Theodosius de quo in d. l. si vindicari, & in c. cū apud. ij. q. iij. Nec id vnum prætermittentes, ad salutē, promptiorem esse debere, & ad noxam pinguiorem, quod Apollinis simbolo declaratur, manu dextra (mitte quod dicat etiam Iurecon. noster in l. Arrianus. ff. de ac. & ob.) gratias gestātis, sinistra vero, Arcum & Sagittas. cuius signum nemini videre licebat, quod in Aeginēsium fano erat, præter eos qui sacerdotio fungebantur.

IVSTITIVM.

Est, quando diebus nefastis nihil publice agere licebat olim. Liuius plene de his, nosque alibi satis. hinc Dion. Iustitium propter famem, indictum est.

ISMENIAS.

Tibicina nobilis, patria eius Thisbe. non ab re igitur libro nostro cum aliis, Ismeniam iuris inscripsimus, imitatione illorū qui Azonē nostrū Tubā veritatis appellāt, Volateranus reliqua.

INSANIA

Philosophi Insaniam mentem vacuā vocant. Græci μανίαν. estque duplex (vt inquit Plato) cerebri & cordis.

IGNAVIA.

Est torpor animi, ignorantia, mentisque cęcitas. Et vere ingenium, consenescere non debet. Achilles Homericus enim Agamemnoni hanc ignauiam exprobrat, quod mortis instar esse videatur. cum est dimicandum, aliique militiæ labores tolerandi. nec ab re (inquit etiam Cice.) quod,

Dedecus haud labor est, Ignauia dedecus ingens.

vnde qui mane cæpit non debet sub meridiem torpore, pigrosque viatores imitari, qui dum solem cœli medio suspiciunt, multum lucis sibi superesse cogitantes, umbras quęrunt, seque somno, & quieti tradunt. sero tandem experrecti, inclinatam diem seque elusos intelligūt. ideo poe. & bene ignauis clamat.

Rumpe moras, nocuit semper differre paratis.

Namque Sesostrix Aegyptiorū rex, si quos debellasset populos, acerrime & strenue dimicantes, eo in loco virilia genitalia (vt ferunt) sculpebat. si vero certamine incruento, muliebria. horum ignauiam, fortitudinem illorū vero ex hoc significans. & si turpissimum esse crimē dixero, vt etiam dicit Isocrat. non errabo.

INFAVORABILIS.

Sententia non est, dicit alibi Iurecon. noster in l. dedit dotem. ff. de colla. bo. ergo fauorabilis (modusque loquendi est) illi, de quo ibi, nec debuit, vtpote singulare verbum, prætermitti. & simile est in c. ad audientiam ibi. insipientibus, de consuetu. quod exponitur tamen idest minus sapientibus, non fatuis, ut sonare videtur.

INFAMIA.

Ad paupertatem si adiungatur Infamia, grauior fit. Et qui ut uitet infamiam fortiter pugnat, & mortem oppetit, metu fortis & frigore calidus est, iuxta illud.

Boreæ penetrabile frigus Adurens.

Scituque dignum est, quod fęminis infamibus olim, eorumque sepulchris sic scribebant. Dum vixit. quodq; Acroceraunia mōtes in Epiro infames sunt propter naufragia. Et quod stigma nota erat infamiæ. vnde Iuuenal.

Mitius id sanè, quod non & stigmate dignum
Credidit, huic quisquā uellet seruire Deorū?

à στίζω quod est pungo etiam dicta, quia stigma (rursum) nota erat (vt diximus) & punctum, quo quis signari solebat. erat etiam ignominia militaris multiplex venæ solutio, & sanguinis emissio. pro frumento ordei cibus, tunicas interiores soluere, & plerumque fossam fodere coram exercitu. Et quanquam hęc omnia ita sint, pro infamia tamen aliquando pœnam posuit Catul. quando dicit.

Cum longa voluisti amare pœna.

Deque infamia vulgatum illud.

Pœna demi potest culpa perennis erit.

IVLIA

Seueri vxor fuit, Antonini Caracallæ mater. post occisum Antoninum inedia consumitur. Iuliæ Soror Mæsa. reliqua Dion.

IANVS

Primus ęra signauit. Rex Italiæ. Cui dicatus est mensis Ianuarius. figuraturque cum claui, & virga,

virga, quasi portarum custos, & uiarum rector. quem Ro. ueteres etiam Quirinum, Patulcium, & Clausium vocabant. Et cum quo Saturnus regno pulsus, imperauit in Latio. hinc Iuuenal.

Credo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, visamque diu, cum frigida paruas,
Præberet sp-lunca domos, ignēque laremque,
Et pecus, & dominos cōi clauderet vmbra.

pecuniam æream (vt diximus) suasu ipsius Saturni, quem hospitio susceperat, signauit. ex vna parte Ianus ipse biceps est, ex altera vero nauis rostrum, qua Saturnus vectus fuerat. Alij aiunt rudem fuisse Iani & Saturni, absque signo, sed à posteris in eorum memoriam postea, sic signatam fuisse. & aliter quoque non modo rostri altera parte, verum etiam bigę signo, seu quadrigæ, vel victoriæ. & vtrumque nummū sic habeo ego, si gnatum ęreum & argenteum. vnde bigatus etiā quadrigatus, & victoriatus nummus dictus est. Iano templum clausit Augustus. Et Ianua, quæ corrupto vocabulo Genua vocatur, à Iano rege appellata est. Ianus primus etiam qui templum erexit, quique ceremonia instituit. & clausisse eius templum Augustum dixi, quia cum duabus portis etiam pingitur, Belli & pacis, nimirūq; si Patulcius & Clausius (vt supra) appellabatur. ex quo vnam aperiebat tempore belli, pacis uero, alteram claudebat. Imò quod ter clausa est olim primum regnante Numa, Deinde post bellum punicum, Tertio vero (vt diximus) post bella Actiaca, quæ confecerat Augustus. Et nō modo bifrons, quasi ad duorum populorum imaginem, vel quod prętenta & futura respiciat. seu quia Italos planè Barbaros & agrestes ad vitam mansuetiorem, & ad Remp. administrandā pellexerit, pingitur, verum etiam quadrifrons, vt quattuor anni tempora designaret, ver, æstatem, autumnum, & hyemem. simulachrumque ipsius, manu dextra numerum. ccc. sinistra vero lxxv. tenens, ad demonstrandam anni dimensionem, de quo nostri etiam in l. fideicommissa in §. Aristo. ff. qui & à quib.

IMITATIO.

In inuentionibus (tametsi alibi exclamare videatur sic Hora.

O Imitatores seruum pecus) apes imitandæ sunt, quæ flores, non quales acceperunt, referūt, sed ceras ac mella mirifica permixtione quadam conficiunt. Et si exempla virorum Illustrium, nobiles animos, ad imitandi studium accendere possunt, quanto magis poterit virtus. Duces Romani quoque, imitabantur Camillos, Fabricios, Regulos, & Scipiones. Philosophi, Pythagoram, Socratem, Platonem, & Aristotelem. Poetę Virgilium, Homerum, Menandrum, Terentium, & Plautum. Historici, Thucididem, Salustium, Herodotum & Liuium. idem Virgilius, Theocritū, Hesiodum, Pisandrum, Aratum, & Homerum. Thæseus, Herculem. Et Cæsar Aegyptios, quia annum distinxit in dies ccclxv. quicquid ex aliorum opinione de Iano diximus, proxime supra. Imò quod Draco acie acutissima est & peruigili, naturamque Syderis, idest Solis imitatur. sic industria formicam, vt Ignauia muscas. Titianus, Simia sui temporis appellatus est, quod esset omnia pariter imitatus. Cæsar rursum Cirū, magnum illū Persarum regem, imitabatur. Brutus verbis eiusdem tribunali inscriptis, cum prætor esset, ad imitandum Brutum, proauum suum inflammatus est. Catilina Syllę familiaris, ipsius fuit imitator. Lacedęmones literam λ. scutis inscribentes, imitabantur Mesenij, qui post eos inscribebant. M. Diuturni mores consensu utētiū comprobati (vt nostri dicunt) legem imitantur §. ex non scripto insti. de iu. natu. arbitriaque iudicia. l. i. ff. de arb. nec aliud est poesis quam imitatio. imò quod honestissimus proficiendi modus est, qui ab optimi ac clarissimi cuiusque uiri imitatione proficiscitur, quem maiores nostros etiam seruasse nō ambigimus. sic Cotta & Sulpitius L. Crasi. sic Carbo Scipionis, sic Cice. Scęuolæ effigiem, imitatione repręsentare conabantur. Naturam imitati sunt veteres, in ędificandis templis rotundis, delectati. Numa Pompilius à Tullo Hostilio. iij. Ro. Rege imitatus est pariter, in sacrificando. Inuentaque est biga, quasi Lunę, & quadriga etiam quasi Solis imitatione. adeoque necessaria etiam et utilis, ut hinc videamus quoque, noxalem actionem, quod mer. causa, & ad exhibendum personales esse, in rem scriptę tamen, quia imitatione realium dantur contra quemcunque possessorem, ut plene not. in rub. ff. si cer. pet. eoque fit vt nos quoque imitari debeamus iura principū, ut insti. de codicil. in prin. Et Christum (omnibus prętermissis) cuius actio nostra est instructio. c. significasti de electio. nec ab re hodie dicitur in Euāgel. Exemplum enim dedi uobis, vt quemadmodum ego feci uobis, ita & uos (mei imitatione) faciatis. quia sic erimus in Christo & Christus in nobis, quoniam imitatio amplius, similes nos facit iis, quos imitamur. Quid plura, tentauit Deus Abraā, non quod eius fidē ignoraret, sed ut tentatus iustificaretur, & aliis proponeretur imitādus. operæ preciūq; erit (de pręceptoribus nil dictū est) hoc vnum, nec silentio inuoluere, quod imitari debent solemnes Tibicines, quibus non satis est, discipulis deteriores ostendere cantus, quos deuitent, nisi demōstrēt quoq;, quo modo sit bene canendū. Et quod aliquādo aliqua, memoria sunt ꝓdēda, non imitāda tamē, sed fugiēda potius & decliuanda.

INGENIVM.

Generosa ingenia non trahi sed duci volunt, præclaraque ac uirtutibus plena, in uariarum artium redundāt elegātiam, ut lętæ segetes, uberesque

resque agri, qui interdũ, quęue, culmis aristisq; luxuriant. Est verum vt in pomis quoque, quod dura & acerba nascuntur, postea fiunt mitia & iocunda. Siquę bonum & candidum fuerit, educatioque simul cũ disciplina (vt inquit Euripid.) quod multum conferũt ad virtutem. Si exile vero, quod nihil vnquã proficiet, uel priuatim vel publice, magnum aliquid efficiet. Laudabile etiã docile, & sine doctore. pingue nec laudabile nec optabile, vnde Hora.

Hac prece te oro

Pingue Pecus domino facias, & cætera, pter Ingenium. Et si mobili quis fuerit, sententiáq; mutarit in horas, irato Vertũno natus dicetur, vt idem ait, sic canens.

Iam mæchus Romæ, idã mallet doctus Athenis
Viuere, Vertũnis, quotquot sunt, natus iniquis.

Et quanquã quisque suo blandiatur, quasi vinũ obtrectatores probant tamen. Et si felix fuerit rursum, longa experientia non egebit. Verũ adde quod à veri consideratione nõ debet esse detortum. Innumerato haberi etiam debet, esseque ardens, viuidum, solidum, & masculum, quia sic erit quoque immortalitate dignũ. Esseque debet diximus, quoniã alias semper querulũ est, morosum, & proprijs rebus minime contentũ. nãque rustici felicitatem ciuibus inuident, causarum patroni propriam conditionem deplorant. rastros & agellum habent in votis, milites, ociosos in cœlum efferunt. Otiosi militiam admirantur. Vnde Hora. adhuc.

Qui fit Mæcœnas vt nemo quam sibi sortem,
Seu ratio dederit seu fors obiecerit illa,
Contentus uiuat, laudet diuersa sequentes.

Imò quod in magnis ingenijs plerunqne magna etiam vitia existere solent, Nec pręclara quibusdam, vt fœcundum solum noxijs herbis, carere. & plus quod bona, praua doctrina corrumpũtur. Et breuiter nihil dulce, quod nõ sapiat bellũ.

INSTAR.

Cum genitiuo similitudinis, adnerbium est l. instar. C. de iu. fi. lib. x. vbi exemplum, seruitq; nobis ad multa, de quo etiam in cle. j. de iudi. & in c. ij. de offi. leg. in vj. Bar. noster in l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. lo.

IDIOMA.

Nil aliud est (hoc solum dicam) nisi linguæ proprietas, Italicum, Gallicum, seu Hispanicũ, vel Germanicum & simile, Latinnm vel Græcũ, Arabicum, vel Caldeum.

IASON.

Nomen proprium est viri, is enim est qui (vt fabulantur poete) nauigauit in Colchos ad auferendum aureum vellus, quo nomine vocatus est ẽt Mainus noster, tam magnus Iurecon. vt prosperitati non modo frugis multum, verum etiam nõ parum admirationis reliquerit, adeo egregia planè sunt eius commentaria, quæ passim leguntur, quæque quotidie præmanibus habemus. sed id vnum, addas velim, quod Græce *ιασων* Sanator sonat aliàs.

INCLYTVS.

Magnum nomen sonat. Vnde hinc inclyte leges Solonis dicuntur. Inclytæ Athenæ. Inclyta gens populus Israel. Inclytus Hercules. Dux inclytus Epaminundas. & inclyta Venetiarum ciuitas. & inclytus Antenor, hic sepultus, qui patauinam condidit urbem.

INNVMERATO HABERE.

Ingenium, non aliud sibi vult quàm viuidum esse cuique debere ardens, solidum, masculum, & promptum, & vt fusius dictũ est supra, modusq; loquendi elegantissimus est.

IRRIGVVS LOCVS.

Aquis abundans. l. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. matri.

INTELLECTVS.

Deus nobis primum (vt inqnit Euripides) indidit intellectum, deinde nunciam sermonis dedit linguam. Estque ipsius simbolũ, iuuenis larua, supra se vexillum habens, siue molendinum, quippe quod semper agit aliquid & molitur. Et breuiter est in argumentis, animaduertitur vero sensibns.

IEIVNIVM.

Homini necessarium esse, & Deo gratũ, multis docet exemplis, Hiero. aduersus Iouinianũ. vnde fructus quinque hinc nascuntur Frenatio: Illuminatio, Triumphus: Placatio: & Glorificatio. Et quia hora nona eiectus fuit de paradiso Adam, vtpote ventri nimium indulgens, eo fit vt ieiunantes ante eam oram comedere non debeant. Ieiunio Helias Cœlum clausit. viduæ filius suscitatur ab inferis. Helias (rursum) in cœlum ascendit, è cœlo pluuiæ deponutur. Et ignis deducitur. Christus Iesus D. noster diebus xl. ieiunauit, nihil mãducans, uel & fusius dicamus sic. quod orbis principio fuerit institutum inque paradiso uelut thesaurus quidam preciosissimus reconditum. Vel quod in Moyse fuerit inuentũ, cum ante legem, tum post, idipsumque conseruauerit Hęlias, exercuerit post fiuitam legem Christus, prædicauerint Apostoli, initio Euangelii, obseruauerintque ultimo loco sancti omnes.

Nec

Nec ab re Boetius (adeo laudabile est) sic aliquando cecinit.

Felix nimium prior ætas,
Contenta fidelibus aruis,
Nec incerti perdita luxu,
Faciliq; sera solebat,
Ieiunia soluere glande.

IRA

Inimica consilio est. Etsi iræ accesserit cupiditas & libido, tres furiæ erunt, & in homine affectus tres, vnde mala omnia proueniũt. Nec aliud ira est, quã accessio sanguinis circa cor. dictaq; iracundia, quod iram accendat. est uerum, quod irasci hominis est, sed Christiani, iniuriam non facere. præcepitque Deus insuper, non occidere Solem super iram nostram. quanquam dicat tamen Homerus, poetarum princeps, quod quandoque etiam post mortem duret (sed fictio poetica est) Vlisses enim cum descendisset ad inferos Circis iussu, ut Tiresiã alloqueretur, de facili reditu in patriã, vmbras omnes allocutus est, Solus Aiax Telamonius absistebat iratus, victoriæ causa, qua potitus fuerat ĩ iudicio apud naues Vlysses, super armis Achillis. Imò qđ nec principis literæ, sunt statim exequendæ, sed iussio secunda expectanda, donec ira deferueat, ut in l. si vindicari. C. de pœn. & in c. cum apud. xi. q. iii. ira nascens postea desistens, excandescentia est, quæ θυμωσις Græce appellatur. estque in corde, vt appetitus in iecore, & ratio in capite. Et licet iratus nihil timeat. Et dicant Peripatetici iracundiam commendantes, eam quasi cotem fortitudinis esse, quodque vir non est, qui irasci nescit, aliter tamen sentit Ennius, & verius, quod insaniæ principium sit. Et Xenophon quod comitẽ pœnitentiam habet. Et Eurip. quod moderatam exercere sapiẽtis est. quodque iustis non est irascendum. Et uere irasci propter delicta licet, sed non irato pœnam irrogare delinquenti. vnde Architas. quo modo tractasse te, nisi iratus fuissem. ex quo tunc animi iudicium non est irato. l. quicquid calore. ff. de regu. iu. Et si aspera fuerit, malum etiam erit intractabile. Et hominibus est communiter causa maximorum malorum. qua detestatus est Cherephon Athenis, philosophus, ortumque prouerbium inde, in Palladis vestigiis, nihil a Cherephõte differs. Moderãda igitur est. Climas enim Musicus, si quãdo ad irã prouocaretur, sumpta statim Cythara, motus animi leniebat. Nec aliter Achilles cum iratus staret ad littus, qui eodem modo fermè dolorẽ placabat. vnumque est ex præceptis Corinthij illius, quem Periandrum uocabant, vt iram compescamus, & omnino iracundiæ resistamus. idq; nobis argumentum est, quod fasces, & secures non alia ratione, Ro. ligatas deferebant. vsque adeo (nisi ita faciamus) ut nos maximis calamitatum inuoluamus vsuris, non secus ac ij, qui diuitias quærunt seque mari committunt, quandoquidem sibi maximo fœnore pecuniam comparent & acquirant. Ira rursum hominis est proprie, Vltio & uindicta Dei, quia in eum non cadit passio. Furor vero patientis. Ira aliàs rationẽ suffocat. Mensuras Iustitiæ ignorat. Amicitias rumpit. pacem aufert. sapientiam calcat. & sapiẽtes denique infatuat. simulacrumque iræ, siue simbolum, est leo. est verum si principis fuerit, quod plerumque viri uirtute remittitur, ut in Lysimacho & Alexandro, inquit Pausanias.

IACTANTIA

Operosa & periculosa est semper. Et qui omnia pollicentur, nihil præstant, faciuntque ut omnia contrectando, atque (ut ait Comicus) intelligendo, nihil intelligant, imò qui profitentur omnia nihil sciunt, insipientiamque suam detegunt, vt Hippias, prudentiusque Socrates dicebat. Hoc vnum scio, quod nihil scio. Stultum hominum genus etiam est, de his gloriari quæ nec ipsi nec alii intelligunt. Iactantiaque ridiculosa alieno gloriari. Qua nec caruit Ixion, apud Inferos rotæ alligatus. Pucrilis vero, accusando uiros Illustres, nomini suo (ut inq̃t Hiero.) famã quærere. Et ineptũ amplius, suas ostentare diuitias, & longe magis alienam suppellectilem. vnde hinc postea Halizonæ dicuntur aliqui à iactãtia diuitiarum quas possident. & ἀλαζὼν Græce, Latine iactãs. Et quia Galatæ in sui laudem multa dicunt postremo, inque cæterorum contemptum, summa reprehensione sunt digni.

IVSTIFICATIO.

Iustificari quis dicitur, si fiat de iniusto iustus, si de iusto iustior, & quantum ad aliorum recognitionem, dum alicuius æquitas aliis declaratur, vel ab eis cognoscitur, honoratur, & laudatur. Cætera Cartusianus, & alij latius.

INVOCATIO.

Inuocationis exemplar erit, si dixerimus sic. Inuoco Spiritum sanctum, ut facta dictis exequãtur. Quia scientiam legis Dei nemo accipere potest, nisi ei fuerit data à patre luminum, qui illuminat omnem hominem uenientem in hũc mũdũ, ideo inuocabo Dominũ, & dicam, Domine Sãcte Pater, Deus Sabaoth, idest Saluator adiuua me. Nec desperet quis plena fiducia postulare auxilium à domino, quia omnis qui inuocaueri nomen Domini, saluus erit. Imò quia ipse dicit. Clamabit ad me, & exaudiam eũ. Clamauit Ionas, de uentre Cæti, & redditus est luci. Deesis inuocatio est. Inuocãdus est rursum Spiritus sanctus, inuocandus Iesus, inuocandus pater Deus, & imprecãdus. Et Sancta trinitas, quæ his exprimitur verbis, Sãctus, Sanctus, Sanctus Dominus

mihi semper iratum imprecor, si tibi obstrictam fidē deseruero. Emoriar si mihi vnquā eueniat, tui obliuisci. Iurāt Poetę sic. Musas oēs iratas habeā, nisi tuas maximas laudes, decātare curauero. Iusiurandū forte, id firmius putātes, quàm si sibi iuraret Iupiter stigij, per flumina fratris. Fabulātur enim (vt Lactantius inquit) Iouis fuisse illud, per Stygiā paludem. Iurabant veteres per Iouem lapidem, per caput. Vnde Iuuenal.

nondum Graeis iurare paratis
Per caput alterius. Et per sceptrum, vt Agamemnon aduersus Achillē, sic. Per hoc Sceptrū Gratotū principum in iure populis dicundo, & in custodiendis ex Ioue legibus, insigne iuro. Sic ēt dicebant. Sanctissimo iureiurando fœdus feriamus. perq; Stygiū flumen adhuc, iusiurandū à Iunone somno delarū fuisse in bello Troiano altera manu tellurē, altera mare tenēti, vt oēs Dij Inferi essent testes. Iurabant ēt in verba milites, sermoq; militaris dicebatur sic. Iures, qd rē talē nō habueris. Sacramētumq; militare erat, quādo milites ipsi militia ascribebātur. Iurabat Socrates homo ineptus scurra & perditus, per canē, & anserē, imò demēs, quia sic religionē cauillabat, vt p Deo, turpissimū haberet animal. Quicquid vir bonus asseuerat perinde ac iurato credi debet, si rei necessitas vero iurisiurādi religionē postulet, per patris aut per matris sanitatē, & senectutē prosperā iurare debet, si viuūt, aut si defuncti sunt per eorū beatā memoriā, quia sunt effigies & simulachra diuini numinis, qui liberos ad vitā produxerunt de nihilo. Est rursum alia iurādi forma, quā ponit Euripid. sic. Iuro me neque vo luisse neque cogitasse, alioquin peream inglorius, infamis, sine ciuitate, sine ædibus, exul, errans in terra.

Et neque mare neque terra recipiat meum
Corpus, ubi fuero mortuus, si sum sceleratus vir.

Et iusiurādū vasalli (vt dicūt nostri) quod praestar domino, sex capita cōtinēs. Incolume, totū, honestum, vtile, facile, & possibile. Subiicienres quoq;, si in instrumento reperiatur, qd habebit executionē paratā, & not. in l. ij. ff. de iureiu. Et si promissionis fuerit, vocaturq; cautionale, verita tē intētionis, desiderat. Iudiciū discretionis, & iustitiā impletionis. Et si sequatur proprię salutis dispēdiū, nō ligat. Est verum qd qnq; capitur pro immutabili rei, ac propositi cōstātia, iuxta illud. Iuraui & statui. Iurabit & nō pęnitebit eū. quodq; sacramētū à iuro differt, id enim minus solēne est, istud vero solēne & legitimū. Et plus qd veteri religione sancitū erat, ne victima vesce rētur hoēs super qua iusiurādū conceptum fuisset pro absoluto habentes quoq; Flamini Diali iurare nō licuisse, quodq; ei iniurato credi oportebat. Et adiicientes insuper, qd Græci iusiurandum ὅρκον vocant, vnde Orcus postea dictus est, qd per eū iurare timeant cuncti, & numē fallere. dictūq; mirū est, alibi locū fore, iureiurando sacrum, Paludem scilicet, cuius Maro sic meminit.

Immota melior est, quàm mota,
Et fatis nunquam concessa moueri.

namq; iurās, tabellę iusiurandū, inscribit, inq; fluuiū pijcit, si sanctū est, inuiolatūq;, super natat, si falsum & iniustū, mergitur. quādoq; vero remitti simpliciq; verbo iurare debētis, itari, si probatę sit vitę, vt Xenocrati Atheniēses. Nec Socrates, iusiurandū, violare voluit, vt populo cōtra legem, blandiri videretur, tantopere à Xenophonte collaudetus.

INVESTITVRA.

Propriè dicitur illa, quę incipit à traditione possessionis inuestiturę titulo. alia est impropriè quę fit mediāte aliquo signo, puta ense vel baculo tradito, in manu vasalli, & hac vtitur principes vt nostri dicūt. c. j. quid sit inuesti. in vsib. & in materia indubitatū, quod ab ipsius tenore nō est recedendū, qdq derogat cuicūq; naturę feudi. c. j. & ibi Bal. ad si. de duo. frat. à cap. inuesti. eo. lib. in feudo nouo nō admittūtur ad probandam inuestituram, nisi pares curiæ, idest cōuasalli. In antiquo testes etiam extranei. Et quanquā secūda alteret primā, eā tñ non mutat. c. j. quoe test. sunt necessa. c. j. de vasal. decrep. ætat.

INTERPELLATIO

Quid sit, & quotuplex, aliaq; multa sanè, diximus nos, aliquādo, in l. qd te. ff. si cer. pe. alij fusius in l. si insulā. ff. de ver. ob. Ideo id solū nūc repetendū est, qd extraiudicialis facta cōgruo loco, & tpe, debitorē in mora cōstituit, & ab eo tēpore cōtrahitur. iudicialis vero à tpe litis cōtestatæ. l. vinū. ff. si cer. pe. & ibi dixi pariter. l. nemo. §. j. ff. de ver. obli. Et nouissimè, qd aliter capitur in l. j ff. de extraor. cri. in prin. pro requisitione eorū scilicet, qui aliorū vxoribus tētāt copulari, quiq; hac de re, & si effectu sceleris potiri nō potuerint, propter voluntatē tamē, pernitiosę libidinis, extra ordinē puniuntur, vt dicitur signāter in pręalle. l. j. Et vltimo loco, qd interpellare ēt aliàs, est obstare, loquentis orationem interrumpere, & impedimento esse, sic Hora.

Transus non auide, quantum interpellet inani
Ventre diem durare, domesticus ocior.

Et alibi,

Interpellandi locus hic erat. Est tibi mater?
Cognati? quis te saluo est opus?
Haud mihi quisquam.

INDOLES.

Sat erit hoc quoq; loco, Euripidis locū referre, ad indolis propositū sic dictis, vt tibi succurrat, si loqui oporteat, siue oportuerit.

Varia enim agitantur indoles mortalium,
Vidi quippe virū præstanti ortum patre,
Qui nihil et mutilis ēēt, rursum frugi ex malis
Liberos.

ICONOMVS.

Dicitur,qui ab episcopo eligitur rebus ecclesiasticis,ad differentiã sindici, qui ad singulorũ cãs in indicijs ordinatur.Et actor qui ad vnã in assumptus est,& vt plenius Specu. in titu.de his qui alie.no.agunt in §. actor. & in §. sindicus.& not.in l.j.in §.j.ff.quod cuiusq; vni.no.

IACTARE SVVM.

Nemo præsumitur,dicimus nos.l.cum de indebito.ff.de proba.aliàs præsumeretur ẽt fatuus quis & dilapidator. l. filiusfamilias. ff. de dona. Verum scias,quod iactare se alicui aliter, est se ipsum illi dare,ingerere & insinuare, si Iuuenal. ita dicentem,audieris.

nam lora tenebat
Ipse lacernatæ cum se iactaret amicæ.

INGENVVS

Est is(dicunt nostri) qui statim vt natus est, liber est,insti.de ingenu.in prin.Sed tamen nec omittas velim,ad pudorem quoq; posse referri, iuxta illud Cice.dictum.Ingenui pudoris est fateri per quos profeceris. sicuti obnoxij contra, (addas tu)infelicisq; ingenij, malle deprehendi in furto potius,quàm mutuum reddere.

INTERROGATIO.

Græce ἐρώτημα dicitur,adeo Parmenidi familiaris olim(inquit Plato)vt interrogando disputare solitus sit.Nec ab re nos imitatione ipsius, encherium quoque sequuti librum, hoc ordine, conscripsimus,vnà cum alijs quã pluribus,quem si legere aspernatus non fueris (Milleloquium enim est, libri titulus) forte nec tibi ingratum fuisse perspicies,& quantum tibi (rursum) frugi afferre possit,facile cognosces.

IMMOLARE.

Sacrificare est,quod fanè vti notum omnibus liquet.nãque ad propositũ,Homerus ille,poetarũ princeps,sic refert.Calcante vatẽ aliquãdo respõdisse,Iphigeniã Agamemnonis filiã Dianæ immolandã,vt vẽti faciles nauigationi Græcorũ darentur,Classi,Troiã ꝓficiscenti. Sed tu vnum id addas quoq; Pythagorã solitũ tũc cũ in humanis esset, si quid noui inuenisset, in Geometria, bouem Musis immolare pariter.

INDVLGENTIA.

Pro venia,& quãdoq; pro remissione, ponitur,vt videre est in Antonino pio,Iuliũ Capitolinũ,ita dicentẽ.quo verbo vsus est ẽt in Alexandro Seuero, Lampridius. Et alibi Ammian.Marcellin.Imò & in multis legibus Impp.2.4.6.10. 12.& si.C.de sen.pa.sed non satis latine vt sentiunt aliqui.quod an verum sit,perpende tu.

IN CREDITVM IRE.

Sic dicitur in l.ij. in §.i.ff.si cert. peta. vbi & nos multa,& alij,idq; etiam in l.seruo inuito, in §.si.ff.ad treb.& in l.procuratoris in §.pen.ff. de tribuio.Sed si hoc solũ dixeris,nõ aliud esse, nisi mutuum contrahere ibi,simileque in alijs locis, seu iuribus ad idem allega. non errabis, quia re vera ita intelligendum est.

IGNIS.

Virtus Dei in calore & igne est.Ignis masculinũ elemẽtũ est,aqua fœmininum. Igne vtimur, qui nobis in argumẽtũ immortalitatis datus est. Capitolium Ro.vrbis,olim sępius,fulmine ictũ, conflagrauit,idque diuinitus Cice. contigisse dicebat.igne & aqua simul(dicunt nostri)celebrabantur nuptiæ.l.Seia.§.Virgini.ff.de do.int. ui. & vxo.in igne Deum colebant Caldæi.ignis est diuini amoris,euangelica doctrina,lex noui testamenti & Spiritus sanctus. Vnde illud Luc. ignem veni mittere in terram vt ardeat. In igne apparuit & in columbæ specie Spiritus sanctus adhuc,vt simplicitas & zelus exprimeretur.Ignis rursum Deus est,iuxta illud,Euangel.nonne cor nostrum ardẽs erat in nobis,dum loqueretur in via,& aperiret nobis scripturas.In ara lucet dijs fumo odorato inquit Euripid.Syri baptismũ nota ignis excipiunt, auctoritate dominica freti. Ignis cõsumens Deus.per ignem siue per angelum in igne apparuit,quando legẽ dedit Moysi. Ignem Aegyptii animal esse putant, nec ab re cũ extinguitur, velut si occidatur, vocem emittit, vsque adeo vt Ro.homines,lumen non extinguerent,sed extingui permitterent. Persę Deum, ex quo lege prohibitũ erat, corpora cremari haud debere.Ignem veteres colebant locupletiorem domus,dictaque hinc Culina proprie, à colẽdo. nosque alibi fusius.

INCONSTANTIA

In puero est naturalis,sed in sene erit ridiculosa,ideo à nobis senibus,omnino deuitanda est.

INDVCIAE.

Quid sibi verbum hoc,velit,clarũ est,quia declarat tibi iurecon.Paul. noster, in l.postliminiũ in §.induciæ.ff.de capti.& postli.re. sed id addas velim,dictas fuisse quasi inde vti iam liceat, hoc est in diem certã,pugnã inter nos haud esse posse, verum ex eo die postea,vti iam omnia belli iure,nobis permittantur.

INCENDIVM

Coercendum est antequam erumpat , imò quod

quod parua scintilla, quandoque ipsum tam magnum excitauit, ut non facile extingui potuerit. nec ab re, (adde tu) si ex leuissimis causis & initiis sic plerunque etiam nascuntur horrendæ orbis tragędiæ.

IPSO IVRE, IPSO FACTO.

Quanquam verba hæc, cōpositione differre videātur, non secus ac ius & factū, argumētū in l. si idē. C. de Codic. quoad iuris effectū tñ, nulla est differētia inter ea. c. j. de homi. in vj. c. j. de pęn. c. cv secundū leges. de hęre. eo. lib. & vbiq; not.

INSVLA.

Est terra aquis circundata, de quo pleni sunt libri, sed adde quę sit illa quā I. Con. alibi Cotoriā vocat, in l. Cęsar. ff. de publica. & vect. Et dic, qđ Creta est à loco, sic vocata, vnde cotes fodiūtur. & ut ibi latius. Alibi vero pro domo capitur in l. si insulā. ff. de ver. ob. Et hinc (aiūt) olim Romę, insulas xl. incendio, absumptas fuisse.

IOSVE.

Ad istius iussionem Sol & Luna, steterūt spacio vnius diei in medio Cęli, quod sanè dictu mirum videtur, cum hæc supra naturam sint, & solius Dei operatio, putandumq; , hoc idem uerè, nutu sanctissimæ Trinitatis, ipsum Iosue & non aliter quidem diuinitus peregisse.

INTELLIGERE.

Difficile est, putare vero quiddā esse fallax, vt Plato dicebat, omnium sapientissimus.

INVECTIVA

Erit, si dicatur, vt dicitur in l. qm̃. C. de epi. & cle. aboleatur q dē Euthicetis dānosa memoria. Vel sic. Fauonius Molis potius quā Moloni operā dedit, is enim cū Moloni præceptori cōmēdatus fuisset, parūq; profecisset, Ciceroni ꝑbuit ansam sic dicēdi. Vel acrius, qđ inter hoīem voluptatibus deditū, crapulæ & libidinibus, & porcū glādibus ac hordeo abūdātē, seq; in luto volutantē, ꝑter corporis formā nihil interest. Itē, qđ qui crapula repleti ingenti vecordia, & prosperis fortunæ flatibus, velut nares sunt tumefacti, iam nō hoīes dici possunt, sed Belluæ. Vel quod immanitas est eorū hoīum, qui dicunt hodie (ut olim quidam ex Imperatoribus) literatos homines Reip. pestes esse. Vel sic. in hæreticum. O cæcum pectus, ò mentem Cimmeriis (ut aiūt) tenebris atriorem, qui Anaxagorę similis es, cui niues atramentum fuerunt. inquit Lactan. Vel & aliter. Homines maximum bonum iudicāt opes, quas si bonis artibus assequi nō possunt, assequuntur malis, fraudant, rapiunt, spoliant, insidiātur, abiurant, nihil deniq; moderati aut pensi habēr, dummodo auro corruscent, argento, gemmis, vestibus fulgeant, auidissimo ventri opes ingerāt, stipati familiarum gregibus, per domitum populum semper incedant. Vel quod puerilis iactantiæ est, accusando Illustres viros suo nomini famam quærere. Vel in mulieres, pigmētis faciem sibi denigrantes ut Poeta Proper. cecinit sic.

Quid iuuat ornato procedere uitta capillo?
Naturæq; decus mercato perdere cultu?

Vel sic. nihil præsidij est in uirtute, hodie iustitia periit, libertas abiit. Aequitas uicta est, libido regnat, sæuit auaritia, feruet inuidia, & omne hominum genus breui, suos patitur tyrannos. Nulla fides rursum, nulla pietas, nulla charitas. Tumor, liuor, luxus, auaritia regnant, pessimus quisque prouehitur, prædo tollitur, pauper opprimitur, simplicitas amentiæ, malitia sapientiæ nomen habet. Deus spernitur, colitur nummus, calcantur leges, & irridentur boni. Imò merguntur, mali surgunt & eriguntur, reptant aquilæ, asini uolant, uulpes in curribus, corui in turribus, columbi in sterquilinio, lupi liberi, & agni denique in uinculis. Vel sic. Tam indoctus est ac stupidus, ut nulla sus possit quicquam indoctius. Vel sic. Draco rabidus dudum emersit ex antro. Homo natura fatuus, indoctus, moribus inamænis, perfracti animi, & impotenti impetu. Item, omnino istud ingenium erat dignum meliori domicilio. Vel sic. Quod genus hoc hominum ortum est ad Hyrcanas syluas, aut Scopulos Caucaseos, efferaciores Tibarenis, ac Derbicibus qui patres mactabant, è Scopulisq. præcipitabāt. Vel sic. Magna est hominum stultitia, qui dum fortunæ muneribus fruuntur, felicitatem non agnoscunt, quam afflicti & calamitosi optant, atq; expetunt. Vel & aliter. Tria sunt uitia in homine, quæ ferè coniunguntur pestilentiore cōiunctione, quàm Saturni, Martis, & Mercurij congressus in Cancro, aut Scorpione, quod maxime exhorrescunt Astrologi, potoris, lusoris, & mulierosi. Vel sic. Nunc ganeis gaudemus & alea, pictisq; chartulis, & pyrgo.

Quibus tenet insanabile multos, Ludendi cacoethes, & ægro in corde senescit, ut Iuuenal. ait. Multi insuper qui domi agunt improbantur, ex quo multi etiam res suas, bene gesserunt procul à patria. Item. Mandare quenquam literis suas cogitationes, qui eas nec disponere nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperantis, abutentis & ocio & literis. Vel sic. Audax uerbis est, rebus ignauus. Pulchrior quàm fortior. Vel quod sit alicui, superbia in fronte, ira in oculis, pallor fœmineus in corpore, & in ore multo rubore suffusa impudētia. Inuehitur quoq; Bal. noster in scholares quod materias extraordinarias non videāt, eos miseros appellans. in l. fi. ad fin. C. de edil. ac. quas ędidimus nos ea ratio-

ne his diebus, ne præteriri (vtpotè neglectæ) viderentur. Augustus. M. Anto. vt insanum increpat, quasi ea scribentem, quę potius hoīes mirentur quàm intelligāt. Apostolus Paulus (vt D. Hiero. testatur) dixit Petro, qđ nō recto pede incesserit in Euangelij veritate. habuitq; Isaias labia immunda, ex quo Oziam in Templum irruētem non corripuit. pluraq; huiusmodi sunt exempla, non aliter referenda.

IGNORANTIA

Cæcitas mētis est. qua nihil peius. magna animi paupertas. Vnde Socrates (adeo malū magnū est ignorātia) conqueri sic solebat. Hoc vnū scio qđ nihil scio. qui viros bonos ēt ac honestos eos esse putabat qui scirent, mancipia vero vocabat qui ignorassent. Est verū qđ obscuritas ignorantiā parit, ignorantia vero admirationē, quam tñ cārum cognitio tollit. Ignorātia regulariter prę sumitur. l. verius. ff. de proba. fallit in vicinis, cōsanguineis, & domesticis. l. quicunq;, & ibi Bal. col. j. C. de ser. fug. Duplex facti, Iuris. Facti duplex. cū diligentia excusat à toto, cū negligētia, à tanto. Iuris duplex, affectata nō excusat, nō affectata, excusat à tanto. Item sine culpa, excusat à toto, cū culpa à tanto. Sunt ēt qui dicūt, gloriosam eā philosophiā esse, quę ignorātiā profitetr, nihilominus irridetur ignorās & cōtēnitur, vnde hinc dici solet, tantū is sapit quantū de pictura Camelus. Citharędus indoctus exsibilatur. Asinus ad lyrā est. Et vere q fortunę beneficio sunt diuites, aīum aūt habēt bonarū rerū inopē. quiq; corporis forma sunt cōspicui, mentē vero habēt nullis virtutibus ornatā, & natalibus gloriantur, nihil nobilitatis habentes præter imagines, quā maxime sunt dānandi. Ea de re satius est, ſertus discere, quàm nescire. Imò ad ignorantię propositū, quod erratorū & ipsius ignorantię, plena sunt omnia (vt dicebat Thales Milesius) qđq; nemo ignorās meretur. Et quod reprehēdere absq; rōne, ab ignorātię cæcitate prouenit. qua de re fingunt Poetę, Momum noctis filiū. Nec vulgatum illud omittentes. Omnis ignorans malus.

IGNOBILIS.

Ex nobilitate parentū nemo laudādus est, nec ex ignobilitate culpandus. Euripides enim matre agrestia olera vendēte natus est. Demosthenes patre cultellos factitante. Est verū aliàs, qui emergunt è sterquilinio qđ mire virulēti ac pertinaces esse solent. Siq; ignobilis ad dignitates velit admitti, quod audit cōtinuo (vt inquit Hora.) sermones populi, quis homo hic est? Et si in altisimū dignitatis gradū aliqnando proueha tur, vt olim Ventidius Bassus, Seruius Tullus, & alij sanè multi, fortunæ munus est. Vnde Poeta.

Si fortuna volet fies de Rhetore consul,
Si volet hæc eadem, fies de consule Rhetor.

Ro. à pastoribus orti fuerunt, & ab hominibus sceleratis, qui ad Asylū Romuli cōfugerunt. Imò à nothis, quod idē Poeta innuere videtur, quando sic dixit. Aut pastor fuit, aut illud qđ dicere nolo. plerumq; tamen nō modo (vt dictū est) admiratur populus, verū etiā intoleranter fert, quē, qui obscuro loco nascatur, in amplissimū dignitatis gradū collocari. nanq; per vias vrbis aliquando olim in vrbe scriptū fuisse legimus, concurrite oēs Augures, Aruspices, portentum inusitatum recens conflatum est. Nam Mulos qui fricabat Consul factus est, sed nimirum, quia sic Poeta Gallus humili & obscuro loco natus, ad p̄fecturæ gradū, suo tempore euectus est. Et ad cādem dignitatem, Narsetes Eunuchus, quē tamē chartularium fuisse constat. tolerabile etiā, quia Gothos ferocissimam gentem, superasse, aiunt. dixiq; ego alibi fusius.

IMMORTALITAS,

Immortalitatē arguit Agricola, qui serit. Legislator qui leges, instituta, & Rēp. confert. Pater, qui filios gignit. Testator qui ordinat, Maiorū sepulchra, Elogia, & id genus plura. cur non igitur quisq; niti debeat, virtutibus, optimarūq; artiū disciplinis, hanc noīs immortalitatē cōparare, & post mortē sibi quærere? Non enim putandū est, Alcestē pro Admeto mori voluisse, nō Achillē in vltione Patrocli occūbere, aut Codrū pro filiorū regno perire, nisi immortalitatis gloriā, seu immortalē virtutis memoriā, consecuturos se pręsagissent. Et quāquā immortalitate donari Liuiā matrē ingratus filius Tiberius vetuerit, ea tñ, æternaq;, donatus est Augustus.

IVSTITIA.

Iustitiam hanc, seruatricem rerum publicarū, esse dicebat Pinda. ad quam homines erudire certe, nihil tam præclarum, tamq; cōueniens esse potest. Et quanquā imaginē quādā stultitię, habere videatur inquit ēt Lactan. nō tamē stultitia est, sicuti nec malitia, quæ imaginem habet sapientiæ, nec tamen est sapientia. Iustitia est animi libertas, vnicuiq; tribuēs qđ suū est secūdū suā dignitatē. Deo amorem & obedientiam. Maiori reuerentiā, patri concordiam, & minori disciplinam. Diuina gratia etiam & Maiestas innotuit Philosophis, iustitia Iudæis, misericordia Christianis. Amara rursum vitiosis, & male viuentibus. Non prætereunda tamen, iuxta illud. Statera ne transilias. Virtus omnium perfectissima. Quæ cum scelerato homine commercium habere non potest. Et proprie bonorum est, vt improborū dolus. Honestatis pars, hoīum societatē tuetur, suū (vt diximus) cuiq; tribuit, fidē in cōtractibus seruat, & breui in se se virtutē continet oēm. Imò quod omnis res omnisque actio, cum publica tum priuata non ad copiam, non ad potētiam,

non

non ad victoriam, sed ad Iustitiam est referenda. Et sicuti prudentia est rationibus suis sine cu iusquam iniuria consulere, ita iustitia est neminem decipere. Et boni viri Iustitiæ auxiliari, malosque punire vbique semper, dicebat Hecuba Agamemnoni opem imploranti, Polydoro, à Polynestore Thraciæ rege interfecto. Erat rursum & ad Iustitiæ propositū, Delphis scriptum, Prudentiam & iustitiam cole. illa enim in se ipso cognoscendo, ista vero in affectibus moderandis, consistit. Et breuiter absque diuina humanaque Iustitia consilioque Seniorum ac sapientiæ diuinę fauore, non potest ab initio ciuitas constitui, vel constituta feliciter gubernari. Cum in rep. perit vindicta non deficit. Culta ingenijs Aegyptiorum erat, non legibus. Quorum sacerdos coram populo, iustitiam colenti prosperam valetudinem, omniaque dona precabatur. Anima oculusque ciuitatis, qua nihil huiusmodi utilius ad felicitatem comparandam, quia sic seruantur etiam leges, & pax custoditur. Vltimo id vnum haud omittentes, quod firmissimum præsidium est quoque mori non dubitare, pro iustitia si oporteat.

IVSTVS.

Iustum quid dicitur primum, eo ipso, quod iniustum non est, vt honestum, quod inhonestū non est, locupletior, si non sit pauperior quis & gratus denique eo ipso quod causam ingratitudinis non commisit, & nos etiam ignorantiam prę sumi, eo ipso quod non probatur scientia. l. verius. ff. de proba. Item iustam interpretationem, vxorem, Filium, Seruitutem, hæreditatem, possessionemque l. iusta. ff. de verb. sig. l. si vxor. ff. ad legem Iul. de adult. l. ij. ff. de adop. & insti. de liberti. in prin. l. iii. §. de illo. ff. pro so. l. iuste. ff. de acquir. pos. & quod iustum id etiam est, quod legitimum est. Ducebātque Persæ, iustum ęqualitatem seruare. & iusti Aeginetæ prædicantur. Telephanes vir iustissimus erat. qui Cumę Aeolidarum maxime, præfuit. Et Philoxenus qui maluit in carcerem reduci, quam suffragio minus honesto eximi. Iustus continuo videtur & auditur. Oculique Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Iustus quasi leo cōfidens absq; terrore erit, neque contristabitur, quicquid ei acciderit, Solomon inquit. quanquam Aristides (quia nimis iustus erat) patria olim pulsus sit. & male, ex quo iustis, quibus Deus semper opitulatur, non est irascendum.

INIVRIA

Malorū oīum maximū est, & peius quā pati. Imò qđ duo sunt præcepta, à nobis oīo obseruanda, primū est iniuriā tolerandā esse, alterū vero, vt à voluptatibus abstineamus dicebat Epictetus philosophus. Imò ꝙ maxima cura erat patribus, ne qua oriretur, ne ve orta diuturna esset. Et qđ iniuriarū obliuionem in magnis posuit laudibus Cicero. tametsi postea dixerit aliter, virū bonum deliniās, eū esse. s. qui prodest quibus pōt, nocet vero nemini, nisi lacessitus iniuria. quodque fere do veterē inuitabimus nouā. Et male, quia (ut diximus) immemor quis iniuriarū esse debet. & q̄a iniuriarū obliuisci satius est quā ulcisci. & quia rursum. S. P. Q. R. beneficii memor, & iniuriæ īmemor esse solebat. Miserq; est, nō qui patitur, sed qui facit iniuriā. ēt si in patris uel matris, cineres, impudenter minxerimus, eos lotio cōspurgantes. Quāto magis igitur animi christiani esse debet, quenquā non offendere, imprudēter, eiq; uim atque iniuriam inferre.

IVVENIS.

Licet imbecillis ętate, & consilii inops sit adolescētia, duoq; sint quæ recto obstāt iudicio, Iuuenis tamē Achilles, Troiam, Alexander Indiam pulsabat. Scipio occidētem fregerat, meridieq; frangebat. Pompeius Hispaniam prędominatis prædonibus maria omnia pacauerat. Drusus Germaniam fatigabat. Demosthenes admodum puer actiones populares exercuit. Augustus auiā pro rostris laudauit. Et obitum patris Tiberius. Hannibal Carthaginēsium Imp. fit. Hispaniam bello subigit. Alpes transit. Ro. duces vincit. Flaminium Cos. occidit. Exercitum in Apuliam traducit. Ro. rursum apud Cannas, maxima clade afficit. vtcunque sit tamen, iuuenes cum honore afficiuntur, gaudēt, & augēt bella sine iure, corrumpentes ciues, alius vt fiat Imperator, alius vt alium contumelia afficiat, nactus potētiam. Alius propter auaritiam non considerans, populo, (vt inquit Euripid.) an accidat aliquid detrimenti. Iuuenis animus appetentior est glorię quā virtutis. Et vulgo dici solet, quod iuuenum est ambitio, senum quies, & puerorum ludus. Genusque hominum perrarum, cui ætate tenera contingat sapere. Laudibus igitur est iuuenis erigēdus, infamia coercendus, opere fatigandus, domandus ferula, minis ac terroribus comprimendus, leuia verbis, grauia rursum verberibus castiganda. Et quia pigro nihil turpius est, nihil inexcusabilius, nihil ad extremum desperatius (si enim segnem videris iuuenem, quem senem sperabis?) his monitis ad studia cohortādus est, & amplius ita agat, vt senex gaudeat, mortuus celebretur, & sepultus viuat. Dicit etiam ad idem Plato, quod iuuenum cura in primis suscipiendi est, ut quam optimi viri fiant, quemadmodum bonum agricultorem curare decet, primum teneriores plantas, deinceps alijs prouidere. Eosque admonebat Socrates, ne de grauibus rebus iudicarent, sed diu discerent, maturiorē ætatem expectantes. Moderata iuuentus quoque facilē efficit senectutē. Immoderata difficilem. Iuuenes coram senibus tacere debent, eis assurgere, & locum cedere, quod tamen nostra ætate non fit, primique sunt semper ad loquendum, meras nugas & de-

istria senum, esse consilia dicentes, eorumque saluberrima documenta, irridentes potius, quam approbātes. verum eorum leuitati (vt inquit Iurecon. noster. in l. quod si minor in §. non semper. ff, de mino.) ætatique iuuenili, danda est venia, quia dicent ipsi postea, vt nos Christo Saluatori nostro, ei cuius monita irriserint, spreuerint, & contempserint. Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Interim eos iuueniliter exultantes, non secus ac. Q. Fab. Maxim. Hannibalem, pacientia frangentes.

INVTILIS.

Si quem prorsus inertem, quique nullam nobis vtilitatem possit afferre, dicere voluerimus, eo in loco dicemus, in quo esse reperitur, eū nō secus agere, quam piscis in agro, & quam bos in mari.

IAPYGA.

Qui ex Italia in Græcia m nauigant Iapygam hunc ventum sanè, intelligūt, Calabriæ seu Apuliæ, quem etiam album appellant. hinc Hora.

Ventorumque negat pater,
Obstrictis alijs, præter Iapyga.

IVDAEI.

De Iudæis multa dicunt nostri, ideo paucula hęc, nos delibasse sufficiat, quod Curti et & Apellæ vocantur. Vnde Hora.

credat Iudæus apella
Non ego. Et alibi.
vim tu.
Curtis Iudæis oppedere?

Quorum triplex olim erat secta. Esseorum durissimæ vitæ. Saducæorum, pessimæ, quia animas mortales esse dicebant. Et Phariseorum, qui immortales. Et licet Adrianus pmiserit, patris Iudæum coli, idque mirum videatur, attamē, aliud est quam verba sonant, patre enim vrbs est, Martyrio Andreæ apostoli nobilitata. nimirum igitur, si coli ipse patris, permissum est, & nō prout sonant verba Iudæi pater. Conducit quoque, ad propositum, si dixerimus, quod cum Israel rex, decem haberet filios, inter eos regnum diuisit olim, post diuisionem vero, vnus ex eis Iudas nomine decessit, à quo pater voluit omnes Iudæos appellari, eiusque memoriam coli. Et amplius quod hij clementes sunt in porcos, ex quo Suillā non comedunt carnem. vsque adeo, cum Herodes eorum rex iussisset, paruulos interfici, neo proprio pepercisset filio, vt id audiēs Augustus, Regis feritatē detestatus, dixerit, malo esse porcum Herodis quam filium. & quod Iudæi coronationem principis, ex cōsuetudine, munere aliquo cohonestare tenentur. l. j. C. de au, corona. lib. x. Et quod aurei caput Asini in templo colant quippe quod duce Mose, asinorum beneficio, aquas inuenisse dicāt. Falsa tamen opinione Cornelij Taciti. Ex quo mente, Deum colūt, ita vt nulla ratione adduci vnquam potuerint, imaginem Cæsaris in eorum Synagogis de more collocari. Verum est tamen, quod Asinarij vocati sunt, quod obstinato sint in Christi nomine, animo. Gloriantur Hębrei, quod in scribēdo incipiunt à latere dextro, nos à sinistro, quibus tamē respondet ex nostris Bart. in tract. de insigni. & ar. col. v. dic vt per eum.

INESSE.

Quia sæpe dicunt nostri quæ incontinenti fiunt, censentur inesse, substitutio institutioni inesse videtur, & simile quiddam, maxime in l. lecta. ff. si cer. peta. & in l. quia. ff. de hære. insti. declara solum, tantum istud, perinde fore, ac si diceretur, intus esse.

INGRATITVDO.

Sola displicet, nulli placet. Eaque nihil fędius, nihil in rerum natura tetrius, nihil exectatione publica dignius, quam abhorrere debemus non secus ac Achilles Homericus mendacium. Miles enim naufragium passus, amanter à Macedone quodam hospitio exceptus est, is à Philippo rege, possessionem Macedonis impetrat, donat prædium rex. Macedo conqueritur, regique negotium narrat, restituitur. Militi vero stygmata ingratum hospitē designantia inscribūtur frōti. Improbitas multis nominibus excusari potest, ingratitudo nullam respicit excusationem. Ingrato homine, nihil impensius est. Improbus est homo, qui beneficiū scit sumere, & reddere nescit. Ingratissimus fuit Iudęorum populus, tot tantisque beneficijs à Deo optimo maximo affectus, quem tamen pro merito, grauissimis afflixit pœnis. Ingratitudinis vitio nihil non inest mali, quo pręcæteris notatus olim fuit Ptolemæus Cleopatræ frater, qui Pompeium hospitē paternum ad eum confugientem, per proditionem interfici iussit. & Cęsar, is enim Senatui à quo multis maximisque honoribus fuerat cohonestatus, vt pater patrię appellaretur, vt Dictator perpetuus esset, cum sederet ante Veneris genitricis ędem, non assurrexit. Vnde Cice. pulcherrima hæc verba ad propositum dicit. Ingratus essem, si te non amarem, innumerabilia. n. sunt tua in me officia domēstica, forensia, vrbana, prouincialia, in re priuata, in re p. in studijs, inque literis, nostris. Ingratusque agro sterili, spinas, & tribulos gignenti cōparatur. Nec aliud sibi vult Ixion, nisi quod simbolum est benemeriti, gratiam non referentis. Et adagium illud protritū: Hirundines sub eodem tecto ne habeas, idest ingratum eiicias. Bos vetulus etiā (vt poe. inquit) tenue

tenue & miserabile collum.

Cultris domini,

Præbet ab ingrato, iam fastiditus aratro.

Ingratus Aristoteles, quem ob id, mulum appellabat Plato, aduersus quem in Peripato cum discipulis pugnabat, vt mulus, qui saturatus lacte materno calcibus matrē petit. Ingratissimi Athenienses, qui ob leuia errata Theseum, Solonem, Milciadem, Aristidem, Themistoclem, Phocionem, Cimonem, & Conona, maximos illius ciuitatis viros & fortissimos Imperatores, vel exilio vel morte mulctarunt, obliterata memoria tantorum in remp. meritorum. obcæcatusq; est aliquando Bellisarius, Iustiniani Imp. iussu, à quo tamen tot & tanta beneficia susceperat, vt longe difficilius sit exitū quàm principium inuenire.

IRRISIO.

Si Hiero. Heluidium, multa congerentem temere, & nihil quod ad rem faciat, irridet, & diffinitionem hominis Platonici, Diogenes. Imò quod olim mos erat, male dicentem, ab vniuerso theatro sic tractari, explodi scilicet, exsibilari, & irrideri. non ab re Celsus sic Labeonis sententiam deridet in l. sed an vltro. in §. j. ff. de nego. gest. Sicq; alibi dixit Cice. Stomacho est Pompeius magnus nunc ita languenti. vt vix id quod sibi placeat reperiat. Hic Simiolus animi cā me in quē īueheretur delegit, persuasitq; nōnullis inuidis meis, se in me semper emissarium fore. Alij vero aliter. Recepi Codicem in manum, sed nihil nunquam legi indoctius, ebrius sanè ac stertens meliora scriberem ego. Item. Miror, imò obstupesco, quod mundus hodie non gignat nisi meros Bubalos, & Onagros. O lepores Atticos, o cauillos, qui non multum absunt à caulis. Tā indoctus ac stupidus est vt nulla sus possit quicquam indoctius. Sic manifestis mendaciis scripsit, vt nullus scurra possit impudentius. Nullū animal est illo Nebulone, vanius. Iacit in me nescio quas significationes, quasi ipse natus sit Athenis. Gladium in tenebris Andabatarum more ventilat. Me quasi in massam illectum irrisere. Tam iocundus est huic Academiæ, quàm sunt in oculis fici. Vnde quia Remus edictum Romuli fratris, ne quis vallum transiliret, irrisit & contempsit, à Fabio Centurione rastro occisus est. Alius se, oculis sudariolo obligatis, captum fingens, & Scipione (ut cæci solent) eleemosinam petens, cum sudariolum dimouisset, vere captum se esse cognouit, inque luctum irrisio conuersa est, precibus D. Antonij Confessoris tamen, & immensa Dei misericordia, cum hominem pœnituisset, luci & sanitati pristinæ restitutus est. Ferunt quoque cum ad cōuiuium idem vir Sanctus, inuitatus fuisset, Nebulones, sibi Bubonē apposuisse in mensa, visu horrendum, vt ipse & socius, de his quæ sibi apponebantur, iuxta scripturę dictum, comederent, irridētes. Quibus annuit Sanctus vir, ridens, factoq; sanctissimo Crucis signo, vt religiosorum mos est, Bubo statim in gallum gallinaceum conuersus est, quo alacriter ipsi vesci potuerunt, & sic rubore quàm maximo, confusi, imò perterriti, irrisores irrisi, & delusi manserunt. Pueri irridentes Heliseum Prophetā, dicentesq; ascende Calue, ab Vrsis dilacerati sunt. Et mortuus vnus, ex primoribus regis Samariæ, qui eum irriserat pariter. Irrisus est ab assessoribus, Solomon, postea admiratus. Miles gloriosus cum irrisione omniū auditur. Irrisusq; fuit Metellus, cum diceret, Sertorio nulla ex parte, nec virtute, nec rebus gestis conferri posse.

INVIDIA.

Infelix est. Et forsan magis quàm inopia pertimescenda. quæ virtuti perpetuum indixit bellum. Gaudij nescia, sed tristis semper, lucis hostis & inimica, scribamus tamen, ne, vt lupus rusticum, iuxta illud. Lupi Merin videre priores, sic nos raucos fecisse videatur. Inuidia Socratem, Anaxagoram, Ciceronem, Senecam, ac Metellū in exilium inque mortem egit. Et quo maior est gloria, eo propior inuidia. Quæ ex virtute eximia etiam nasci solet, quemadmodum ex lumine vmbra. Et quàuis excetra, idest hydra lernea nocentior, egregiis conatibus semper obsibilare. Imò quod gloriam sequitur inuidia comes, eximiamq; felicitatem. Nec secus ac vmbra lucem, solet rursum comitari conatus egregios. Ea sunt tempora quoque vt nulla sit tam insignis naturæ bonitas, tam inaudita morum suauitas, quæ possit omnem effugere inuidiam. Inuidus alterius bonum, suis ascribit incommodis, & (vt ait Flaccus) alterius rebus macrescit opimis. Figulus figulo, Cantor Cantori, & Mendicus Mendico (dictum est Hesiodi) inuidit. Palamedes Poeta satis probata scripsit, inuidia motus Homerus deleuit. Philostratus literarū ordinem, inuenit, Vlysses à volatu gruum non ab eo, prouenisse dixit. à Dedalo Talus sororis filius inuidia interemptus est. Antonius in Græcia, Ventidij legati ob res præclare gestas, opera, non est vsus. Tiberius egregium artificem Roma expulit, eumq; interfici mandauit, nec illius opera in annalibus refelli voluit. Vt vmbra nusquam est, nisi cum lumen adest, ita celebritas sanctissimi uiri non caret inuidia. Cuius uis tam magna est, tam ingens ambitionis importunitas, ut ne Philosophi quidem his affectibus moderentur. Semperq; summa petat liuor, & perflent altissima uenti. Et ubi uirtus inuidiam gignit, inuidia exitium parit, feriuntq; summos semper (ut dixi) fulgura mōtes. Lauinius inuidebat Terentio, Pollio Ciceroni. Inuidia Cain fratrem occidit. Filij Iacob Ioseph uendiderunt. Clamant Iudæi, Crucifige, Crucifige. Perdicam oderat Alexander quia bellicosus. Lysimacum, quia militandi peritus, Se-

leucum

lentum quia magni animi erat,& Ptolemęi prosperitatem. tristatur Sylla, Pompeij gloria Pompeius ipse, tot Cæsaris, successibus. Et iussus Socrates, venenum bibit in carcere. ibique Phidias pictor egregius sui temporis, detractorum inuidia positus, mærore afficitur & perit. Et conqueritur postremo Cicero, quod ipsum in palatio, magnifice habitãtem, utpote nonum hominem (illud enim compararat quod P. Casij, viri consularis, fuerat) maligni ciues, inuidia, ferre non poterant. sed dicere quoque, ut Comic. ridens, potuisset.

Sibi sua habeant regna reges, sibi diuitias, diuites,
Sibi honores, sibi uirtutes, sibi pugnas, sibi ꝑlia,
Dum mihi abstineant in uidere.

I N D V P E R A T O R.

Hoc idem sonat quod Imperator, quanquam dixerit alibi Iuuenalis sic.

Quales tunc epulas ipsum glutiſse putamus
Induperatorem.

Item.

adhæc se
Romanus, graiusque, ac barbarus ĩduperator
Erexit.

ex quo id metri gratia, factum est, nec in exametro Carmine, breuis Syllaba, inter duas longas, consistere potest.

I N C O N V E N I E N S.

Multiplicari inconueniens (dicunt nostri, qđ auctoritas veterum, & Orbis necessitas induxerunt) non debet, neque addi malum malo. l. i. C. de dot. promi. l. cum post. §. gener. ff. de iure do. Bal. in c. i. nume. 30. de consti. ex quo fit, ut nõ ab re, cũ Achillis Tumulo, in Thracia, Polyxena foret imolanda, et Hecuba mater, ei sic petenti, Vlisses responderit.

Satis puellæ tuæ mors non addenda
Non addenda alia ad aliam.

I N H I B E O.

Hoc solum dicam quoque, quo ad istud verbum, quod inhibere. & prohibere, differunt, ex quo inhibemus ne ceptum perficiatur, prohibemus uero ne quid fiat.

I D V S.

Et hic rursum, tantum id, dicendum est. qđ idibus exigebantur nomina, quodque Kalendis collocabantur, vnde Hora.

Hæc ubi locutus, Fænerator Alphius,
Iam iam futurus, rusticus,
Omnem relegit idibus pecuniam,
Quærit Kalendis ponere. Cætera ego in l. eius qui in prouincia. ff. si cer. peta.

I V S T I N I A N V S.

Initio, is, euthicetis hęresi, suspitione non caruit, postea per Agatipum papã, ad fidem reuersus est, quo tempore floruerunt D. Benedictus in monte Casino, Et Diuus Casiodorus Rauẽnę. Sanctaque Genouesa in Gallia, tandem Iustiniani nomen in Sanctorum Catalogo scriptũ repertum est.

I N T E R E S S E.

Multiplex est cõuẽtũ, cõe, singulare. Intrinsecũ, extrinsecũ. In damno passo, & lucro omisso. Veritatis, & affectionis, de quibus in l. vnica. C. de sen. quę pro eo, quod int. Est & vltionis & applicationis. dixique ego etiam in l. obligatione generali. ff. de pigno. ac. quomodo autem probetur, not. in l. ii. C. de rescin. uendi. & in l. precia rerum. ff. ad legem fal.

I S O C R A T E S.

Eloquentię parens, & Rhetorum ferè omniũ iste magister fuit.

I M P V D E N T I A

Q. Pleminii quanta olim fuerit, ex eo liquet, quod Locrẽses legatos Romam miserunt, qui de ipso quęrerentur, quod pecuniam Proserpinę abstulisset, eorũque liberos & coniuges stuprasset, nanque in catenis ob id Romam perductus est, inque carcerem coniectus, periit.

I N I V S T I T I A

Sanguine alitur, quam Plato, Tyranno comparauit. Crudelitatis comes, eodemq; pacto iniustus rex est Bellator, vt priuatus homo prędo, vterque ad iniustitiam impellitur.

ICARVS ET PHAETON

Quia ardua petebant ceciderunt. sed adde quod etiam pulli adulterini, Solis radios non ferentes, è nido eiiciuntur.

I V S.

Iuris prudentiam teneat Orator. qua egent forenses causę, vsque adeo ut nil turpius sit, quã legitimarum & ciuilium controuersiarum patrocinia suscipere, ei qui sit legum & iuris ciuilis ignarus. quod etiam ad dialecticę spineta reduci non debet, sed ut olim. L. Iunius Brutus prętorius, & M. Cato Cẽsorinus, qui volumina de iure ciuili scripserunt, non generatim ponendo leges, sed

ges, sed ueluti interrogati à priuatis respondentes vt Milleloquio aliàs fecimus nos, edito hoc anno. Est etiam ius strictum, quod non ex bono & æquo procedit. l. ii. §. item Varus. ff. de aqua plu. ar. ego in l. si & me & Titiũ col. v. ff. si cer. pe.

IVLIANVS

Iurecon. egregius fuit, qui dicere solebat. Et si alterum pedem in foueam haberē, adhuc addiscere quidem uellem. l. apud Iulianum ff. de fideicom. lib. is enim ab Adriano inter consiliarios adscitus est. cætera Rutil.

IOCVS.

Iocari decet cum amicis, sic cum Trebatio Cicero, sic cum Symmacho. sic cum Plinio suo Plinius iocatus est. Imò quod non modo in doloribus, sed in morte etiam iocabantur Vespasianus & Socrates. Xenocrates admodum senex, virtutem quærēs, à Licone quodā derisus est, dicente sibi, quando hac ipsa virtute, uteris? num apud inferos? Et Gordianus, qui Priamus primum dictus est, quod ex duabus & uiginti concubinis, filios reliquerat multos, Priapus tamen postea appellatus fuit. Et cum in conuiuio hospes à Symonide conspicatus, nihil diceret, nec cum aliquo loqueretur, si fatuus es (inquit) bene facis, si sapiens fatue. Veteres iocos dicteria appellabant, quale illud nouissime Ciceronis (alia quoque multa sunt, omittēda studio breuitatis) qui cum pictorem quendam obuium habuisset, filios deformissimos habentem, submissa uoce quibusdam dixit. hic haud oriente Sole (cum tamen ipse perbelle pingat) filios genuit. Et Medici Bononiensis satis diuitis, qui moriens filiis sic pariter locutus est, nolo aliud testamentum cōdere, sed tantum hoc enũtiare, ut diuitias & opes stercore partas, quas uobis relinquo, diligenter custodiatis, & ita quidē, ne in latrinam reuertantur. Athenienses quoque locupletes in adulterio deprehensos pecunia mulctabant, pauperibus uero podicem raphano perfodebant. Alexāder filias Darij captiuas inspiciens, ioco dicere solebat. Dolores oculorum puellæ Persicæ sunt. reliqua nos alibi fusius, ne eadē hic repetamus.

IMPERIVM.

Cum Italia ope & auxilio Caroli magni, quē uocarat Adrianus Papa, esset à Lōgobardorum Tyrannide, liberata, primum in Gallos translatum est, postea in Germanos summum, legibus institutum. hinc à Cræso interrogatus Pyttacus Mitylenæus, quod nanque tale esset, varia ligna respondit. idest leges, quæ in uariis scribebantur lignis. Christi Saluatoris nostri sempiternum omnia alia temporalia. Iustum, ut Genitores imperent natis. ignobilibus generosi. iunioribus seniores. Domini seruis. Potentiores imbecillioribus. prudentes ignorantibus. Et princeps subditis. Imperio renunciauit olim Diocletianus, & Maximianus, Impp. Et seque Regni administratione abdicauit Ptolomæus Lagi filius Aegypti rex. Et Rachis Longobardus, qui Luitprando religiosissimo principi successerat. Et Carolus. V. temporibus nostris. Et scitu dignum est, quod Imperium erat olim, Constantinopolitanum & Romanum, quodque facta donatione per Constantinum Ecclesiæ Ro. Papa Stephanus, ipsum transtulit (ut dictum est) in Germanos, quia Constantinopolitanum noluit succurrere Ecclesiæ. Fabulantur poetæ, Maris Imperiũ Neptuno. Ioui Cœlũ, & nubes. Plutoni uero inferna contigisse. Imperij iura nullo tpe præscribuntur. Imperium ferrum non aurum habere debet, sanguine uel labore comparandum, vt Romanum olim periculosum, ne ruat, si commeatu careat. aliàs fortitudinis materia. Summum lege curiata, habebat proconsul seu proprætor. Ad iusti Imperij effigiem, non ad historiæ fidem Cyrus à Xenophonte scriptus est. Diuturniusque fit humanitate, quanquam ciuilitate nimia sit cōtemptibile. interrogatus etiam Demonax apud Lucianum quomodo quis bene Imperium posset exercere, si iram cohibuerit, respondit, parce loquatur, & multa audiat. Et non modo imperare, sed recte imperare cupiebant, Cæsar & Pompeius, Aristonis & Crarippi philosophorum ianuas (quanquam rara essent dignitate) frequentātes. & si cupiat quisquam scire, Imperij Electores, hij sunt Maguntinus Archiepiscopus, Treueren. Colonien. Et quartuor principes seculares de quibus in c. per uenerabilem, qui fi. sint legi. & in c. ad apostolicę de re iud. in vj.

IMPERATOR.

Primus omnium Cæsar Imperator appellatus est. ab Imperatore, monus seu seruor animi poscitur, ut corporis à milite. ea de re non temere quicquam agere debet, vel coacte, quia id indignũ esse putabat Galba, dũ Neronis prætoriani, cui Imperio successerat in eodem militiæ gradu retineri, peterent. Imperator tunc bene imperat, si prius tamen parere, didicit. suumque est proprie imperare, subditorum uero obsequi. Et quanquam Imperatoris conditio misera esse uideatur, & ui quadam imperare cum necessitate parendi, attamen secus est, ex quo præcipit potius & docet magis, hoc est persuasione quadam cuiusdam excellentiæ, de se rogat, exorat, & hortatur. hicque auditorem habemus ultro attentũ. illic uero facimus uel inuitum, vnde illud.

Oderunt peccare mali formidine pœna.

Oderunt peccare boni uirtutis amore.

Apollonius Thianeus, etiam, eos Impp. qui breui tempore regnassent, Thebanos appellabat quip-

quippe quod ipsi quoque, longo tempore principatum minime tenuerunt. Et bono, haud magni momenti Fortunam esse, dicebat. Q. Fab. Max. ex quo ratione & consilio duci debet. Imperator rursum dictus est ab imperando, vt rex à regendo. Et induperator etiam appellatus, alibi à poeta, qa ī exametro carmine, breuis syllaba inter duas lōgas cōsistere nō pōt. Græce αυτοκρατορα. Serenus est insuper, & clemens, terrenus Deus, ī terris, dicebat Athanaricus Gothorū rex. solutus legibus l. princeps. ff. de legi. & tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis. Quem, quanquā electione fiat, & non successione, (hoc .n. fieri cœpit tēporibus Othonis iiij.) dicebat tamen Constātinus, fortunę munus esse. Eligebantq; non secundum Genus vt Romani, sed potius secundum virtutē, vt Carthaginenses. Olim erat sacerdos & rex, quandoquidem nihil sine Deo fiat. Imò quod caducum & mortale nihil, eum, sed diuina omnia, & immortalia cogitare, & meditari oportet. Cætera nos quoque alibi latius.

INFELIX

Est, qui omnia sibi licere existimat. quiq; Luna quarta nascitur, ex quo varias calamitates, & mala plurima patitur. Infelicissimumque vocant & Græce dicunt alij alias, ταλαντατον. siue Tantalum.

IVPPITER.

Optimus maximus, optimus .i. beneficentissimus, à iuuando dictus est, & optimus ante verbum maximus ponitur, quia lōge magis præstat, & gratius est omnibus prodesse, quam maximas habere diuitias. Est etiam Iuppiter Amon, qui cum arietinis pingitur cornibus, eo quod Bacchus per mediam Libyam ducens exercitum, penuriaque aquarum sitiens, arietis ductu, cum Iouem patrem rogasset, sibi exercituique opem ferret, magnam aquarum copiam nactus est. vsq; adeo vt ibi templum Iouis Amonis, cum cornibus arietinis simulachro facto, constituerit. Est & Herceus qui intra Vallum colebatur, & ante cuius aram Iphigenia cecidit, ἕρκος enim septum significat. vnde Iuuenal.

Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara,
Et ruit ante aram summi Iouis.

scituque dignum est, quod cum nondum regnū Saturno patri rapuisset in antris Idæis à Nimphis alitus est, lacque sibi Capra Amalthea præbuit, quodque eidem ac Soli caper imolatur in fęderibus. Verum est tamen latialem humano sanguine coli solitum. Dionysiumque alias in eius femore nutritum, (locum montanum enim. in quo exercitum à morbo liberauerat, fœmur appellauit, ex quo Græci inde, eum (iterato dixerim) in iouis fœmore, ob idque nutritum posteris, tradiderunt. Reliqua Liuius, Volateranus, & Lilius, satis superque satis.

IN IVS VOCARE.

Quicquid sit, liquet ex eo, quod dicitur in l. j. ff. de in ius vo. quod nihil aliud sit nisi iuris experiundi causa vocare, de quo etiam in l. plerięq;. ff. eo. sed habe quod acrius etiam dicitur, rapere in ius, quā vocare & ducere, ex quo vim facere, rapere significat, alias non. hinc Hora.

ego uero
Oppono auriculam, rapit in ius, clamor utrinq;
Vndique concursus, sic me seruauit Apollo.

dixique in præallega. l. plerique, satis.

ITALIA

Vetus ingeniorum parens & literarum altrix, à barbaris dominata tamen, annis lx. Gothis scilicet, Hunnis, Vandalis, Ostrogotis, & Herulis. sæpe etiam Roma capta, & diruta postea annis. 204. Identidem subiugata à Longobardis. Tandem ab Adriano pontifice vocatus Carolus Magnus fuit, ipsiusque ope & auxilio liberata, imperiumque tunc translatum in Gallos, deinde in Germanos. Et sic, grauida imperijs, Belliquc fremens semper. libertatis cuius ingentes vltores, atque defensores fuerunt olim, Brutus, Scipio, Camillus, Paulus Aemilius, Marius, Pompeius, Cæsar, Augustus, Vespasianus, Traianus & Theodosius. Quæ etiam magna quondam appellabatur Græcia, quandoquidem Itali ob commercia Gręcę gentis, Græce etiam loquerentur. quandoque etiam Saturnia à Saturno, primo habitatore. Interdum Ausonia à parte Italiæ. & Oenotria à rege Arcadiæ. quandoque Hesperia magna. & Italia (vt dixi) à rege, ornata Veterū memoria. 1198. vrbibus, quæ multos pellexit vt suas sedes in eam transferrent.

Terra (rursum vt ait Poeta)
Antiqua, potens armis, atque ubere glebæ.
Item.
Chara Deo tellus, sanctissima.
Tellus tuta bonis, tellus metuenda superbis:
Tellus nobilibus multum generosior oris.

INTER OS ET OFFAM.

Sæpissime prouerbio hoc vti solemus, quid sibi velit amplius haud ignorantes. Adde simile, sicque etiam dici solere. Inter manū & mentum longum fore interuallum. quodque inter cogitatus nostros & actiones mons quidē magnus est, vsque adeo vt fortuna de cōsiliis nostris iudicet.

IVRISCONSVLTVS.

In iureconsulto tria necessario desiderantur. Cautio primum, ne iniquū petat, vel æquum petenti

senti neget. Deinde Vigilantia. Tertio auctoritas. nec id vnum quoque prætermittentes, in Iurisconsulti foribus, olim inscripta fuisse, verba hæc, *Licet consulere*. quodque eius domus, totius ciuitatis oraculum est. Et quod Trebatius, Casellio eruditior fuit, Casellius uero Trebatio eloquentior. Vt Cicero & Varro, quorum vnus sic erat eloquẽtior verò alter, eruditior. Nõ ignobilis fuit etiã Iurecon. Cassius Longinus Seruij Sulpitii pronepos, Cos. cum Quartino Tiberij temporibus, qui obiit Vespasiano Imperatore principe. Et quanquam alius fuerit hoc noïe, qui à Nerone in insulam Sardiniam deportatus est, cui nullum crimen obiici poterat, attamen Iurecon. non erat. Et dictu mirum videtur ultimo, quod Apollo etiam sic fuerit iuris peritus, vt Poetæ verba sonant sic canentis.

Ipse Dies pulchro distinguitur ordine rerum,
Sportula, deinde forũ, iurisq; peritus Apollo.

forte quia in foro Augusti, Apollinis erat statua assiduè lites & iurgia audiens, usque adeo vt facete ipsum iuris peritum appellauerit.

INEPTVS.

Hoc solum dicam de inepto(quid sibi uelit verbum istud satis clarum est) quod ille erit huiusmodi, si quæ officia in aliquẽ cõtulerit qui ea quidem cõmemorauerit. et ad idẽ, interrogatus Isocrates quomodo, cum ipse dicẽdi facultatem non haberet, esset que prorsus ineptus, sic alios oratores bonos efficeret, sibi usu euenire respõdit, quod cotibus. quę acutum reddunt ferrum, nec tamen ipse secant, vnde Hora.

ergo uice cotis acutum
Reddere quæ ferrum ualet exors ipsa se cãdi.

IRNERIVS.

De isto Irnerio dixi ego aliàs ĩ libro de uiris illustrib. & ante me Io. Ficardius Franchfortẽ. alioqui Iurecon. eloquentiss. deque literis optime meritus. ideo nunc solum istud addam, qđ autenticas (ut dicimus nos) iussu Friderici Imp. in libris Codicis posuit. quodque punica religione fidem seruauit, verba sanè plerumq; addendo, quæ tamen in corpore haud inueniuntur. Et qđ non habuit aliter potestatem legis condendę, vt per Bal. in pręlud. feudo. col. iii. Alex. in l. ii. in §. quod si in patris col. ii. ff. sol. mat. Imo. & Areti. in l. ii. ff. de duob. re. reliqua ubi supra.

IMPOSSIBILE.

Audere quod est impossibile non sapientis uiri est, inquit Euripid. impossibile autem aliàs volare sine pennis, uel numerare maris arenas. Eripere Fulmem de manu Iouis, Clauam de manu Herculis, siue Carmen Homero. Et ferire Sydera vertice.

IECVR.

Sedes libidinis est, vnde Hora.

Vide

Ne Ancilla tuum iecur ulceret.

Vel & fusius, ad idem dici solet, quod ratio est in capite, ira in corde, & appetitus in iecore, vt idem ait, quando dicit. si torrere iecur quæris idoneum.

INTESTINA HOMINIS.

Orbibus implicata sunt gyrisque Impedita, ne cibus & potus ex templo descendat, neue momentis omnibus, cibi rursum appetendi, immineat necessitas. à uisceribus differunt, illa enim superiora sunt, uiscera uero inferiora. Et breui sex sunt numero. Duodenum. ieiunum. longum Monoculum. Colon. & rectum.

IMPROBVS.

Cole virtutem quicunque enim hominum improbus est, illum dii puniunt inquit Euripid. Et Plato ad idem. quod improbi omnino prudentes sunt. boni uero omnino prudentes. & certe mala res est præstantioribus, quando improbus uir consequitur dignitatem, tenens populũ lingua, qui prius nihil fuit. Et quando fortuna dat malis res secundos, sunt insolentes, tanquã sint perpetui futuri successus, quanquam tamen suorum scelerum causas plerumque oblucant, vt Romulus & Brutus. histo. nota est. Et plerũq; improbum pro insatiabili ponant poetę, pręsertim Iuuenal. quando dicit.

Improbus es, cum poscis ait sed pensio clamat
Posce.

nec ultimo id unum omittẽtes, quod improbis nil aliud deest quam occasio.

IMMVNITAS.

De Immunitate nostri sępe loquuntur, aliquando ego multa etiam alibi, nunc tantum id solum scire expediat, quod ea olim donabatur, qui in urbe tres, in Italia quinque, in prouinciis septem habuisset filios. hinc Iuuenal.

Commoda preterea iungunt multa caducis,
Si numerum, si tres impleuero, iusta doloris
Neuole causa tui.

reliqua in l. i. ff. de iure immuni.

INNOCVVS.

Noxæ contrarium Innocuum est. vnde Scythę Fluuium, Danubium uocauerũt, qui eorum lingua, malorum causa sonat, ex quo trãsitu eius calamitatem, & non modicam quidem, passi fuerant, & cũ aliàs nihil mali sibi coueniflet, ἄσιον idest innocuum postea dixerunt. haud omittentes tamen à barbaris Metoan appellari.

IVGVR.

IVGVRTA.

De Iugurta hoc tantùm dicam, (cætera alii qui de eo, deque Iugurtino bello scribût) quod ille est, qui Roma egressus, dixit, O urbem venalem citò perituram si emptorem inueneris.

IMPVDENS.

De Impudẽtia dictum est alibi, & parũ quidem, igitur adde nunc, quod impudens fuit Marsias, qui cum Apolline certare ausus est. Timeus Siculus. Lycurgus Driãtis filius. Laberius. Pacuuius & alii de quibus supra in uerbo Arrogãtia. & dic, quod ij nõ magis rubore suffundi debẽt, quã asini, si quando onera excusserunt tergo.

IXION.

Ixionis fabula, simbolum est ingrati, & benemeriti gratiam non referentis. Et non omittendum, quod ipsius filius etiam Pirithous Proserpinam deperibat, ad inferos descendit Theseo comite, sed tamen à Cerbero discerptus est.


IVDICIVM HOMINIS.

Liberum est, & suum cuique. quo omnimodo opus est, ut è spinis rosæ non compunctis digitis seligantur. imò (ut poeta lyricus ait) lingua Italica.

Hor questo è quel che piu ch'altro n'attrista;
Ch'e perfetti giudici son si rari.

Alexander enim cum sui ipsius imaginem, quam pinxerat egregius ille artifex Apelles, nõ laudasset, equus autem adductus hinnisset equo picto, eiusdem, non indigna reprehensione, notatus est, quod meliore iudicio equus, quam rex fuisset præditus.

LOQVACITAS.



APVD Persas fide nihil sanctius, silẽtio nihil pulchrius, & loquacitate nihil deformius. qua tamen amici taciturnitas, punienda est. Et si erectus aliàs fuerit animus & sui memor loquaci consultore non egebit. in medico quoque detestabilis, usqueadeo ut Maro, Medicinam artem mutam esse dixerit. Et re vera, qui vult omnia dicere nihil dicit. naturaque ipsa loquax est senectus, loquacissima balbuties. Gracchus à loquacitate olim Graculus appellabatur. Et qui magnas supra modum habet aures indicium sunt loquacitatis & stultitiæ. Vt Thersites qui in Græcorum castris omnium loquacissimus erat, vnde Iuuenal.

Malo pater tibi sit Thersites, dũ modo tu sis
Aeacidæ similis, vulcaniaque arma capessas;
Quam te Thersitæ similẽ producat Achilles.

Loquax non modo uocatur, qui hoc morbo affectus est, uerum etiã Loquaculus, Lingulaca, & Loculeius, & detestandus, quod saxa etiam loquacitate nimia rumpat. hinc Lactan. vereor, ne si fuero diutius in his imoratus, uiderer ꝓpositi oblitus esse, aut crimen loquacitatis incurrere. Et quanquam aliquando amici prolixitas, maxime in scribendo, desideretur, odiosa tamen non minus est loquacitas, quam canina facundia. literę tuę enim (dici solet) mihi iucundiores fuissent si te nõ Laconicũ, sed Atticum in scribẽdo ostendisset. Item. Vnde isthuc hominum loquacium lolium, & scurilis loquacitas. hominẽ lymphatum dices, adeo blaterat, quicquid illi dictat splendida bilis. Babalon Græci, loquacem, vocãt. aliàs aretalogus scurra, & Sycophanta dicitur. Tantalus ad inferos detrusus est, quod sibi (ut aiũt) garrula lingua dedit. nec sibi uult aliud prouerbium, Dodoneum æs, quam loquacem cõpescere, de quo nos alibi satis.

LABYRINTVS.

Hoc solũ dicam, alii reliqua, quòd quattuor fuerũt in Aegypto, ĩ Creta, in Lẽno, & ĩ Italia.

LACTVCA.

Hac Augustus conseruatus est, ab Antonio Musa medico. à Cambyse uero Persarum rege, vxor interfecta cum enim discumberet, lactucã sumpsit, decerpsitque foliis, Cambyses interrogauit, an densa esset pulchrior, esse que responderit, male tu igitur Cyri domũ (Smerdin enim fratrem occiderat) inquit vxor, denudasti, Cambyses ira percitus in eam prægnantem irruit calcibus, quæ abortu edito, inde temporis momento decessit.

LARES.

Et pœnates, domi colebantur. vnde Hora.

Quod te per Geniũ, dextrãq; Deosq; penates
Obsecro & obtestor, uitæ me redde priori.

Et hinc compita sunt, ubi ab Augusto politi erant. Et Cõpitalia Dies Festi, Laribus attributi. & lararium Alexandri Seueri, vbi lares & penates habebat. imò quod cum ueterum mos esset mortuos domi sepelire, eos ut Deos domesticos & lares (ut dixi) colebãt & uenerabantur.

LABOR.

Laborandum est semper, nec ab incepto desistendum, etiam si aduersa, nobis contingant. Labor quietem condit, laborem quies. Et nulla dies sine linea sit (dicebat ille) considerans, quod nihil sine magno uitã labore (inquit Hora.) dedit mortalibus. imò qui laborem fugit, fugit gloriam & uirtutem, ad quas nunquam nisi arduo calle

calle ac laborioso peruenire possumus. fama labore quæritur, statque rosa inter spinas, vt virtus (quemadmodum diximus) inter difficultates, vt pinguis ager rursum, sentibus abundat, sic humanus animus erroribus labitur, ea de re, nisi labore assiduo purgentur, fructus æque in ipso flore pereunt & extinguuntur. Munditiæ mulieribus conueniunt, labor viris. Laudis Herculeæ fundamentum erat labor, nec aliter cognoscebatur quam laboribus Vlysses. Labor Duces Romuleos, Scipiades, & Camillum, Fabios, Curios, Fabricios, & Metellos Illustres & claros reddidit. *Laboribus omnia Dij uendunt*. præclarum monimentum est vrbibus pius labor, & perpetuam gratiam habet, inquit Euripid. Nemo ignauus, Deos in ore habens, facultates cõquiret sine laboribus. Qui laborem in iuuenta fugit, tabescit ægestate in senecta, hoc idemq; fabula formicæ & Cicadæ indicat. Ideo Aristoteles, Cleantes & Euclides nullos subterfugiebant labores. Agricolæque imitandi sunt etiam num qui summo cum labore terræ semina mandant, vt maiore cum voluptate fructus colligant, quod si nos quoque, disciplinis operam nauantes, fecerimus, laboribus non parcentes, dubio procul nobis gloriam comparabimus. Si quis item apes quod aculeatæ sint perpeti noluerit, nec melle quidem fruetur. Et qui è nuce nucleũ esse vult, frangit nucem. Laboribusq; omnino (iterato dixerim) contendendum, ocium vero quàm maxime damnandum. quia turpe est minus arare quàm verrere. molendumq; vsq; in pistrinum. Et terram opem vocant, per quod fructus frugesq; nascuntur. Imò quod idem Euripides Iouem introducit dicentem, ludo quoniam laborum vicissitudo semper mihi est grata. Et sicuti cibus se habet ad vitam, ita se habet labor ad honestatem. Hinc Licurgi leges, laboribus iuuẽtutem erudiebant, currendo, venando, esuriẽdo, sitiendo, algendo, & æstuando quidem. Et vere hoc idem thesaurum hominibus esse indicat fabella Aesopica Agricolæ morientis. quique plurimũ laborat prodestq; Reip. is maxima premia iure etiam, consequi debet. Ex quo sic etiã coronam ac gloriam sibi cõparat, inq; laurum (quod non aliud sibi vult fabula) Daphne vertitur.

L A V S.

Magna Marcelli laus, illa fuit Hannibalis, cũ sibi respirandi locus non daretur, quod quotidie esset in armis, vt Sol in cœlo, qđq; fortis esset impatiens, victorq; in victos, & quod victus in victores denique audacius insultaret. Deq; Virgilio non parua, Ciceronis, quando dixit. Magna spes altera Romæ. Vel de Isæo, Iuuenalis, & Plinij Iunioris, dicentium. Ille. Isæo torrentiorem. Iste. magna Isæum fama præcessit, maior inuentus est. Vel quod Scipio Africanus, maior virtutum suarum gloria, immortalitatem fuerit assecutus. Vel quod Cato Censorinus humanæ sapientiæ virtutumq; omnium inuictissimum fuerit specimen. Imperator optimus, Orator optimus, & optimus Senator. Et non alius quàm optimus vir, etiam Cornelius Scipio Natica, iudicatus. quo iudicio, nil vel maius vel admirabilius sibi dari potuisset, qui sua virtute quoque contentus, cum Dalmatis genti ferocissimę iugum in Illyriam imposuisset, triumphum sibi oblatum, (quæ magna etiam fuit animi sui moderatio) recusauit. Metellus ad idem Macedonicus, audita Scipionis Aemiliani morte, lachrimans conclamauit, mœnia vrbis, corruisse. Laudabatur etiam Marius, quod fortunæ suæ ac virtutis fulgore, esset admirabilis. Et Cęsar, quod in Hispania adeo magnifice rẽ gessisset, vt triũpho tũc dignus videretur, tametsi minime triũphasset. Et quod alias gentium domitor Romam ingressus, postea triũphauerit quinquies. Et Seuerus, quem nunquam nasci debuisse dicebat Senatus, vel nunquam mori. Et Valerianus, quod nobilis sanguine, scientia clarus, & eloquentia gloriosus erat, tametsi omnium infœlicissimus. Et Claudius Secundus, quod in eo fuit virtus Traiani, Antonini pietas, & prouidentia Augusti. Et Probus iudicio omnium bonorum probus, virtutibus clarus, & quod terror Barbarorum erat. Et Diocletianus, quod ipse pariter erat magnanimus, prudens, & alti consilij, nunquam elatus prosperitate, aduersitate nunquam deiectus. Et Crassus, adolescens admodum, quod Orator cum C. Carbonem eloquentissimum hominem accusasset, summam ingenij laudem non modo, sed etiam admirationem est consequutus. Et Polidamas quod in Olimpiis vnam, quinque Isthmicas, & tres Nemeas, sicque nouem coronas sibi peperisset. Et Heliodorus, quod erat cæcorum baculus, esurientium cibus, spes miserorum, & solamen lugentium. Et Cyprianus, quod fuit vir eloquentia pollens, & martyrio. Et Esaias, quod erat ipse quoque vir nobilis, & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis. Et Origenes, quod si in cæteris libris alios vicit, in cantica canticorum vicit se ipsum. Et Melitius quod in eo erat tanta morum suauitas & dulcedo, vt Mel Atticum à Sodalibus vocaretur. Et Moses, quod stupori erat omnibus familiaribus, tanquam nouum naturæ miraculum. Et M. Brutus, quod erat summo ingenio, suauissimorum morum, singularis in eo probitas, atque constantia. Et Curius, quod erat suauissimus hõ, summi officij, summęq. humanitatis. Et L. Lucullus, quod per multos annos admirabili quadã laude, prouincię pręfuit, quodq; inde ad cõsulatũ fuit assumptus, quẽ ita gesserat, vt diligẽtiã admirarẽtur oẽs, ingeniũq; cognoscerent. Et qđ post ad Mithridaticũ bellũ missus, non modo opinionẽ vicit oĩum, q̃ de virtute eius erat, sed et gloriã superiorũ. Et Arcesylas, quod floruit,

tum acumine ingenii, tum admirabili quodam dicendi lepore. & M. Varro, quod omnium Romanorũ hoium erat doctissimus. Et Crassus ac Sceuola, quod ille erat eloquẽtium iuris peritissimus, iste vero iuris peritorum eloquẽtissimus. Et Cicero, qđ erat vir pcipuus eloquẽtia, & oratorijs artibus clarus, à Catone etiã Pater patriæ, quia à coniuratione Catilinæ Cos. patriã liberauerat, appellatus. Et quod non modo Latine sed etiam Græce, in doctorũ hominũ cõsessu Athenis maxima cũ eorũ admiratione aliquãdo declamauerit, vbi Posidonius hanc ei laudem tũc tribuerat, quod eloquentię & doctrinę, palmã Græcis præripuisset. Et Thucidides historicus, quod est quasi sedatus amnis, sine vllis salebris fluens. Et Hortensius, quod in eo esset memoria præcellens, & pronunciatio plena venustatis. Laudatur quoque Luchretiæ pudicitia. Martiæ grauitas. Portiæ coniugalis amoris ardor. Veturiæ pietas. Iulię eloquentia. Ceciliæ vrbanitas. Liuiæ Maiestas. Corneliarum animi robur. Artemisiæ amor. Penelope honestas. Ipsicrateæ tolerantia. Thamiris fortitudo. Thetidis consilium. Argiæ modestia. & Didonis constantia. Itẽ Pirrhi humanitas. Fortuna Alexandri, qui orbi magnus erat, orbis vero Alexandro paruus. Seleuchi Iustitia. Romuli audacia. Numæ religio. Tulli militia. Anchi Magnificentia. Tarquini habitus. & Seruij prouidentia. Sic Nestorẽ ẽt laudat Home. quod Imperio & facũdia longe princeps fuerit, quod ex eius ore melle dulcior flueret oratio, vir sapiẽtia simul & annis grauis. Et Vlyssem qđ consilij præstantia erat Ioui ęquandus. & Hectorẽ, quod ipse quoq; erat hostium terror. & Ascaniũ, qđ singulari forma pręstabat. & Menelaum Bellatorem. & Agamemnonẽ fortissimum, Imperatorẽq; optimũ. & Aiacem, qđ erat maximus Achiuorum murus, quodque oẽs humerorũ latitudine superabat. Laudatur etiã Robertus Siciliæ, quod Italiæ, imo & regũ ẽt rex fuerit, eiusq; vita regni felicitas, mors vero exitium. Sique alius foret laudandus, posset sic dici. Hic est ille, non modo huius vrbis, sed etiam orbis splendor maximus, *Speronus* Speronius, Eques magnificentissimus, philosophus grauissimus, oratoria eloquentia clarus, & non infacunda poesi ornatissimus, tam gratus, charusque principibus, & maxime cũ retroactis temporibus, Romæ degeret, ibique stetisset aliquot annos, vrbis visendę gratia, Pio. iiii. Pon. Maximo, & Cardinali Borromæo, vt si voluisset quidẽ, facile in amplissimo Cardinalium collegio, cooptatus fuisset, qua tamen dignitate quanquã illustri & excelsa, ornari non modo nõ est passus, verũ (qđ moderationi animi sui est ascribendum) ne ornaretur etiam è vestigio inde abscessit, fugit & euolauit, inque patriam reuersus est, satius ducẽs honesto literarum ocio, nauare operam, quam ambire dignitates & purpuram, & sic ociosorũ more, tempus ne quicquam terere. Hieronymus niger olim Canonicus Patauinus Iurecon. & ipse, nec à musis nec à gratiis alienus, tanta eloquentia, & facundia tanta, vt ipse solus ad latine loquendum natus videretur. Io. Fasiolius Rhetor, identidem vir, præter eruditionem, quã nemo non admiratur, nisi qui non intelligit, candidissimo pectore, planè ad amicitiam natus, cuius familiaritas, mihi non mediocriter est voluptati, tantaque felicitate ad præclaras disciplinas nati, vt nihil sit (adeo in eisdem excelluit) sibi inexcussum, imperuium nihil, & nihil denique obscurum. Nec eo minus Franciscus Robertellius, qui cum summa sua laude & patriæ Vtinensis, hic publicè profitetur, encomio fraudandus. Cuius eloquio, & eruditione, non minus Patauina iuuentus gaudet & gloriatur, quã si Demosthenem illum Græciæ eloquentiæ principem, vel latinę Ciceronem, præceptores haberet, quãdoquidem nõ minus ipsum quam Oraculum, non modo suspiciat, verum etiam admiretur, & colat. Cardinalis Alciatus, vir modis omnibus incomparabilis, ac prorsus Romanæ vrbis ornamentum ac præsidium vnicum, sapiẽtia, iudicio, doctrina, auctoritate maximus, mira vitæ sobrietate, summa ingenii dexteritate, animo impigro, & ab ocio prorsus abhorrente. Gaspar Raynerius, Senator grauissimus, per omnes dignitatum gradus cognitus, domi forisque non modo iustus, verum clemens & pius, & vasculum breuiter naturæ, in quo virtutum omnium Thesaurus preciosissimus includitur. Io. Baptista Contarenus, nunc huius magnificentissimæ vrbis prętor, optime meritus, incomparabili doctrina, raraque præditus humanitate, imo omnibus ornamentis clarissimus, ita fauens literatis, vt inter eos literatissimus sit, inter bonos optimus, inter doctos doctissimus, cani capitis, virens ingenium, præsens parataque rerum omnium, memoria, mores huiusmodi ut nihil grauius, integrius, uel suauius dici possit. filios habet præceteris Nicolaum, & P. Mariam pręstantissimos adulescentes, qui tametsi tanto patre, maiorumque imaginibus, sint clari, longe tamen, non uulgari eruditione, & eximiis animi dotibus, sunt clariores. Marinus Caballius, in omni genere vitæ, inter omnes homines admirabilis, & eximius, Patricius Venetus, eques illustris, cui virtus in animo est, in proposito constantia, in consilio acumen, in pręsentibus circunspectio, in futuris prouidẽtia, in conuersatione suauitas, in verbis fides, in rebus industria, cum amicis charitas, cum subiectis humanitas, cum omni hominum genere Iustitia, nil ad iram tardius, nil ad veniam promptius. Superuacanea est Ioan. Michaelis, equitis splendidissimi, laus, quandoquidem cum omnes, vno ore, prædicent, quem natura ad decus, ad dignitatem effinxit, & cui (vt de Xenophonte aiunt) Musę Atticę cognomentum ob sermonis suauitatem debetur, principibus to-

tius

tius orbis, legationis munere functus sępissime charus. Patrięq; suę longe charissimus. Sic de Illustri Nicolao à Ponte, Doctore & Equite, quod singulari humanitate, ipse quoq; non minori cum laude, omnes vincit, quàm eruditione, literarum hospes, studiorum amator, ingeniorum præco, pius, mitis, modestus, iustus, & munificus. Deq; Federico Valaresio, quod moribus facillimis est, & ad omnem vitæ consuetudinem appositis, nec Theologiæ expers, quam non tantum à limine salutauit, verum etiã ad ipsa vsque penetralia progressus est. Et Petro Sanuto, cui nihil ẽt nõ egregie, suppetit, ingenio felici, iudicio acri, & super oĩa moribus sic integris, fama sic illibata, vt nemo sit qui nõ ipsum, ad sydera tollat semp, imò, cũ vir sit & doctrinæ, & vitæ sanctimonia, clarissimus, qđ nũquã satis laudatus videt. Sic de Michaele Soriano, Equite, quod venusto ingenio est, & non inamena sermonis facilitate, imò quod est in eo tam singularis eloquẽtia, auctoritas tam grauis, vt ad ipsum amandum, quenquam excitet, impellat prorsus, & inflammet, quandoquidem sit etiam Patritius Illustris. multifaria doctrina, & exercitato ingenio, rara prudentia, miroq; rerum vsu insignis. Sic postremo de Illustrissimo D. Marci Procuratore Aloisio Moccenico, & Equite, quod perenni hominum memoria est dignus, vnicũ huius æui decus, doctrina, & facundia clarus, grauis & ornatus, inq; vrbibus & Rep. administrãdis, iustus, & prudens, ab omni cupiditate remotus, magni laboris, summęq; industriæ. In concionibus atq; Senatu Orator, in rebus agendis bellator optimus. in consuetudine & familiaritate suauis, & summa deniq; liberalitate erga omnes, cui cum plurimum debeamus, liber hic noster etiam dicatus est. Sed nec est Matthęus Dandulus sua laude fraudãdus, & ipse quoq; Eques ac D. Marci Procurator optime meritus, & Illustris. vir bonus & fortis, omnibusq; rebus ornatus, cuius virtus, prudentia, grauitas, & auctoritas, doctrina, & sapientia, non latet in tenebris, sed in luce Italiæ & totius orbis, inq; oculis atq; auribus omnium gentium, est posita. & hæc sufficiant.

LAVREA.

Vno eodemq; tempore ad Lauream suscipiẽdã, Romã vocabatur Poeta lyricus F. P. & à Parisiensibus quoq;, fama tunc super æthera notus, nec secus quam Syphax in populi Ro. atq; Carthaginensis amicitiã. Tamen Romę in Capitolio aliàs cohonestatus ea fuit, anno Christi 1341.

LICINIA.

Gracchi vxor hęc fuit, vt in l. in his. ff. sol. ma. sufficiatq; tibi istud, vtpotè aliis notum.

LECTVS.

Qui in stratus Latinè dicitur, charus ægrotanti est, molesta possessio, sed tamen necessaria, inquit Euripides. lecti opertorium lodex est, seu lodices opertoria. Hinc Iuuenal.

modo sub lodice relictis
Vteris in turba.

Nec sibi (vt alibi idem dicit) vult, Verbũ Cadurci, sic. Magnaq; debetur violato pœna Cadurco, quã lectum dicere, ex quo Cadurci sunt Galliæ populi, apud quos lini præstantia obtinet palmam in culcitris.

LEX.

Primus Romę sanxit leges Numa Pompilius, quarum auctoritas, magna est, tametsi nequitia hominum, deprauatæ videantur. leges variis in lignis scribebantur, vnde à Cræso interrogatus, Pyttacus Mityleneus, quod nanq; summum esset imperium, varia ligna, respondit, idest leges. ratione prædicta. quæ exercentur, cum sontes debita puniuntur pœna. Siq; aduersentur, iudex loquentem audire non debet. Et primum Romæ à Numa latas fuisse dixi, ex quo ante Numam, & alios, à Deo Optimo Maximo promulgatę sunt, & in uasta quidem solitudine, cum urbes uitiis sint refertæ. quæ etiam à nostris orationes uocantur. Et non ab re, constituuntur, ut sint pacis & concordiæ nutrices. aliàs humana societas incolumis seruari non potuisset. debentq; illę quibus Resp. administratur, esse præclarissimæ. & generales, quatuor continere, Charitatem erga proximum, iustitiam, uirtutum amorem, & uitiorum odium. Est etiã lex iustissimus princeps, ipse uero lex animata, quod nostri etiam dicunt in §. fi. in auth. de consulib. Item naturę, scripturę, & gratię, prima, Quod tibi non uis fieri, aliis fecisse caueto, peculiare Alexandri Seueri dictũ, de quo nostri rursum. in l. j. & toto titu. ff. quod quisque iur. & in c. humanum genus. j. dist. secũda. continens pręcepta data Moysi. Tertia Euangelij. Erat adhuc lex annaria olim, ne quis honores assequeretur, nisi suis annis. Et Roscia, quã tulit. L. Roscius Otho, ne quis equestris ordinis, esset, nisi qui quadringenta millia sestertium habuisset. Et quod Equitibus Ro. solis in quatuordecim ordinibus ludos spectare liceret exceptis duobus primis Tribunis. Hinc Hora.

Sedilibusq; magnis in primis eques
Othone contempto sedet.

Et Papia Poppeaque, à M. Papio Mutilo, & Q. Poppeo secundo, Coss. Augusto imperante lata, ne quinquaginta annis minor sexagenario nuberet, aut ne uir, sexaginta annis minor quinquagenariam duceret uxorem. Item quod oĩbus ingenuis Senatoribus exceptis eorũq; liberis, libertinas uxores habere liceret. qđ idẽ Poeta sensit, quãdo rursum dixit aliqñ. Diua producas sobolẽ, patrũq; pspere s decreta, sup iugãdis

fœminis, prolisque nouæ feraci lege marita. Et Censoria quæ conditiones capitaque rerum continebat, quæque vectigalium redemptoribus concedebantur, & quæ ab illis exigebantur. Et Iulia ambitus, de qua nostri etiam sigillatim locuti sunt, lata tamen vltra eos, Acilio & Pisone Coss. eoque tempore, quo bellum aduersus piratas, Pompeius confecerat. vt qui eius conuicti forent, neque magistratum gerere liceret, neque Senatores esse, & pecuniaria ei mulcta insuper irrogaretur. Et Rupilia de iudicibus sortiendis. Et Oppia, quam tulit M. Oppius Tr. plebis, ne mulieres superfluo vterentur ornatu, neue Rhedis pensilibus veherentur. Et consiliorum, libere loquẽdi, patienterq; audiendi. Et xij. tab. fons omnis publici priuatique iuris. antiquitatis effigies, vnde verborum vetustas cognoscitur. Cætera ego met latius in æquilib. his diebus impresso, vbi de legibus multa, verum nũc addas velim, quod lex est omnium regina mortalium atq; immortalium, ius agens violenter præpotenti manu. inspirata à Deo hominibus, siue promulgata principum ore. Imò quod auctoritas diuina est quoque necessaria, ne vel negligentia obsolescant, vel fraude & violentia, confringantur. Regula rursum quæ subditos certo quodam ordine ad bonum perducit, est verum quanquam vtilitatis gratia fiat, quod quandoque tamen obest, si male sit posita. Siq; fuerit turbulenta. quo fit vt si quam quis ferre voluerit quæ huiusmodi sit, ab administratione reip. sit pariter repellendus. nec aliud lex ac doctrina contendant, quam homines ita instituere vt declinẽt à turpibus, & honesta agant. Lex concernit commune bonum, honesta esse debet, vt religioni conueniat. Iusta, vt non absque ratione sit condita. possibilis vt à subditis possit adimpleri. & fusius in c. erit autem lex iiij. dicta lege agere, verbum iuris est, quod significat actionem intentare. In lex qui legi non paret. In lege est, qui secundum legem viuit & agit, sub lege qui agitur. Sumptuarias leges quoque Cato cibarias appellabat. Et quia hinc dicimus nos quod princeps, legibus solutus est. l. princeps. ff de legi. non ab re olim Augustum soluit amplius Senatus auctoritas. Nec omittendum, quod quandoque lex, pro pacto ponitur tamen. l. legem. C. de pac. l. j. §. si conueniat ff. depo. l. creditor. ff. de ac. emp. l. verum. §. quod si minor. ff. de mino. l. si ea lege. C. si man. ita fue. al. Et hæc quoque pro nunc sint satis.

LAESIO.

Noxa (inquit Hesiodus) malus vicinus est. facillimũq; lædere, sed prodesse longe difficilius.

LATRARE.

Nil aliud quàm resonare sonat verbum hoc, & Græce ὑλάω dicitur, hoc est latro. Hinc adde Herculem amissum Hylam diu quæritasse (à Nimphis enim ob pulchritudinem raptus fuerat, missusq; ad Ascanium flumen) ibiq; sacra instituit, vbi solemniter clamaretur. Hinc Satyric.

nulli grauis est percussus Achilles,
Aut multum quæsitus Hylas.

LAVARE MANVS.

Oraturi de more manus lauare solebant, vt sacerdotes in Missa faciunt, ex quo fit, vt nec Ioui olim (quemadmodum fabulantur Poetæ) mane libare liceret, illotis manibus, quod sentit Poeta lyricus Hora. quando dicit.

Libertinus erat, qui circum compita siccus
Lautis mane senex manibus currebat.

prouerbiumq; est Iurecon. præfationibus vtendum fore, tum quia libentius nos perducunt ad lectionem propositæ materiæ, & ne etiam illotis quodãmodo manibus, materia interpretationis tractanda sit. l. j. ff. de ori. iur.

LIEN.

Fiscus lieni comparatur, quo intumescente reliqua membra tabescunt. Nec potest conueniri, nisi vt pater à filio, venia impetrata. l. bene à Zenone. C. de quad. præscrip. qui tex. ad idem est singularis, nec alibi reperitur.

LACVS.

Ex quo in lacum Ioseph à fratribus deiectus est (histo. nota) vnde in Psal. Cum descendentibus in lacum deputatus sum. Inq; lacum leonum cõiectus est Daniel. Dixitq; Hieremias. Me fontem aquæ viuæ reliquerunt, & effoderunt sibi lacus pertusos qui non poterant aquam continere. Ideo lacus in scriptura capitur in malam partem. Puteus vero in bonam, vt suo loco dictum est, hic non aliter repetendum. istud vnum nõ omittentes tamen, stagnum à lacu differre, quia iste perpetuam habet aquam, illud vero temporariam.

LAMBDA. λ.

Litera, decima, Græci alphabeti est, quam Lacedæmones scutis inscribebant, ex quo prima ipsius vrbis nominis erat. Verum adde quod holce imitati aliquãdo sunt Messenij, sic suis M, literam inscribentes pariter.

LIPPVS.

Lippis & tonsoribus notũ est, & patet (plerũque dicũt nostri, prouerbiumq; est iam trito sermone factum) l. quidã cum filium, vbi glo. committetur. ff. de ver. obl. sed adde tu Hora. originaliter fuisse. quando sic formaliter dicit.

Hybrida

Hybrida quo pacto, sit Persius ultus, opinor
Omnibus & lippis notum, & tonsoribus esse.

LVXVRIA.

Adulescens luxuriosus peccat, insanit senex. Imò qđ nō modo opprobriū senectutis est, verum etiā ruina. Et iterū dixerim, senectuti proxima luxuria iuuenilis, sepulchro aūt senis. triplex alias, in coitu, in crapula, & in ornatu, quāquam alibi pro culpa lata capiatur in l. pe. ff. de incen. rui nauf. vel (dic tu) quod potius pro abusu ster ib. l. j. ad si. ff. de edil. ed. prodigalitate quādoq; l. ex damnl. ff. de dam. inf. Parcere lateri est ēt à coitu abstinere. nō parcere capiti, obscœnum. Et n: potari luxuriose viuere. Romani quoque publicā magnificentiā diligebāt, priuatā vero luxu iā odio persequebantur. Fabricij vxor, Veienienis cognomento, viri Senatorij, Hippia noīe, marito relicto, gladiatorem in Aegyptū abeuntem, secuta est. Si Iuuenali ita dicenti credendum est.

Nupta Senatori comitata est Hippia ludium
Ad Pharon et Nilū, famosaque mœnia lagi.

Et omnium luxuriosissima, perpetua quadam infamiæ nota, Messalina, prima Claudij vxor, ex qua Britanicum suscepit, iudicata est, vt idē ait, & sic concludit tandem.

Et lassata viris non dum satiata recessit.

LYNCEVS.

Aphareі filius fuit acuta oculorum acie, hinc quem lynceis oculis esse, si acie (vt diximus) sit acuta, vt Lynceus, qui quę ad inferos agebantur, videre solitus erat, & de quo Hora. alibi sic.

ne corporis optima lynceis.
Contemplere oculis. Item.
Non possis oculo, quantū cōtendere lynceus.

LANA.

μαλλον Græci lanam vocant. & οισυπος eam quæ est adhuc non purgata, sed cum sudore & sordibus. Et Gynecæum vbi mulierea lanificio, dant operam, quique eū eia id ēt faciunt, Gynecīarij vocantur. Et scitu dignum est, quod olim lanificium erat in cura Mineruæ, eiusque templum Luceriæ in Apulia, quod ibi lanę optimę ponderentur. hinc Hora.

Tibi telas, operosæque Mineruæ
Studiū aufert Neobule liparæi nitor Hebri.

Item.

Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam, non cithara decent.

Et quod sæpe etiam ioco dici solet, quæstio est de lana caprina, idest de re nihili. Summoque stu dio cauendū esse ne in cōtrouersiis quæstio fiat de lana caprina, ne vt in nugis tragędiæ agantur, sicque idem Hora.

Alter in obsequium plus æquo pronus & imi
Derisor lecti.
Alter rixatur de lana sæpe caprina.

LICTOR.

Qui etiam apparitor appellatus est, à ligādo dictus, & quanquā cū c. scribatur, fine tamen (vt volunt aliqui) hac de re, & quia Græce ριλεττο; dicitur, scribi debet, publicus est, & vindex. dicebatq; prætor in criuune perduellionis, I lictor, colligā manus, caput obnubito, & arbori infelici suspendito. alibique etiam nos in l. j. ad fin. ff. si quis ius di. non ob. Verum sciendum est, quod xij. olim à Romulo facti fuerunt, forte à nu. auium augurium regni portendētium. Et quod x. viri, qui condendis legibus, creati fuerant, cxx. lictores habuerunt, cum fascibus & securibus. Et quod accensi etiam dicebantur, & ante ambulones, & forte melius, q: magistratus præcedebant. Et quod Coss. duo erant, qui xxiiii. habebant lictores. Et quod proconsul sex tantum vtebatur. l. proconsules. ff. de offic. procon. vbi ridicule Accur. sex fascibus idest sex mensibus exponit. Et quod lictor introeunte cos. admonebat populum, vt animaduerteret, cederetq; aduentanti. Et postremo quod lege Iulia potestas fuit sumendi fasces primi mensis (erant enim Coss. annui & alternis mensibus retinebant insignia regię potestatis) priori ex consulibus, nō qui plures annos natus fuisset, sed qui plures liberos habuisset, quam collega, alternis mēsibus, ergo fasces hoc est lictores habebant.

LVCRVM.

Lucri bonus est odor ex re qualibet. (inquit Iuuenal.) in auaritiam Vespasiani, qui vectigal ex lotio exegerat, & Tito patrem ob id corrigenti, pecuniam ad nares sic dicens, admouerat. Et bene, quia (vt Euripid. etiam dicebat) multis mala lucra damnum attulerunt, imò Vlissea Polyphemo ex Ilio in Siciliam nauigana, ciectus vbi ille erat. pp lucrū facile quoque quia mentitur, & vrbi inutilis est ille, qui voluntatem incitatā in lucrū habet, & ad conuersationem difficilis. Imò quod mecanicū est amplius, & infame lucrū quęrere, quia mores generosos inquinat. Malorūque cordibus fixum illud psonat. lucrū pudori præstat. quod alias græcū verbum κέρδος significat. Et hinc cerdo, qui lucro sui artificij victum quærit, prouerbiūq; est in eo qui inutile lucrantur. Temesensis in heros. Id vnū postremo non omittentes, quod non mediocre lucrū tamen facit qui litem pecunia redimit.

LOCVPLES.

Locupletior est aliquis, eo ipso quod non est pauperior, & iustus, si iniustus non fuerit &

honestum id, quod in se nihil inhonesti habet, et gratus quis denique si nullam ingratitudinis causam commiserit,& quia dixi alibi fusius hoc idemque sit clarum, & ad sensum pateat, nunc ad alia transeo.

LOTIVM.

Ex lotio vectigal exegit Vespasianus (vt proxime diximus) sed Orion, Iouis, Neptuni, & Mercurij filius nascitur, quod longe tum laudabilius, tum mirabilius esse videtur: nanque hij ab Hyreo (vt fabulantur poetæ) hospitati, in bouis pelle, quem illis hospes sacrificauerat (sine filijs enim erat, puerumque sibi dari petierat) minxerunt, vrinam veluti semen infundētes, quam postea sub terram occultarunt iubentes amplius post menses.x.suscipi, quod adeo quidē factum est,& inde Orion natus sit, Iouis tamen (vt dictū est) Neptuni,& Mercurij filius, ab vrina sic vocatus, sed postea ob bonum nominis sonum, Orion non Vrion, appellatus est.

Quod quisque minxit
(Inquit etiam Catul.) hoc solet sibi mane,
Dentem, atque russam defricare gingiuam.

LONGVS.

Longus raro sapiens.l.j.& ibi Bar. auriga noster, aduertit.ff.de iu.om. iudi. ex quo ibi inquit Iurecon.ius dicentis officium latissimum est, inque latitudine consistit virtus, vt ibi ego quoque ex multis, hoc idem verissimum esse, ostendo. Adde, quod in longum ineptumque sui natura, prouerbium illud quadrabit Caliga Maximini, quodque alias longitudo trium cubitorū, vel ambarum manuum extensio, ὀργυιά dicitur. Cætera ego alibi fusius, & in prouerbiorum libello etiam de Maximini Caliga.

LEPIDVS.

Tres fuerūt grauissimi viri, Lepidus, Metellus, & Fabius, sed pceteris Aemilius Lepidus, ex his primus, qui moriēs filijs suis, iussit, ne in funere plusquā æris denos consumerent, dicens, imaginum specie non sumptibus funera nobilitari solere. Fuit etiam alter M. Lepidus Drusillæ maritus, qui à Caligula interfectus est.

LOCVS.

Signatus dicebat, ære alieno, obstrictus olim, vbi columna quædam idipsum transeuntibus ostendens, visebatur. Publicus secretus tamen, vt carcer, Aumariū. Felix & beatus sic describitur.

Hic homini facilem uictum fert optima tellus,
Non niuis aut tempestas ulla, nec imbres,
Sed Zephyri semper spirantes leuiter auras.
Oceanus mittens, Florentia corpora reddit.
Hic dij perpetuo resident gaudentque Beati.

Locus rursum in quo Codices & rerum gestarum monumenta adseruantur, Tablinum vocatur. Et pinacothecum, in quo picturę & statuæ reponuntur. Et Hexedra, vbi sit frequētia sediū, vt capitula Monachorum. Et Ephæbeū, vbi pueri exercebantur. Vbi puellæ vero Coriceum. Et Conisterium, vbi puluere post vnctionem luctaturi quodammodo inspergebantur, ne prehēsiones essent lubricę. Apoditerium cella in Balneis vbi loturi vestes deponebant. Stadium vbi cursores seu athletæ exercebantur. Portus, quo merces portantur, de quo etiam nostri.l. portus.ff. de verb. sig. Emporium vbi uenduntur. Crypta fossa testudinata, subterranea, ubi triticum conditur. Apotheca, cella uinaria. Gynecium, ubi seruæ lanificio & textrinæ dant operam. Triclinium, simile refectorijs Monachorum. Irriguus aquis abundans.l.diuortio.§. ob donationes. ff. sol.mat. Odium ubi cantatur. & Statio ubi naues stare possunt.l.j.§.prætor ait.ff.de flumi.

LVX.

A luce, cœpit Deus optimus maximus, ut ostēderet opera sua esse opera lucis, & non tenebrarum,& ut nos opera lucis faceremus, quia alias qui male agit odit lucem. Iuxta uulgatum illud etiam poetæ. Nocte uagatur adulter. est & lux illuminans, illuminata, & mixta. prima lux est, secunda modicam habens gratiam, mixta uero si quis gratia sibi largiter concessa, possit & ualeat alios illuminare. Nec id unum prætermittentes ad lucis propositum, quod pura est, communicatiua, ad operandum excitatiua, & cor hominis lætificatiua ut Christus, qui nō ab re alibi dixit. Ego sum lux mundi.

LAC.

Lactis coagulum, mel, & olei usum inuenit Aristæus. Et dignum est hoc scire amplius, quod lacte Manes, melle tamen simul & sanguine, delectantur. vnde Hora sic.

ut inde
Manes elicerent, animas responsa daturas.

melius Maro. dicens pariter.

Hic duo rite mero, libans Carchesia Baccho
Fūdit humi, duo lacte nouo, duo sāguine sacro.

Est & prouerbium, ad lactis propositum, lac gallinaceum, quod insulæ (Samus enim vt memoriæ proditum est sola producit) felicitatem arguit. Et lactaria hinc, non lacticinia, imperite dici debent.

LEGIO.

In legione Cēturię sexaginta, manipuli.xxx. cohortes.x. esse solent. à legione legionarij milites dicebantur, quia auxiliares erant socij po.

Ro.

Ro. Erat etiam legio Alauda, Gallica, quandoquidem nomine hoc, Galeam vocent. Et inde milites Galeatos, qui inde quoque Alaudę dicebātur. Nec secus Cæsar, cum ex Gallis legionem eō scripsisset eam, quam Alaudam appellauit. Alauda enim auis est, quam Galli adhuc Galeritam vocant, nos lingua Italica, Vpupam, quia apicem habet in capite, in galeri siue galeæ modum. ab ea igitur legio alauda denominata est. Et sic M. Antonius olim decuriam iudicum fecit, quos ex legione Alaudarum conscripsit pariter.

LECTICA.

Nobiles per vrbem deferebantur olim, & etiā hodie, Venetiis maxime, à lecticariis seruis, de quibus nostri quoque in l. vxori. ff. de aur. & ar. lega. & in l. legatis. in §. si vnus. ff. de lega. iij. & matronæ opulentæ etiam, lecticis delicatis. quas basternas quoque vocabant, & Gestatorium, Sella, quæ à lecticariis gestari solet. Et Octophorus, lectica, quam octo ferebant serui. Vectabulum proprie delicatorum, & asseres ac burdones ligna, quibus lecticarij eam baiulabant.

LEPVS.

Hoc tantum isto in loco, dicendum est, quod segetibus depasci delectantur lepores, hincque prouerbium ortum. Carpathius leporem, in eū tamen, qui rem male gerit, vt cœpti pœniteat. Carpathus enim insula est, & inde mare Carpathium, in qua lepores depascebantur segetes, qđ sanè videntes insulares, ob id, eos qui eō importarunt lepores, expulerunt.

LITERA.

Literæ ornamenta aduentitia sunt, in aduersis solatio, in secundis ornamēto. Sudoris laborisq́; comites, ieiuniorum non saturitatis & crapulæ, continentiæ non libidinis. Vnde Demosthenes plus olei quàm uini expendebat, & nocturnis vigiliis opifices præueniebat omnes. Immanitasq́; est eorum, qui dicunt literatos homines Rerũpublicarum pestes esse. Sunt etiam literæ, quæ scribuntur, (vt huic generi plenius, occurramus) & quibus absentes, quodammodo fiunt præsentes, quibuscunque scribantur. si principi vel senatui tamen, grauissimis verbis ac sententiis, conscribendę sunt. familiares, & quandoque etiam iocosæ, amicis, vt sapientissimè Cicero. Sunt etiam literæ laureatæ, lauro inclusæ, significatione quadam victoriæ, quæ à præsidibus & præfectis, senatui rursum mittebantur. Sunt & Epistalmata de quibus in l. bene à Zenone. in §. quæ omnia. C. de quad. pręscrip. & proprie sunt illę quas nos patentes vulgo vocamus. Sunt & commendatitię quæ scribentem non obligant. l. si vero nō remunerandi, §. cum quidam. ff. manda. Et principis quibus non statim obtemperandum est, aliquo casu, sed supersedendum diebus xxx. l. si vindicari. C. de pœn. c. cum apud. xj. q. iij. literarum portitores, Baiuli, Tabellarij, & Veredarij dicuntur. Exordiumq́; earum est. S. P. D. Dum vero ad Senatum scribebat Cos. sic exordiri solebat. si vos liberiq́; uestri ualetis bene est, ego quidem & exercitus ualemus. Et quod literis non respondere, superbi est, male contumeliosi. Vel respondere, interdum temerarij. Et quod omnia literis committere, quandoque non est tutum. quo ad primum tamen sciendum est, quod sine literis Græcis cæca est, māca, ac dimidiata prorsus, omnis eruditio.

LEO.

Domicilium Solis est, cui ob robur, nimum fortem comparamus. terribilioremq́; ceruorũ exercitum esse leone duce, quàm leonum, duce ceruo, dicebat Cabrias Atheniensis. usq; adeo (ainnt quoque nostri) ut cętera animalia quiescānt, ubi leo figit pedem. l. j. C. ne lit. po. l. j. C. de his qui po. no. Ancha. cons. cciiij. col. j. dictuq; mirū est, quod Hanno Carthagine potens, leonem cicurauerit. quodq́; Serapioni cuidam Aegyptio, cum palam dixisset Caracallam breui tempore uicturum, eiq́; Macrinum successurum leoni obiecto, manumq́; porrigenti, pepercerit. Ex quo etiam (ut inquit Pindar.) ex unguibus cognoscitur & iudicatur, quod omnium animalium terrestrium sit ferocissimus.

LICENTIA.

Homines fieri deteriores licentia, Terentiana sententia est, hinc M. Philosophus moriens, filiumq́; suum Gubernatoribus relinquens, dicebat. Illi pro me uno multi parentes excolendo atque optima suggerendo estote, quia in maxima licentia moderari sibi difficile est, quasiq́; frenos imponere cupiditatibus.

LIBERALITAS.

Summopere laudādus est Drusus, qui post donationes profusissimas, dicebat, nihil sibi pręter cœlum & cœnum superesse. Et liberalitate pari, Cræsus, erga literatos, non minus quàm Phalaris sordida auaritia, acriter coarguendus.

LIBITINARIVS

Est, qui funus uendit. Pollinctor uero, qui ad sepeliendum portat. l. quicunque. §. idem ait. ff. de instito. ac. & Pollinctor, non Pollicitatur, ibi scribi debet, sicq́; tex. restituendus est.

LATROCINIVM.

Tres fuerant latrones, qui prouinciarum pręsides

fides eas spoliarunt, Dolabella, Antonius, & Verres. hinc Iuuenal.

Inde Dolabella est, atque hinc Antonius, inde
Sacrilegus Verres.

Sciendum tamen est quod latrocinium ante bellum Troianũ nõ erat infame, sed periculosum, quod cantabit vacuus (ut Iuuenal. inquit) corã latrone uiator.

LEGATI.

Sancti esse debent & pudentes. l. Sanctum. ff. de re. di. Et ideo Locrenses Romam miserunt legatos qui de Q. Pleminio quęrerẽtur, quod pecuniam Proserpinæ abstulisset, eorũque liberos & coniuges stuprasset, usque adeo ut catenatus postea illuc missus sit, & in carcerem coniectus, magno suo malo mortuus. Quibus insuper (ne quidquam intactum relinquamus) qui salem & ligna pbebãt parochi uocabãtur. Fusius statim.

LIGNA.

Qui ligna & salem legatis præbebant, parochi dicebantur Vnde Hora.

proxima Campano.
Ponti quæ villula, tectum
Præbuit, & parochi, quæ debẽt, ligna, saleq;

estque ad ligni propositũ, vulgatum prouerbiũ.

In Syluam ne ligna feras.

Hora. mei, de quo supra quando dicit pariter.

In Syluam non ligna feras insanius, ac si
Magnus Græcorum malis implere cateruas.

Et ligna uaria, leges, quia uariis scribebantur lignis, ut suo loco dictum est.

LIXAE.

Sunt qui exercitum sequuntur, aquam suppeditant, lauant, aut coquunt.

LIVIA.

Augusti vxor erat, Tiberij & Drusi mater, superbissima mulier à quibusdam mater patriæ appellat. vetat Tiberius, filius, immortalitate donari. multaq; ab ea sapiẽter dicta ἀποφθέγματα referuntur, pręcęteris, obnoxium fore. reliqua Dion fusius.

LIBERTAS.

Tam dulce nomen omnibus est libertas, vt temeritas & audacia illi similes esse videantur, & vulgo placeãnt, usqueadeo, ut noctuæ Aquilam, Corui Cygnum, & Leonem simiæ impune lacessant. horreatque libertatis amore matrimonij capistrũ. Naturaliter etiã hoĩes sunt liberi, seruitute autẽ à natura degenerãt, ideo sanguis serui lis cõditiõnis, degener dicit. libertate donatus fuit Vindicius, & alij q post exactos reges, nobiliũ adulescẽtiũ, de eisdem recipiẽdis coniuratione, detexerũt. libertatis uindex fuit Brutus, cuius statua, inter alias regũ collocata ĩ Capitolio fuerat, strictum ensem exerens. libertatem Romani venerabantur, utpote libertatis assertores. eratque Romæ Atrium illius uetustissimum, in quo Tarentini, obsides custoditi fuerunt. libertati consecrauit Domum Ciceronis, Clodius, signo Meretricis, pro simulachro libertatis, collocato. imo quod libertatis, simbolum est meretrix. Patrensibus solus Augustus libertatem, restituit. Nero Aegialis, quam postea Vespasianus eripuit, & ad pristinum reduxit vectigal. liberatoris nomen, Cæsari impositum est. & libertati, ędes extructę. libertas Saturnalibus dabatur seruis. Maiorem consequebantur manumissi, fiebantque ciues Ro. Minorem latini ex lege Iulia Norbana, inferiorẽ dedititi, ex Aelia sentia. liberum patrem quoque tanquam libertatis simulachrum coluerunt veteres. Et Marsiam eius ministrum in liberis ciuitatibus. Quem Ro. utpote libertatis cultores (quod etiam paulò ante dictum est) siue ipsius signum, in foro posuerũt. Et liberum patrem adhuc quia pro Boetiæ libertate, pugnarat, liberatque amplius seruitio curarum animum. est rursus libertatis simbolum, Aquila. Manusque dextra passa. Et Dulopolis ciuitas alibi, ad quam serui confugientes liberi fiebant. libertas est amplius, quasi anima ciuitatis, tranquilla securitas, & honesta ciuiũ disciplina, legum optimarũ, ęquitate in quauis Rep. forma parta, & conseruata. Et quanquam hæc omnia uerissima sint, nemo est mortalium tamen, nec fuit unquam, qui sit liber. namque homo seruit Deo, rationi, legibus, officiis, Magistratibus, Reipublicæ. commodisque eorum quos habemus charos. Dicunt etiam nostri, quod nõ omni casu quoque libertas fauorabilis est, in l. fi. C. de sacrosanc. ec. sed tamen libertas est aliquid, libertatisque desideriũ omnibus hominibus innatum, grauisque Tyrannus vniuersis, omnisque mutationis occasio satis eis qui sunt necessitate calamitosi. libertatis indicium pileum est. signũ, imperata non facere. Melioribusque auspiciis defenditur, quam eripiatur, emorique potius volunt liberi, uiri fortes, quam serui cum ignominia, turpive nota uiuere.

LAPIS.

Lapis primum est Christus propter suã immobilem fortitudinẽ, propter suę operationis insuperabilem potestatem, & propter ædificationis ipsius, aptitudinem summam. & quidem angularis. estque Grecis πέτρος. adseuerantq; phisici Solem, lapidẽ uocari. est & naxius, siue Cos naxia omnium præstantissima. Et Neptunus petreus quippe quod dormiens super petra è semine quod exciderat, (ut fabulantur poetę) equus natus

patus fit, cui Siphio nomen fuit. Et Parius, seu (vt Maro inquit) Marpesia Caures, ad maximos impetus immobilis, qui deinde leuissimo etiam digito facile commouetur Et lyngurius (gemma est, quæ nascitur ex vrina Lyncis) efficax ad multa medicamenta. Et ociolus, vbi Orestes sedit, ibiq; insania liberatus est. Et manalis, quia aquas manabat, de quo nos alibi satis. & ὠφοβαζῶ apud Cumanos, impurus & detestabilis, in foro, vbi adultera omnibus spectanda sedens poni solebat. Sunt & lapides terminales, de quibus etiam nostri iurecon. sæpe, confinia distinguêtes, qui lapidem quoque pro milliario ponuut. l. j. §. j. ff. de offi. præf. vrb. hinc dicimus. Hannibalem, ad tertium ab vrbe Roma, lapidem castra posuisse. Pontemque Aemilium ab vrbe vltra primum di stasse lapidem, & simile quiddam. Idæa quoque lapis erat, quê matrê D. ū incolæ dicebât, deportata Romam, Romanis ab Attalo rege Asiæ tradita, quia in libris Sybillinis carmen inuentum erat, Alienigenam hostem, hoc acto, Italia pelli posse. Vulgatumque dictum est, non esse quenquam de bono opere, lapidandum. l. illud. §. fi. ff. de bo. po. cō. tab. l. neminem. C. ex quib. cau. infa. irroga. postremo vero cauendum esse & ita à nobis cum alijs agendum, ne lapidemur quotidie, cum non fuerit lapidatus Stephanus, nisi semel, ne ve crabronum aculeis confodamur.

LVCVLLVS.

Parum affabilis erat, acer in rationibus reposcendis, in supplicijs inexorabilis, imo quod infidis etiam militibus vsus est, a quibus, quia nesciebat sibi quenquam vel oratione placare, vel muneribus conciliare, desertus est, quos, cum postea admisisset Pompeius, eos ne minimum quidem seditiosos habuit.

LINGVA.

Scelesta est comprimenda. Vagarique per totum orbem ferè lingua, corpore vero latere incôgruū est, inquit Hiero. Mors & vita in manu linguæ est, nihilque mollius vel durius lingua. Imo qđ prodigiosa est linguæ petulantia. Mirumque est quod lingua percussus mederi non possit, & tamen admotus Scorpio vulneri, venenum ad se trahat quod caudæ spiculo infixit. Et sceleratissimū homicidij genus, venenum in lingua, & nō in pixide circunferre. Et lingua mala rursum nihil nocentius. Linguacibus & populi lingua ferientí respondere ineptum est. Sunt etiam linguæ, fascinatrices. Lingua tartareo veneno tincta, & calumniatrix, inflammata igne (vt aiunt) Gehennæ. Seni mutare linguā difficile est, hinc prouerbium Senex Psytachus, ferulam negligit. Ex viperę carnibus Theriaca conficitur, præsentaneum aduersus venena antidotum. at si maledicorum linguas contundas omnes, nihil afferent remedij. Lingua arguta, item, odiosum malū est, egregia res vero, si fides adsit vt etiam dicebat Euripides, & cum mala arripuit opinio mulierem, linguæ acerbitas inest, & hoc, illi, garrula linguis dedit. Tantalum intelligit Poe. ad inferos detrusum. Asinius Gallus, nimis libere locutus, à Tiberio occisus est. Vnde lingua effrenis, morbus turpissimus est, & iuxta illud Iuuenal.

Mali pars pessima serui.

Homini data, vt opportuna loquatur, simpliciter & non dolosè vt antiquus serpens. Et non quod anteuertat cogitationi, & aberret ac labatur, quia dici tunc posset. Lingua quo vadis? Græca, fons omnis eruditionis. Latina, Græcæ riuuli. Dorica, breuitati studens. Lingua rursum interpres animi est, diligentissime tamen coercenda, quia nō minor virtus est, quam omnino non irasci, & si loquendum est, quæ in corde habemus loquamur. Consideremusque maxime cui loquimur, vbi, quando, quantum, ad quem finem, & quomodo. Et quod sicuti lingua loquitur, & locutio ex literis Alphabeti, componitur, ita ex eisdem crimina, seu peccata per linguam committuntur. Nec id vnum, postremo omittentes, quod terribilis est in ciuitate sua, homo linguosus, & lingua hominum amica conuicii.

LIBER.

In hoc libro rerum reconditarum, non secus egimus, quam apicula quę per omnia circunuolitans, Mellificium congerit, vel vt ille qui ex varijs flosculis serta componit, aut ex versicoloribus tessellis musaicum opus contexit. Si liber meus, de oratore, dicebat etiam Cicero, talis est, qualem tibi videri scribis, ego quoque aliquid sum, sinautem aliud, non recuso quin quantum de illo libro, tantundem de mei iudicij fama, detrahatur. Confitebatur quoque Augustinus, multa in suis opusculis fore, quæ possint sine temeritate culpari, & bene, sed nullus liber tam malus qui non possit aliqua parte prodesse. idque moderationi animi sui, erat ascribêdū, & extenuatio vt dicunt Rhetores. Libri Sybillini, qui alias fata les dicebantur vtpote fata Po. Ro. continentes, à nullo, nisi à quibusdam lectissimis viris, nn. xv. legi & inspici poterant. quique posteritatis memoriam promereri videbantur, in Apollinis collocabantur templo. Et olim dicabantur Mercurio, vtpote eloquentiæ principi, & etiam linguæ, quibus conficiuntur. Cedrus quoque, à carie, temporumque iniuria, studiosorum hominum libros, & monumenta seruat, & quam maxime desiderandum cum exeūt, & in uulgus erūpunt, vtiles sint orbi, aut non minus autori felices, quàm numerosi. intelligantque homines facile, eum in culcitris noctes haud contriuisse. & legantur, non a mulierculis stultis, non à senibus deliris, non ab idiotis, non à simplicibus adulescentulis, quibus nihil est leuius, sed à uiris sanè doctis,

doctis,qui bonis literis operam nauent, librorũ Helluo Cato appellabatur. Et Chrysippus Solẽsis Parasitus. Dicunt etiam nostri ad propositũ, quod liber feudorum autenticus est, quodque potest ad decisionẽ causarum allegari. Et quod ligat ecclesias & ecclesiasticas personas, hoc est quod dominus feudi laicus iudicat clericos, si maxime hoc idem, disponatur à canone.c. cæterum de iudi.argumentum in l.ii.in §. omnia. C. de vete.iu.enu.ad vnum silentio non inuoluentes, ad librorum propositũ,& postremo, q̃d aliquos habere debemus, familiares quos imitemur, vt Terentium Cicero, Homerum Alexander, Tertullianum Cyprianus, qui crebro etiam dicere, Da magistrum, solitus est. Nos Baldum Perusinum, uirum sanè ac Iuriscon. multi iuga virtute & disciplina præstantẽ. Cui nec similem forsan, secla futura dabunt.

LONGOBARDI.

Quia de his multa dixi aliàs, in libro qui Polymathia inscribitur. viii. c. ii. hoc tantũ addã nunc, Longobardorum leges ad decisionẽ causarum, allegari non posse, nisi quæ à Ludouico & Carolo, Imperatoribus tunc, conditę fuerunt, non quæ à Lothario & aliis Regibus Longobardis, quia extincto Imperio leges quoq; eorum extinctæ manserũt. Cætera nostri, maxime Cur. in tracta.feu.q.v. primę par. principal. egoque fusius in loco pręallega. impressus enim est iam annus decimus agitur,

LIBELLVS.

Tametsi verbum illud multis sanè modis sumatur, quandoque pro pane albo. quandoque pro petitione,& assertione actorum factorum in iudicio, cum solemnitate iuris. interdum pro eo qui datur à iudice parti appellanti à sententia. aliquando pro scriptura priuata aliquem infamante. sæpe pro causæ delegatione. Et communiter paruus & diminutiuus, ad differentiã magni. Est nihilominus breuis & ordinata scriptura, intentionem agentis continens. Breuis quia prolixitas à iure, respuitur. l.ampliorem.§. in refutatoriis.C.de ap.l.i.ff. de ori.iu. l. i. ff. si cer.pe.ordinata, quia non est ab executione incipiẽdum,& quia ubi ordo non est, ibi sine dubio est confusio. l. i.C.de execu.rei iud.& clara denique ex quo obscuritas iuri est inimica. l.ita fidei.ff.de iu.fi. Est verũ quod prępostera tio, nõ uitiat, dummodo loquentis mens constet, ex quo tunc, ea potius attendi debet, quam ordo scripturæ, l.si cũ nulla.ff.de re iudi.l.si quis intentione ambigua.ff.de iud. argumentum in l.talem.ff.de hęr.insti. imò quod aliquo casu non requiritur libellus. Et maxime vbi sunt verba. De plano,& sine strepitu, ac figura iudicii, sed qualis qualis, petitio sufficit.c.afferte mihi gladium de præsump.& in Euangel. adulteræ, ibi, ubi est mulier qui te accusat.

LOCVSTA.

Herbę genus est, quo D.Io.Baptista uescebatur in deserto. Item animal. Et nomen Mulieris, veneficij peritissimę, quę suasu Neronis ueneno Britanicum peremit.

LOGOS.

Verbum est, ratio, supputatio, causa, sermo, oratio,& studium. seruitque ad dicta in l. ii.in §.appellata.ff.si cer.peta. de uocabuli Ethimologia, dicta ab ethy quod est verum,& logos sermo.& Gręce etiam λογος dicitur.

LEVITAS.

Leuitas à Gręcis, quia leuissimas res pro maximis semper habuerunt,& quasi ex culice elephantum facientes, prouenit. imò quod eã semper accusat Cicero. Et maxime mirandum est, atque ideo vulgo dici etiam, Grędiam mendacẽ, Gręcos adulatores, Gręcorum ingenia, temporaria, utpote tempori seruientia, Et quod Gręculus esuriens, si in cœlum iusseris, ibit. cum tamẽ alibi dicat & verum est, quod Gręcia est omnis philosophiæ parẽs,& Athenæ, doctrinarum inuentrices. Nec id ad propositum omittentes, q̃d leuitas proprie est Iuuenilis ętatis. l. quod si minor.§.non semper. ff.de mino. quodque nihil tã leue est in necessitatibus, quod nõ possit interdum maggarum rerum momenta insperata, nobis afferre. Et quod denique leuitati hominum, aliquid facere volentium, quod à iure sit alienũ, occurrendum est. l. si repetendi. C. de cond. ob causam.

LVPVS.

Apollo Lycius, lupus dictus est, quia ut lupi pecora rapiunt, ita Apollo, idest Sol, humorem eripit radiis. Et hinc Licopolitana Thebaidos ciuitas, quæ Apollinem, et lupum, hoc est lycon, colit. est etiam lupus. Tyberinus piscis, qui prępuum tenet locum, maxime inter duos pontes captus. de quo Iuuenal. alibi.

Vos anguilla manet longæ cognata colubræ
Aut glacie aspersus maculis Tyberinus.

Lucius vulgo quoque dictus, à voracitate, quia alios insectatur pisces. Lupa Faustuli pastoris vxor, quoque fuit,& Romuli nutrix, lupus ex homine etiam Tyrannus est. Et homini homo, qui qualis sit non nouit. in Arcadia adhuc, circa lycęi Iouis Templum, fabula est, si quis humana forte gustarit, quod lupus fieri cogitur. quæ tamen si cogitaueris, non sine misterio est. Dicitq; Plato. quod lupus agnum non odit, sed sui gratia

tia ipsum lacerat atque uorat neque agnus lupū sed sui pernitiem timet, quę sibi à lupo infertur, atque ideo ob id, ipsum exhorret. dicunt postremo nostri quoque, ad propositum lupi, quod pastor lupus effici non debet. l. si seruum. C. de fur. Interim postea desiderantes nos, ne obtrectatores, & maledici, mendaciis seu conuiciis ut lupus, aut chamaleon aura, pascantur, sed hisce nostris uigiliis. præter cętera sanè multa, acquiescant, ęqui boniq́ue consulant, quia si non talia sunt, qualia sublimia eorum ingenia, exoptant, haud tamen sperni debent, ex quo voluisse sat est. Et si non egimus quod debuimus, fecimus id saltem, quod sciuimus, & potuimus.

L I S.

Cognosce te ipsum, nihil nimis, comes ęris alieni, & litis miseria est. hæc olim ab oraculo habebantur, ut in poetarum fabulis prænarratum est. lites in iudiciis fulciunt iniusta, turpia exornant, & ueritatem denique adulterant. Et plerumque etiam lis est de lana caprina. siue (ut aiunt) de asini umbra. ea de re non mediocre lucrum facit qui litem pecunia redimit. Nec uerecunda cogitatio eius qui lites execratur. l. Item si res. §. fi. ff. de alie. iud. mut. causa fac. Erichthonius quasi de lite procreatus dicitur. Et Erisimantus litis disseminator. Et Manilia meretrix litigiosa. Et Calphurnia, siue aliàs Caia Afrania, quę vt (dicūt nostri) dedit causam edicto de postulando. l. i. §. sexum. ff. de postu. sic dicit etiam poeta ad litis propositum.

Semper habet lites alternaque iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.

Et statua Marsię olim erat in foro ut eius aspectu ĩprobi litigatores deterrerētur. id vnū nec omittens ultimo, quod ab Adam ortum habuit, cum redargueretur, qui respondit. Socia quam mihi dedisti me decepit, inque eā crimē reiecit.

L I M E N.

Quid sibi velit limen, omnibus patet, verum scias quod aliàs id, pro familiaritate, & amicitia, ponunt poetę, solertissimi rerum indagatores, vnde Iuuenal.

Limine summoueor perierunt tempora longi
Seruitij.

Et Maro.

Limen erat, cæcæque fores & peruius usus.

L V G D V N V M.

Lepidus, & Munacius Plācus, M. Antonij fautores, contra Augustum à Cęsare adoptatum, Lugdunum ædificarunt, quod prius Lugudunū vocabatur. vbi exercebatur ars oratoria, iuxta illud poetæ.

Gallia causidicos docuit facunda britannos.

Eratq́ue ille Munacius Plancus, quē voluit laudare Pompeius, ut facilius absolueretur, qui tamen non potuit, ex quo iudex Cato, manibus aures obserauit, dicens, nolle, ad uer sante lege, quam ipsemet Pompeius tulerat, ne rei ludarentur. nec id vnum postremo omittentes, t emporibus Senecę, Lugdunum confla grasse.

L I B I D O.

Cuius sedes in iecore est, ut sensit Hora. ibi.

Incontinentis nec Titij iecur,
Relinquit ales.

tametsi postea dixerit, Archilocum imitatus, quod sedes sit potius irę. sic.

meum
Feruens difficili bile tumet iecur.

Quantum tamen afferat calamitatis (vt cumq́ue sit) libido, ostendit in iliade Homerus. haud prætermittentes etiam, libidinem, iram, & cupiditatem furias tres esse, siue affectus, aliàs in homine, vnde mala omnia proueniunt.

L V C T V S.

Hoc tantum dicam quantum ad istud, quod olim mulieres conducebantur ad lugendū mortuum, hinc Iuuenal.

Iliadum lachrimas, ut primos edere planctus
Caßandra inciperet, scissaque Polixena palla.

quodque in multo luctu prouerbium est. Res Nannacę plorabo, de quo nos alibi fusius.

L I N E A.

Quę Græce γραμμή dicitur, recta est, circularis, & obliqua. tamen quandoque capitur etiā pro ligno longo, & tereti, quod in stabulis equīs solet interponi, ne se mutuo mordeant, aut feriant calcibus. quodque prouerbium hinc est quoque, à pictoribus ortum, qui lineis artē exercebant in dies, nulla dies sine linea.

L E C T O R

Opuscula excipere debet gratiose, legere curiose, & ea denique quę legit memorię commēdare, ut lectio, cum aliquo fructu esse videatur. non fastidiosus conuiua, cuius palato, nihil sapiat nisi uehementer exquisitum, ac uariis eloquentiæ condimentis, edulcatum. omnia etiam legere debet (ut aposto. inquit) & quæ bona sunt retinere. Debetq́ue lectio esse insuper, aut uoluptati, aut cultui, aut usui. Clara item breuis, & uehemens, ac pudica, quandoquidem Archilocus olim impudice loquutus, acriter damnatus fuerit.

L V D V S.

Ludi enim inuenti sunt ad relaxandum animum

mũ,& delassatũ ĩgeniũ reficiẽdũ, venationes, Saturno, Sc̨enici libero, Circẽses Neptuno. Et aliàs Pentathlon, qui latinis quinquertium est, & pẽtathli Quinquertiones, qui his ludis uicissent, hiq; saltu, cursu, disco, iaculo, & lucta certabant. In Circo etiã qui maximus Romę dictus erat, ludi agebantur, qui modo Romani, modo magni dicebantur, & (vt etiam dictum est) Circenses, quos aliquando in euripis vino plenis, exhibuit Heliogabalus. Inque temporario, Hippopotamum, & Crocodilos quinque. M. Scaurus. Erant & ludi Hastici, qui hastis conficiebantur. Et palatini, qui in palatio agebantur in honorem Cæsaris. & Iuuenales pro salute Iuuenum à Nerone instituti. Et Romani, quos voluit idem (appellabantur magni) vt vocarentur maximi. Et voti à Pompeio acti, si tunc Sertorium superasset. & Miscellanei, qui multi iugis ludicris fiebant, & Lupercales, mense Februario in honorẽ Panos. Et Actiaci Apollini consecrati, qui Nicopoli celebrabantur ab Augusto instituti. Et seculares, à Valerio, post exactos reges, à seculo dicti quod est annorum centum. Vel à sene, quod senescendorum hominum spacium longissimum sit. & magni, regibus instituti, de quibus etiã supra, quia magnis dabãtur impensis ducẽtis millibus nummum. Vel quia Laribus Dijs magnis Romæ vrbis celebrabantur. Et Florales, in honorem Florę meretricis, quæ Po. Ro. hæredem reliquerat. & luperci, qui à nudis adulescentibus celebrari solebant, hijs enim obuij, se se scuticis percuti consueuerant, tamen honestatis gratia ab Augusto fuerunt prohibiti. & Honorarij, quos in pręturа quoque prætores exhibebant. & plebei in gratiam plebis. & Circẽses adhuc, quos voluit Caligula in honorem defunctæ matris Agrippinę, quotãnis celebrari, q. (vt diximus) fiebant in Circo maximo, vnde nomẽ sortiti sunt, & magnæ curæ erant Romanis hominibus. & Megalenses, à Cæsare & Bibulo collega facti, cõmunibus impensis, qui tamen soli Cæsari tributi fuerunt. Est etiam ad ludi propositum, pilæ, & schacorũ, quorum vnus, peculiaris erat Augustino, alter vero non modo priuatis hominibus, verum etiam purpuratis, regibus, & principibus, iure permissus. Vnde nostri vulga. illam q. disputant, an promittens dare schacum matũ cum pedina vincat, dando ea facta regina. concludentes tandem quod sic, quia superueniens dignitas primam tollere non debet, & quia nec archiepiscopus, desinit esse episcopus. Et plebei rursum victorię, à Sylla instituti, Bello ciuili victore. & pro libertate plebis, vel pro reconciliatione ipsius, post secessionem in Auentinum.

LACHRIMAE, ET LVCTVS.

Parentes reddunt filios fletibus temperantes, magistri pueros, bene eruditos; leges ad iustitiã ciues impellunt, quia fletibus eos instituunt, inquit Xenophon Socraticus. Etheocles in pugna moriens, cum Polynice fratre, matrem Iocastem lachrimis salutat ex oculis. In malis iucundę mortuorum munus. Imò quod hunc honorem mortuis deberi ait Homerus, sub persona Achillis mortuum Patroclum deflentis. quodque mulieres olim conducebantur ad mortuum lugendum. dicimusque hinc Luscíniam lachrimantem, & ... luctum, ac flebile carmen. est verũ qđ tempus luctum minuit, quodque mortuus nihil est. Et quod stultissimus rex sibi capillum euellit in luctu. Lugendus est tamen, vir ab vxore, non è contra, nec sponsus à sponsa dicunt nostri. l. vxores. ff. de his qui not. infa. parentes, liberi, agnati vel cognati, quanquam non compellantur. l. parentes. ff. eod. crimine perduellionis damnati non, vel suspendiosi, quique mala conscientia sibi manus intulerunt. l. liberorum. §. j. ff. eo. & quanquàm fletus virorum non sit, ac mẹror, vt Q. Fab. Max. docuit. l. Paulus Aemilius & M. Cato. intto. nota est. Flere tamẽ & lachrimas fundere hominis est, quia sic Christus Saluator noster etiam fleuit in natiuitate, in circũcisione, in suscitatione Lazari, in die palmarum, instante sui passione, & in morte. Vnde quidam.

Flens ego sum genitus, celebrãtur funera fletu,
Transacti innumeris uita fuit lachrimis,
O miserũ mortale genus, lachrimabile semper.
Quod factum ex cinere est, soluitur in cinerem.

LVCERNA.

Lucerna, & lychnus idem. duplicem lychnum habens tamen, dimixa appellatur, & hinc nares, quæ duę sunt. Mixæ, & funiculus, qui fit ex canape ellichnium. & lychnucus lucernam gestans, quæ etiam (ut inquit Cicero) aliquando in meridie accenditur, & alibi dicunt nostri, quod testator seruis libertatem reliquit, vt lucernam alternis mensibus accenderet monumento suo. l. Meuia. ff. de ma. testa. estque forte tunc non paruã hominis superstitio.

LVNA.

Sacra, ab Aegyptiis colitur religiose, quam tamen excantari posse autumant poetę, dicentes.

Carmina de cœlo possunt deducere Lunam.

Hinc Stesichorus & Pyndarus ne id, eccliptim. s. & quasi mortem pateretur, neve excantationes audiret, dissono crepitu succurrebant. Vnde Iuuenal.

Vna laboranti poterit succurrere Lunæ.

Item.

Hic magicos affert cantus, hic Thessala uẽdit
Philtra, quibus ualeat mẽtem uexare mariti.

Et in arca concludi exoptabat quidam apud Aristophanem in nebulis, ne vnquam cum Neomeniis exoriretur dies solutioni præstituta. Lunã amore captę mulieres inuocant, vel quia silentio noctis

noctis opus est, vel quia amore aliquando laborauerit, seu quia ignis colorē præ se fert, & amor ignis instar est. Vnde Hora.

Nox & Diana, quæ silentium regis,
Arcana cum fiunt sacra,
Nunc nunc adeste. Per aerem meat.

Quam ea de re, Græci ἄρτεμιν, vocant, quasi ἀεροτόμιν quod aera secet. Ei Bigam tribuunt, propter duas ipsius proprietates, frigida enim est, & humida, vt soli quadrigā, propter quatuor ipsius diuersitates. Rubens enim est, splendens, feruens, & repens. Bigę adhibentur muli, quia steri lis est vt mulus. Luna quanquam mutabilis, spatio vnius diei, Solq; simul, ad Iosue iussionem, stetit in medio cœli. Lunæ & Solis adhuc cognomentum adiecit M. Antonius filiis suis geminis vno partu susceptis, ex Cleopatra regina Aegypti, quos etiā regum reges vana imperiosaq; voce vocabat. Myrij rursum Luna dicitur. Neomenia vero Luna noua. Et Menstrua, quia singulis mensibus mutatur, & inde menstrua etiam mulierum, quia singulis mensibus concitantur. Luna & Sol magni Dij appellātur à Platone illo, diuino, quo nihil maius habuit Græcia. Et maxime addo ego, si Solem, idest Christum, & Lunā, Beatam Virginem eius matrem, siue ecclesiā (vt inquit Eucher.) interpretabimur. Et hinc postremo, Lunati calcei dicti fuerunt, Patricij & Senatores, qui Lunæ imagine insigniti, siue Lunatis vtebantur calceis ad repræsentandam originem vetustatis, dicentibus Euandro, & Arcadibus, se ante Lunam fuisse. Vel quod originem habuisset quasi à centum Senatoribus Romuli, de quibus nostri etiam in l.fi.C.de peti.hære.& si quid insuper addendum est, id tātum addi planè potest, quendam aliquando fuisse, qui Lunæ nascentis, insigne deferebat pariter. Alterum declinantis. Tertium vero, perficientis, indeq; dubitatum, quis horum dignior sit. Primus enim hac vulgata sententia nitebatur. Cuiusq; rei potentissima pars, est principium. Secundus, dieique beatus, ante obitum nemo, supremaq; funera debet. Et (vt Poeta lyricus) lingua Italica.

La uita il fin, il dì loda la sera.

Vltimus quod imò in orbe solo sola est perfectio, nanque in se rediens, vndique fine caret. quis iustius induat arma modo diiudicabis tu. Cætera Volateran.& Lilius.

LVMEN

Maius offendit minus, uulgatumq; dictū est, de quo nos alibi sæpe. Hoc solum igitur nunc addendū putauimus, quod sic Aquila tollit quicquid alia portendant, minoraq; auguria, cedant maioribus. Hinc Maro.

quantum
Chaonias dicunt Aquila ueniente Columbas.

LEGATVM.

Legata illico soluenda esse, ab hæredibus è quorum manibus accipiuntur ut dicunt nostri. l.j.ff.quo.lega. pulcherrimo admonemur exemplo. Augustus enim legata populo reliquit, quæ illico nec soluit, nec soluere cogitauit, ut debebat Tiberius Imperij, successor & hæres, moritur Germanicus alter Augusti filius, in cuius aurem insusurrabit quidā dum efferretur, nescio quid, rogatus deinde à præsentibus is, quid ei dixisset, ut diceret Augusto, respondit nondum pecuniā populum relictam sibi accepisse. Legata etiā conditionalia (scituq; dignum est) non transmittuntur ad legatarij hæredem. quod tamen eo casu uerum est, si conditio ueniat ea testamento, quia si ea extrinsecus aliàs, & tacitè insit, tunc legatum conditionale non erit, etiam quod à testatore exprimatur, & ad hęredem transmittetur. l. conditiones. ff. de condi.& demon. & hoc est quod dicitur in l. aliquando. ff. eo. quod relictum sub conditione est purum, & quandoque purum conditionale. primo casu exemplum est, si sub ea cōditione relinquatur sub qua hæres institutus est. puta si nauis ea Asia uenerit. nanque esto quod à testatore exprimatur, quia tacitè inerat, cum non posit legatarius consequi legatum, ab hęrede, nisi nauis veniat ea Asia, nihil tamē operatur, estq; conditio (vt diai) extrinsecus proueniens. Et propterea purum est legatum, & non impedit transmissionem si moriatur, nec est de conditionibus hæc facientibus legatum conditionale. Vel si relictum sit (aliud erit exemplum) si hæres adierit hæreditatem, nanque hæc conditio inest pariter, cum legata non debeantur, hęreditate non adita. & not. in l. vnica. in §. finautem aliquid. C. de cadu.tol. Secundo casu exemplificatur, si purè relinquatur, deinde adimatur sub conditione, quia sub contraria purè relictum intelligetur. & interpretatio fit vt actus potius valeat quam pereat. & quia semper hoc casu & in legatis maximè, benigna esse debet. l. Seio. §. vxori. ff. de an. lega. l. quoties. ff. de reb. dub. & est ad propositū casus clarus in d. l. aliquando. ff. de cond. & demon.

LIGVRIA.

Genua in Liguria est, oppidū sanè, celebre, ante omnes. Et prouincia, quę accuebat Romanam virtutem. Imò Ligustinus hostis (vt memoriæ proditum est) natus dicebatur olim, ad continendam militaris disciplinæ Ro. potentiam. Et Ligures bellicosi, capillati, nunc vero tonsi. reliqua Volateran.

MAGIA.

HAC, & incantamentis sanè, hocque medendi genere, Veterea, vsos fuisse, meminit Homerus. Imò quod Latini Doctores, Græci Philosophos, Hebræi Scribas, & Persæ Magos, Sapientes vocant. narrātq; Studiosi Magię hoc esse peculiare, malis spiri-

tibus,vt terrorem ac tędium,adferant.Bonis gaudium & alacritatem. Nec id vnum quoque omittentes, quod duas imagines olim mulieres faciebant magicis artibus,quarum vna erat cerea,altera lanea, vt is quem sui amore capi vellent, mollesceret & inflammaretur. quodq; hac Magia,& præstigiis sanè Carolus magnus infatuatus erat,ex nostris vero, (si credere dignum est) Petrus Aponensis.

MACER.

Et siccus,prudens, vt Atheniensis, pinguis & obesus vero,ignauus & hebes erit, vt Thebanus. Vnde Hora.

Bœotum in crasso iurares aere natum.

Et Iuuenal.

cuius prudentia monstrat
Summos posse uiros,et magna exēpla daturos
Veruecum in patria, crassoq; sub aere nasci.

MARSIAS.

Ab Apolline cantu superatus,excoriatur,cuius Marsiæ statua, olim erat in foro, vt improbi litigatores eius aspectu deterrerentur, Vnde Iuuenal.

Scire uelim quare toties mibi Neuole tristis
Occurras fronte obducta,ceu Marsia uictus.

Et Hora.

obeundus Marsia qui se
Vultum ferre negat, Nouiorū posse minoris.

MANDATVM.

Non est iustum exequi mandata si quidē mala sunt, & male dicta, inquit Euripid. Mandare iurisdictionē Quæstoribus & Legatis Pretores olim in prouinciis solebant.Inq; causis generale regulariter sufficit,tametsi in pluribus casibus speciale requiratur.differtq; (vt aiunt) à precepto,& interdicto,& suo loco declaratū est.præceptum ad rectè facta referri,interdictum ad peccata,ad medium hominem vero mandatum.

M. AGRIPPA.

Hic Augusti auspiciis, Cantabros deuicit. Vnde Hora.

Cantaber Agrippæ,Claudi uirtute Neronis
Armenius cecidit.

Cætera,qd̄ bello Actiaco corona nauali, donatus sit,Pantheon Ioui Vltori fecerit. & legiones constituerit. Vel vt alij volūt, Cybeli Deorum matri. Volateran.fusius.

MATER.

Thebas,matrem appellat Pinda.quippe quod in ea alitus sit,natus,& educatus.Nomen superbum & nimium potens,inquit Sene. quę pietati operā dare debet.l.j.ff.de ap.re.aliàs malarū, mores oportet fugere liberos,qui sapiunt. Imò qd̄ matricidę fuerūt,Nero,Orestes,& Aclmeō.qd̄q; Pontia mater,Medea,& Prognes, filios sustulerunt. Vnde Iuuenal.

sed clamat Pontia feci,
Confiteor,puerisq; meis aconita paraui.

Vltimo nō omittentes,Cybelem quoq;, quod puerorum & pecorum morbis,remedia excogitauerit,matrem appellatam fuisse.

MODERATOR.

Nihil est quod sine vllo moderatore posit cōsistere.nanq; domus ab habitatore deserta, dilabitur. Nauis absq; gubernatore, abit pessum. Et corpus denique relictum ab anima defluit.

MACELLVM.

A mactādis pecoribus dictum est. est verū qd̄ in macello,non solum carnes, verum ēt pisces, & omnia ad victum pertinentia venduntur.qd̄q; Macellarij,aliàs non sunt laniones(vt vulgus existimat)sed qui poculenta ęsculentaq; vendunt. Et plus ꝙ Macedones Hortū Macellū vocabāt.

MESSIS.

Quanquam vulgo dici solitum sit. Ante focū si frigus erit,si messis,in vmbra. Messis tamen à medio dicta est,quia manu sinistra stramentū capitur,& dextra subsecatur ad mediū.l. diuortio, in fi.prin.l.si fundus.§. fi.ff.sol. mat.

Tondeturq; seges maturos annua partus
Et ferro tellus.

Inquit Tibul.

MANGO.

Mancipiorū venditor.Siue Mangones eos esse dicamus qui hoīes vendunt.Hinc Iuuenal.

Non Phrix,aut Lycius,nō a Mangone petitus
Quisquam erit.

Et Hora.

Nemo hoc Mangonum faceret tibi.

MVLLVS.

Piscis marinus,aliquando sex millibus nummum emptus est,sic Iuuenal.

mullum sex millibus emit
Aequantem sanè paribus sestertia libris
Vt perbibent qui de magnis maiora loquūtur.

reliqua Iouius fusius.

MASSILIA.

A Phocęis condita est, Vnde Hora.

Phocæorum
Velut profugit execrata ciuitas.

MARIA

Turritę nomen accepit, quia Magdalum Hebræis, Turris dicitur.

MEDIOLANVM.

Quasi medium inter duos amnes Abdiam & Ticinum. Vel quia, dum à Gallis populis consilium initur, de condenda vrbe, effosso solo, sus dimidiatim lanatus inuentus vnde Mediolani nomen accepit. non secus ac Capitolium, à Capite in Tarpeio Monte inuento. Solo æquatur olim à Brenno Gallorum Duce, & ab Hannibale, & à Claudio Marcello restituitur, secundaque Roma appellatur. Et Metropolis totius Italiæ.

METALLVM.

Cuiq; planetarum attribuitur, (scituq; dignũ est) aurum Soli, argentum Lunæ, ferrum Marti, plumbum Saturno, Electrum Ioui, Stãnum Mercurio, & æs deniq; Veneri. Metallaq; dicuntur à μεταλλάω quod scrutor siue inquiro sonat, siue à μετάλλα quasi vna inuẽta; alia vena nõ procul sit. μετὰ enim post significat, ἄλλα verò alia, quasi vna post aliam.

MODERATIO ANIMI.

Mecænas intra dignitatem equestrem, cum illi pateret latus clauus, & Vespasianus, dignitatem Senatoriam, recusarunt. Et Titus coronam victoriæ, post victoriam Iudaicam, dicens se indignum esse. quem maximopere laudauit Apollonius Thianæus. Et Otto, militibus sic: Ego quidem Mutius esse malo, aut Decius, aut Curtius, aut Regulus, quàm Sylla, Cinna, vel Marius. Et C. Turmius, Ro. primus, cum Garamantes perdomuisset, à Garamantici cognomento abstinuit. Et Scipio qui cum minus probè, atque honestè, se Consulem nominatum comperisset, ea dignitate se abdicandum censuit, ne tam sanctum nomen vllo vitio teneret crederetur. Et Philoxenus mallens in carcerem reduci, quam suffragio parum honesto eximi. Et certe sic quisque semper dicere debet: Hoc vnum scio, quod nihil scio, vt Socrates. Vel vt Hiero. Sufficit enim mihi probare mea & aliena non carpere; puerilis enim iactantiæ est, accusando Illustres viros, suo nomini famam quærere. Item. Quæso nemeam stillam, illius fluminis compareris, quia nõ magnorum virorum ingeniis sum æstimandus, sed meis viribus. Vel sic. Lætatus sum testimonio tam magni & eloquentis viri, sed in me ipsum reuersus postea, dolui satis opprimi potius quam leuari tot laudibus & præconio. Vel vt Lactan. sic. Si non ad eloquentiam vtilis esse videbor, scribendo (tenuis enim in nobis facundia est riuus) prodesse saltem ad viuendum potero. Vel rursum sic. Mihi quidem nihil optatius accidere poterat, quàm prouentũ facilioris annonæ; meam siliginem cuilescere. estque (vt dicunt Rhetores) color rhetoricus, & extenuatio sui ipsius, nosq, suo loco satis. Et verè quemadmodum Arcades, omnium bellicosissimi, qui aliis victoriam referunt, seu victoriæ laudem, quisque facere debet, Herculisque exemplo, Euristheo, olim laborum gloriam & nominis immortalitatem, dicanti. Magna erit etiam animi moderatio si dicatur. Nihil est in me quod tantorum Heroum expectationi respondeat. Non sum ego, infimæ classis homo, cum magnis & purpuratis viris conferendus. Ipse meo me metior pede, & agnosco quàm mihi sit curta supellex. Non enim scripsimus, nisi vt ab hominibus, quanquam ingenio perexiguo, & eruditione vix mediocri, si allucinati fuerimus in aliquo reprehendamur. ex musca me elephantem facis, ex lumbrico montem, & ex cicada Apollinem. Non enim sum ego quem forte putasti, vereor ne tibi vsu euenerit, quod de Ixione narrant fabulæ, qui pro Iunone olim nubem amplexus est. Si me inuisat quis, non aliud inueniet quàm pro thesauro Carbones. Mihi ipsi totus displicebam prius, verum vbi meam inconditam balbutiem cum facundissima Hieronymi nigri sapientia contero, libet ad laqueum confugere. Et (vt finiamus) simile quiddam.

MARE.

Oceanum (vt fabulantur Poetæ) origo Deorum est. Hellespontum, Europam ab Asia separat, & distinguit interuallo septem stadiorum. ibi enim Persarum rex Xerses, constrato in nauibus ponte, duxit exercitum. Vnde Maro.

Et pontem indignatus Araxes.

Et Poeta lyric. lingua Italica, inde.

Pon mente al temerario ardir di Xerse,
Che fece per calcar i nostri liti,
Di noui ponti oltraggio alla marina.

Cæsar quoque cum ad Hellespontum peruenisset Pompeium fugientem sequens, Cassium obuiam habuit cum Tirenium classe, ad Pharnacem properantem, qui fœlicitate Cæsaris perterritus, ei omnes naues tradidit, licet Romæ postea Imperantem trucidare non extimuerit. Caspium est in Scythia. Hinc Hora.

Non semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros, aut mare Caspium
Vexant inæquales procellæ, & Bosphorum.

seu (vt aliqui volunt) Bosporum, in Thracia. Thracium enim ponti fretum est, in quo est Bizantium. de quo idem Hora.

nauita Bosporm
Pœnus perhorrescit.

Scylla & Charibdis atrocissimũ. Vñ Iuuenal.

Hunc abiicit saeua dignum ueraq; Charybdi.

Est & Icarium, ab Icaria insula, vel quia Icarus Dedali filius, illuc accedens cecidetit. Mare etiam elementũ liquens, vocat Hieroni. Mariaq; in sacra pagina, stagna & aquarum congregatio, vocantur. Et profundum pro mari ponit Iuuenal. quando ait alibi.

nondum aliquis sortitus triste profundi
Imperium.

Et alga maris herba, quae ex profundo eiicitur. Vnde idem.

cum plena littora multo
Delatore forent, dispersi protinus alga,
Inquisitores.

Et Hamiralus Praefectus maris. Et quanquam fretum immanissimum sit, Nautae tamen sunt freto immaniores. Et adhuc ac ad propositum maris, Mamertinũ, foedissimis tempestatibus (Pausania teste) est infame. & mortuũ est, cuiusaqua, diuersa admodum, à caeteris, est natura, in eo viuentia ẽt si nihil se moueant supernatant. Inanima vero, in ima descendunt, eoq; fit vt orba sit piscibus palus. Caetera Io. Boccatius.

MAGISTRATVS.

Magistratus tutor est ciuis, ciuis autem pupillus. In Augustana enim Rep. hij quibus vrbis cura commissa est tutores ciuitatis, veteri instituto vocantur. In Magistratu esse debent haec, facilitas in audiendo, lenitas in discernendo, & in satisfaciendo diligentia. Et quanquam aliquando seueritas acerba videatur multis, condimentis tamen humanitatis mitigatur. Ius dicens rursam, aequabilitatem seruare debet inter omnes, gratia flecti, aut potentia frangi, vel pecunia adulterari autem, non, imò qđ hoc ipsum (si prudẽtia nõ caruerit) vllo modo fieri haud patietur. Est verũ, quod nõ temere quis ad magistratum admitti, & adoptari, in quodcũq; Collegium olim, solebat, nisi moribus & meritis probatus fuisset. qđq; ad greges custodiendos non lupi sed canes, pastoresue, sunt mittẽdi, vt dicebat Bato Tiberio. quibus occupationes publicae velut pedissequae; semper assistunt. Magistratus legum ministri sunt. quibus rursum seruientibus, lex dominatur. Nec mali insuper, ad magistratus admittendi. Verum senes vt temeritas florentis aetatis, prudentia senectutis, corrigatur. Magistratuumq; ac Iudicum, ob id palatia sacratissima, ibiq; tunquam iudicãtium Deorum esse delubra. Magistratus maiores erant Consules, Praetores, Censores. Minores autem Quaestores, & Aediles. Et quanquã Consulatus amplissimus esset Magistratus, Dictatoris Potestas tamẽ erat maior, verũ non magistratus ordinarius. Cõsules duo, xxiiij. fascibus, idest lictoribus vtebãtur. Proconsules tribus tantum. quos mẽses ridicule exponit Accursius in l. Procõsulares. ff. de offi. procõ. Consulatus annuus esse solebat, oportebatq; annos x. interfuisse, antequam Consul esset quis. Caesar tñ olim calcata lege, designatus est, & dictator perpetuus, semestris tñ. Minor Magistratuum erant subsellia, maiorum vero, tribunalia, & sellae Currules. Magister equitũ, ita Dictatori cõnexus erat, vt Praefectus pretorio Imperatori. Magistratibusq; ineundis solemnis erat dies Kal. Ianuariis. Et ad supra dicta redeuntes. Mala res est (inquit Eurip.) praestãtioribus, quando improbus vir dignitatẽ consequitur, tenens populum lingua, qui prius nihil fuit. Item. Peccantes non vrbs odio habenda est, quia non culpãda est ciuitas, male audiẽs propter malos magistratus. Et breuiter oĩs vir, dux est, qui sapiẽtia est praeditus. Graecũ prouerbiũ est ẽt, Magistratus virũ ostẽdit. In bello dilucet boni Ducis virtus. In tẽpestate Naucleri peritia. Et magnum quiddã est, dignitatẽ amplissimã suscipere, sed longe maius susceptam tueri ac sustinere. Siq; Histriones solliciti sunt, quo modo susceptae fabulae, quo modo Theatro respõdeant, quãto magis curae esse dẽt, Magistratibus vt dignitati suae, vt orbis expectationi respõdeant. Themistocles hac de re forte, cum audisset quosdã, magistratũ ambire, Si quis mihi duas ostẽderet vias inquit, quarum vna duceret ad inferos, altera ad tribunal, illã potius quàm istã deligerẽ. Prytanes quoque magistratus summus erat Athenis. Et Prytaneũ magistratuũ locus. Romae (praeter dicta paulò ante) triumuiratus, nõ secus, ac in Rep. Veneta, totius Italiae lumine, imò totius terrarũ orbis. Et Quindecimuiratus, quibus viris, libri Sybillini erant curae. Apollo insuper consultus, quid de magistratibus sentiret, respõdisse ferũt, nescio an in Deorũ numerũ vel hoĩum sint aggregandi. Et hinc Aposto. Qui me iudicat Dominus est. Id vnũ nec omittentes, quod in crimine perduellionis Duumuiri ẽt qui iudicabãt, his verbis vtebãtur. I lictor, colliga manus, caput obnubito, infelici arbori suspẽdito. Quodq; iussus à principe, executionẽ nõ facit, nisi lapsis xxx. diebus. l. si vindicari. C. de paen. c. si apud. xj. q. iij. Et quod imperiũ accipiebant magistratus à Po. Ro. quodq; habentes magistratum, nec sciẽtes peccare possunt quia boni, nec ignari quia prudentes.

METELLVS.

Quia turbulentissimas leges ferre voluit vnà cum Caesare, qui Praetor tunc eidem fauerat, Trib. plebis, ab administratione Reipub. & à Senatu repulsus est. Et cum successisset Verri in Sicilia, tuncque repetundarum postulatus fuisset, causam egit Cice. tamen sciendum est, quod plures fuerunt Metelli. Et praecaeteris Consul L. Afranij collega. Et Macedonicus, à quattuor filiis (ut moris erat) in funere elatus. & Creticus, qui Romanorum primus, Cretam in potestatem redegit. reliqua Volateran.

MARIVS

MARIVS.

Quam Remp. armatus seruauit, eam primo togatus, omni genere fraudis, postremo armis euertit. reliqua Marij facinora, egregia, nota sunt.

MARS.

Non modo bonis ingeniis, non est propitius Mars, uerum etiam, omnium stolidissimus. A Marte Martius mensis dictus est, Romuli patre; qui Romulus annum incipientem ab hoc mense, in honorem patris diuisit in menses decem. Mars cedium autor est, apud Thraces natus, hoc est apud bellicosos & feroces homines. Martis filius, Oenomaus, à Poetis dicitur. Et Mars tur sum pater Vrbis, ex quo, Iliaq; Rhea, Numitoris filia, natus est, Romulus, & Remus. vñ Iuuenal.

o pater urbis
Vnde nefas tantum latis pastoribus, unde
Hæc tetigit Gradiue tuos urtica nepotes?

Et Gradiuus, hoc est uibrans hastam. Et inde Campus Martius, in quo Comitia fiebant, & magistratus creabantur. Vt idē Iuuenal. sensit, quādo dixit pariter.

Vade ergo & cede seueri
Iugeribus campi, quem negligis.

MALE MERITVS.

Egestate laboret, inquiunt nostri. l. bona fides ff. depo. ut Ixion (adde tu) cuius fabula nota est. & quod male aliquando ponitur pro ualde.

MEDIVM.

Diuitum status omnium miserrimus, paupertas tutissima res est, medium siue mediocritas, optima, & rarissimum donum Dei. Inter Scyllā & Charybdim tenere medium cursum, prudentia summa est. In fundo emendo, modus seruandus est, ne uilla fundum, uel fundus uillā quęrat. Audacia non laudabilis est, pusillanimitas dānanda, medium optimum idest fortitudo. Inter liberos & seruos medij sunt Helotes Lacedęmoniorum. Et quia nimis iustus erat Aristides patria pulsus est. Ad Ianum medium fœneratores consistebant. Bruti statua inter illas regum media gladium strictum exerens erat in Capitolio, utpote libertatis uindex. Medius locus est honoratior, medium laudabile, moderatumq; imperium. Est & homo quidem bonus, itē & malus, & inter hos medius, ut Galba, cuius ingeniū medium, inter sublime & infimū, fuisse, Cornelius Tacitus dicebat. Est Deus & homo, medius heros. Ocium & male agere, negocium uero, medium, utile tum animo, tum corpori. Dominiū & seruitus, est rursum, notumq; est, libertas medium. Et hoc est, quod etiā Plato, dicebat, quod pauca uel nimis prosunt nunquam, moderata uero plurimum. Et quod à summo ad imum usq; omnia per media transeunt. Inter pulchrum & bonum, mediū est amor. Inter mortales Deosúe Natura media, Dęmon. Inter scientiam & ignorantiam opinio. Inter uisum & colorem, lumen. inter dolorem & uoluptatem, quies. inter inuidiam & maleuolétiā, indignatio. à medio Messis dicta est, quia manu sinistra stramentum capitur, & dextra subsecatur ad medium. Mediocritatemque auream uocat Hora. Et dicunt nostri, si quis artificem promittat, non utique eum præstari debere, qui summæ scientię sit, neque rursus indoctum, sed talem qualem uulgus artificem dicit. l. sciendum. §. illud. ff. de edil. edic. Hinc quidam, ad mediocritatis propositum,

Vtere diuitiis ut morti proximus, idem
Tanquam uicturus, parce tuis opibus.
Ille sapit uere qui callens hæc duo, nouit
Non nimium largus, nec nimis esse tenax.

& quia dixi alibi etiam late, nunc transeo.

METVS.

Non formidare temporibus, quibus pestis, sęuit & debacchatur in loco, bellumq; ardens est; non hominis strenui, sed stupidi esse, putare debemus. Est uerum, quod metus tempore, ratio omnis, & consilium deest, quibus rebus si quis ante animum suum præmunierit, metum omnem superare egregie poterit, sin minus facile uinci. Cętera alij maxime nostri, qui de metū curiosissime tractant.

MATRIMONIVM.

Huius sacramenti dignitas ex multis ostēditur, nanque auctoritate à Deo institutum est. loco in Paradiso terrestri, antiquitate tanti temporis, vnitate duorū in carne una. Tempore in statu innocentiæ, saluatione diluuij tempore. electione Beatę Virginis. illustratione miraculi diuini, in Chana Galilęę. & propagatione totius generis humani. Solo consensu contrahitur ut sponsalia. l. sufficit. l. fi. ff. de sponsa. c. cum locū. extra eo. Statur confessioni coniugum, contractū fuisse, inquit Abb. in c. per tuas. de despon. imp. & alij in c. super eo, de eo qui du. in matri. quam pol. per ad. Cardi. in Cle. j. de consangui. & affi. Et sponsalia sequuta copula transeunt in matrimonium. But. in c. ex literis, de spon. Et licet clandestina matrimonia, prohibita sint, valēt tamen, ubi possunt probari, inquit Hostien. in §. quare, in summa, de clan. despon. Et confessione partium manifeste probatur matrimonium. c. ij. de clan. despon. quicquid tamen in materia, nouissime fuerit determinatum in Sacrosancto Cōcilio Tridentino, ad illud hic remitto in oībus & per oīa. id silentio quoq; non inuoluens, qđ nō est in rebus melius seu dulcius usquā (ut inquit Home.) q̄ thalami, pariter concordi a sancta pudici.

dici. Honorabile est insuper & præter hęc, matrimonium, (dicit adhuc noster) l. ij. ff. de actio. re. amo. l. vnum ex familia. §. si. ff. de lega. ij. quod contrahi posse (dicebat Hesiodus) tum demum cum domum habueris, & bouem aratorem. Coniugiumq; Latinè dicitur, Græce γάμος. Et tempore storum aqua & igne celebrari nuptiæ solebant. l. Seia. §. virgini. ff. de dona. int. vir. & vxo. de quo nos tamen alibi fusius.

MALVM.

Minus malum si maiori cōparetur, fit aliquo modo bonum. præstat pecuniam amittere quàm vitam. Malum vtcunque natum, plerumq; gliscit in peius. si immerenti infligatur graue est, grauius si bene merito. grauissimum vero si ab amico veniat. tolerabile tamen, si adiunctum solatiū habeat. Malis nihil deest præter occasionem, ecce Erymnys dęmonesq; Elpenorem ad ebrietatem vertunr. Thiestem ad inuadendas fratris nuptias. Aedipodem ad parricidium. Sycophantiā ad iudicia. Pyratas ad mare. Sicarios ad sicā. Petulantes ad voluptatem impellunt. Malum primum à paucis quandoque oritur, paulatim postea ita serpit in hederæ morem, vt omnes ferè denique corripiantur. Male facta male pereunt, minime placent, igitur Mars & Venus, Vulcani insidiis capiuntur. fabula nota est. Quando concutitur domus calamitatibus pium decet considere, & tandem digni, consequuntur digna, mali autem vt digni sunt nunquam fœlices sunt. Et hinc dicebat Euripid. Assumere bonum & inertè magis volo, quàm malum sapienterm. Et Plato, quod non facile est vt malus quis semper lateat. Et nostri, quod mala fides probatur, bona vero præsumitur. Mali insuper mala forti animo ferre non possunt, boni vero sic prudenter, ea occultantes, seq; aliorum exemplis muniunt patiētia, & consolantur. Inter malorum magnitudinem, ponitur mala vxor, virum bonum habens, quod seruus regnet, quod stultus saturetur panibus, & quod ancilla eiciat dominā. Omnis malus exulat, sapientum est ciuitas. Malum non solum bono est aduersum, sed ipsum sibi malum est, hominis mali malę sunt voluptates. Est verum postremo (vt vulgo dici solet) quod de duobus malis minus semper est eligendum. c. licet. in si. de testi. Inque miserrimis rebus, quod minus miserū est, faciendum, non committendum minus tamen vt vitemus maius. c. j. c. ij. xiij. dist. c. quod ait. xiiij. dist. vnde Castor sibi testes præcidit ne capiatur, merceseq; in mari proiicit ne mergatur Nauta. quodq; quandoque ex malo oritur bonū, ex vipera salutare morbis remedium, & ex veneno medicinæ. l. qui venenum. ff. de ver. sig.

MEMORIA.

Damnosa memoria aboleatur, laudabilis recordatio releuetur, inquit pulcherrimus tex. in l. quoniam. C. de epi. & cle. hęresim Euticetis detestatus. Memoria eloquentiæ & eruditionis thesaurus est, qua pollebat plurimum, Cyrus, Mithridates, Themistocles, & Theodectes. Magna fuit Adrianus, qui lecto libro ea omnia recitabat, quæ legerat. Singulari Trebatius Iurisco. Symonides rursum, Cyneas, Scepsius, Metrodorus, & Hortensius, & Themistocles facile princeps. Et Albinus, cuius quasi promptuariū quiddam vetustatis esse dicebat Macrob. Memoria est Musarum mater, (vt Poetę aiunt) qui scientias quoque Musas vocant, diuinissimumq; Musarum chorum Iouis opus, & memoria genitas. Musis & memoriæ danda est opera, quam adiuuat ordo, & diuisio, auget vero studium & exercitatio. Et quanquam ita sit, nulla pars tamen in homine est quæ sit magis lubrica, quæq; facilius vitium accipiat. iuxta illud vulgatum. Omnium memoriam habere & in nullo peccare pœnitus, diuinitatis potius quam humanitatis est. l. peregre. ff. de acqui. pos. l. ij. §. si quid autem. C. de vete. iur. enuclean. Vnde Curio totam causam oblitus est. Messalla nomen. Dydimus historiam quā scripserat. Demostheni in Macedonia, verba ingeniumq; defecerunt. Et Theophrasto in Areopago. Et ad id quod primitus dicebamus redeuntes, nec omittendum est, Saturni memoriam in posterum propagatam fuisse, nummo Iani. Accamq; Larentiam nobilissimum scortum quęstu meretricio locupletatam Po. Ro hęredem olim nuncupasse, vsque adeo vt in eius memoriam & sepulchri magnificentia, & annuę parētationis, idest exequiarum honore fuerit cohonestata. Aut igitur scribenda facere, aut legenda scribere debemus, nanq; famam extendere factis, hoc virtutis opus. Et ideo cum non possumus, iuxta illud Plinianum diu viuere, relinquamus aliquid quo vixisse testemur.

M. AEMILIVS SCAVRVS

Vir fuit summæ integritatis. qui pontē Aemilium extruxit, in via Flamminis, quiq; Miluius dictus est. Et de quo alibi Iuuenal. sic.

Cum tibi uicinum se præbeat Aemilius pons?

MASCVLA PROLES

Non mollis, nec fracta uoluptatibus, nec impudica. Vnde pulchrè Hora.

Non his iuuentus orta parentibus,
Infecit æquor sanguine punico:
Pyrrhumque, & ingentem cecidit
Antiocum, Annibalemque dirum,
Sed rusticorum mascula militum proles,

MARTIA

Cōmodi concubina erat, quę, cū prius intellexisset illius iussu, unà cum aliis sanè multis, interfici debuisse, ueneno sustulit. Cętera Dion.

μυρμηξ Formicã sonat,hinc Myrmidones dicti fuerunt,quorum sedes primum fuit Aegina. fabulanturq; poetæ Iouem Aeginæ insulę, homines,primum ex formicis eius terræ, Myrmidones scilicet creasse.

MAPPA.

Signum futurorum ludorum erat quod prætor, qui ludis præerat, ostendere solebat. Hinc Iuuenal.

Interea megalesiacæ spectacula mappæ
Idæum solemne colunt.

& Trãquil. Vniuersorum se oculis in circo prębuit Nero,liberto mappam mittente.

MONACHVS.

Græcum verbum est,latine singularis sonat, quod singulariter omnia agere debeat. c.i. xvi. q.j.& tria profiteri obediẽtiam,paupertatem, & castitatem.c. cum ad monasterium de sta. monacho. Cenobitæ cæteris sunt pręstantiores. Quibus Esseni similes esse videntur. Aegyptus præter cæteras prouincias, monachis abundabat,quos etiam Nonnos,& Monachas, Nonnas, appellabant. Vbi erant quoque tria horum genera,Cenobitæ in communi viuentes, Anachoritę soli per deserta habitantes, & Remobothi, qui bini vel terni habitabant simul, suo arbitratu viuentes. Imò quod monachos etiam Turcæ habent,triplicis generis, quos Der vislar, vocant. Cætera alii fusius de his loquentes.

MERITVM.

Verum decus in virtute positum est, quę maxime illustratur,magnis in Remp. meritis. Non sunt tamen merita cum demeritis compensanda. Vnde ea Appii Claudii quæ ab eo dicebantur,prouocante,& à C.Claudio, ne in carcerem duceretur(histo.nota est)parum profuerunt.Et vere ille honos est,qui non propter spem futuri beneficii,sed propter magna merita claris viris defertur,reliqua nos alibi latius.

MINERVA

Inuita nihil agendum est,non crassa & pingui(vt Gręce dicitur,& in l.quã tuberonis ad fi. ff.de pecu.) idest non exacte& præpropere. In Minerua est virtus Solis,quia humanis mentibus prudentiam subministrat.Oritur ex cerebro Iouis,securique Vulcani aperitur,vt nascatur, hoc est sapientiam & artem esse à Deo, labore tamẽ & magistro quærenda, & non voluptatibus fœdanda,vnde indignata olim quod in ipsius templo, Neptunus Medusam(fabulantur poetæ)violasset, ipsius crines vertit in angues, effecitque vt qui eam intueretur, lapidesceret. Mineruæ Templum est Luceriæ, oppido Apuliæ,cui Deæ lanificium curæ est. Imò quod omnibus artibus præest,tum maxime lanificio. Hinc Hora.

Operosæque Mineruæ
Studium aufert Neobule liparæi nitor hebri.

Item.

Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam,non citharæ decent.

Parte auersa Mineruam habet Ciceronis Nũmisma, eo quod exilium voluntarium elegit in promulgatione legis,de agris diuidẽdis,priusq; Mineruam quam custodem appellabat,in Capitolio reliquit. Minerua etiam apaturia dicta est, quasi fallax. Et axiopœna idest vindex.& ophthalmitides,cui templum extruxit Lycurgus ob id quod ei, oculum effoderat Alcander, subiratus quod leges ab illo latæ non placuissent.in eũ Vicum ergo fugit,vbi Lacedemoniorum concursu seruatus est,quominus alterum oculum perderet. & machinatrix, quod consiliorum omnium & artium fuerit hominibus inuentrix. Et vestibularis,& Aloa,vbi templum antiqua religione Peloponneso vniuersæ,sacrosanctum, erat,omnibus tutum, qui illuc confugissent, vsqueadeo vt à nullo,possent impune violari. Cętera Lilius.

MEDICVS.

Medico herbis & non verbis,est opus,odoribus non coloribus, philosophicis non rhetoricis argumentis, vnde(vt inde omnis loquacitas excluderetur) Maro medicinam artem mutam esse dixit. Antonius Musa Augusti medicus erat, quem in ægritudine lactuca conseruabat,vsu aurei annuli tunc donatus est, immunitasque non modo ipsi verum etiam omnibus Medicis concessa. Aesculapius Archiater dictus est.i.pręses, princeps,& Deus Medicorum. Aesculapio geniti,Podalirius & Machaon Ormenion incolentes. Idem Aesculapius, Apollo,& Chyron Medicinæ vetustissimi repertores fuerunt. Vel (ut ait Soranus Ephesinus) eam inuenit Apollo, Aesculapius amplificauit,& Hyppocrates perfecit.is enim est etiam qui dicere solebat, oportere Medicum de ægroto dicere,quæ sint,quæ fuerint,quæque mox ventura sequentur. Medicina & diuinatio sunt disciplinæ consociatæ, & quia Medicina rursum damnosa est, perditque plures quàm seruet,non statim ad extrema remedia Medici decurrere debent, sed leuioribus pharmaci prius,curare,pręparare,& sanare, non obruere. Ex quo etiam,pharmaco parum dextre adhibito morbi vim exacerbat Medicus, non expellit. Archigenes Medicus pręstantissimus fuit, contra quem Galenus sæpe inuehitur, quique pro quocunque Medico alibi,ponitur. Medicina est ars. Coquinaria peritia. Medicus diuitias habet et opes stercore partas. Asclepiades dicebat Medicum

Medicum, cito, tuto, et iucunde ęgrotos curare debere. qui tamē in numero seruorum erat apud priscos. Et Petronem quendam aiunt febricitantes curare consueuisse potu aquæ frigidæ. Pop. Ro. tamen vltra an. Sexcentos sine medico vixit. Et quanquam à Deo vitam accipiamus, à Medico viuendi munus, eiusque arte planè tanquam ab orco reuocemur. discordant tamen omnes de industria, inani verborum elegantia, quandoque gloriantur, discunt periculis nostris, suntq; imperatores vitæ nostræ, ac necis. Non omittentes forte, quod hac de re, ieiunio Aegyptij, & vomitu, morbos curabant, quodque sui ipsius, medicus est, serpens, lacerta, Ceruus, Hirundo, Testudo, Ciconia, & similes.

M. ATTILIVS REGVLVS.

Quanquam iste à falso cuiusdam gloriæ, aucupio, Carthagini reuersus sit (historia nota est) vel ex aliqua superstitione, aut metu futuri periculi vel ignominiæ. Imò quod epicurei quoque ipsum stultitiæ conuincere conabantur, vtilitatem publicam tamen, prætulit priuatæ, & iurisiurandi seruandi religione.

METIVS SVFFECIVS.

Supplicio de Metio Suffecio sumpto, Albanorum Duce, Tullo Hostilio imperante, diruta est Alba ciuitas. histo. not. est.

MINGO. MEIO.

Meiere in loco religioso, inque loco sepulchri, non licebat, multoque minus filio in sepulchrū patrium. Imò quod scelerat issimum erat, existimabantque eum, qui id fecisset, furiarum tedis ardentibus, vt parricidam, agitari. Vnde Hora.

Nec satis apparet, cur versus factitet, utrum
Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Mouerit incestus.

MAIORES.

Est verum quod alibi sic dicit Iuuenal.

Stēmata quid faciūt, quid prodest Pōtice longo,
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus,
Maiorum, & stantes in curribus Aemilianos.

Sed tamen quandoque, & maiorum nobilitati, Natalibus, & Gentilitati, ac familiæ, nonnihil est tribuendum est atque condonandum. Nec ab re, Claudia familia Po. Ro. aliquando rogauit pariter vt Appium Claudium reum, familiæ Claudiæ donaret, quod nihilominus factum non fuit, ne cum demeritis merita compensari viderentur. Nisi quatenus leue crimen sit rogantis, quoniam tunc dicere semper licebit Ouidianum illud.

Si mihi non vis parcere, parce meis.

Hanc in tēplo Mineruæ Neptunus vitiauit, quæ ob id (vt fabulantur poetę) eius crines, vertit in angues, effecitque vt qui eam intuerentur lapidescerent.

MATRICIDA.

Nero Agrippinam matrem, & Orestes, Clytemnestram interemit.

M. ANTONINVS VERVS

Ab Antonino Pio adoptatus, Germanicus appellatus est, & (quod scitu dignum videtur amplius) dicere solebat, non decere Imperatorem temere quicquam agere, sed consulto, maturoq; iudicio, & cum decore. Cætera Dion.

METAMORPHOSIS

Transformatio est, nanque fabulantur poetę, aliquādo Iouem in Arietem. Apollinem in coruum. Bacchum in caprum. Dianam in Damam. Venerem in piscem. Mercurium in Ciconiam. Cybelem in Merulam. Pana in Hircum. Tereum in Vpupam. Prognem in hirundinem. Ithim in phasianum. Philomelam in Lusciniam. Rusticos in ranas. & Vlyssis socios etiam in bestias, conuersos fuisse. Imo quod quandoque fit Metamorphosis, & quis ex Italo Gallus, ex Gallo Germanus, de vitulo in auem transitus, deque aue in frumenti gepus, & de poeta philosophus.

MONVMENTVM.

Idem quod sepultura. l. Meuia. ff. de ma. testa. l. si hæres arbitratu. ff. de cond. ob cau. l. in testamento. ff. de condi. & de.

MEL.

Inuenit Aristęus, & lactis coagulum, & olei vsum. Mel Muscæ sequuntur. Cadauera lupi. & frumentum formicę. Calidna, siue Calimna insula est, vbi mel nascitur, cum Attico certans. Manes melle, lacte, & sanguine delectantur. Vnde Maro.

Inferimus tepido spumantia Cymbia lacte.
Sanguinis et sacri pateras, animāq; sepulchro.

Vinumque falernum melle mitigari solebat, inquit etiam Hora. sic.

Aufidius forti miscebat mella Falerno.

Mel voluptates & delitias significat, ideo in sacrificiis offerri prohibebatur.

MESSALINA.

Prima Claudij vxor impudicissima omnium mulierum. Imò quod temeritate, & intemperantia

tia omnes fœminas suæ etatis superauit. A Claudio cum adulteris occiditur. Agrippinam Neronis matrem ducit. quæ Lolliam Paulinam sustulit, quod spem nuptiarum Claudij aliquando habuisset. Claudius eius filium Neronem adoptauit. Boleto vero Agrippina Claudium necat. Cætera Tranquil. & Dion.

MILES

A malo arcendo, vel à duritia, quia non mollis esse debet, vel a mille, dictus est, & vt latius in l. j. ff. de mili. testa. habens præceteris priuilegium condendi testamentum, eo modo quo voluerit, etiam si notis id faciat, quod tamen non est in alijs regulare dicunt nostri. l. Lucius Titius. ff. eo. l. sed cum patrono. §. fi. ff. de bo. po. l. pen. C. de testa. mi. l. certi iuris. C. eo. l. j. ff. de iniu. testa. l. Cen. ff. de vul. & pup. sub. Scriptum habeat in Clypeo Miles oportet, verba hæc, imò in corde. Disce ferire, intrepide mori. Et in ore prouerbiũ, occides vel occideris. Nec à signis discedat, quia id non sine periculo fecisse cognoscet. l. pe. ff. ex quib. cau. ma. Romanus enim vitibus, extraneus virgis cedi solebat. & qa l. posthumius, vir consularis, cum exercitui præesset, opera militum in agro suo vsus est, damnatus fuit. Et re vera si rerum bellicarum gloria excelluerit, multis opes, felicitatem multam, maximosque honores sibi & Reip. comparabit. A milite rursum, non minus modestia, ac continentia, quam animi magnitudo, ac virtus desideranda est. Militis etiam est viriliter pugnare, Imperatoris autem solerter præparare cuncta & præuidere conducentia ad victoriam consequendam. Item illius manus in feruore corporis consistens, requiritur, animi vero, poscitur ab isto, feruor. Miles cinctus semper esse debet pro more, quia tunc strenuus dicetur, discinctus ignauus & inefficax. Et ideo discinctos delinquentes pedibus stare iubebãtur olim ab Augusto. Miles in castris virtute non genere certet. Decetque ipsum plus audire quam loqui. Philostratus, homo militaris est, exercitum amans. è castris & extra Vallum, vocari non poterat, & iudicem habebat Centurionem. Sunt quoque accensi. i. superadditi & super numerarij. ęre diruti, quibus stipendium non dabatur ignominiæ causa. Et tituli, quasi tutuli, quia patriam tueantur. Et Volones, qui voluntarie se ad militiam ascripserunt post Cannēsem cladem, ad numerum octo millium vsque. Et paludati ad bellum exeuntes. Paludamentum enim vestis militaris est. & Rudiarij, qui ab onere militiæ dimittuntur, quasi rude donati. rude enim virga erat, qua gladiatores missionē accipiebãt à Sãguinario ludo. & Gregarij, qui nulla re præminent, deque media sunt militum turba. Et palantes siue palabundi. i. vagi & errantes. Et præsidionales, qui in arcibus disponũtur. Et ascriptitij, qui in demortuorum locum deliguntur. Et Cartaginēses, qui dum militant, à vino abstinent. Et contati à conto hasta, qua Nautæ utuntur ad loca nauibus opportuna. Et Cataphracti, equites, muniti ferro. Et equites, leuis armaturę. Et pedites. Et stationarij, qui ĩ loco ad custodiã assignato stantes uigilant. Et ostensionales, qui ad ostentationem instructi habētur in vrbe. Et Bucolici, rustici, & agrarij ex agro discedentes. Et Secundani, idest secundæ legionis, & sextani sextæ, qui sic vocabantur in Gallia Narbonensia. Et caligati à caliga, calciamento militari. vnde Iuuenal.

dignum erit ergo
Declamatoris Mutinensis corde Vagelli
Cũ duo crura habeas offendere tot caligatos.

vnde C. Caligula Imp. etiã uocatus est. is gregarius miles erat, tamen & infimę conditionis. Et equites alares, siue alarii, qui alarum similitudine protegunt acies. Cateruarii à caterua, & Scutarii à Scuto. Et accersiti, siue aliàs supernumerarii. Et classiarii, qui in classibus depugnabant. Et Mercenarii, qui lanio comparantur, ut iste enim pecudes, iugulat, sic illi quæstus spe homines. Et ærarii ab ære stipendia facientes. Et Decumani decimę legionis. Et legionarii, Ro. Et auxiliares, Socij. Et Cetrati, cetra ornati, hoc est scuto loreo. Et Draconarii, q Draconũ insignia gestabant ut Aquiliferi. Et rorarii ac Ferentarii leuis armaturę præcedentes. Et Triarii robustiores, qui ultimo loco reseruantur. vnde prouerbium Res uenit ad Triarios. Et Chrysoaspbidæ, à clypeis auro celatis, ut illi Alex. Seueri, fuerunt. Et tumultuarii, qui undecunque colligebantur, non secundum censum, aut Centuriarum descriptionem, classiumque, quos etiam subitarios appellat Liuius. & similes, dixique egomet de his omnibus, deque eorum priuilegiis alibi sæpe, ideo hęc, nunc, & sub isto uerbo, ad materiam, sufficiant, sint satis superque satis.

MELIORA VIDEO, DETERIORA SEQVOR.

Stultitiæ genus est apud Græcos omissis melioribus, si quis deteriora amplectitur ut Medea Euripidis, atque Ouidii, & ut canis ille Aesopicus (fabula nota est) qui carnem reliquit, quã habebat in ore, ut in fluuio umbram assequeretur, carnis. Græci ἀβελτηρίαν uocant. Et lingua Italica, poeta lyri. se ipsum, quasi reprehēdēs, dicit.

Io ueggio il meglio, & al peggior m'appiglio.

MIRACVLVM.

Miraculum orbis Roma. aliàs septem fuerãt. Templum Dianæ Ephesiæ. quod postea Erostratus incendio consumpsit. Regis Mausoli Monumentum. Colossus Rhodius solis. Iouis Olympici simulachrum. Cyri regis domus. Mœnia Babilonię. Et pyramides in Aegypto. Miracula multa

multa fecerunt Moyses, Iosue, Helias, & Heliseus, sed nō qualia facta sunt à Christo. Et dictu mirū est, quod ea propria auctoritate, & potestate, solo Imperio, instanti & sæpius fecerit, quanquam aliquādo patrem inuocauerit uel incarnationem notaret. quodque discipulis tradiderit potestatem faciendi miracula, & magna quidem, ut ipse faciebat. Ferunt quoque D. Antonium confessorem, ab Heretico quodam, fuisse inuitatum, ut secū dignaretur esse in prandio, cui assensit S. uir, Sedent, eidem iussit Hereticus Bufonem apponi, dicens, (cum appositi illico duo sibi fuissent ad comedendum) comedite pater, dicit enim scriptura, ea à uobis comedenda esse (nec absque risu inepto ut à Nebulonibus istis fieri solet tentantibus Deum quam sępissime) quæ ante uos apponuntur. quam libentissime, & animo promptissimo, respondit Sanctus, et (ut moris est) surgens prius, factoque signo S. Crucis, & Benedictione domini Bufones in Gallos Gallinaceos conuersi sunt, usque adeo ut alacriter comederit, & irrisus ipse Cacodemon ac delusus remanserit, qui alium irridere & deludere uoluit, & exinde credidit postea, opinionē mutauit, mores, & uitam, imò plus, quod etiam religionem ingressus monachus tunc factus est.

MECAENAS.

Suus cuique ingenio aliqn̄ Mecęnas cōtigit. Cherilo Alexāder. Maroni & Flacco Mecęnas ipse. Plinio Vespasianus. Ausonio Gratianus. Hieronimo Paulina, & Eustochius. Politiano Laurētius Medices. Mecęnas magnus Augusti amicus & familiaris fuit. Mecęnatis augere ē, beneficiū, nō eripere datū. Et tales optādi sunt, qui ceu signo erecto, ad operas euocent ingenia, pręmiis studiosos extimulent, & auctoritate ornent. Id vnum nec silentio omittentes, quod alibi Iuuenal. Mecęnatem pro molli ponit & delicato, quando dixit.

Purpuream teneris quoque Mecænatibus aptam.

imò quod ipsum quoq; talem fuisse meminerūt.

MATERIA.

Hercle digna res est (inquit Comicus) cui neruos omnes intendas. Item probam nactus es materiam tu facito probū te pręstes artificem. Luna materia est, Sol forma. Materia rursum triplex est, naturalis, contingens, & remota. naturalis cum dicimus homo est animal. contingens. hō est albus. Remota est asinus. In peccato materię non habet locum pęnitentia, in peccato autem formę sic. Id nec unum omittens ultimō, qd̄ vulgo dicere solent nostri, sermones fore semper secundū subiectam materiam examinandos. l. si uno ff. loca.

M. ANTONIVS

Octauiam repudiat. Gymnasiarcha Alexandrinorum fit à Cleopatra Regina Aegypti. cuius nomen in militum Clypeis inscri ptum erat. se ipse interficit. Cętera Dion. Volat eran. & ego alibi satis.

MOLLIS. ET EFFOEMINATVS.

Qui digito vno caput scalpit. quod in Cęsare & Pompeio, annotatum fuit. ne comam studiose concinnatam perturbet. Quid quod pro molli & effœminato ponitur etiā Mecęnas. ut Iuuenal. ait dicens.

Purpureā teneris quoq; Mecænatibus aptam.

COTONEVM.

Hoc tantum dicā ad propositum nunc, deq; malo hoc, quod bonum est, antequam sponsus sponsam cognoscat, Cotoneum ipsa delibet, ut prima quę ab ore uoceque ipsius gratia emanat, bene composita sit apta & suauis.

MVNICEPS.

Ille erat qui munera ex aliis ciuitatibus Romę habebat, sed non magistratum. hinc cornicines municipalis harenę, dicit Iuuenal. & Municipes Iouis nostri fusius. in l. j. & toto titulo. ff. ad municipal.

MENDACIVM.

Spartani erant (ut inquit Cice.) Mendaciorū reges. vituperatione digni sanè, quoniam Mendacio nihil pernitiosius est. eoque utitur mendax, tanquam veneno, dicebat etiam Xistus Pythagoricus. Mendacium nec dicebat, nec pati poterat Pomponius Atticus, Ciceronis amicus. imò si perniciosum fuerit, non officiosum, uel iocosum, quod occidit animam. Et quanquam aliquo casu mentiri doceat lex, punitur communiter tamen & acriter quidē l. fi. l. is qui se obtulit. ff. de rei uē. l. pe. C. si con. ius uel uti. pub. l. i. ad fi. C. de bo. mat. l. iii. §. si absens. ff. si ex no. causa. l. cum qui. ff. quod cum eo. l. i. C. ad Maced. l. si is. C. simi. le maio. dixe. Mendaciorum natura, hęc est etiam, ut cohęrere non possint. ea de re Plato, Aristoteles, Epicurus, & Zenon, sibi repugnantia & contraria, dixerunt, et quam facillime redarguuntur. Mendacium moritur, nec durat, ueritas uero est immortalis. quod Achilles Homericus etiam quam maxime abhorrebat. Est uerum, quod Plato cum Rempub. philosophicam somniaret, uidit multitudinem, absque mendaciis non posse gubernari. quodque multi sunt qui mendaciis pascuntur, nō aliter quam lupus, & aut chamaleon aura. Et quod quādoq; mentiri, in bonam capitur partem, pro imitatio, tamen Mendacium omnino malum est, & omnium uitiorum turpissimū. imò quod Prisci vanitatem

nitatem dixerunt. Et qui mendacium veritati prę fert, is affectu prauo non natura impellente facit, iuxta illud Nebulonis. *Si fecisti nega.*

MALEDICVS.

Quia multa sanè diximus supra in ver. detractor, illud nunc solum dicemus, quod homo natura maledicus, agēdis fabulis natus est. quodq; in eum qui maledicum amplectitur & fouet prouerbium quadrat. Dignum Patella Operculum. Et quod denique, maledicentiæ rabies, est seditionum parens.

MVLTITVDO.

A multitudine fit multus. vt Mars in bello, hoc est vehemens, & potens. Multitudinem numeramus, magnitudinem metimur. Multitudine nihil insolentius, nihil insipientius, cuius proprium est nihil intelligere. Non in multitudine, sed in paucitate, consistit virtus, & nobilitas. pro qua vndā ponunt Poetæ, maximè Iuuenal. dicēs.

Ante tamen ueniet, nobis properātibus obstat
Vnda prior.

Et Virgi. sic.

Mane salutātum totius uomit ædibus undam.

Et quanquam Cæsar fęlicitate quadam gratus esset multitudini, quæ vt plurimum liberales colit & diligit, vehemens tamen malum est. Et multitudinis motus maximi. Multifariam multisq; modis aliquid, dicitur, postea distinguendo declaratur, deinde diffinitur, quomodo, seu de quo dicimus.

MORTALIS.

Cum simus mortales, decet nos mortalia sapere. Inquit Euripid. Mortales omnes ferè vno laboramus morbo extremis contrariis infestamur. & Flacci illud verissimum est.

Dum uitant stulti uitia, in contraria currunt.

MORS

Est terminus necessarius, omnia mūdana dissoluēs, dicit ex nostris Io. And. in c. ij. de pręsbyte. non bap. Moriq; fatale & discedere ex vita. Mors est naturæ, culpæ, & gehennæ. Naturæ, separatio à corpore. Culpæ, separatio à Deo. Gehennæ, ab æterna felicitate. Mortem Crucis elegit Christus, quia ignominiosa, vt obedientię præberet exemplum, quia per quatuor mundi cornua, quatuor mundi partes signantur, quas redemit. Et quia denique Adam primus ille parens noster, peccauit in ligno. sed ad mortis propositum, quanquam in vita, nulla iocunditas esse possit, cum dies & noctes cogitandum sit, iam iā nobis esse moriendum, tamen mors non interitus est, omnia tollens atque delens, sed quędam quasi migratio commutatioq; vitæ, quæ in claris viris & fœminis dux in cœlum esse solet. Qua de re Cygni Apollini dicati fuere, quandoquidem ab eo diuinationem habere videantur, pręuidentesq; quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriuntur, vsq; adeo vt sic bonis omnibus & doctis faciendum sit. Reddenda est terræ terra, tum vita omnibus metenda, vt fruges, sic iubet necessitas. (hoc est) omnibus semel datū est mori. pro pietate præmium hominis maximum olim fuit mors, Argię sacerdotis, filiis. Trophonio & Agamedi (fabula nota est) cum Apollini templum Delphis exędificassent. Pro patria tamen non solum gloriosa, sed beata etiam videri debet. In Erictheo, Codro, Menecheo, Iphigenia, Harmodio, Aristogitone, Leonidæ, & Epaminundę, Curtio. & aliis sanè quàm pluribus. Festinata, homini infelici gratissima, aliis vltima pœna, nec metuenda viris. Imò non secus ac somnus & requies appetenda. nanque si Tullus Hostilius paulò minus vixisset, fulmine ictus non fuisset. Appio Claudio, vita longior cæcitatem attulit. Mario carcerem. Pompeio mortem indignam. Ciceroni, & Senecæ. Africanis exilium. Mithridati venenum. Themistocli exiliū. Aristidi catenas. Cræso incendiū. Socrati calicem. Euripidi canes. Demostheni gladium. Messallę oblitionem. Et Plotino lepram. Vitæ terminus mors est. quæ nec lachrimis redimitur, nec lamentis vincitur, nec vitari potest, sed sperni. Et solāmen eximium bene mori. Imò quod et ignoscendum est, suo enim iure vtitur, nec fortuna à nobis accusanda est, nec natura, nec quærendus ordo, vbi nullus nnqua.n fuit. Et licet in Euange. dicantur mortui dormire, iuxta illud. Puella non est mortua, sed dormit. Item. Dormierat Lazarus, suscitatus est. Omnium tamen pessimorum homicidium est mors. Mors, cum nemini parcat, impudens est. Mors perpetuus sopor. longus somnus. Ferreus. dura qes, appellatur à Poetis. alibi nox, idest mors. Sapientissimus quisque, æquissimo animo mori debet, iniquissimo stultissimus. Philippus Macedo etiam aliquando interrogatus, quę nam mors esset vltro optanda uiro forti, post multas victorias, in pace, & gloria, cōstituto, improuila, respondit. quod Cęsarem dixisse etiam ferunt. Arabes quoq; beatum eum putant, qui in prælio, moritur, qui uero fortuito, eos uti degeneres, & ignauos execrantur. Haud prætermittē-tes tamen, quod Euripides, à canibus. Aeschylus, à testudine. Et Sophocles, (Tragici omnes) Vuæ acino mortem passi olim fuerunt.

MACRINVS.

Hic natione Maurus erat, in Imperio Antonino Caracallæ, successit, omnium crudelissimus, qui ob id, Macellinus uocabatur. & cui, cū quis mortē prędixisset, colūba, statim ad ipsius statuā, quæ erat in curia, euolauit. Cætera, Dion.

MANES

pas meretrici comparat.quia aduenas adlectant, ciues autē minime,ut meretrix,quæ primū con gressum cuiusq; trahit pariter,ad cōmorandū vero nequaquam.Ideo sic appellata,quia turpitudine æs meretur, & sic à mercede turpitudinis,vnde hinc etiam tabernæ meritoriȩ dicuntur. Meretrix rursum calamitas appellatur.Chion,meretricis nomen,candidior niue, vnde Chion Grȩce nix dicitur.Manilia meretrix pro quocunque muliere litigiosa ponitur. Mulieres impudicas & infames Ambubaias uocat lyricus Poeta Hora.Et lupanar carcerem Iuuenal.quia Meretrices in lupanari non aliter, quam noxii in carcere cōtinentur . Infamibusque mulieribus olim mortuis, *Dum uixit*, dicere solebant. Est uerum qđ Phyrne meretrix,cum in iudicium capitis adducta fuisset,formȩ prȩstantia absoluta est. Meretricem quoque prȩter hæc propudium appellamus, procul à pudore, & sic impudica & cōtaminata. Fuitq; aliud Nannium,Illustre scortum. cuius signum aliquando pro libertatis simulachro collocauit Clodius Ciceronis domo, ex quo eam quoque libertati consecrauit. Et dictu mirum videtur,quod mulieres incontinentes & lubricȩ,in sacra pagina appellantur ex consuetudine, meretrices,licet publica scorta non fuerint.Et quanquam Latine scortum dicatur,meretrix,& Lupa, vnde Lupanaria meretricum Cellulæ vt supra.in Testamento veteri tamen Cadesa appellatur. nec vnum id omittentes vltimo, quod etiam Fuluia,scortum vilissimum, Catilinæ coniurationē detexit.quodq; Grȩci aliquando Helenā scortū vocarunt quod quippe.Zeusis,Heracleotes,cū eā pinxisset,magnū ex ea opera quæstum fecit, neminem ad eam contemplandam admittens, nisi certam pecuniæ summam numerasset.

MODERATA.

quod moderatum est,& mediocre ad virtutē præstat,& dicunt nostri ad propositū,quod si taxatio fuerit immoderata, poterit appellari. Moderata iuuentus facilem efficit senectutem. Immoderata difficilē.Et non ab re(inquit Plato,)quod immoderata,neque inuicem,neque moderatis sunt amica.Imò moderatè viuentium nomen vincit, & vti eo,longe optimum est hominibus, sed immoderata nullo tempore valent hominibus ad diuturnitatem.

MOMVS.

Nihil est in rebus humanis, sic arte, ingenio, curaq; elaboratum,in quo non Momus ille Græcorum, aliquid inueniat,quod calumnietur, seu reprehendat.Somni noctisq; filius.Vnde prouerbiū.Momo satisfacere, pro calumnia proq; reprehensione capitur. cum enim esset contentio inter Neptunum,Mineruam,& Vulcanum,(Taurum enim vnus fecerat,domū alter, hominē vero Vulcanus) quis nam eorum foret arte prȩstantior,& antecelleret,hoc in Vulcani hoīe nō probauit,quod fenestræ pectori additȩ nō essent, vt inde,quid cogitet,verū ne dicat aut falsum, videri posset. atq̄ꝫ apertissimum quoque nihil esse adeo præstans quod linguis procacibus, & obtrectatoribus non subiaceat.

MYDA,

Lydorum rex. quare pingatur auribus asininis, dixi alibi satis. Addo nūc quod ēt Mydas vermis est fabam rodens. Vt Ips vites. Raucȩ herbas, & segetes.Cis frumenta.Trips ligna. Sis vestes. & Ix denique vitra.

MVTVS.

Quo ad istud quoq; hoc solum dicemus,quod libri magistri muti sunt.Et ideo nō ab re dici solet.quod habet nescio quid latentis Energiȩ viua vox docentis.laudabilis quidem, si clara fuerit,breuis,& vehemens.

MERCES,

debita res grata est (de mercede honestatis loquor,non turpitudinis.Corui enim & furcȩ furibus non sunt accepta,nec rota latroni)& iocunda.Imò quod est autoramentum seruitutis, quāobrem Isocrates mercedē à discipulis oblatā cū lachrimis,nunc me(inquit) his venditum esse cēseo.Iurecō.nostri mercedem pensionē vocabāt. l.si vno.ff.loca.l.diuortio.§.non solū.ff.sol.mat. l.postulante.§.j.ff. ad Treb. à mercede fit mercenarius,illeq; erat huiusmodi apud Athenienses, qui non habebat seruos.Sed tamen(vt inquit Cic.& bene)omnes mercenarij sumus. De mercede honestatis,& turpitudinis,de quibus supra In Euange.habetur,quādo dicitur sic(hæcq; est honestatis)merces vestra,copiosa est in cœlis. Itē. (hæcq; est turpitudinis) Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. hæcq; est rursus meretricum, quæ turpitudine æs merentur. Nec ad propositum est omittendum,quod laborum merces,est etiam gloria, & fructus omnium iucundissimus. Vnde(prȩter aliàs dicta loco suo)Claudio,quia Macedoniam aliàs,& Illyricum superauerat,non modo Clypeus, in curia (vt memoriæ proditum est) verum in capitolio quoque, Statua aurea,erecta est.

MORBIDA PECVS

totum corrūpit ouile,dici solet vulgo. Et ad idē (verissimūq; est)qđ inquinabit q̄ picē tetigerit. qđq; affricat scabiē cōuictor infectus.& à simili hinc in Psal.cū sancto sanctus eris, cū puerso peruerteris. cū viro innocēte,innocēs eris,cū electo electus eris. Malus ipse fies, si malis conuixeris.

Calliæ quis obſequatur fiet temulentus. Si Iſmeniæ Tibicina. Si Alcibiadi iactator & ſuperbus.corrũpũt bonos mores colloq̃a mala. Agricola inter grues ciconiã cepit,ab eo vitã deprecatur,vtpotè,innocentem & piam.cui Agricola,verum eſſe reſpondit,ſed cum inter nocentes capta fuerit,conſentaneum fore quoque vt pęnã ſufferat. Eſt verum quanquam omnia hæc certiſsima ſint,& quotidie experientia fiant certiora, quod tamen aurum in ſterquilinio aurum eſt,nec adamas in cœno,naturam mutat.

MISERICORDIA.

Satis alibi dictum eſt ſupra,in verbo clementia, quam miſericorditer maxime ſe geſſerit Pōpeius cum Tigrane Armeniæ rege, victo. nunc iſtud ſolum addendum eſt, ſi princeps aliquem mandat ſuſpendi,diebus xxx.ſuperſederi debere, quo locus ſit miſericordię. l. ſi vindicari. C. de pęn.c.cum apud.xj.q.iij. quodq; iudex quãdoq; errore humani ingenij,quandoq; propter fortunę euentum mouetur. Et quod diuina gratia deniq; ac maieſtas Philoſophis innotuit,Iudęis iuſtitia,& Chriſtianis miſericordia. Nec omittentes etiam Aſylum olim Miſericordię templum dictum fuiſſe. quodq; Allah apud Arabes. Elohi apud Hebręos,verbũ erat miſericordię.& vtriuſque nationis Rahman.Poſtremò vero,quod miſericordię opera ſunt hæc, eſuriẽtem cibo veſci. Veſtiri nudum.Peregrinum hoſpitari. Conſolare pupillũ.Viſitare infirmũ.& defunctũ humare.

MVNDVS,

quem ſeculum vocamus,ex cœlo conſtat,ac terra,quaſi cõis Deorũ atq; hominum domus.Imò quod non propter ſe factus eſt, nec propter Deũ à Deo, ſed ad hoĩs vſum. Ex elementis repugnãtibus concretus,igneo & humido, vt homo, ex anima & corpore.Eſtq; tanquam reſp.cui magiſtratus præſit Deus. quam ingentem vrbem etiã à Deo cõditam,appellare debemus. Mundus nil aliud eſt,quàm verbum Dei. Et Megalopolis mũdus. Qui quandoq; pro creatura capitur in ſacris literis,quandoque pro bonis & malis, in eo degentibus. interdum pro electis.aliquãdo pro reprobis.Mundus inſuper maximus eſt,Deus, medius,in quo ſumus,minor, homo. Ouo ſimilis. Meditulium enim habet,albumen, telam, & teſtam.Medituliũ terra eſt,albumen aqua,tela aer, teſta ignis. extra nihil. Ita appellatus à perfecta abſolutaq; elegantia.Gręce κοσμος.Cœlum à celando.Signifer in xij.animalium effigies. κοιλον. concauum.ſphera volubilis. Et animal. exiſtimauit Plato quoq; vniuerſam mundi machinam,anima quadã regi.Idemq; Anaxagoras, iuxta illud. Spiritus intus alit.ſed miſſis omnibus,cum Tertuliano dicemus nos.Mundum verbo quo iuſsit, ratione qua diſpoſuit,virtute qua potuit,Deũ de nihilo expreſsiſſe. qđq; purgatur tribus modis, aquarum inundatione,fame,& peſte.non omittẽtes etiam viri nomen fuiſſe, quem exilio aliquando relegauit Tiberius.

MANE,

ideſt cito,aliquando exponitur.nõnunquã, luce miſericordię Dei.Et quãdoque etiam,initio bonarum operationum. hoc eſt vt lingua Italica dicere ſolemus, per tempo. Ex quibus declaratio verborum ſumitur,Pſal.quãdo dicitur in eo. Domine mane,exaudies vocem meam.

MARIA.

Chriſtiferã appellat Ignatius. alibi Maris ſtella. Mare amarum. Et domina interpretatur.

MEDOACVS

fluuius hic noſter, ita olim appellabatur, hodie lingua Italica,Malamocco, & Brẽta. Hinc Ioui. in hiſto.ſuarũ libris.Licefucinam deſcribens,verbo veteri vſus eſt,ſic pulcherrimè dicendo. Licefucina locus eſt, vbi naues verſatili machina è Medoaco in Adriaticum traducuntur.

MOLENDINVM.

Bona quędam mobilia ſunt,quędam immobilia,quædam vero ſpeciem conſtituentia, ut ſunt nomina debitorum, dicunt noſtri, & nos alibi ſæpe.l.mouentium.ff. de uer. ſig. uerum ſciendũ eſt,quod molendinum inter immobilia computatur,quodque dicitur prædium ruſticum, & qđ denique poteſt hac de re, conſiſtere feudũ in molendinis.l.certi Iuris.C.loca.c.cõtingit,& utrobique Bal.de dolo & contu.

MORBVS.

Nemo melius medetur morbo,quam cui malum maxime cognitum eſt.πατος Gręci morbũ uocant. Eſt & morbus comitialis. aliãs ſacer. Maior.Herculeus,& quẽ uulgus caducũ, uocat.q.q; Grece ἐπιληψια vocatur.Et hoc morbo laborantes,appellat Plinius caducarios. Auguſtinus ioco Academicos. Eſt & pedicularis quo periit Sylla fęlix, Phthiriaſis appellatus. Angorq; animi fit morbus hominibus,inquit Eurip.Morbus animi vero eſt nimis appetere, & immodice qđquã facere,vt in Damaſippo ſtatuas & ſigna emente, dicebat alibi etiam Hora.quando ait.

noui
Et morbi miror purgatum te illius. Item.
Inſanit,ueteres Statuas Damaſippus emendo.

Maſſagetæ ſenes interficiunt, & edunt, morbo extinctos proiiciunt feris. eſt ẽt vltimo morbus Iſchiaticus, quo vexatus Iſmenias Tibicina Thebanus,

Thebanus, modulis fertur cunctas abstulisse molestias. Cætera nos alibi, Volateran. & Crinit.

MENTVM

nulli est præter homini, annotatoque dignum videtur, Græcis de more olim peculiare fuisse, in supplicationibus mentum attingere. Vnde Proper.

Vos decuit lasso supponere brachia mento.

M. AEMILIVS LEPIDVS

moriens iussit filiis, ne in funere plus quàm æris denos consumerent. dicens imaginum specie non sumptibus funera nobilitari. Alius tamen fuit etiam M. Lepidus, Drusillæ maritus, qui à Caligula interficitur. Cos. aliàs cum L. Volcatio Tullo.

MORA

Vtilis est materia moræ, in iudiciis, & in causis, profunda, & de apicibus Iuris, vt nostri dicũt maxime Odof. in l. mora. ff. de vsu. & Bar. in l. si insulam. ff. de ver. ob. & Bal. in l. & si post tres. ff. si quis cau. Mora per interpellationem vnicam etiam contrahitur, congruo loco & tempore factam, & quando tantũ tẽpus elapsum est vt solutio potuerit celebrari. l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de lega. ij. d. l. mora. ff. de vsu. l. ratũ. l. quod dicimus. ff. de sol. l. si quis filium. §. fio. ff. de colla. bo. quia tunc mora purgari videbitur. si tamen interpellatio aliàs fuisset geminata, purgari non posset, ut not. in d. l. si insulam. Est & mora iudicialis, & extraiudicialis, iudicialis, quæ fit in iudicio, & cõtrahitur litis contestatione. extraiudicialis (vt dixi) per interpellationem. l. nemo. in fin. ff. co. de verbo. obli. d. l. mora. Et regularis ac irregularis. Regularis quę per interpellationem fit, vt supra, irregularis quę fit ipso iure, vt per Bar. in d. l. mora, & Cyn. in l. in minorum. C. in quibus cau. in integ. resti. non est ne. Et hæc dici potest etiam Anomala, ab à quod est sine, & nomos lex, quasi extra regulam & legem, & quia dixi ego alibi satis, superq; satis nunc transeo. Id tamen non prętermittens aliter, quod vehementi desiderio, omnis mora longa est. Quodq; discipulo non ab re alibi dixit Christus, ire cupienti ad patrem sepeliendum, quia erat sibi periculum allatura, ne ue maius bonum propter minus omitteret, sequere me, & vt fusius in Euangel. dicitur. & quod mora etiam fructus arboris est, alba & nigra, quæ, ex arbore decerpta, maxime nigra, principio in prandio apponi debet. Sententiaque Galen. est. Vnde Hora.

ille salubres
Aestates peraget, qui nigris prandia muris
Finiet, ante grauem, quæ legerit arbore
Solem.

MENS.

Mala mens, malus animus dici solet. Mens vero diuina excellentia fida est. Veritate probabilis. peritia à signo minime aberrans. & dignitate, extra omnem inuidiam. Mundi mens Sol. Mens oculis tanquam fenestris vtitur. Dominatum corporis tenet. In summo capite, constituta tanquam Deus in cœlis, cogitando ad pectus commeat. & quasi ad secretum aliquod penetrale secedit. vt consilium, tanquam ex thesauro recondito eliciat ac proferat. Mentem Deam fabulose colebant Ro. Mens adhuc oculus animi dicitur. Et quam vim habet oculus in corpore, eã habet mens in animo. Dareq; mentem alicui, est ipsum excitare vt è vestigio aliquid agat, seu ipsum impellere, desiderio excitatum ad aliquid agendum. Verba potior est (dicunt nostri. l. cum virum. C. de fideicom.) colligitur in lege, si verba contineant iniquitatem. Si ratio repugnat verbis. si verba aliquid significent, quod non sit ex communi loquendi vsu. In vltimis voluntatibus, ex consuetudine patrisfamilias, ex præcedẽtibus & sequentibus. In contractibus ex verbis, ex natura & qualitate negotij, & similibus. est verum quod quandoque hominis cęca est, quodq; etiam, si cæca non fuisset non suo se gladio traiecisset Aiax, qui propter arma Achillis sibi erepta furore percitus, telo suo incubuit. Et imperfecta, quia inexplebili discendi cupiditate, ardet, sicut pede inconstanti, quando quis non in vna disciplina tantum, sistit, cęterum semper ad maiores virtutes aspirat. non omittentes vltimo, quod quandoque cor pro mente ponatur, vt in Psal. dicitur, ibi. Et rectus corde qui bene facit. Item. Scrutans corda & renes Deus.

MINAE.

Ad propositum scio me de minis alibi dixisse multa, nunc satis erit hoc solum addere, dictũq; sit iocο potius quàm serio. quod cum iuuenibus minantur fœminæ, Venerearum consuetudinũ, per se nuntiæ sunt minæ.

MOS.

De moribus quoq; me dixisse alibi satis, memini, ideo paucis nũc agã, meq; ad nõ multa etiã restringã diuersa tamẽ, & diuersorũ quidẽ, adducẽs, quo satisfactũ iri putabo huic generi. Moris igitur Carthaginẽsiũ fuisse, scias, Imperatorẽ eligere, nõ secũdũ genus, verũ scdm virtutẽ. Romanorũ aũt laureã ferre, nouę victorię nũtia in gremio Iouis. Et maiorũ opima spolia Ioui feretrio rursum, non offerri, nisi quæ dux duci uicto eripuisset, ut Romulus Regi Ceninensium. Seu Marcellus, Viridomati Gallorum Regi. Et domesticam uitæ rationem, per singulos dies conscribere. Et in accusatione legis Iuliæ repetundarum

tundarum, domum accusati obsignare. Mentum Græcis in supplicationibus attingere. Mos erat Ethnicis quoque, Manes maritorum ab vxoribus coli, quos in Larario habebant, quasi iam essent in Deorum numerum relati. Solebantque veteres annos digitorum gestu, computare. Et Romæ rursum moris erat, quenquam edere censum, hoc est quantum haberet in bonis, & hodie vbique terrarum. Rex etiam de more, erat sacerdos & Pontifex. Imò quod Impp. quoq; Pontifices appellabantur. Antiqui primã barbã deponebãt, tondebãt crines, eaq; numini dicabãt, vt Nero Ioui Capitolino. Claues mulieribus maritorũ domum ingressis, dabant, quo signo vel matresfamilias declarabantur, vel ob partus facilitatem. Dicunt etiam nostri, quod mos regionis inspiciendus est. l. j. §. si. ff. de ven. inspi. Et Cato, in originibus grauissimus autor, quod in Epulis mos erat canere, ad Tibiam, Clarorum virorũ laudes atque virtutes. Ieropolitani, in Asia (vt testatur Iurecõ. in l. j. in §. cõstat. ff. de aqua plu. ar.) aqua calida agros irrigãt. Nec omittẽdum est adhuc, quod solebant veteres, cum salutem à Diis expectere non auderent, ne quid temere egisse viderentur, augurium salutis instituere. Et colere, intra mœnia tantum, Deos qui frugi essent hominibus, & adolescẽtibus maxime. extra vero Mœnium septa, Vulcanum & Martem fabulosos, quod libidini voluptatibus iurgiis & litibus præessent, à quibus longe abesse debent. Moris item erat vota suscipere pro principibus in expeditione euntibus. Et pro Imperatoris salute Kalendis Ianuariis. Et luctaturis puluere post vnctionem asspergi, vt prahensiones essent firmiores, nõ lubricę. Nec poterat quis templum Honoris, ingredi, antequam illud Virtutis ingrederetur. Pileati pinguntur Castor & Pollux, quia Lacones erãt quibus pileatis mos erat pugnare. Mos erat etiã Præsidis ex prouincia decedentis, non prius decedere quàm accessisset successor. quod tamen nõ seruauit Cęsar, pacata vlteriori Hispania, sibiq; post Præturam data. Nec Appius in Cilicia. Et qui triumphum acturus erat, de more oportebat vt paululum extra vrbem, moram traheret. qui vero consulatum optabat, pręsentem esse oportebat. Et si quis magistratũ petebat, pecunia, largitioneq; per tribus, oportebat rursum, studia suffragatorum sibi conciliare. Insigniaq; Magistratuũ bene meritis tribuebantur. nanq; quæstoria Narcisso à Claudio, & prætoria Crispino, & à Cęsare Consularia decem Prætoriis viris aliquando tributa fuere. De more etiam introeunte Cos. Populares admonebat lictor, vt animaduerterent, cederentq; Cos. aduętante, cumq; exciperent, assurgentes, cum plausu. Cumque res diuina fiebat, clamabat pręco ingenti voce præcedens, hoc age. hoc est ad cultum animaduerte. Et principibus Senatum ingredientibus, ab ingressu statim sacrificare. Et Ro. principẽ in Theatro excipere, populari applausu solebãt, si bonus erat, si malus sibilis & supplosione pedum. Et ad funera nobilium in rogum coniici à dilectoribus, munera multifaria, vt in funere Cæsaris, Miseni, & Pallantis. Nos munerum loco carmina, & elogia. Et quod milites semper cincti essent, quoniam discinti inefficaces sunt & ignaui. Moris erat equites legitima militia peracta, equum per medium forum ducere coram Censoribus, Iisq; dicerent Duces & Imperatores, sub quibus militassent, Cẽsorum vero notare quemlibet vel laude vel infamia dignum, & iuxta meritum cuiusque. Et reos laudare ab amicis, vt facilius absoluerentur. Tulit tamen legem Pompeius, ne laudarentur, cumque Mamacium Plancum ipse laudare vellet, Cato iudex manibus sibi aures obserauit, dicens, nolle audire lege aduersante. Solebant pro more in funere laudari Impp. Vt Tiberius Augustum. eorumq; corpora cõburi in campo Martio. Et à Senatu efferri corpora. Et vt à Centurione, facibus admotis, incẽderentur. Et vt Aquila è rogo euolaret, quasi animam eorum in cœlum ferret. Et à mulieribus lugeri. Et veteres periculo aliquo liberati, uel metu, aut labore, pręteritorũ malorum insigne ac monumentum, Diis immortalibus consecrare. Et Gladiatores arma Herculi. Naufragi Neptuno tabulam. Pueri bullam Laribus. Virgines puppas Veneri. Et Serui catenam Laribus, manumissi, ut nostris temporibus, captiui redempti, Templis. Moris Saliorum etiã erat ter saltare. Et Athenis, ut qui delitiis deditus esset, unguento sibi pedes perungeret. Et in Græcia pueros exponere ad Compita, si quis eos educare noluisset. ut hic ad hospitale deferendi, hoc est ad Dei domum, quam sic uocamus. Coronati Ro. epulabantur in solemnibus conuiuiis, de more. & in sepulchris, inscribere solebãt, quot maritos uxor habuisset. & patres à filiis in funere efferri. & in sacrificiis merum fundere inter uictimarum cornua. & ter glebam in ore mortui iniicere, ut locus esset religiosus. & Kalendis Martiis, amatores & mariti, munera mittere, illi amicis, isti matronis. & Kalendas religiose colere, ut prosperè & fœliciter omnia sibi euenirent. Vxoresq; sibi essent domi castæ & pudicę. & mariti profecti peregrè, cum reuerterentur, seruum pręmittere uxoribus, ad uentum Domini significantes. Sacerdos apud Aegyptios astãte populo Regi iustitiam administranti prosperam ualitudinem omniaq; bona precabatur. Accusabanturque reges post eorum mortem, ut cęteri timerent & iuste uiuerent. Tuba quoq; in funere nobilium, adhiberi solebat, popularium uero Tibia. Non rectè uinctis catenarumpi, rectè uero, solui ab ipsis, ut Iosephi à Tito. Spartanis quoq; mos erat postremo ad bellum proficiscentibus, greges in extremo agmine habere, quod & sacra (antequã signa conferrent) ad litandum hostię, in promptu essent. Hęc que sufficiant. sique alia, cupis, ab aliis hincinde tibi mutuo dari postula.

MODVS

MODVS LOQVENDI.

Multi sunt modi loquēdi, sed aliquos tātū hic ponere intendimus, quo huic generi quoq; satisfactum sit, quandoquidem alibi dixerimus satis, superq; satis, si uidere, & ad eos locos recurrere, haud neglexeris. nanq; primum loquentes, omni conatu loqui debemus, arrogātiæ vitiū vitantes, in tertia persona scilicet exēplo Moysis, qui sic loquebatur pariter, & dicebat. Hæc sunt verba quę loquutus est Moyses ad oēm Israel, & tamen ipse loquebatur. Sic Iob ēt. Vir erat in terra Hus. Dicunt etiam nostri Iuriscō. hoīem morientem. in extremis vitę cōstitutus erat. l. Seia. §. fi. ff. de dona. cau. mor. Cicę. vero aliter, agebat animam. Item agit amicum principis, idest amico principis fungitur. ex professo, aperte, & citra dissimulationem. persancte, aperte & religiose, aduerbiumque est. lege agere etiam verbum iuris est, actionemq; intentare significat. Et dicitur hinc, sana mente, sanus mente, sanę mentis, & felicis cerebri. Demissis auribus esse, hoc est languere, laborare, & ægre ferre. Curtis Iudæis oppedere, hoc est in eorum contumeliā, ventris crepitū facere. In Ius rapere, idest vocare, quod seruit ad l. pleriq;. ff. de in ius vo. Tesqua loca horrida deserta, & inculta. Fodere latus, admonere. vñ Hora.

Mercemur seruum, qui dictet nomina, læuum
Qui fodiat latus.

crepat, idest assidue loquitur, vt idē ait alibi, sic.

Qui post uina grauē militiā, aut pauperiē crepat?

obuiis te manibus excipiam, idest auide ambabus. Ad vnguem factus homo, idest moribus cōpositis. Ad manū. in promptu est. A funere, post funus. A manu, pro eo quo vtimur ad scribendū. Vnde hinc Amanuenses. Scribere pro Metello, idem quod pro defensione Metelli. pro rostris, in rostris. pro tribunali (vt sępe nostri dicunt) idest in tribunali. Cætera suo loco declarabimus infra. Incolorate, sine causa. l. minor. §. j. ff. de mi no. Lesches, confabulatio seu statio. Philolaus (cognomentum Aesculapij est) populi amicus. Adespota, sine domino. Nerienes, virtus ac fortitudo, lingua Sabina.

MISSINA

Siciliæ ciuitas nobilissima est, ante Romam condita annis mille.

MENSA.

Mensam vice Aræ coluit antiquitas, eamque philtrum amicitiarum appellant aliqui. Alij pluteum. Hinc Proper.

Atq; ubi iam nostris lassauit brachia plagis
Lygdamus ad plutei fulcra sinistra latens
Exuitur.

Et in Caligu. Tranquil. quod cęnanti sibi ad pluteū, ad pedes stare succīctos linteo passus est. Mensa coquinaria, abacus vocatur. quam ambitiosam fortuna, parcam vero apponit virtus. Plato ēt frugalitatis assertor mensas Syracusanas (Syracusani enim erant admodū delicati & molles) improbat. Est ēt mēsa Pythagorica, sed nil ad rē, quandoquidem, in ea Mathematici siue Algoristę, lineas, numeros, & figuras ducant.

MVNVS.

Nec omnia nec passim, nec ab oībus, munera magistratus accipere debent, inquit I. Con. noster, in l. solent. ff. de offi. procō. ibi οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Munera Deorū tamē (scribit Home.) nō esse reiciēda. Idq;, qđ datur, velut pignus amoris, μνημόσυνον vocant Poetæ, præcipue Catul. sic. Quod me non mouet æstimatione. Verum est μνημόσυνον mei sodalis. Gratūq; munus esse, ex amica manu dicebat Euripides. Improbi viri aūt nō prodesse, Magistratus rursum, ab auaritia, & munerum corruptelis, alienus esse debet, (vt paulò ante dicebā) ne aliàs id vnū Iugurtę, nouissime obiici possit. O vrbē venalē, cito peniturā. qua de re ēt Demosthenes, δωροδόκος vocatus est, idest prōptus, & facilis ad munera capiēda. Est verum, quod muneribus & eleemosynis peccata sunt redimenda, hoc idēq; ore proprio iussit Christus, quando mundato leproso dixit. Vade & ostende te Sacerdoti, & munus tuum offer. Peccata tua eleemosyna redime. Hincq; decimas quoque, ab ecclesia fuisse institutas videmus. Cętera nos alibi fusius.

MISSILIA IACTAT IN VVLGVS.

Tametsi princeps ita agat, & Imp. & iure quidē. l. adeo. ff. de acqui. re. do. & instr. de re. di. ad fi. sicq; honoretur muneribus populus. §. hęc itaque, in auth. de Consul. Aurelianus tamen profusionem hanc, damnabat, & vt not. in l. j. C. de consu. lib. x. & in authen. in prin. eo. titu. Argentum Consuli spargere licebat, non etiam aurum, soli Imperatori concessum, & principi maxime aliquem in superiorem non recognoscenti.

MVSA.

Nouem fuerunt Musæ, Virgines, & filiæ Iouis (vt fabulantur Poetę) quibus adhærendum est, non Syrenarum cantilenis. Inuentrices artium, à Mosthē quod est indagare dictę. Vel Homiusæ, idest simul canentes. Et Ligiæ propter musicum instrumentum, quod Ligion dicitur. Et Camenę, quasi amęnè canente. ante quas olim, Cicadę fuerunt. Quarum ianuę aperiuntur his, qui studio, & exercitatione literis operam nauant. Domicilium cœleste tamen incolentes. Et quibus M. Fulius

uius victis Etholis, aliisque in Epiro populis, Templum erexit atque sacrauit, statuisq; utpote rebus sanctissimis & diuinis etiam cohonestauit. Musis immolare bouem, si quid noui aliquã. do inuenisset, pro more, solebat Pythagoras. Duxque Musarum et comes, Hercules Musagetes. Et sicuti Musarum quies, ipsius Herculis defensione iuuari debet, ita voce Musarum debet ornari eiusdem virtus. Poetę in re magna ac difficili solent ad musas confugere. Ore Plauti musas locutas putabant veteres. Et Dignum laude virum Musa uetat mori (inquit Hora.) cœloque beat. Musæ à Circeis poculis, nos defendunt & tuentur. Arrogantes uero vsu cantandi priuant, ut Thamirim Thracem fecerunt, ausum dicere, se eas facile superaturum, si de Musica cum eo certare contendissent. Quia Musas docuit tamē Apollo, Musicus appellatus est. ipse uero etiam Heliconides (præter dicta paulò ante) non ab Helicone monte, verum quia instrumentum habent musicum, quod Helicon dicitur. in quo, nouem etiam sunt chordę, pro ut ipsę quoque, numero sunt nouem. Vnde fit postremo, lyram in cœlo, stellis ornatã à Musis ẽt, collocatã fuisse.

MVSCA

Impudentię simbolum est. ipsa & Canis duo impudentissima animantia, alterum enim vincit omnes uolucres temeritate, alterum omnes quadrupedes. Muscas abigebat stilo Domitianus. Beelzebul uir muscarũ. Myagri nomine implorato, securitatem sibi fore inter immolandum ab omni muscarum proteruitate Arcades pro certo habent. quæ sacrificiis Herculis quoque adesse non poterant. vsque adeo vt Iupiter musca rum expulsor dictus sit.

MVLIER

Procax est, cuius ingenium bene nouit Comic. non enim vult ubi uelis tu, vbi nolis uero cupit ultro. Ad speculum pingitur, & in contumeliã artificis, conatur pulchrior esse quam nata est. hominem vnum de mille inuenimus, & mulierē in his omnibus minime. A mollitie dicta est, & detracta litera, quasi mollier. perturbatrix animi, ira in media vicinia uera simul & falsa obiiciens, contendit, prout eam impellit. sexus natura, ad lachrimas procliuis. ei non est credendum, ne mortuæ quidem. Impudicas & infames, Ambubaias uocat Hora. Et omnino sunt uiris miserabiliores. Ineptæ ad bona. peritissimæ tamen artifices oĩum malorũ. si nõ essent mulieres, potuissentq; aliũde sibi homines, liberos gignere, iam ipsi nullum malum haberent. nullus uuquam inueniet remedia, contra mulierem malam, tantum sunt hominibus malum. eis datum est audire non loqui. Et nihilominus persequendę litis obtentu (dicunt nostri) in contumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruũt, seq; uirorum conuentibus uel iudiciis interesse cogũtur. l. maritus. C. de procu. l. optimam. C. de cõt. & comm. sti. ut plurimum laborantes contra propria commoda. l. si pater. C. de sponsa. suo se gladio (vt aiunt) quodammodo iugulantes. imò, quod vulgatum illud poetæ lyrici, audacter dicere possunt.

Et neggio il meglio & al peggior m'appiglio.
Meliora uideo, deteriora sequor. laudanda tamē præcæteris est, Candaulis Lydorum regis vxor, quę, cum elegantissimę formæ, nudam, eã Gygi ostendere uellet rex, sic respondit, magno atque excelso animo prius id facere nolle dicens, an ne scis rex, quod mulier, exuta tunica, uerecundiam exuit pariter.

MONETA

Dicta est, à Dea sic uocata, quæ eos graui afficiebat pœna, qui pecuniam adulterassent. vel à monendo ne quid fraudis uel doli, in signando, ære, pondereúe fiat. A Moneta monetarij dicũtur (ut aiunt) qui monetas cudũt. Et male, quippé quod hii sunt qui texendis uestibus sunt apti quique Gyneciarii, & Baphiarii appellantur. Iuno etiam Moneta, à monendo dicta est. nanque ante vrbem olim a Gallis captam, terræmotus magnus factus est, uox è Iunonis Templo audita de Sue plena procurationem fieri, sicque Iuno (ut dictũ est) à monẽdo moneta appellata fuit.

MONERE.

Qui sedulo monet, tametsi moneat frustra, nihilominus collaudandus est, quod prodesse uoluerit. imò quod pręcipuum amicitię officium est, monere (cum res poscit) amicum. Monentiq; obtemperandum, sed ei tamen qui recte, quique commode monet.

MISSIO

. Triplex est honesta, causaria, & ignominiosa. l. Munerum. §. mixta. ff. de mune. & ho. nos alibi sępe. Adde nũc, quod Veianius quidam, in harena semper versatus excusatione senectutis missionem meruit. Contra uero deplorat & cõqueritur alibi Laberius Mimographus, quod annos natus sexaginta, Cęsaris autoritate protraheretur in Scænam, & qui domo egressus, eques Ro. rediret histrio. Et alibi, nescio quis, quod semper in campis musarum uersatus pariter Gladiator ac Retiarius, fieret. Idemque ego dicere de me possum, annos septuaginta septē natus, iusq; Pontificium modo, modo Cæsareũ quinquaginta professus, & nihilominus Plautinam molam, saxumque Syliphcum uoluere adhuc cogor.

MODESTIA.

Propria est adulescentis laus, uti senis grauitas.

tam: ftq; vbique honesta,& affert (vt inquit Euripides) egregiam inter homines gloriam. Imò quod habere mentem modestam, est vita tuta homini. Et modestia rursum pulcherrima & sapientissima res,rectè ea vtentibus. Excusandusq; etiam quis, non minusq; laudandus, si modestè sic dixerit,vt aliquando Cice. Nos quãtum profecerimus,aliorum sit iudicium. Agricolę quoq; spicas reclinatas videntes, (quod ad modestiam referas) admirantur,extantes autem & prominentes,vt potè inanes despiciunt.& mea quidem sententia, est omnibus virtutibus vel ornamentis, modesti,excelsior. Eiusdemq; vrbanitas ac morum elegantia, comes.

MENSIS

Ianuarius Iano,December Saturno dicantur. Aprilis Veneri. Martius,à Marte dictus est.Maius à Maioribus.Iunius à Iunioribus. Ianuarius rursum,& Februarius(prius enim annus Romuli institutione in x. menses diuisus erat) additi à Numa Pompilio fuerunt,qui(vt notũ est) post Romulum regnauit.primam mensis diem Rom. Kalendas appellarũt. Græci νουμηνιαν xxiij. dies Septembris,autumnalis est, morbis obnoxius & pestifer. duodecimus Plutonis dicatus. Mense Martio formatus est de luto Adam à Deo optimo maximo.Conceptus in vtero Beatæ Virginis Mariæ,Iesus Christus Saluator noster. Cœptaq; inclyta Venetiarum vrbs, inq; eo loco vbi nunc est admirandum illud,& nunquam satis laudatũ Diui Marci templum, à Martio mense sic fortè etiam vocatum.Crucifixusq; eodem mense(rursum)Christus. Et quod (annotatuq; dignum videtur)si die penultima,vel vltima,Februarij, masculus nascatur (fœmina nũquam nascitur dictis diebus) mortuus non corrumpitur. Et quod denique mensis, annus Lunaris vocatur.

MADIDA PORTA.

Capena Romæ est,præcęteris,sic vocata,quia ea itur Capuam. Sed madidam Iuuenal. dicit sic.

Substitit ad veteres arcus,madidãq; Capenã.

quod super eam foret aquę ductus. erant etiam olim portæ duæ,in castris,Prætoria(postquã de porta loquimur)& Decumana. Prætoria, quia initio Prætores erant ante Consules,qua exercitus in prælium educebatur. Decumana post Prætoriam,qua ducebantur milites ad pœnam. Vnde idem Poeta.

Ne pauidum excipiet tyronem porta secundo Sidere.

Et portæ etiam Iani,quæ tempore pacis claudi solebant,vt ab Augusto, quasi omnibus bellis confectis. Verum ad Capenam redeuntes sciendum est,quod Appia etiam dicta fuit,vbi erat tẽplum Martis bellatoris, nunc vocatur S. Sebastiani.Erat etiã Collina, vbi erat Templum Veneris Erycinæ pariter,nũc appellata est. S.Agnetis.Et quoniam diximus Capenam dictam fuisse, quia itur Capuam, scire adhuc aliud expedit qđ supra fores Capuæ, sic carmen inscriptum erat.

Est regni Capua clauis, Crux horrida prauis.

Cætera in porta, dicta fuere.

MVTARE.

Nomen vitiosum est, dixi loco suo. Mutare vero propositum in melius,sapientis.l.nonnunquam.ff.de colla.bo.sed non generale tamen, vt dixi loco suo pariter. Sapientia. Sed adde quod plerunque mutare,quoque sonat, ftatq; pro reprehendere. Iuxta illud Comici, quando dicit. Haud muto factum.Et Hora.ibi.

Nil Comis Tragici mutat Lucillius Acci?

MVLCTA.

De mulctis nostri multa, & nos alibi sæpe, quo modo etiam scribi debeat. Nunc solum addendum est, quod mulctatus quoq; dicitur quis non modo pecunia,verum etiam seruitute. Imò & honoribus. Ocij enim pœna Draconia lege, erat infamia,cõuicti vero tertio, honoribus mulctabantur, alia Solonis. Et ad propositum pecunia Prytanæa, mulctæ decima erat, quæ iudicibus dabatur, mercedis loco. Et ὀφλήματα ac ὀφλεῖν eorũ,qui pecuniaria mulcta dãnati erant.

MONSTRA

Si nascantur(multa enim aliàs,in orbe sunt generata,Centauri, Sirenæ, Onocrotali, Ceiberi, Stymphalidæ,& similia)futuræ cladis, & mutationis Reip.sunt signa. Monstrumq; esset si (vt inquit Iuuenal.)mulier vitulum, vel si bos ederet agnum.aut ouis, vt olim in pascuis Nicippi tyrãni,quę nõ agnũ vel agnã,peperit, sed leonẽ.

MENSVRA.

Omnia constituit Deus in pondere, numero, & mensura.Et nostri quoque dicunt, quod mutuum est contractus celebratus datione, vera vel ficta,rei,consistentis pondere,numero,vel mensura.l.ij.§.appellata.& ibi not.ff.si cer.pet. Et in Euan.Christus, quod qua mensura mensi fueritis,eadem remetietur vobis.Satum etiam mensura est,iuxta morem prouinciæ Palestinæ. Et alibi sata tria,S.Trinitatem designãtia.vel tres personarum status,incipientium,proficientium, & perfectorum.seu virginum,coniugatorum,& cõtinentium.id etiam non omittẽtes ad propositũ, quod multitudinem numeramus, magnitudinem vero metimur. Et quod denique nihil sine freno & mensura agi debet, ex quo fit vt non ab re hinc Nemesis cum freno & mensura cubiti, effingatur.

MODVS.

Dicunt nostri, quod modus per ut fieri dicitur, conditio per si aliàs impropria loquutio est, si per ut relictum conditionale dicatur. l. Meuia & ibi glo. ff. de ma. testa. Modus etiam est adiectiuum uel aduerbium quod rem aliquam determinat & explanat, ut possibile, impossibile, necesse, cõtingẽs, uerũ, falsum, ęquũ, iniquũ, facile, difficile, certum, incertum, cõsuetũ, incõsuetũ, utile, inutile, decorum, & indecorum. Et virtus, vitium uero nimis, reputatur. iuxta illud. Ne qd nimis. Summum Ius summa iniuria est. Et Modus rursum in rebus est, sunt certi denique fines, (vt vulgo dicitur) Quos ultra atque citra consistere nequit. Cupidinibus item (inquit Hora.) statuit natura modum quem, quid latura sibi, quid sit dolitura negatum, quęrere plus prodest, & inane abscindere soldo. quasi dicat. inane est esurienti poscere phasianum aut perdicem, sitienti vero Falernum. Modus in agro. tamen est longitudo & latitudo dimensa. Et temperantiæ materia. Quod igitur extra modum fit, licet quibusdam gratum uideatur, opinione, prudentibus tamen vitio carere nõ videtur, corrigẽdũq; est. Et opes immodicæ hac de re, liberalitate attenuandę, aliàs inuidiosæ sunt, & possessorem onerant, non secus ac sanguis in uenis, paulo copiosius infusus, qui deinde efferuescens, ęstuosas febres corporibus excitat. Et inde est etiam, quod cum Phrinnis Cithaedus, ad septẽ chordas, quę prius in lyra plectebãtur, duas adiecisset, Lacedęmones eas exscindi iusserunt.

MILLE.

Sic antiqui scribebant in anchorę formam. ⸸ Duo millia sic. ⸸ Tria millia. ⸸ Et sic de singulis multiplicando anchorę brachia, seu pedes semper. Fusius Pierius Valer. in Hyeroglific. Aegyptiorum.

MONS.

Sion mons est, Latine specula dicitur. ὄρος etiã Mons sonat, & Origenes è Monte genitus est, quia γένω postea, idẽ est quod genero. Mõs pars terræ est, alta & eminens. Monsque Montis Ramentum dicitur. Calpe Mons est Hispaniæ. Et Atlas Mons omnium altissimus, qui ob id colũna Cæli appellatus est. Pyrenei, Galliam ab Hispania diuidentes. Acroceraunia in Epyro propter naufragia infames. Volateran. cetera. Id tamen addentes nos etiam num, quod Mons plerumque pro re magna ponitur. vnde Persi.

Et qd opus Cratero magnos promittere mõtes?

MERCVRIVS.

Latine dictus est, Grece Hermes, quasi curam mercium habens. Et quia ἑρμηνεύω interpretor, & dissero sonat, negociatoriq; dissertio necessaria est. Et ideo Damasippus nescio quis, de quo Hora. sic.

Insanit statuas ueteres Damasippus emendo,

Mercurius appellatus est, quia, Statuas, Vasa, Fũdos, & Hortos mercabat, ut pluris reuẽderet. Et Mercurius Trimegistus, quasi ter maximus. Mercurius etiam pro Sole ponitur, pennatusq; pingitur alis, ad oñdẽdam Solis velocitatem. Eumq; præministrum Deorum Thusci significabant. Imò quod ei (utpote eloquii Deo) cõmentaria sua Veteres Inscribebãt. hoc est Aegyptij libros, putãtes oĩa ab eo inuẽta fuisse. quodq; Pythagoras & Plato, philosophiam in Aegypto ex colũnis Mercurii didicerũt, quę plenę doctrinis erãt. Cui linguas etiam sacrificabant discedentes ex epulis, ex quo somno pręest, & propter interpretationem quę ei tribuitur. Et ob id Cyllenius quoq; uocatus est, quod omnem rem sermo sine manibus cõficiat. nãque κυλλοὶ uocantur qui hac corporis parte carent. Vel quod à Nimpha Cyllene educatus. Vel in Cyllenia uia nutritus. Est & insidiatorũ numen. eiusq; filius Pan bifor mis, sermonem falsum & uerum significans. Est verum quod non e quo uis ligno (ut est in prouerbio) fit Mercurius. idest, quod non quiuis cõtemplationi est idoneus. Mercurius Deorum nũcius est. primus facũdiæ Deus, (ut dictũ est) imò inquit Paul. quã erat Dux uerbi facũdus, ita à Gẽtilibus appellatus est. q lyrã quoq; ex testudine inuenit. Iunior quia nõ senescit oratio. cui (quia Iratis & negotiatoribus uigilię cõueniunt) gallũ attribuunt. nec enim eis totã somno fas est, cõlumere noctem. Chriophorus etiã dictus est, idest arietẽ portans. Et Promachus, idest propugnator. Greges .n. tueri, & augere existimatur. vsq; adeo ut Corinthij ex ęre sedens inspiciatur, cui adsistat Aries. Et mandata Iouis proferat, animosque eorum qui è uita excedunt, ad inferos deducãt.

MVSICA.

Tanta est Musicæ uis ut Iouis ditũ & fortissimũ fulmen extinguat, idest (allegoricos) iratæ numina placet. sic musica Saul maligno exagitatus spiritu, Dauidisq́ue Cithara liberatus est, à demone. Cithara & saltus ornamẽta cõuiuii sũt, inquit Homerus. importuna tamen narratio in luctu. Et in Ecclesia detestabilis, Deoque non uoce, sed corde canendum. Et non in tragediarum modum guttur & fauces liniendæ uẽ theatrales moduli, & cantica audiantur. c. ii. xcii. d. ubi etiã dicitur adeo detestabile, hoc ipsum esse, ne clerici dum uocis modulationi student, altaris ministeria negligant. Musicum studium tamẽ poeticũ intelligi debet. Musica in sceptro Iouis Aquila dormit. Martis aius ferox permulcetur. perdiscebantq; leges adulescentes Cretensium olim

olim ut uoluptatem caperent, & melius eas memoriæ cōplecterētur. Et plus qđ ignominiosum olim fuit nō posse oblato quidē in simposio organo ludere. phidibus pclare cecinisse dr Epaminūdas Græciæ princeps. Et cū Themistocles in epulis lyram recusasset, habitus est indoctior, Mos enim erat maiorum acubantes canere ad tibiam clarorum uirorum laudes atque uirtutes. dixitque Aristodemus musicus animā nil aliud esse quam harmoniam quandam. Et phisici quod ipsa harmonia lætum lætiorem reddit, tristem tristiorem. Mathematici uero, quod demones eam ferre non possunt. Et Aegyptij quod nō modo inutilis est, uerum etiam nociua, & uirorum animos effœminans. id unum quoque non omittens, quod Stratonicus Citharedus, cum Ptholomeo de Citharistria contendens, dicebat aliud sceptrum aliud plectrum. quodque ex lusciniæ cantilenis homines musicam excogitarunt. Moyses uero ex aquarū sonitu. Et Arcades calamis. Hismenias Thebanus quoque sibi ipsi canebat, Morboque ischiatico uexatus, modulis cunctas auferebat molestias. Et cantu Phrigio ita exasperabat Timotheus Musicus Alexandrum, ut ex epulis ad arma, cōtinuo prosiliret. Cætera Quintil. Volateran. & Plutarch.

NARSETES.



EVNVCHVS Iustiniani Imp. ab obsidione & metu seruitutis Italiam liberauit, Gothos expulit, atque decedere eos coegit Venetorum nostrorum ope tamen, qui ob id duas ecclesias Venetiis extrui uoluit, quarum una fuit S. Theodori, altera. S. Mennę & Geminiani.

NEIROSPASA

Non aliud erant quam animalium simulacra, quæ fidiculis quibusdam, modo in hanc, modo in illam, mouebantur partem. verbumque Græcum est νευροσπαςα. quique vulgo ea ostēdebāt, νευροσπαςαὶ dicebantur. deque his forte intellexit alibi Hora. sic.

atque
Duceris, ut neruis alienis mobile lignum.

forte desumptum ab Aristo. in lib. de mundo ad Alexandrum.

NOVALE.

Ager est ad culturam redactus, de quo nostri in c. quid per nouale de uer. si. Et hīc etiā Maro.

Impius hæc tam culta noualia habebit?

Et Iuuenal.

Nec prius inde domū quā tota noualia sæuos
In uentres abeant.

Et nouelletum, ager (rursum) nouis uitibus consitum. l. ueluti. ff. de imp. in reb. dot. fac.

dictum quod prius dictum non fuerit (inquit Comicus) sed tamen id quod ex alio dicimus nostrum est. ad idem etiam nihil nouum est sub sole. nullusque tam iniquus, qui uelit legē pręscribere, ne tractet quis argm̄ tractatū ab alio, amicorū enim cōia sunt oīa. uerum est, quod uestigiis inheret, qui de suo nihil dicit, sed aliena tantum recitat. Generaleque est nomen istud, & quidem indeclinabile. vnde dicimus hinc etiam. Nihil actum esse, dum aliquid agendum superest. l. cū Syllanianum. C. de his quib. ut indi. vnde poeta lyricus lingua Italica.

Vinse Hanniballe & non seppe usar poi
La sua uittoriosa alma uentura.

Pompeius Cæsarē propę victū apud Dyrrachiū abire permisit. Cirus uictor in prælio, in uictoria uictus est. Alexander Bello incolumis, in conuiuio periit. Agamemnon & Africanus in coniugum amplexibus, periere. Nihil est fucus hypochrisis, ubi uera uirtus affulsit. Item nihil dicit, qui omnia dicere vult. Et nihil denique est ex omni parte beatum. nanq; Attica subtilitate friget Lysias, sine grauitate suauis est Phalereus, Isocrates natiuæ dictionis gratiam perdit. lucernam olent Orationes Demosthenis. Nihil cum fidibus graculo. Nihil certius morte, nihil incertius. l. j. ff. de condi. & de. Et ad propositum Valentini Borgię, non ab re Disticon, referemus sanè pulcherrimum huiusmodi.

Aut Cæsar aut nihil, iactabas Gorgia Borges,
Verus erās Vatēs, factus es ipse nihil.

Et quanquam nostra uel aliena in medium afferamus, (ut dicebam supra) modo utilia & necessaria cognitu sint, nihil admodum interest, nāq; si repetundarum postularentur, Cicero, & Virgilius, à Gręcis, & quæ ab eis mutuati sunt, vtique parum illis, forte restaret. non igitur pręcones (etiam nihil noui adiicientes) erimus, ut Dysmenidæ aiunt aliqui, nec uestigiis inherere, nobis obiicient, aliorum, cum (ut dixi) hæc tamen nostra sint, multis sanè laboribus conquisita, & nō modo utilia (iterato dixerim quoque) uerum ēt studiosis adulescentibus necessaria, quibus non secus ac athleta in harena, nec absque voluptate alacriter exerceantur, qua de re libro etiā, Gymnasii titulum inscripsimus, quod non aliud quā exercitatio sonat. Nihil agit dicit rursum. Iurecon. in l. fi. ff. de lib. & posthu. Et alibi nihil actū est in l. filiusfamil. ff. de acqui. he. & alibi nihil relinquere, in l. uentre. ff. eo.

NEFAS.

Hominem homini insidiari nefas est, l. ut uim ff. de iusti. & iure. Item homini recte & prudenter loquenti non assentiri nefas est. Et veritati irasci. Et Bello aurum quęrere. Et immortalitate se ipsum priuare. hincq; nefasti dies, infœlices

&

& infausti, ac inepti ad res gerendas. vnde Hora.

Illic & nefasto te posuit die,
Quicunque primum & sacrilega manu
Produxit arbos.

NECATVS.

Ferro quis dicitur, enectus uero alia ui perēptus. vt Tantalus siti. hinc eiusdem Horatij emistichion.

Bos est enectus arando.

NASVS.

Naso adunco homo, γρυπὸν Græce dicitur. Naresq́; Mixæ uocantur. Et lucerna duplicem habens Lychnum, dimyxa.

NATALES.

Natalis dies olim à ueteribus summa hilaritate celebrari solebat. hinc Iuuenal.

Natali Coruine die mihi dulcior hæc lux
Qua festus promissa Deis animalia cespes
Expectat.

Et longe magis nos, ac maiori alacritate, illum D. nostri Iesu Christi. vnde etiam hinc Natales dicimus, & quosdam esse, Natalibus claros, sed si opum indigi fuerint, generis & Natalium splēdor (inquit Euripides) perit. Imò qđ multi quoq; claris orti parentibus, sunt degeneres.

NARCISVS.

Huius simbolum, hominū miseranda calamitas est. Imperiti & temerarij hominis animus, qui sui vultum non aspicit, propriam sui substātiam & uirtutem, sed eius umbrā (fabula nota ē) in aqua prosequitur, & amplecti conatur.

NECESSITAS.

Suadelam, idest eloquentiam & necessitatem, magnos Deos esse dicebat Themistocles apud Herodotum. Necessitati ne dii quidem resistūt. Imò qui necessitati resistit homo stultus est. Et sapiens, qui eidem seruit, turpe est etiam nescire quæ sunt necessaria. Nihilque valentius esse, gra ui necessitate, dicebat rursum Menelaus. Et nostri, quod olim Monachi poterant assumi ad parochialem, ex quo necessitas imminebat, hodie uero non c. Monachi & ibi not. de sta. mo. Et alibi qđ necessitati succurrendū est. l. pe. §. fi. ff. de excu. tuto. Et quod debitor qui per inopiam nō soluit necessitate dicitur impeditus. Et si sub excommunicationis pœna tenebatur, in eam non incidit. Et quod Sacerdos simplex in necessitate absoluit excommunicatum. ita Bal. in Marga. de bitor nunc. 9. & sacerdos. 4. non omittentes istud unum quoque Fame alibi, omnem necessitatem intelligi, figurate tamen, ut in psal. ibi, & in diebus famis saturabuntur. Et quod omnino necessitas est, fortissimum quiddam. Cętera nos met alibi fusius.

NATIO.

Nulla est, quæ non aliquo notata prouerbio sit. Ecce dicimus hinc. quod Galli cantāt. quod clamant Germani. quod Itali plorant. quod mur murāt Hispani. quod Sarmatæ vlulant. Et quod Turcæ denique latrāt. Itali rursum, uenia meliores siūt. Germani impunitate, tumescunt, & quo plus ignouerıs plus audent. Solebat dicere Maximilianus Imp. Et Fridericus Ro. ultimus, natio ne Germanus, cōuersatione Italus, quod illi ho norifice habendi sunt, isti familiariter.

NATVS.

Si masculus penultima, uel ultima die Februa rij, nascatur, (fœmina enim his diebus nūquam nascitur) mortuus (ut ferunt) non corrumpitur. Et qui ex diuersarum nationum parentibus nati sunt, Hybridæ appellantur. vnde Hora. Hybrida quo pacto sit Persius ultus. natus item dicitur quis, gratiis iratis, qui omnia semper in deterio rem interpretatur partem. Et Mercurio irato, qui semper in foro uel in aulis principum, uersatus est, & nihilominus sit pauper, & nihil censi habeat prorsus.

NATVRA.

Institutione est potentior, quam sæpe docē optimam appellat Cicero. Naturæ dotes animi & corporis, quas primigenias appellabat etiam Varro, sunt hæc. Corpore sanus, fortuna locuples, & animo non imperitus. Et natura ipsa nil aliud est quam Deus. principium etiam naturalium operationum. à vilissimis incipiens, & in pręstantissima desinens. Ecce, semen genitalę ui tæ, in hominem præstantissimum omnium. quæ nec in contrarium assuescit, quia si lapidem, iacias scandere assuescet nunquam ex quo graue semper deorsum tendit. Et cuius proprium est contraria fugere & similia appetere. Natura tolli non potest, non vulpeculæ astutia, nec leoni fortitudo. hinc Felis à Venere in puellam muta ta est, Murē dimisit Venus, puella sui oblita, mu rem insequitur, Dea indignata, puellam in suam restuit naturam. Salamandra igne delectatur. lutom suibus. Palus ranis, & tenebrę vespertilioni bus. sunt gratæ. Velleq; obstare prorsus naturæ, non fortitudo est, sed amentia potius. Et quemadmodum filio nihil indignius est, quam parentem infamare, sic nihil homini difformius est quam accusare naturā. Ea igitur, tanquam dux optimus (ut supra dicebam) sequenda est, & colē da, ut Deus, eique parendum. Eiusq; rei unumquodque

quodque animal, est docile, ad quam natura cõpositum est. Equus ad Cursum, Canis ad venatũ, Auis ad volatũ, & simius ad lusum. Et quia hinc etiam Bos arat, equus rursum gestat, & ouis pascit. Vsq; à Deo, vt nec à Prometheo refingi possit, nec à Vulcano recudi. Sitq; puer instituto dicãdus quoque, ad quod natura videtur compositus. Natura agrestis, comis & festiuus, esse non potest, ut in Comediis Demea, nec contra mite habens ingenium, poterit in se quicquam seueri habere, ut Mitio. Natura etiã comparatum est, uirtutem eximiam splendorem suum haud pro ferre nisi exercita malis, iuxta illud vulgatum. virtus in infirmitate perficitur. sic aurũ igne redditur purius. sic ilex duris bipennibus attonsa, den sioribus ramis syluescit. Gubernatoribus animũ declarat tempestas. Et magni denique Duces fuere quorum virtutem aduersę res spectatam reddidere. Herculès rursum diuinos meruit honores, quandoquidem se omni periculorum generi obiecerit. Et Athletam suum permisit Deus Sathanę uexandum, Iob scilicet, ut nobis inuictæ patientię pararet exemplum. Naturæ simbolum est vultur, animal innocuum. duas habens partes, tuitionem sui, & Ius vlciscendi. Et si quid à natura fuerit alienum penitus. id tentandum non est utpote impossibile, quod indicat ἐπιμύθιον idest affabulatio testudinis & Aquilę. ex quo Aesculapius, q̃a naturę uim intulit, Hippolitũ, q̃ iam ad superos euolarat, in uitam reuocando, fulmine ictus periit. Diminuta etiam satis, (ut in sacris literis continetur) in peccato primorum parentum, in peccato legis naturæ, & scripturæ, & cõtra legem gratiæ. maledictus Adam deniq;, & finaliter etiam de paradiso expulsus. Natura naturata est Pan, cumq; eo Parcę generatę, quæ ipsi seruiunt. his legibus producta insuper ut gignat, nutriat, necet. Dicunt etiam nostri, quod erubescit lex imponere iugũ naturæ. l. i. in prin. C. de cad. tol. nouerca hominis tamen, & animalium mater.

NAVIS.

Qui naui uehitur dolato confisus ligno, digitis à morte remotus quattuor aut septem, si sit latissima teda. inquit Iuuenal. Nauis etiã Rép. significat. vnde Hora.

O nauis, referent in mari te noui
Fluctus, o quid agis?

Nauigationi cõparatur Vita humana, quia nullum uitæ genus est, quod non suas experiatur tẽpestates. Et Nauium ornamenta Aplustria uocãtur. Scapha parua nauis est, quæ maiores consequitur. l. fi. ff. de fun. inst. Scaphidion Cymba ferruginea qua Charon Manes transportat. Rostrata rostro ferreo uel ęneo, quo firmior sit, & ad confligendum nauali prælio utilior. Biremẽ primi Erithrei fecerunt. Liburnicas, celeritate præstantes Romani uocabant. κατασκοπιον nauis erat exploratoria. Caudicariæ quæ commeatum subuehunt. Hinc plurium tabularum contextus Caudex. quo nomine vocatus olim fuit Appius Claudius. Corinthii primi naues excogitarunt, & triremes fecerunt. Nauicula piscatoria Oria ab antiquis dicebatur. Proscenium stega, & nauiculæ genus modicissimum, Colox. Naualia locus ubi extruuntur naues, ubi quassatæ instaurantur & adseruantur. Statio uero ubi tuto possint stare. Biremis, Triremis, quadriremis, duorũ ordinũ, trium & quattuor. Græci Trierem, Triremẽ uocant. Trierarchum Triremis pręfectum. est etiam Thalamegus Nauigii genus, quẽ Ptholomeus Philopater fecit. Triremes rursum, quas lingua Italica, Galee grosse chiamamo, naues onerarię sunt. Naumachia, bellum nauale. Et (q̃d scitu dignum est) ad materiam scias, quod olim Rhodii, nauali disciplina, erant instructissimi, qua de re factus est etiam titulus. ff. ad legem Rhod. de iac. Sunt etiam naues, forsate & volones, eorum seruorum qui coacti ad remigandũ uocantur, et uoluntarii, secundo casu. Et Tabellariæ, quæ præcedunt onerarias officio tabellariorum fungentes in commeatibus annonæ & mercium. Hiscopus, siue carascopus genus nauis exploratoriæ, vnde hinc etiam episcopus explorator dicitur. Hippagines naues quibus equi transuehi consueuerunt. Porthmeus, qui homines nauigio traducit, ut Charon Manes. Actuarię, quæ remis uehuntur. Onerariæ, de quibus supra ad onera ferenda, Emphractæ, vndiq; clausæ. Cætera Bayf.

NERATIVS

Priscus adeo Traiano charus erat, ut sibi illũ successorem destinasse credatur. Cui quandoque dixit, commendamus tibi Imperium. Aliqui tamen dicunt, hoc idem sibi non à Traiano, sed ab Adriano potius dictũ fuisse. & verisimilius est, cum sub eius Imperio (ut memoriæ proditum est) floruerit.

NAVTA.

Fretum immanissimũ est, Nautæ freto immaniores. Nauta tamen aliàs de uentis, de tauris narràt arator, enumerat Miles vulnera, pastor oues. Certaminibus athleta (rursum) Virgines choris, & cantilenis oblectantur. Et quisque breuiter de ea re sapienter dicit quam intelligit. sed ad Nautæ propositum, difficile haud esse uidemus tranquillo mari nauigare, igitur magna tempestate, Nauta siue artifex, desiderabitur, qui rectum teneat clauum. sique infeliciter nauigarit, alios uela pandentes, admonebit, quæ in mari uitãda sint pericula. Tempestateq; rursum iactatus, nõ aliter prospectat portum, quam sitientes agri, imbres desiderant. Vel anxia litori mater, filium expectat. Cętera ego met alibi fusius ad rub. Nautæ caupo. stab.

Tametsi multa dicta fuerunt supra, in ver. Necessitas, aliter tamen nunc, quo ad istud quoque, quanquam idem sit, nonnihil addēdum est, quādoque scilicet necessarium idest utile exponi. l. i. ff. sol. mat. quodque necessaria nescire, turpe est. cuncta uero perquirere exquisite, nec facile nec possibile. dicuntque nostri hinc, alienatione à testatore prohibita, quod tamen necessaria prohibita non erit, l. i. & ii. ff. de fun. dota. Et ad necessitatem redeuntes, quod dura res est, quæ uitari non potest, & cui succūbunt omnia. Imo quod nec eam uiolat Deus. sique Bos in specum deciderit, eumque paterfamilias adhibitis operis liberauerit ferias non polluet. licebitque remedii cā ouē fluuio mersare. iuxta illud. Maro.

Balantumque gregem fluuio mersare salubri.

NAVFRAGIVM.

Quanquam naufragium passi, maria repetāt, ad difficultates, quibus sępissime succubuerunt, reuertātur, Zeno tamē, se ad philosophię studiū contulit, Viaticumque erat, quo (ut aiunt) cum naufragio aliquando posset enatare.

NATARE.

Natandi imperitus seu vrinandi, (vrinatores enim sunt qui natant, l. nauis in prin. ff. ad legē Rho. de Iac.) Græce Ακολυμβος vocatur. non ideo minus prudens habendus est tamen inquit Plato, quanquam nec literas nouerit, neque natare sciuerit.

NEMO

sine crimine uiuit, nanque Damon & Anaximenes septem illos Gręcię sapientes, reprehenderunt. Et dicimus hinc, quod nullus est, qui non quasi pulchro in corpore, aut neuum, aut verrucā habeat. Nemo solus sapit, vnus homo, nemo. Fictumque nomen erat aliàs, Vlyssis, ut Poliphemum (histo. nota est) obcæcaret. Nemo inuitus, agere cogitur. l. i. C. ut ne. inuit. Carnemque suā odit, nec se ipsum prodit. Nemo rursum, tametsi suas laudes audiat libenter) quę dedecori sibi sunt, commemorare vult, sed abhorret potius, ut Achelous apud Ouid. ibi.

Quis enim sua prælia uictus cōmemorare uelit?

Nemo cogitur suis militare stipendiis. c. cūm ex officii de præscrip. Nec efficitur infamis si abstineat ab hęreditate patris. l. nemo. C. ex quib. cau. infa. irroga. Nec condicit rem suam præterquam à fure. l. n. ff. usuf. quemadmo. ca. §. sic itaque, insti. de actio. Nec locuples fit, cum alterius iactura. l. nam hoc natura. ff. de condic. ind. Nec debet se imiscere rei ad se nō pertinenti. c. nō est sine culpa de regu. iu. in. vj. l. culpā. ff. eo. seu potest plus iuris in alium transferre quam ipse habeat. l. nemo. ff. eo. l. traditio. ff. de acqui. re. do. Nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo ff. ad legem aqui. Nec potest facere quominus leges habeant locū in suo testamento. l. nemo potest. ff. de lega. i. Nemo potest duobus dominis seruire. ut dicitur in Euā. nec repēte, fit summus. c. absit. 50. dist. nec inuito auditori, libēter refert. c. ex merito vj. q. i. Nemo sibi sumat honorem, sed qui uocatur à Deo tanquam Aarō, c. in scripturis. viij. q. i. Nec absoluat, si condemnare non possit. l. nemo qui condemnare. ff. de regu. iu. Nemo potest gladii potestatem sibi datam ad alium transferre. l. nemo potest. ff. eo. Vel consilium mutare in alterius iniuriam. l. nemo potest mutare. ff. eo. Vel de domo extrahi inuitus. l. nemo de domo. ff. eo. Nemo alieno nomine agit. l. nemo alieno. ff. eo. seu plus relinquit suo hęredi, quam ipse habeat. l. nemo plus. ff. eo. Nemo damnum facit, nisi qui facit id quod facere non potest. l. nemo damnum. ff. eo. nec ignorans denique meretur. inquit Bal. noster in statu. capere nu. 19.

NIMIS.

Ne quid nimis dici solet, factumque est iam tritum sermone prouerbium, nec aliud sonat, nisi aliud quod huiusmodi est. summū ius, summa iniuria. Nimia etiam diligentia uitium habet, & prolixitas est odiosa. Et quanquam in omnibus rebus suus cuique modus sit, attamen magis offendit nimium quam parum, in quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirēt, quid esset satis. Et facit vulgatum illud. Nescit manum de tabula tollere. Nimia mulier est, circa maritum non merentem dicit alibi Iurecon. noster in l. si cū dotem, in §. eo autem tempore, ff. sol. mat. Hæcque ab Oraculo habebantur. Cognosce te ipsum. Nihil nimis, ut etiam supra. Comes æris alieni, & litis miseria est. Et ad id nihil nimis conducit Poetæ dictum. voluptates commendat rarior usus. Item.

Insuaue est, quicquid nimiū est, nā dicitur olim,
Mel quoque, si immodica est copia, bilis erit.

Et breuiter aduerbium est, quod fert secum semper aliquid, quod reprehēsibile sit. Ecce qui nimium emūgit elicit sanguinem. c. denique. iiii. d. & (ut paulò ante) nihil nimis, ne q̄d nimis, & simile quiddam.

NIDVS.

Quandoque pro patria capitur, quandoque pro domo. vnde cum ad me scripsisset quidam sic. (in patria enim mea toto uitę meæ tempore, munere hoc docendi, functus sum, & iam annus nunc agitur quinquagesimus, modo ius Pontificium, modo Cęsareum) Demiror te sic perpetuo nidum premere, nec usquam euolare, aliquando

euocatus, à Portugalliæ Rege, ab Illustrissimo Florentię Duce, à Vallentinis in Desphinatu, & à Bononiensium Magistratibus, sæpe. Imò & à Paulo III. Pont. Max. ad auditoriatum Rotæ. Cui ego, malo hic esse primus quàm Romæ secundus, vt dicebat Cæsar, Ithacam ostendens. ea de re, isthic vitam agere, etiam si nidus mihi cōmodus daretur, non expedit, nec euolare, maxime etiam quia vetulam arborem transplantare, hoc est à nido discedere, difficillimum est.

NOTORIVM.

De notorio dixi alibi multa, adde nunc, quod aliud continuū est, aliud transiens, aliud interpolatum. Continuū, quod Cardinalis Alexandrinus sit creatus Papa, hoc anno 1566. Mense Ianuario. Et merito quidem quia sanctus vir est, & vitæ integritate talis ac tantus, vt Christiana resp. & totius terrarum orbis, tanto vicario non possit non esse, nisi felicissimo, felicissimusque. Transiens, quod homo occisus sit, voxq; præconia. Interpolatum vero, quod quis sit cōcubinarius, nonnihil Bar. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex, late Io. Fab. in procem. insti. in prin. num. 2. vbi etiam dicit, quod materia notorij, Iuristis ignota est, Canonistis vero varia, de quo etiam plene in c. vestra, de cohab. cleri. & mulie. probari rursum non debet, allegari sic. l. si adulterium cum incestu. §. idē Pollioni. ff. ad leg. Iul. de adul. Clem. appellanti. de appel.

NOMEN,

Pater & filius, dominus & seruus, patronus & libertus, Abbas & Monachus, sunt nomina relatiua, secundum Dialecticos. noua autem debent imponi nouis rebus vt inquiunt Cice. & Gelli. in noctib. Atti. Imò, quod nomen plerumq; pro aduerbio ponitur, exēpli gratia, triplex pro tripliciter. Et pro debitore, hoc est pro eo quod nobis debetur, & quod aliis debemus, vnde nomina facere dicimus, tam debitorem quàm creditorem. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peta. hinc Iuuenal.

Qui uenit ad dubium grādi cū Codice nomen.

Et Hora.

Nomina sectatur modo sumpta uešte uirili
Sub patribus duris tironum.

Nomina etiam mala fugiebant Romani homines, quod mali essent Ominis, ex quo Beneuentum oppidum, & Colonia eorum, dictum est, bene ominandi causa, cum prius male ventū à Græcis diceretur. Hinc idem Hora.

Tendimus hinc recta Beneuentum, ubi sedulus hospes
Pœnæ arsit.

Inq; osus desinentia vitium habent. l. capitaliū §. famosos. ff. de pęn. aliàs abundantiam siue plenitudinē notāt, vt dixi aliquādo. l. creditor. ff. de sol. Tria nomina habebāt ēt Ro. nobiles, nomen, pnomē, & cognomē. M. T. C. C. Iul. Cæs. Quæ ēt à Poetis sunt discēda, inuēta partim rōne humana, partim inspiratione diuina. Primū Petri nomē, fuit Simō, qp obediēs sonat. postea dictus est Petrus, i. firmus. Tertio Cephas, hoc est caput & principalis, quæ duo hęc sibi imposuerat Christus. qui ēt Iacobū Maiorē, & Ioānē Euangelistā fratres, & Zebedei filios Boanerges vocauit, idest filios tonitrui ob egregiā Euangelij prædicationem. Vnde emanauit consuetudo, vt in creatione Pontificis sibi mutetur nomen, nonnihil ego rursum in l. ij. in §. appellata. ff. si cer. pet. Nomina Hebræa ēt in Latinum versa, syllabā vs, accipiunt. Ecce, Iacob Hebręi dicunt, nos Iacobum, Saul Saulum, & Iair, Iairum. Est adhuc πολυσημον nomen multa significās. & ομονυμον, idest equiuocū. quod Athlantes in Africa sunt Anonymi. qđq; vocabulū loco noīs Actę concubinę Neronis dixit Cornel. Tacitus. Nomen ēt infantes accipiūt mares die nono, fęminę octauo, nō septimo quia periculosus esse consueuit. Et lustricus dies vocatur quo infantes lustrātur, & nomē (vt dixi) accipiūt. Est adhuc nomen quoq; instrumētū quoddā, quo rē noīatam ab aliis discernimus atq; diuidimus. Nec id vnū prætermittentes qđ noīe acquisito propriis virtutibus vocari, longe honorificentius est quā qui nobis à natura obuenit. quodque variantur nomina aduerbia vero in idem incidunt. Et quod aliud est nomen impositionis, aliud naturę, impositionis Iesus, nomen supra omne nomen, quod dedit illi Deus. siue Petrus. naturę vero homo.

NE,

aduerbium est, negans, pro non. Cum diphtongo vero affirmat, si sic næ, scribatur, stabitq; pro vtiq;, vel certe. exemplum, ne temere quid agas, idest non temere. quoad secundum Hora. tibi declarat sic dicens.

Clarus erit fortis iustus sapiens, næ etiam rex.

NEC

Dicunt Grāmatici quod hęc dictio, cōiūctio est disiunctiua, nostri vero, qđ est additiua, & ampliatiua, nō restrictiua, inclusam habens cōiunctionē. l. si filię, ibi nec nuptiis, secutis. C. de do. ante nup. not. in l. nec emancipati. C. de colla. & in l. nec apud peregrinos. C. de hęre. insti. ad quod facit etiam vulgatum illud.

Nec hospes ab hospite tutus.
Nec uoto uiuitur uno.

& simile quiddam.

NVMINA.

Duodecim Deos fabulosę colebant Agricolę, quos intellexit Iuuenal. sic dicens.

Laudant hæc numina ruris

Quorum ope, & auxilio, grata post munus arista
Contingunt homines ueteris fastidia quercus.
Iouem Telluremque. Solem & Lunam. Cererem & Bacchum. Robigon & Floram. Mineruam & Venerem. lympham & bonum euentum.

NEPTVNVS

vehitur cæruleis equis per Marinum pelagus. Inquit Euripides. manu tridentem tenet, pede delphinũ premit, quod illi gratissimi esse arbitrãtur, & ita uisitur in Dianæ Ephesiæ ædibus. Neptuni filius Lamus, de quo Hora. sic.
Aeli uetusto nobilis ab Lamo.
Ferox immanis & ab omni humanitate alienus, tanquam è mari genitus. Neptunus, rursum prouidentia naturalis est, Pallas intellectualis. In Thessalia colitur. Inq; cõcilio Amphictyonum olim institutum fuerat, ut Taurorum victima honoraretur. dictus etiam pelagæus, Asphaliæus & hippius, quæ cognomina portuum securitatẽ sonant, & quod primus equitationem inuenerit. Et prosclystius. i. inũdator. Et petreus, quod dormiens super petra, e semine exciso, equus natus sit è terra, cui Sciphio nomẽ erat. Imò quod Medusam quoque uitiauit in Mineruę templo, quę indignata ipsius crines uertit in angues, ut qui eã uidisset, lapidesceret. qua de re à Momo etiam somni noctisque filio, carpitur.

NOX.

Nox cedit diei. i. mendacium ueritati. Nox, mulier, uinum homini adulescentulo. Noctis epitheton, tenebrosa. Noctem veteres παρα το ευφρονειν . i. à bene sapiendo uocabant. Vnde prouerbium. In nocte cõsilium. nox uisitata pro cõspecta, inuisa pro non uisa.
Nox fæcũda operum pulchræque accommoda fraudi.
Nocte uagatur adulter.
qui male agit odit lucẽ. Nox uenerãda, dãs somnos laboriosis hominibus. Nox aureorũ altrix Syderum. Est uerum quod plerunque pro morte capitur. vnde Hora.
sed omnes una manet nox
Et calcanda semel uia lethi.
& Catul.
Nox est perpetua una dormienda.

NESTOR

Homericus ad tres ętates uita & rebus gestis peruenit (ætas enim est annorum. xxx.) idest ad annum nonagesimũ, quemadmodum Cato scribendo. hinc Hora.
An non ter æuo functus amabilem.
Plorauit omnes Antilochum senex
Annos.

NERO.

Lingua Sabina fortè significat nomen istud. Hic Octauiã vxorem primã repudiauit, postea interfecit. Et Sabinam pariter. & Liuiam Drusillam duxit. Nomine uir tamen, re ipsa mulier, qua de re à Fęmina Britanica, Neronia uocatus est. & Ro. hoĩes vulpes, ac lepores, qui temere canibus & lupis, conari non debebant ullatenus imperare. Imò quod non modo Octauiã & Sabinã vxores interfecit, uerũ etiam per Anicetũ interfici Agrippinam matrem curauit, quæ tamen mari mersa mori non potuit.

NOXA

Malus uicinus est, inquit Hesiodus. Et prouerbiale dictũ, apud nos, de quo in l. si cũ quis in fi. prin. ff. de fur. & in l. licet. C. an ser. ex suo fac. & in §. omnis insti. de noxa. & in l. qui ex pluribus. ff. eo. cui contrariũ est innocuum, quod Græci ασινον uocant.

NOE.

Ecclesiæ typus est. Vineã plantauit, inebriatus est. Christus incarnatus plantauit Ecclesiam, & passus est. Nudatum patrem Noe irrisit maior filius, minor texit. Christum crucifixũ illuserũt Iudęi, honorauerunt Gentiles.

NVMA POMPILIVS.

Secundus Ro. rex annis tribus et quadraginta regnauit, feliciter et tranquillo ac sedato animo obiit. eo regnante Ancile decidit è cœlo, futurumque erat donec custodiretur, potentissimã fore ciuitatem, alios. xii. fieri à Mamurio curauit, ne cęleste cognosceretur, ibique Salios. xii. Marti sacratos instituit. Aedem Vestæ cõfecit, Virgines Vestales instituit, & Flamines tres, Dialem, Martialem, et Quirinalem. Salios. xii. et pont. Max. denique creauit.

NIOBE.

Tantali filia, Amphionis Thebani uxor in saxum uertitur, propter æternum (fabula nota est) in luctu silentium. mulieres Thebanas enim Latonæ sacrificantes, et non sibi, quattuordecim filiis fęcundæ, increpabat, qua de re indignata dea Apolloque simul, filios ante portã Vrbis ludentes, sagittis confixerunt, mater aũt (vt dixi) in saxum conuersa est. Hinc Iuuenal.
Parce precor Pæan, & tu depone sagittas.
Nil pueri faciunt, ipsam configite matrem,
Amphion clamat.

NON PVTARAM.

Prouerbium stultorum est, prudentis autem ex præsentibus futura prospicere, ut etiam nostri dicunt. l. si quis domum. §. fin. ff. loca. nec temere et incõsiderate quicquã aggrediẽdum est. Ranæ enim duæ in palude uiuebant, siccata est palus, aliam quęrebant, puteum uiderunt, Vna inquit, in puteum hunc descẽdamus, cui altera,
et si

& si aqua aruerit, quomodò postea ascêdemus? ,coq; fit igitur, ut ex præsentibus, quid in futurû posset euenire, prospiciamus, ne uelut fatui, si ante dictum uerbum dixerimus, nos excusantes, Non putaram scilicet, redarguamur.

NON INCIPERE.

Longe melius est (ut uulgo dici solet) quam ab incepto turpiter desistere, & non finire. Cui proximû illud est quoque. omnis laus in fine canitur. quodq; actû qd nô dicitur, quotiens super est aliquid agendum. l. cû sillanianum. C. de his quib. ut indi. Et qđ turpius eijcitur quàm nô admittitur hospes. c. quemadmodum de iureiur. glo. in c. literas ad fi. de resti. spol.

NEGLIGENTIA.

Curaen omni re plurimum ualet, negligentia semper comitem habet infœlicitatem. Et ideo si quis per desidiam olim feracem agrû sterilescere permisisset, uel equum strigosum esse passus fuisset, cêsoria nota inuri solebat. Si ignis in ęde Vestæ negligêtia extinguebatur, uirgo flagro cedebatur. Et negligens tutor (dicût nostri) punitur. l. tutor qui repertoriû. §. si deponi oporteat. ff. de admi. tuto. & si ille qui diffamauit aliquê, dato sibi termino ad probandû, non probauerit, perpetui silentij pœna punietur pariter. l. diffamari. C. de inge. ma. ab ocio tamen & negligentia labores origines trahunt ut quies à laboribus. Et desidiosi alias ignaui & negligêtes, Murci appellantur. Pœniteat igitur quem si quando fuerit negligens, seque excusando dicat. Hactenus cessatum est, posterioribus officijs negligêtia omnis sarcietur.

NEAPOLIS.

A Sirenis sepulchro, Parthenope uocata est. Vnde Virgil.

Parthenope cecini pascua rura duces.

Ciuitasque est Campaniæ. Vnde Iuuenal.

Prouida Pompeio dederat Campania febres.

Et Neapolitani Romanorû socij fuerunt olim.

NEPOS.

Quanquam nepos filius filij sit, & êt filius ex fratre, iuxta not. in l. liberorum appellatione. ff. de uer. si. attamê est quoque hominis cognomêtum, ut Cornelius nepos, qui M. Ciceronis uitã, conscripsit. Itê nepos profusus & perditus. Nepotesq; luxuriosæ uitæ homines, hinc Hora.

auarus ut Chremes, terra premam

Discinctus aut perdam ut nepos.

NIGER

Hic niger est, hunc tu Romane caueto, inquit Hora. Caue ne in uirum qui nigro sit podice incidas. prouerbiumque est Græcum τι τω μελαμπυγο τυχῃς

NIX

Niuis est refrigerare. Ignis urere. Dei semper operari. tamen niue etiam orbem conflagrasse, dicit Ammian. Marcel. Chionque Græce nix dicitur. nomêque meretricis alias est, niue candidioris, cuius meminit Iuuenal. sic dicens.

Et dubitas alta Chionê deducere sella.

NISI

Dictio hæc exceptiua est, ut alibi sæpe diximus, & de materia plene in l. Actione. C. de transactio. Adde id etiam in formulis, prætoriarum exceptionum, dici consueuisse. Exempli gratia. Dion perfectus est uir, omniqúe laude dignus, nisi si iracûdus sit. Igitur reliqua suo loco fusius.

NOCTVA

Atheniensium consilia stulta bene fortunare solet. Nictimene cum patre concubuit, agnouit facinus, in Syluis se abdidit, & lucem fugit, in noctuã conuersa est (ut fabulantur poetæ) uo luntate Deorû. Auibus propter scelus est admirationi, quæ insuper si post Solis occasum cecinerit, pluuiam significat. ne quicquã feros etiam (inquit poeta) exercet noctua cantus. Noctua uigilantiæ simbolum est, studiosis quã maxime necessaris. Sobrietate comite, ex quo Mineruæ Nummisma argêteû habeo ego, parte auersa habens ob id Noctuã, pedibus uas inuersum inane et uacuum uino, prementem, quod mihi ex Peloponeso sibi allatum, dono dedit Andreas Lauretanus, Venetus, Illust. illa familia ortus, antiquarius, nobilis, et uir ætatis nostrę ingenio, prudentia, maximarûq; rerum scientia, prętantissimus, et amicitię iure mihi quãquam indigno, coniunctissimus.

NVDIVS TERTIVS

Sic côiter dicitur, hoc idemque frequêter habemus in ore, uerû adde, nô inconuenire, si dixerimus etiam, nudius quartus, quod Macrob. in Sat. testatur, et uerissimum est.

NVNC.

Quod ista dictio, aduerbiû temporis sit, fatentur oês, uerû adde, qđ quãdoq; exponitur tû nûc idest hoc casu. l. epistolam. §. si. ff. ad treb.

NVMERVS.

Vnus numerus fit ex singulis, ut ex multorum uocibus una. Die nono Thusci rêgê suû salutabant, deq; propriis negotiis côsulebant Klendis

nonis nuptiæ deuitabantur, ideo quia feriis cuique vim fieri piaculare erat, videbaturque tunc virginibus vis fieri. Item quicquid ingens erat, id decimum appellabat antiquitas. Hinc Leo decimus Pont. Maxi. Et Decem Nestores à numero centum olim quoque cœnæ centenariæ, appellatæ fuerunt, ab impensa Sestertiorum Centenum. Numerus ternarius tamen perfectus est, cui sit principium, medium, & finis, vnde veteres, crateras tres libabant. primum Ioui Olympio. Secundum terræ & Herroibus. Tertium Iani seruatori. hic vero conuenit. Quaternarius mulieri, quod ipsa corpus, ille vero animum representet. Triginta ad nuptias referuntur. Sexaginta ad viduas. Centum ad virgines. Septenarius numerus ad Iudæos & Mosaicam legem pertinet, Octonarius ad Euangelium. Et vulgo dicimus hinc. quod Deus impare numero gaudeat, Est verum insuper, quod dualis plurimum valet ad rerum perfectionē, vnde in homine duo sunt oculi, nares, aures, manus, & pedes. infamia aliàs, quia recedit ab vnitate, quam diligit Deus. Vnus homo nemo. Ideo nemo solus sapit numerus im par masculus, par fœmina. Dies, menses, & anni, sunt temporis mensuræ, ea quibus nata est numeri natura. Numerus pluralis quandoq; pro singulari ponitur, & è contra, quod etiā nostri probant. l. cum affirmes. C. de lib. cau. sitq; transitus plerumque de singulari, ad plurale, & è contra. l. Marcellus. ff. de fideiu. l. l. fi. C. de in ius vo. l. si cum aui. C. si mi. se ma. di. §. fuerat. insti. de ac. In militia Ro. quoque tres erant ordines de ternario adhuc loquentes. Senatorius, equestris, & plebeus. Item triumuiri monetales, æris, auri, & argenti Flatores. In triumuiratu Collegæ Augustus. M. Antonius, & M. Lepidus. Pontificū olim adhuc, numerus octo, Augurum nouem erat. Et quicquid de ternario dictum sit, senarium quoque perfectū vocamus, Græci τελειον. Et plus qđ septenario rursum, tota humana vita finitur, quē crisimon Medici, quasi indicialem, obseruant, an, quis moriturus vel victurus sit. Et vniuersitas, multotiens designatur. Vnde Christus, eiecit septem dæmonia Mariæ Magdalenæ, idest vniuersa peccata mortalia. Infantes mares, die nono, nomen accipiunt, fœminæ octauo, septimo nūquam. Et ad quaternarium redeūtes, quarto die creauit Deus cœlum. Musicam quaternio continet. Diatesseron. Diapente. Diapason. & Disdiapson. Quatuor elementa à numero isto proueniunt. Quo anni tempora quoque distinguūtur. Hyems, Ver, Aestas, & Autumnus. Et si magnis licet cōponere parua hinc videmus, pueros, qui nucibus ludunt, tribus prius in plano positis, quartam super imponere. Ternarius rursum, in rebus sacris, vsitatus est vtpote naturæ diuinæ accommodatum. aliquando tamen ter pro multū, ponitur. & perfectionem quandam (vt diximus) designat. Nec locus olim religiosus dicebatur, nisi ter gleba in ore mortui iniecta fuisset. Ter saltabant Salij. Vnde Hora.

licebit

Iniecto ter puluere curras.

Item.

pede candido

In morem Salium ter quatient humum.

Numero plurali Sabbata dicuntur, vt cæterorū dierum festorum nomina. Et cum volumus aliquid perfectè factum dicere, omnes numeros impletes fuisse, dicimus. quandoque numerus finitus, pro infinito ponitur. Estq; numerus, species quantitatis discretę. quandoq; pro numero ponitur, iuxta illud. Filij Israel prævaricati sunt mādatum, & tamen solus Achan peccauit. Item. Videntes Discipuli indignati sunt, & tamen solus Iudas fuit. Ternario numero (iterato dixerim) res gubernat Deus, eoq; res ipsæ, gubernantur. rerumq; omnium est mensura Trinitas. impariū principium est, pariū Binarius, Senarius vim habet vtriusq;. Tricipitium iocose olim vocabant, Societatem, Cæsaris, Pompeij, & Crassi. Bene valere egregiam habere formam, possidere diuitias nullæ fraude partas, optimum est quiddam. Ternario numero fata, idest mensuras dixit Lucas, pro Trinitate (vt supra) vel pro triplici statu personarum, incipientium, proficiētium, & perficientium, vel continentium, coniugatorum, & virginum. Et si ad septenarium reuerti liceat, dicam nonissimè quod non modo perfectus sed & perfectissimus sit, & maxime Harmonicus, qđq; oēs harmonias contineat. quod cœlum septē circulis cinctum est. quod Horizon distinguitur septem ordinibus. quod animæ nostræ septem sint partes. Septem corporis internas, & externas. & quod deniq; septenario hoc numero natura plurimum gaudet. Imò quod hinc septimum quoq; diē benedixit & sanctificauit Deus optimus maximus. Septem portas habebant Thebe, septem hostia Nilus habet, septemq; Græciæ Sapientes fuerunt. Et hinc conquestus est Poeta Saty. quod vix septem viri qui boni sint inueniātur. In mar moribus antiquis, septenarij numeri nota, testamentū designabat. Octo sic scribebatur olim iix. quia duo demuntur ex x. nouem sic. ix. vno ex decem dempto pariter. πεντε quinque sonat. Sed ad propositum numeri sciendū est, quod in maiori minor inest, & in Tetragono, Trigonus. Et quod multitudinem numeramus, metimur vero magnitudinem. quanquā numerate quoque, & quandoque, poni pro percutere, inueniamus. iuxta illud Iuuenal.

Crispo numerantur pectine Chordæ.

Et quod Veteres non modo notulis verum etiā digitis numerabant dextra. L. sinistra. C. idest illa quinquaginta, ista centum. Verum omisimus aliud, quod centum hæc numerus etiam perfectus est. Et Denarius omnium perfectissimus quoque, vsque adeo vt nec mirum sit si hoc eodē leges late fuerint à Deo optimo maximo. Imò qđ Harmonicā proportionē, hanc, primi nominum

dum impositores, viri quidem sapientes δεκάδα quasi δεχάδα appellarunt, quod capiat comprehendatque omnium numerorum genera. Cætera Crinit. egoque alibi fusius.

NOVA PLACENT.

Auidi negotiatores dum nouis latifundiis inhiant auitos derelinquunt, aut in sortē versos, aleç cōmittunt. Nouitate nimia tamen lectoria studium aliàs deterreri nōn debet. Nec noua sic cudi, vt vetera destruantur. tametsi Pythagoras si quicquam noui inuenisset, soleret (vt memoriæ proditū est) Musis Bouem immolare. Et nouitatis repentinæ, iucunditate, accendi populus.

NEGOTIATOR.

Negotiatores (vt dicebam proximè) dum nouis latifundiis inhiant, auitos derelinquunt, aut in sortem versos, aleæ committunt. Negotiator, qui pecuniis fœnerandis siue nominibus faciendis, & qui in mercatura occupatur à publicanis differt, quia hij, in exigendis vectigalibus se exercent. Ocium libertatis frater est, negotium seruitutis, dicebat Socrates.

NOSCE TE IPSVM.

Quòd si feceris beatus eris. Et ita fuit responsum ab Apolline Delphico. Vnde ēt Iob sanctus ille vir, ait. Visitans speciē tuam, non peccabis. idest teipsum considerans. Quid nanque prodest scire herbarum vires, virtutes cœlorum, cursus syderum, & hominum mores deniq;, si te ipsum non cognoueris.

NERVA.

Adeo bonus princeps fuit, vt ausus sit dicere aliquādo, se nihil fecisse, quo minus posset depo sito Imperio priuatus tuto viuere. In Capitoliū ascendēs, M. Vlpiū Neruā Traianū sibi adoptauit. in cuius adoptione, Homeri carmen dixit.

Telis Nerua tuis lachrimas ulciscere nostras. nec id omittentes quod Neruę Iurecon. Coceij, nepos Nerua Imp. fuit. de quo Hora. sic.

Interea Mecœnas aduenit atque Cocceius.

NODVS.

Nodum soluit quē nexuerat, dicimus vulgo. & hinc prouerbium ortum est. Malo nodo malum adigit cuneum. de quo nos alibi fusius.

NEGARE.

Negatiua est affirmatiua vehemētior in sacris literis, quod & nostri etiam dicunt, & nos alibi sępe. Quando dicitur, nego narrata prout narrā tur, non propterea incidit quis in pœnam negantis, de qua in l. si. ff. de rei vend. quia non est mera negātio, nec mera affirmatio, sed locutio implicita. priuans aliàs cæcus est, infinita non ens, negans nullus. Et ad propositum negari nō posse ea, quæ si confiteantur sunt turpissima, miserrimum est, vt Q. Fusius Calenus Ciceroni dicebat. Cætera ego alibi fusius.

NOBILITAS.

Minima nobilitatis pars ea mihi esse videtur, quam vulgus nobilitatē existimat, si quis perpetuis ornamentis se expoliet & muniat. Vereque nobilitatis minima portio opulentia. Nobilitas triplex est, natiuitatis, liberalium disciplinarum, Virtutis & meritorum in remp. Nobilitatem antiquatas diuitias dicebat Seneca. Eratq; Vlpianus noster nobilis non genere, sed scientia & meritis. Et verè nobilium gloria stercus est & vermis. nemoq; laudandus ex nobilitate parentum, nec ex ignobilitate culpandus. Et si qui sunt natalibus clari, opum indigi, generis splendor perit. Et quibus semina virtutis à maioribus per multum tempus ducta adsunt, fieri non potest, quin & ingenita & perpetua virtute sint prę diti, de Cęsare dicebat Antonius: id vnum nec calamo occludēs, quod Natalibus in plurali numero nobilitatem intelligimus, vt Aquinas ait, quando dicit.

Palmam inter dominas uirtus natalibus æquat. Nobiles & clari rursum, generedischari sunt & grati, vt Tantalus, tametsi sui culpa in magnas inciderit calamitates. Et hinc puellæ Boetiæ saltantes, memoriam sui generis recolentes, & patriæ (Thraciam enim certa ratione occuparant) dicere solebant. Eamus Athenas. Mardocheus ab Artaxerse nobilitatus, annulo cohonestatus est. Nobilis tria habere debet, diuitias, nobilitatis adiumenta, mores, à virtute non alienos, & factum aliquod præclarum, quo efferatur. Tamen Alexander iiij. natione Gallus, cum ei aliquando dictum fuisset, rusticè ne dicam improbè, quod vili patre erat natus, respondit. Nobilem virum, non nasci, sed fieri virtute. vtcumq; sit tamen, si aliàs scire cupis, quot sint nobilitatis gradus, scias esse octo. Pont. Max. Imp. Ducis, Principis, Marchionis, Comitis, Valuasoris, & Catanei. Valuasor enim à Valua Imp. dictus est, Cataneus autem à Catino eiusdem, aquam tenente. Cætera clara sunt.

NOVELLETVM.

ager est nouis vitibus consitum. l. veluti. ff. de impen. in reb. do. fac. dixi in ver. nouale. & nunc quod nouellare est etiam nouas vites pangere.

NVGAE.

Hiberas nenias nugas Hispanicas alibi intelligit. D. Hiero. nec aliud quã nugas, Cice, quando ait, dicam quicquid in Buccam uenerit. alibi vero, merę nugę sunt, mala est et nugatoria accusatio. alii, quæstio est de tribus capillis, de lana caprina et in nugis breuiter agunt tragædias. Ita nugas blactis? idest inaniter loqueris, iuxta illud surdis cantas. Imò qđ nugationis, nostri, quoque meminerunt in l. si debitor in §. i. ff. quib. mo. pi. vel hypot. sol. et in l. si quis à filio in prin. ff. de lega. i. quodq; nugæ lusus poetarũ ab ipsis uerecũdæ nocantur, sic.

nanque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas.

NIMPHAE.

Fluuiorum, Naiades vocantur à ναυ fluo. quę alias sũt mulię Maia, Electra, Steropes, Meropes Celenõ, Tayetes, Alcynoesque, Athlantides etiã vocatę, à patre Athlante. Et Hesperides ab Hespero fratre. Musa etiam Nimpha dicitur. Et cũ alia Pirenes, scilicet filium Cenchriam à Diana per imprudẽtiam occisum, lugeret, tantã profudit lachrimarum vim ut in fontẽ sui nominis, nõ secus ac Narcisus, fuerit conuersa.

NEBVLO.

In contractibus dicitur, Sycophanta in foro, Sophista in scholis, & hypocrita in templis.

NVNCIVS.

Quandoque apparitor appellatur. Interdum executor, nõ nunquam officialis publicus. l. apparitores. C. de appa. lib. x. l. executorẽ. C. de execu. rei iud.

NONVM PREMATVR IN ANNVM.

Horatij præceptum vulgatum est, et sanè optimum, quia cogitationes posteriores, (ut est in prouerbio) prioribus sunt prestãtiores, et sapiẽtiores, quanquam aliquibus maximum vitium sit, inter quos ego etiam sum connumerandus (ut uerum ingenue fatear) nihil parere, sed abortu eiicere fœtus ingeniorum suorum omnes.

NESCIT MANVM DE TABVLA TOLLERE.

Nimia diligentia est uiciosa Et qui multa dicit, nihil dicit. nec aliud prouerbiũ istud, à pictoribus sumptum, de quo nos alibi sepe, sibi velle videtur.

NERVI REIP.

Sunt vectigalia. Item pœna et premium, quæ duo hoc Disticho continentur,

Oderunt peccare boni uirtutis amore:
Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.

dequo nos alibi late.

NVDVS.

Nuda oratio et simplex pulchrior est quam fucata, ut femina nuda quam purpurata, vt Commentarij Cæsaris quam aliorum scripta. Nudus dicitur etiam quis remigio, agris, et nummis, sic Hora. ut

Nudum remigio latus.

Item.

Nudus agris, nudus nummis.

Et nuda ueritas idest simplex, quippe quod fucũ non quærit, nõ insidiis fraudeue tecta, Vnde idẽ Hora. ait hinc.

Incorrupta fides, nudaque ueritas,

Et nuda cathedra, lectica, Sellaque, in qua quis sit solus, nudumque littus, in quo non sint habitatores. inquit Iuuenal. alibi sic.

Hinc atque inde patens ac nuda penè Cathedra.

Et Papini.

Nec littora pauper nuda tenes,

Et quod nudo nomine erat R. P. imperante Cæsare. Nudi Athletæ etiam ad propositum se exercebant in cãpo. Nudusq; vectus est (audi mirũ) M. Antonius à Matronis et Virginibus, in ludis Lupercalibus. Et dicebat Liuia Augusti vxor, qđ nudi homines matronis honestis et continentibus nihil à statuis differebant. Nostri quoque nudam rationem, l. nuda. ff. de dona. nudam conuẽtionem. l. traditionibus. C. de pac. nudam vocẽ §. fi. insti. quib. mo. testa. infir. Nudam proprietatem absque usufructu. §. fi. insti. de usuf. Nudã voluntatẽ. l. iii. §. non solum. ff. de adi. le. Nudam interrogationem. l. itẽ apud Labeonem. §. quæstionem. ff. de iniur. Nudam pactionem. l. qui negotia. ff. manda. et nudam uenditionem deniq; l. nuda. ff. de cont. emp. Cetera alibi ego met fusius.

NILVS.

Aratoris uice fungitur, Aegyptiis habentibus euagationis mensuras, quas uocant Nilometria. Ex monte Athlante oritur, primumque vocatus est Dyris, mox mutato nomine Nigir. postremo ubi in Aegyptum peruenit, supra dicto nomine Nilus. Græca dictio est, Mello latine dicitur. huc Fluuium Antiqui, quasi νεον ινα uocant, quod nouum linum quotidie aduehat. à Nilo Niliacã plebem, idest Aegyptiam dicit Iuuenal. sic.

Cum pars Niliacæ plebis: cum uerna canopi.

Incrementũ insuper habet. xxi. cubitorũ, in xij.

est fames.in xiii.esuries. in xiiii, hilaritas in xv. securitas.& in xvi.delitiæ.

NEBVLAE.

Pastoribus inuisæ sunt,nocturnis furibus amicæ.Inquit Euripides. Ad quod facit etiam uulgatum illud.

Nocte nagatur adulter.
Qui male agit odit lucem.

de quibus nos alibi sæpe.

NOVERCA

succedens liberis prioribus nihilo mitior est quã Vipera.vnde non ab re aiunt,inimicas esse priuignis,& infestas,Et nos ipsos infestos Nouercis.Et Quidam alibi.

Dat puer exiguo Monumento ,serta nouercæ:
Cum uita & mores deposuiße ratus.
Illa pium oppreßsit tumulo,delapsa nouercæ.
Vos quoque priuigni Busta cauete procul.

NVPTIAE.

Nunquam affirmabo,nuptias,plus habere voluptatis quam doloris inquit Euripid.Est etiam felix ablegatio, sed tamen mordet parẽtes,quãdo alienis ędibus tradit liberos pater,quos multo labore educauit. Et quando fiunt in conuiuio vinolento, in eiusmodi conuiuio,nihil sani esse dicitur.Nec id unum omittentes,quod sunt carnales,spirituales,& æternales. Carnales quæ in ecclesia legitime contrahuntur,vocanturq; etiã sacramentales.Spirituales,verbi cum humana natura,quę etiam incarnationis appellantur,in utero Beatę Virginis celebratæ.Et Christi cum ecclesia militante.æternales uero Beatificæ fruitionis , quę contrahuntur in palatio Maiestatis diuinæ.

NOCERE

cuiuslibet hominis est,& facile quidem,non nocere autem sed prodesse potius, non cuiuslibet.

NVNDINAE

Latinæ(de his nostri multa dicũt quoque sub titu. de nundi.)à Tarquino superbo, institutæ sunt Ioui latiali,in Albano. Quadrigæq; certabant,Latinarum feriis in Capitolio. Victorque Absinthium bibebat , quasi sanitatem accipiens pro præmio .

NVMMVS

à numero dictus est,quicquid dicant Docto. in l.singularia & in l.certi condictio in §. si nummos.ff.si cer.pet.Et idem sonat quod pecunia, quæ tamen à pecudibus dicta est,sicuti nummus (ut dixi)à numerando.& probatur in l.ii.in §.à.ff.eo.& in l.Lucius.ff.dep. & in d.§.si nummos.& in §.quoniam ea.lege. Saly. in d. l. singularia, col. ii. Nummus Ro. erat duarum dragmarum (dragma enim erat ualoris vnius ducati nostri tẽporis)valoris uero duorũ ducatorũ.Et sic duarũ dragmarum ut supra.Nummus Dei,homo.Imo quod uerbũ hoc capi generaliter solebat,qđ quę signum,quo nummi cuduntur,nota uocatur.Et Nummi Iani argentei,Bigati,quadrigati, & uictoriati,parte vna Iano gemino,altera uero,Biga uel quadriga, & uictoria interdum signati, multosque habeo ego. hinc Nummarij Iudices dicti fuere,pecunia corrupti.Et nummisma,census,Cęsaris nota signatum,quo cẽsus seu tributũ soluebatur.iuxta illud Euangel.Ostendite mihi nũmisma Census.Et Nummisma Petillij,Capitolini,qui l.Iulia peculatus,siue furti accusatus, corona è capitolio sublata,iudicio absolutus est. Nec ultimo loco omittendum,quod tria requirere videtur,Metallum,formam,& põdus. quod & nostri adnotasse quoq; videtur in l.i.ff.de cõtrahen.emp.Et quod à nummo deriuantur etiã poscinummia , & negocinummia , idest basia meretricia .

NVLLVS.

Mitto quod dictio hæc sit vniuersalis negatiua ut dicũt nostri.l. nulli.ff.quod cuiusque vni. no.l.nulli.C.de sen.ubi ego in ęquilib.multa.Et quandoque exponatur nullus idest aliquis.l.ii.§. i.ff.de uer.ob.fictum nomen tamen fuit Vlyssis, vt Polyphemum obcæcaret,(historia nota est). & dixi satis supra.Nemo,

NVTRIX.

Acca Larentia,Romuli & Remi,nutrix,supra meretrix.Cyri Canis. Iouis capra(ut fabulantur poetæ)& Cerua Telephi.& aliorũ,alia id genus plura,de quibus nos alibi satis. Non omittentes tamen,quod nutrix Grece, Mæa dicitur, et Męotis insula quasi ponti mater.

NOTARIVS.

De notario,qui etiam tabellio dictus est , & seruus publicus, nostri sæpisime , mentionem faciunt,quod hic scribere superuacaneum mihi videtur , utpote notißimum omnibus. Verum sciendum est,quod actuarius aliàs,ab actis etiam appellatur,sicuti Notarius à notis , quanquam dixerint alii,qđ verbũ Latinum non est. Romæ tamẽ ab hoc idest à notis (ut dixi)Notarii ortũ habuerunt.vnde Catonis Oratio,in Senatu aduersus Cæsarem,scripta est. Cicerone Consule, scriptores adhibente , uelocißimos , qui notas Catonianas colligerent, multarum literarũ uim habentibus.

habentibus.ideo uel notarium, uel tabellionẽ, uel seruum publicum, uel actuarium dicamus, non ab re quocunque modo dictum, sanè benè dictum erit.

NOTA.

Notis utebantur exceptores, idest librarij, & (ut nos dicimus uulgo) scriptores, & copistæ. Aristoteles Simbola vocat, nos Zifras, uulgo rursum abbreuiationes. quale illud. D.E.R.I.C. hoc est de ea re ita consuluerunt, de quibus nostri in l.hæredes palam in §.sed si notam.ff. de testa.& in l.Lucius Titius.ff.de mil. testa. & in l. inter eos.ff.ex quib.cau.ma.& in l. sed addes in §.fina.ff. loca. & in §.deinde ad fi. in authen. de defen.ciui.& in l.sed cum patrono.in § fi.ff. de bo.po. Cui simile est. V.R. voti reus. V.S.L.M. Votum soluens lubens merito. Et notissimum hinc est, apud Antiquos, & præter hæc.C. condemnationis, A. absolutionis, notas quoq; fuisse. Imò quod N.& L.utebantur quoque, quãdo sibi de causa non liquebat. appellanturque Venetijs suffragia non sincera. Græci adhuc prędictam literam A. Calculum dicebant Αχυρον καδισκον, quem in amphora mittebant, eratque (ut dictum est) absolutionis nota. Nouem sic scribuntur.ix.ablato uno ex x.ergo ablatis duobus, si octo dicere uolueris, sic scribere oportebit iix.Signum quo nummi cuduntur, notam uocamus. Notis signabantur serui in fronte, sic L.S.S. Lucij Sempronij seruus. Et Hospites ingrati, ut: Miles à Philippo olim Macedonum rege sic H.I.hospes ingratus.l.diuus.ff. de ser.fug. aliud est etiam & insuper exemplum, litis estimandæ, & examinandæ, sic. A.L.E. arbitrium litis ęstimandæ, arbitrium litis examinandę. Item. A.L. alia lex. Al.iii.L. Alpinæ tertiæ legionis. Nota repulsæ, quam seruat Curia Cæsaris hoc tempore, est.nihil, de quo ego alibi fusius.per notas scribebat Cæsar familiares, sic structo literarum ordine, ut nullum uerbum effici posset, & quartã: elementorũ literã, idest. D.pro A.& perinde reliquas cõmutarit. Erãt & notę ius dicẽtis huiusmodi, I.D.P.iuri dicũdo præest, siue præfuit. Nota hęc *Credo*. vnà cũ alijs opusculis, olim Carolo v.Imperatori, à Francisco Alũno, uiro alioquin doctissimo, mihique multa familiaritate coniunctissimo, præsentatã fuit, à quo interrogatus, quid sibi vellet nota prædicta, nõ aliud, Serenissime Imp.respõdit, nisi istud unum. Carolus rex erit dominator orbis. risit Imp. & magno munere donans cohonestatus est. Hæcque de notis dicta sufficiant, si id vnum tamen adhuc addatur. L. L. L. M. M. lacerat lacertum Largij mordax Memmius.

GYMNASII SCHOLASTICI
Mantuæ, ac Secundę Classis,

FINIS.

GYMNASII SCHOLASTICI MANTVAE,

CLASSIS TERTIA ET VLTIMA.

OBSTETRIX.



SIBI FVIT Beata uirgo & mater, inque momento natus est Christus, usque adeo ut nec aliarum muliercularum auxilium intercesserit, sique oppositum alicubi scriptum inuematur, mendacium est, ab omnibus respuendũ. obstetrix alias suscipere dicitur paruulum uagientem.

ORIGENES.

E monte genitus est, nanque græce ορος mons dicitur, & γινω genero.

OCTAVIA.

Soror Octauij Cæsaris, dimissa Fuluia à M. Antonio ducta est, quæ etiam postea repudiata est, cum Cleopatrã Aegypti reginam deperiret.

OPPEDERE.

Est ventris crepitum facere, in alterius contumeliam. Vnde Hora. hinc.

uin tu,
Curtis Iudæis oppedere?

OSCI.

Italiæ populi male audiebant, turpissimique habebantur, qui olim obsci dicebantur, propter libidines obscœnas, quæ apud eos increbuerant, quod ironice idẽ Hora. hoc Hemistichio sentit.

Messi clarum genus Osci.

OBLIVIO.

Vt tinea uestibus, rubigo armis est, sic est literis obliuio, nanque omnia inficit atque consumit, nisi frequenti discutiantur studio, et exercitatione detergantur. tanta lyncibus (ut memoriæ proditum est) ut si edentes respiciant prioris cibi obliuiscantur, & alium quęrant. Obliuio cedis à se natu decreta est, occiso Cæsare, quia regnum affectabat. Obliuionis discordiarum lex erat olim Amnestia, à Thrasibulo sancita. Mortuo Domitiano Senatus censuit, eius memoriã obliuioni mandandam, ut pote crudelissimi, & immanissimi tyranni. non secus ac Euthicetis damnosam Valentinianus, & Mar.in l. quoniã. C.de epis, & cler. & (quod scitu dignum est) annulum

nulum obliuionis reliquit Moyses in Aethyopia vxori ut sui obliuisceretur, in Aegyptum reuersurus,alterum sibi(astrorum enim erat peritissimus)impoluit memoriæ. sensumq; ipsius adeo amisit orbilius Beneuētanus,ut sui nominis obliuisceretur pariter.diceretur q; vulgo.Otbili vbi nam est literarum obliuio?

O H E.

Vox est hęc q̃ satietatē designat vnde Iuuenal.
Corpus eget,satur est,cum dicit
Horatius Obe.
Et Martial.
Obe iam satis,obe libelle iam peruenimus usq;
Ad vmbilicum.

O P I S T O G R A P H V S

charta est ex vtroque latere scripta de qua in l. charte.ff.de bo.po.se.tab.ego met alibi satis.

O B E D I E N T I A.

Omnes principes obedire episcopis, Beatus Petrus præcipiebat,dicunt nostri,& legitur in c.omnes,de maio.& ob.Seruus obedire non debet dominnm,si turpe aliquid sibi imponat, hominem occidat,uel furtum faciat.l.seruus. ff. de actio.& ob.alias viro optimo & sapienti obediēdū est.Petrus Ap, qui Cephas quoq; dictus est, primum Simon,appellatus fuerat,quod obediēs interpretatur. Et sicut in potestatibus societatis humanę maior potestas minori ad obediendum præponitur.ita præponitur Deus omnibus. c. quæ cōtra.viii.dist.Et quod obedire fructuosum sit docemur exēplo Petri,& Andreæ fratris, quī lausbant retia ex quo nihil cœperant,Iussi tamē à domino ea laxare statim copiosam multitudinem piscium cœperunt. Verus obediens,moras nescit nec mandatum procrastinat.Bethania domus Obediētiæ tenet figuram ecclesię militātis. Obedire rursum legibus edictis & mandatis oportet, ne in legem , edictumque incidamus. Manlij historia nota est.Ad quod illud etiam facit Mandati fines custodiendos esse.l. diligēter. ff.man. Attamē Capua capta. à Q.Fuluio.Et Appio.Cl.Coss.cum senatus Campanorum esset ad palos deligatus,ut securi ferlretur,literas à Ro. missas eis parcendum,antequam legeret in sinu. posuit Q.Ful. & lege agi iussit suppliciumque peregit,forte quia lęsę maiestatis crimē erat.Verum(vt cunque sit) parent facilius, pastoribus armēta,quā principibus suis homines. Aegyptii insuper Beatos eos existimabant,si quando legibus obediuissent.ab homine Deo rursum necessaria,quia sic alia oīa omnino faciūt, ecce nutu, Dei,cāpi florēt.terra imbribus fecūdāt frōdibus crispant Sylue,& arbores.Cytharizāt & pltrepūt auiculę vndique.Concordiam in Angelis conseruat. Pacem nutrit in Monachis. Tranquillitatem generat in ciuibus.Haud ignorantes, quod Lucifer, inobedientia, Cęlum amisit.homo paradisum. Saul regnum , & Solomon diuinum amotem .

O C C A S I O.

Male cogitantibus nihil deest,præter occasionem.prouerbiumque Gręcum est.Malis scilicet nihil deesse(iterato dixerim)pręter occasionem Aliàs & communiter,pluta negotia,opportunitate Occasionum,quam uiribus recte esse confecta,legimus,Quam ob rem Cice. non differendum dicebat,sed quam primum inferendum bellum fuisse olim Antonio,post Cæsaris mortem ad quod illud etiam vulgatum facit.

Rumpe moras,nocuit semper differre paratis.

O F F I L I V S.

Iurecon.Seruij Sulpitij Contemporaneus qui etiam temporibus Ciceronis floruit & de quo in l.ii.ff.de oti.iu.

O B O L V S.

In demortui ore,poni olim solebat,Charonti dandus,quod maxime Græci fingebāt. postea id seruarunt quoque Aegyptij.vnde Iuuenal.

Infelix,nec habet quem porrigat ore trientē.

Et hinc homo diobolaris idest nilis, quasi duobus obolis ęstimatus. vel triobolaris, tribus obolis.

O B S C V R V M.

Stultum hominum genus eorū est qui de his gloriantur,quę nec ipsi nec alii intelligunt. Cui dici etiamnum potest, amice.sepiæ atramentum effudisti,& tenebris obscuritatem iniecisti.hæc tus sanè scripta præter Sybillam leget nemo.Heraclitus Ephesius nullo pręceptore usus,Obscuritatem affectauit in scriptis cum tamen posset rem perspicue explicare. hinc Aenygmatistes dicitur,qui per Aenygmata loquitur.resque(data opera) claras obscurat.Deque obscuris non obscure differere difficile est.Vnde qui obscura & abstrusa penitus declarando profert in lucem, Cerberū (ut est in prouerbio)ab inferis extrahit,& quasi spectanda proponit.Et aliàs omnis nostra cognitio,multis est obstructa difficultatibus, eaque est in rebus ipsis obscuritas , & in indiciis nostris infirmitas.

O M N I M O D O.

Dictio hæc,est pręcise significationis.l.præcibus ibi,ad te omnimodo eius pertinent successio.C.de Impub.& aliis substi.l. qui autem §. si quid,

quid,& ibi glo.ff.quæ in frau. cred. clem.i. ibi omnimodam iurisdictionem,de fo.comp.l.omnimodo.C. de inoffi.testa.

OPPIDVM.

Oppida forte sic appellantur, quod eò opes homines conferant. Vel ab ope quod muniantur opis causa. Vel quod opere muniebant Mœnia. Beneuẽtum oppidum ita uocatum est, quia Græci ipsum prius Maleuentum uocabãt,mali Ominis argumentum,de quo suo loco satis.est etiam nouissime Rubi Campaniæ à quo Virga Rubia dicta est.vnde Virgil.

Nunc facilis rubia texatur fiscina uirga.

Et Hora.

Inde Rubos fessi peruenimus.

De Beneuento uero ibidem sic.

Tendimus hinc recta Beneuentum:
Vbi sedulus hospes
Pæne arsi,macros dum turdos uersat in igne.

ORCVS.

Antiqui orcum,vrgũ uocabant,quod is Deus fabulose nos maxime urgeat.quod Orcus dicatur tamen Hora.alibi sic testatur.

Si metit Orcus.
Grandia cum paruis non exorabilis auro?

ORESTES,

Matrem occidisse fatetur,quippe quod & ipsa patrem occiderat suum . aliàs defensionem peruerteret,nisi facti rationem attulisset,& nullæ (vt dicimus nos) iudicis forent partes nisi in condemnando.l.proinde.ff.ad legem Aquil.

OTHO IMPERATOR

mollior fœminis.

Quod nec in Assyrio(inquit Iuuenalis)*pharetrata Semiramis orbe,*
Mœsta nec acciaca fecit Cleopatra Carina.

Is qui Galbæ in Imperio successerat cum exta parum fœlicia vidisset sacrificans,hoc prouerbio vsus est. *Cur me oportebat longis tibiis canere?* in eos qui ea faciunt, quæ sibi sunt inutilia.pessime vixit, honestissime mortuus est. Imperium magno scelere inuasit,virtute maxima deposuit.reliqua Tranquil. & Dion.

OCVLVS.

pro eximio decore vsurpatur. nanq; aiunt hinc, quod Hiero,erat Siciliæ oculus. Et Adrastus,militiæ.In oculis consistit omnis phisionomiæ perfectio.Oculi sunt tanquã flores animæ. per oculos anima emicare dicitur.Animus in oculis introspicitur.Oculus est cordis nuntius. Et cœlestis iustitiæ,videt quicquid fit, etiam in locis disertissimis.Oculus prudentiam,designat,vt manus fortitudinem. Oculos fideles etiam vocat Hora. quia quæ videmus magis fidem faciunt, quam quæ audimus.Et oculis conniuentibus,aliquid permitti,dicunt nostri,hoc est quasi nõ videntibus.l.iiij.ff.de manumissio. Vel tumentibus si aliquid appetamus. Oculus insuper via est,ab oculi ictibus,vulnus delabitur, & in præcordia viri viat,iuxta illud.Si nescis, oculi, sunt in amore duces.Amor nascitur ex aspectu. Glauci seu Cerulei,dolosorũ hominum.Et si formosi fuerint in muliere,tota formosa dicetur.Oculus rursum mens est,manus appetitus animi. Oculi Lyncei acutissimi.sunt etiam dolores oculorum puellæ Persicæ dicebat Alexander filiarum Darij pulchritudinem videns. vnde sibi oculos ademit Democritus, tanquam omnium malarũ cupiditatum autores.Seres vero pretia rerum oculis æstimant. Et Antonius in Senatu, ciuium, Senatorumq; cedẽ oculis designabat aliàs.Oculum in Apenini iugis amisit Hannibal. Inq; pugna Cimbrica Sertorius. Oculus fructuarius,est flos vitis,fructum ostendens.Et(aiunt vulgo)in hominis capite, dignitatem ipsius consistere,reuerentiam in oculis cõtemplari, & in facie quidem maiestatem quandam (factus enim est, ad imaginem & similitudinem Dei)repræsentari.

OMNIS.

Syncathegoreuma est,hoc est signum consignificatiuum,& uniuersale,purum, ut quilibet, nullus,& simile,impurum uero, semper ubique nemo,nihil,nusquam & nũquam,& restringi solet.l.inter oẽs.ff.qui satisda.cog.l. qui autem.§. fi.ff.de consti.pe. non semper habens uirtutem uniuersaliter operandi, ut dicitur in l. Iulianus. ff.de leg.iii.nanque locutus est Moyses ad omnẽ Israel, & tamen maioribus tantum intelligitur. Item alibi legitur,& accessistis ad me omnes,cũ tamen non accesserint nisi aliqui ex parte omnium.cætera ego met alibi satis.

ONESIMOS

Vtilis sonat. Græce Ὀνήσιμος. Verba enim Pauli sunt, sic dicentis.obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis,Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit,nunc autem & mihi & tibi utilis.

OPICVS

Rudis & incultus dicitur, ab Opicis Campaniæ populis.de quibus alibi Iuuenal.

Et diuina Opici rodebant carmina mures.

OCIVM.

Ocij non minus quã negocij habenda est ratio,

tio,ex quo multa mala docet. Maiores enim nostri, nulla alia in re quam in honestis actionibus felicitatem esse putabant, in ocio autem degere infelicitatem maximam esse dicebant. Vnde ocio condemnati, capite plecti debebant, Draconia lege, quam tamen ut asperam & sanguinariam correxit Solon. Ocium insidias parat, dixit Pysistratus in foro ambulantibus, iubens eis, aliquid facerent, id omnino uitantes. Hercules sapientiã propriam per totum terrarum orbem mar eque propagauit. Feras sustulit. Tyrannos ad sanitatẽ mentis redegit. homines ex seruitute in libertatem uindicauit. Libertatem muniuit legibus. Iustitiam fundauit. inuentor legum. Castigator uerborum, moderator actionum. is enim si uitam à laboribus abduxisset, ipsius loco Sophistam haberemus. immeritus qui Iouis sit filius & appelletur. nec pulcher Athleta, qui sine sudore coronari contendat. Ocio marcescere iactura temporis nil turpius, quo fit ut Cato ille maior moriens, non ab re si aliquando suo ętatis cursu nil dignum uita peregisset, conquestus est. Telluris inutile pondus, ociosum poeta intelligit. molestumque ocium pedes podagrici. Diana rursum Virgo dicitur, quod minime fuerit ociosa. Ocia enim si tollas (inquit adhuc poeta) periere cupidinis arcus, sicque Venus etiã apud Lucianũ, locuta Cupidini. Cur Dianã nõ feris nate? quia illã exequi (respondit) nõ valeo erraticam, fugacẽ, uagam, & Montiuagam. Ocij pœne erat infamia, conuicti uero tertio, honoribus mulctabantur. Et certe difficile est alere hominem ociosum, multo difficilius totam domũ, omnium uero difficillimũ totum exercitum, dicebat Cyrus. Imò quod seruile est, delicate in ocio uiuere, tolerare labores uero, regium quiddam. Ociosus non fuit Hãnibal, nec alij illustres uiri, Cęsar, Scipio, Marius, ideo magnum sibi etiam nomen compararunt. Et si ignauia atque socordia uituperio digna est, eo magis laude prædicanda erit industria, & in laboribus alacritas. Annonam gratuitam miles comedere non debet. Nec manducabit (dicunt etiam nostri) qui non laborabit. l. quamuis ff. de dam. inf. propter ocium, Capuę nulla est urbis forma. Corinthus deflagrauit. Numantia deleta est. Carthago euersa funditus. & ociũ denique fregit M. Antoniũ. Vnde Chilõ ille Lacedęmonius, tria difficillima esse dicebat, iniurias tolerare, arcana reticere, & ocium recte disponere. Est verum tamen, relaxationem quandoque fore necessariã, defessatumque ingenium, honesto aliquo ocio reficere. nanque primarum horarum diei partem meliorem. l. ii. ff. de verbo. si. negotiis feriis occupabãt Veteres, reliquas uero quæ supererant, cõuiuiis ludis ac iocis, absumebant. Et vere (ut ille ait) si nunquam cessas tendere mollis erit, Quod caret alterna requie durabile non est. exhauriturq; natiua fęcunditas si citra intermissionem arua colantur feminaque illis mandentur semper, letiorem uero segetem, uberioremque fructum producunt, si post frugum prouentum respirandi spatium, (ut fieri solet) et virium recolligendarum detur. Et (ut supra dictum est etiam) prouerbiũ fertur huiusmodi. Rũpit funiculum qui nimium tendit. Nec sibi aliud olim uolebat Vacuna illa Dea, quam hac de re, colebant Ro. homines, nisi ut ocio aliquo honesto, animũ quoq; relaxarent. habuerunt que hinc post graviora studia magni scriptores nõ nihil, in quo lasciuirẽt. de senectute. de febre quartana, de iniustitia, de capillicio, de Caluitio, de musca, de Culice, de morbo gallico, de ilusitia, de pulice, de talpa. Et si non indignus sum ego non inter hos connumerandus, sed ut assecla scribendus & nominandus, de duello, lingua Italica, deque aliis quã pluribus. quę sub incerti autoris nomine circũferuntur prẹter commentaria iuris, cum pontificij, tum Cæsarei, sanè multa.

ODIVM.

Omne iudicium excęcat. Vatinianum magnum est (à populo enim ludis gladiatoriis olim lapidatus est. Vnde Catul.

Nisi te plus oculis meis amarem,
Iucundissime Calue, munere isto,
Odissem te odio Vatiniano.) tamen dimittẽdum est, Iniuriaque remittẽda ab homine Christiano, et inimico ignoscẽdũ. Et nihilominus aliqui sic liuore & odio sunt obcęcati, ut minus uideant quam talpæ. Et ad odii propositum.

Oderunt peccare boni, uirtutis amore:
Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.

hinc præcipimus & docemus auctoritate magis, hoc est persuasione quadam cuiusdam excellentię de nobis. Imperamus autem, ui quadam, cum necessitate parendi. Hinc auditorem habemus ultro attentum, hinc facimus uel inuitum.

ORATOR.

Vt optimus est iaculandi artifex, non cui pharetra sit gemmis distincta, & arcus quam maxime insignis, sed qui certissima manu, scopum ferit, ita summi Oratoris munus absoluit, quisquis quod vult persuadet. Orator orando probatur, hinc ut philosophus tacendo. λογιοι. Oratores & historici dicũtur, qui res polyticas conscribũt vel narrant. in Oratore inuentio disponit, dispositio docet, & eloquutio delectat. In Thucidide est breuitas, in Herodoto candor, in Demosthene grauitas, in Lysia elegãtia, et in Isocrate suauitas. Oratorum genus, triplex. Atticum, Asianũ, & mixtum, quod Rhodium est. Orator rursum est qui rogat. exorator q impetrauit. Cacozelus oratione soluta & delicata, ut Mecænas. Antiquarius uero, qui uoces priscas & antiquas aucupatur. Fuit etiam Heraclitus qui σκοτεινος cognominatus est, ex quo omnia flebat, ob styli & orationis,

orationis, obscuritatem. Cicero eloquentior fuit, Varro eruditior. Orator debet esse ornatus eloquendo, facilis inexplicãdo, & potens in persuadendo. Oratoris officium est vera loqui, iudicis vero mentem adhibere num iusta vel iniusta dicãtur. Orator multitudinis seruus est Diogenes enim in Caupona prandebat Demosthenem prætereuntem inuitauit cui cum renuisset, tibi indecorum non esse respondit, cũ nulla dies prætereat, quin dominus tuus introueniat, populum intelligens, & de plebe singulos. Optimus artifex est, qui pro causæ dignitate dicit idq; non peruulgata sed exquisita ratione facit. Eloquẽtia fuit Carneades rapida & violẽta. Critolaus tereti, & eleganti, Diogenes modesta & sobria. Cicero vim habuit Demosthenis, copiã Platonis, & iocunditatem Isocratis. Et si Orator ineptus fuerit, plures habebit dormientes, quàm qui auscultabant. Oratio est imago ingenij vitæq; totius, inque orationis veritate magnum præsidium oratori. Et in orationibus pondus rerum pluris fieri debet, quam verborum cõcinnitas. in quibus etiam prolixitas, vt in epistolis breuitas laudatur oratione adhuc, potissimũ præstamus, cæteris animantibus. qua sapiẽs quoque à stulto discernitur. Facosaq; Græce χαριεντισμος dicitur. Oratione rursum varie afficitur quis, nunc grauiter ferens, nunc indignatur, sæpe non credit, interdum admiratur. Blandaque habet suum venenum triplex, in voce, in scriptis, & in mente tamen. Caueat insuper, Orator ne oratio sit magno verborum instructa lenocinio, nulla subiecta sententia, quoniam erit similis Vulpi, quæ domum Histrionis ingressa, cum singula eiusdem instrumenta pertractasset personamque egregie ornatam offendisset, ò pulchrum caput dixit sine cerebro. Oratio aliàs, quasi furari videtur, adeo tacite in hominum animos surrepit & influit, vt eos quocunque velit trahat, & ab eis quod velit, extorqueat, vnde etiã Mercurius fur dictus est. Verum est, linguam nobis à natura datam fuisse non ad pestem perniciemque hominum, sed ad salutem potius. Oratio quasi equus retrahatur, ne si os effrenatum habeat dicendi concita impetu ab asino (vt prouerbio ferunt) excutiatur. Oratio est species quantitatis discrete. Optima rursum quæ ita cõgruit rebus, vt componi vestis, vt gladio vagina videatur. Oratio & ratio, arma sunt hominis ferro acutiora. quæ ratio fonti, oratio vero riuo, inde profluenti comparatur. Vtraque communis societatis generis humani, vinculum. Nuda & simplex (vt paulo ante dicebam aliter tamen) pulchrior quàm fucata, vt mulier nuda quàm purpurata. Vniuersalis, cui præponitur vniuersale signum, omnis. particularis, cui particulare, quidã. Indefinita, cui terminus communis, homo, hæres, filius. singularis quando nomen propriũ Titius. nostriq; sic dicunt, Bar. in l. si ita. nu. 1. ff. de lega. ij. vt sermo præcipua mentis est imago, mens vero purissima esse debet, sine dubio orationis puritas bono viro præstanda est. Oratiq olim Hieronymi Nigri, spirabat, & spirat (multiplex enim impressa est) Heroicam Maiestatem. Imo tanta eiusdem erat ex tempore, dum esset in viuis, vt ex scripto illum dicere credidisses. Dicendi (iterato dixerim) genera sunt quatuor. Copiosum, breue, siccum, pingue & floridum. Ciceronis primum est. Salustij secundum. tertium Frontonis. Plinij Iunioris, vltimum. Stili dicendi duo. Maturus, & grauis. qualis in Crasso. Ardens, erectus atque infensus, Marci Antonij. Vtrunque Virgilius habuit. Orationem aliàs quæ friget, quæque actu vitaque & vigore caret. Nugas canoras vocat Hora. Eam vero quæ sibi parum cohereat, nec aliud ex alio sequatur, vt Senecæ, arenam sine calce vocabat Caligula. Et scopas dissolutas Cicero. Vnde verborum tanquam hybernarum niuium increbrescentem magna voce edidit Homerus. Oratio pressa melior est, quam exuberans ac tumens non secus ac corpus, quod si pressum sit, sit etiam sanum necesse est, tumidum vero malis distentum humoribus. Dicendi adhuc duo genera sunt, Gymnasicos & Dogmaticos in priori vaga est disputatio, in sequenti aperta frons esse debet. & (vt ita dicam) ingenuitas necessaria est. Oratio est oris ratio. Conciliatrix maxime, humanę societatis. mentis interpres. quę rursum, ceu animal quiddã esse debet, suum habeat corpus, quod neque absque capite sit, neque pedibus careat, sed habeat media atque extrema, sibi inuicem conuenientia. est etiam oratio deuota mentis eleuatio ad Deum cum impetrandi affectu. esseque debet pura, humilis, & spei, ac fidei plena. Eius virtus impetratio veniæ. Augumentum gratiæ. Victoria inimicorum. Tribulationum solatium. & Paradisi acquisitio. Nec debet interrumpi tractatione rerum temporalium. Est etiam orandi ordo, primum humiliter se excusare. secundo Deum suppliciter exorare. tertio in fine gratias agere. Oratio tria requirit vt exaudiamus. Salutaria requiruntur, sine intermissione. & pro se. Orauit Christus ante passionem, quod tamen fieri non debere nouerat, vt humanitatem ostenderet, optarique aliquid secundum naturalem appetitum. vt ostenderet rursum velle nostrum semper diuinæ voluntati subiiciendum. & nos semper confugere debere ad Deum, & semper orare debere. quo nihil melius, nihil præclarius, nihil laudabilius, & nihil denique Deo gratius. iuxta illud Euangel. quis ex vobis volens ędificare turrim, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt. Dum enim in equuleo, Aurelianus Imp. Alexandrum Pontificem torqueret, nec responderet, interrogatus cur id faceret, quia oratione Christianus (inquit) cum Deo loquitur.

O B T R E C T A T O R E S.

Dismenidę vocantur ab Aeliano, de quibus nos

nos alibi satis, huiusce nominis tunc tamen non recordati.

OBSECRATORIA.

Formula multiplex est, quod sanè multis in locis videri potest, nunc tamen aliquā tibi exempla afferam. & rectè hinc dictum putabis, si dixeris sic. Obsecro te per amicitiam nostram omnibus modis sic agas ne isthic M. abfuisse videatur. Fac me diligenter amicis commendes præsertim illis vt scis, quorum cum isthic essem suauissima consuetudine magnopere delectabar. Obsecro te per tuam immortalitatem quæ te tuosque omnes, haud dubia manet. Oro te per Christianam charitatem, per sanctissimorum studiorum communem amorem, per vtriusq; famam &c. Rogo amare pergas M. tuum. Te rogo posthac ne me tam inuidiosis titulis oneres. Te obtestor, per tuum sacrorum studiorum amorem, per tuam pietatem Episcopo dignam, & per nostram amicitiam. Te rogo vt M. tuum in amicorum tuorum albo ascribere digneris. Per fortunas tuas, per liberos oro, obsecro ne quid grauius de salute & incolumitate tua consulas. Ego te plane rogo atque ita vt maiore studio, iustiore de causa, magis ex animo rogare nihil possim, vt Onesiphoro seruo tuo, (nihil enim mali fecit, quanquam suspiceris, fueritq; tibi, iniustè accusatus) ignoscas, & parcas.

OBLIGATIO.

Obligatus seu obstrictus, fide aut fideiussione, vadatus aliàs dicitur, omnis obligatio (dicunt nostri) est odiosa. quodque quandoque factum, quandoq; obligationem notat. factum, si statutum dicat quem decapitari si fecerit duo homicidia. obligationem, pro duobus homicidiis. Fusè Bal. in statu. homicidium, nu. 4. Obligamur hinc quoque lege, honorario iure, necessitate, facto, re, verbis, re & verbis. l. obligamur. ff. de act. & obli. Obligatus quoque nodis vinculorum intelligitur. destrictus sine. Est etiam obligatio naturalis, quando quis tenetur eo ipso quod locuples fit cum alterius iactura. l. nam hoc natura. ff. de cond. indc. quandoque habet originem ex consensu, vel ex pacto nudo, vel à iureiurando, vel si promittatur ei, qui alteri stipulatur. Et quandoque, cum ex maleficio, quis obligatur ad pœnam. & fusius vt per Bart. in extrauaganti ad reprimendum, in verbo denuntiationem, col. ij.

ORNO.

Ab hoc verbo, ornare, ornamentum, & ornatus deriuatur, ornatrices igitur Græci κοσμηντας vocant, de quibus in l. legatis seruis, in §. ornatricibus. ff. de lega. tertio, sunt etiam Vestispicæ puellæ, quę vestes domineę custodiunt. Hinc Iuuenal. de Cosmetis.

ponunt
Cosmetæ tunicas.

Et κοσμεω quod est orno, & κοσμος ornamentū.

OSCVLVM.

Officiorum est. Basium pudicorum. suauium libidinum. pro osculo præbere manum insolentię & superbię signum est. Et longe magis si pedem, vt olim Caligula Pompeio. Quorum alterum tamen Episcopis facere licet, honestumque est, & Sacerdotibus, manum sacram habentibus, alterum vero Pontifici Maxi.

OPPOSITA.

Iuxta se posita (dici solet) magis elucescunt. vnde Pictores tabulis vmbras addūt vt insignius emineant. Et matronæ quædam callidę quo magis commendent oculis intuentium formam suam, per se egregiam, pedissequas parum formosas secum ducere consueuerunt. Cætera ego alibi fusius.

O.

litera hęc, apud antiquos non erat in vsu, nec g. vel v. ω. vero, facit syllabam productam, & hinc μωρος stultum dicimus, per ω. scriptum. Et clamātis vox est, iuxta illud Iugurthę. O vrbem venalem cito perituram, si emptorem inuenerit. Vel Hora. dicentis sic.

O rus quādo ego te aspiciā? quandoq; licebit
Nunc ueterum libris, nunc somno & inertibus horis,
Ducere sollicitæ iocunda obliuia vitæ?

Vel sic. O necessitas abiecta nascendi, viuendi misera, durissimaq; moriendi. O spectaculum miserum atque acerbum. O magnum atque intollerabilem dolorem. O grauem, acerbamque fortunam. O nomen dulce libertatis. O ius eximium nostræ Reip. O casum multis innocentibus calamitosum, atque funestum. O nequitiam atque turpitudinem singularem. Et simile quiddam.

OPTIMVS.

Traianus vir optimus à Senatu iudicatus est. Vnde hinc Nūmisma eius has habet literas. S. P. Q. R. optimo principi. Item P. Scipio Nasica. Et Cato sapientissimus. Optimum est etiam, bene valere, formosum esse, & diuitias habere nulla fraude partas.

OPES.

Non tam amplas habeat quis, quàm iustas, &

(vt dicebam proximè) sine fraude partas. Cinyras Cypriorum Rex, Veneris Sacerdos, diues, prouerbio locum dedit. Cyniræ opes. Virgis famem etiam Græci ex ædibus eiicere solebant, dicentes, foras famem, intro diuitias atq; sanitatem. Poeta lyricus tamen, Hora. aliter dicit. Stultitiam scilicet, patiuntur opes. Et Cice. quod fortunæ ludibria sunt diuitiæ, potentia, & principatus.

OFFICIVM.

Si quæ officia in aliquem collata fuerint, ea commemorare ineptum est. Officium est actio probabilis à causis honestis & vtilibus, natura duce orta. Inque eo colendo omnis vitæ honestas sita est, & in negligendo turpitudo. Estq; honestum aliquod obsequium, sicut homo officiosus, qui libenter seruit aliorum commodis, quod tamen quandoque capitur pro magistratu aut munere publico, vt apud nos, de offi.consu. procon.& similium. Officium rursus ab efficiendo dicitur, ab eo, quod quæritur, quid efficere vnumquemque conueniat pro conditione suæ personæ. Et quasi opericium. Et officium quod faciendum sit, finis propter quod sit faciendum. Calumniatoris est verba & literas sequi. Iudicis, mercenarium est, & nobile, vt nostri dicunt, nobile quandoque ius commune coadiuuat. quandoque impugnat. & not. in l. j. ff. de iurisdi. om. iudi. Mercenarium quandoque deseruit actioni, quandoque eidem repugnat. Officij sui quisque partem tueri debet, namque Iuno nuptiis præest. Mars bellis. Pallas disciplinis. Vulcanus fabris. Neptunus nauigantibus. Et Iupiter omnibus. Dicimus etiam hinc vulgo. officium suum nemini debet esse damnosum. Iudex non impartitur officium suum, nisi requisitus. Iudex lata sententia, bene vel male functus est officio suo. officium Iudicis nullam præsupponit obligationem. Officium paternum est dotare filiam. officium aduocati est honorabile, procuratoris vile. Et huiusmodi tabellionis. l. sed & si quis. ff. quemadmodum testa. ape. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. l. iudex posteaquam. ff. de re iudi. l. qui per collusionem. §. fin. ff. de act. emp. l. fin. C. de dot. pro. l. post duos. C. de aduo. diuer. iud. l. si quis. C. de decu. lib. x. si Cice. ad propositum libro suo de officio, dixisset, melius fecisset, quam dicere de officiis, ex supra dictis.

ORDO

proprie concilium est congregatio & Collegiũ. Et ars hominum, quæ nos ad fatalem ordinem trahit. Et sine ordine aliquid factum dicimus per Satyram. Et quod in confuso ordine nihil pulchrè esse potest. Et quod est consequentia, seriesq; rerum præcedentium, & sequentium. Et amplius vt genitores imperent natis. Ignobilibus generosi. Iunioribus seniores. Domini seruia. Potentiorea imbecillioribus. & prudentes ignorantibus. Et quod omne inordinatum est confusum. §. inordinatum, in auth. de hær. & fal. Vnde non debet poni carruca ante bouea. c. nullus, vbi glo. de reg. iur. in vj. Et quod sapientis est ordinare, atque in verbis, factis, & scriptis, se ordinate habere. Ordo ad conuenientiã quandam quod ordinat redigit. Et vnà cum modo materia temperantiæ est. Appius Claudius Censor libertinorum filios, in Senatu legit, isq; ordo videbatur inquinatus indignis, igitur Consules anni sequentis in Senatu legendo obseruauerunt, qđ à Censoribus proximis obseruatum fuerat. Syntaxis à συντάττω quod significat ordino, cõstruo, nomen habet, inde Syntaxis (vt dixi) idest cõstructio. Digerere est ordinare, vnde M. Varroni cura demandata est à Cæsare, voluminum digerendorum, & Bibliothecę. hinc ffrorum nostrorum libri, in quibus legea digestæ, & ordine positæ sunt. Ordo in Romana militia triplex erat, Senatorius amplissimus, equestris, & plebeus. idẽq; quod status est, ordo, vulgo. Stæchades insulæ, tres propter ordinem sic sunt nuncupatæ. Et quia Græci στοῖχον ordinẽ dicũt. Imò bruta quędam etiam in suis quasi structuris & opificiis natura tamen, non ratione, certum ordinem obseruant, vt aues, apes, & aranei. Et breuiter, quãquã bellum ordinata non quærat, nihil est tamen, qđ magis memoriam adiuuet quàm ordo aliàs. Itẽ nihil dulcius quàm quæ multo assiduo ac longo labore, nobis quęsiuimus, miro pulcherrimoq; ordine collocemus, quasi in diligentissimi patrisfamilias domo disposita videantur. Ab ordine descendit vulgata regu. quam nostri sępissime habent in ore, ordinata charitas incipit à seipso. l. præses. C. de serui. & aqua. Ordo dirimit causam ab ordine pendentem. l. Arethusa. ff. de sta. ho. Vbicunq; est prius & posterius ibi est ordo. Ordo ponderosus, vbi consilium ibi salus, & prius consilium quàm consiliatum. Ordo est iudicij, de quo in l. prolatam. C. de sen. & interlo. omni. iudi. Mosq; sacri eloquij, tristia semper lætis in ordine prępronere. Ecce exemplum. qui seminat in lachrimis, in exultatione metet. si quis pręposterat ordinem temerarius est. Et qui ordinẽ non seruat, est sicuti nocte in ignotis locis, errãs. quique ipsam rerum naturam stare ordine putarunt, non errant pariter, quandoquidem eo confuso peritura sint omnia. est verum, quod ordo rationis potius, quàm verborum seruandus est. In ordine consideratio inest, in consideratione sapientia. Denarrare etiam est per ordinem narrare, & ordinate dicere. Et ita edictum ordinatum est, dicunt adhuc nostri, ordinem edicti sequuti. l. idem Labeo. ff. de act. re. amo. l. ij. ff. de sta. homi. arguuntq; sæpe ab ordine rubricæ, & ab ordine literæ. l. prima. ff. si

cer.

cer.peta.l.quotiens.ff.de vsuf. Ordo rursum in promotione ad dignitates & maxime ad Episcopatum, seruandus est more nautarum, qui nō ab initio nec subito gubernatorem faciunt, sed primum omnia nautica exercent, & experiuntur officia. Non omittentes postremo ordinem esse quoque coniugatorum, uirginum, & continentium.

OPERAE PRECIVM

est audire, hoc est non perdet operam, si quis est, qui audiat. Sic Hora.

Audire est operæ precium. Et alibi sic.
Sed tamen est operæ pretium cognoscere.

OPVS

Obtrectatorū latrātibus patet. Ingeniū quasi vinum probantium. Opus uenenata carpitur lingua, & Scorpius uulnere arcuato contra nos qui scribimus semper insurgit. Opus gratiose excipi debet, curiose legi, & memoriæ commendari, non infructuose. Est etiam opus culpæ, seruile, naturæ, peccatum scilicet, Mecanicum, & uitæ sustentatio. Et Amusseatum, siue Musiuū, quod nos musicum vocamus. Albarium. Gypso aut calce. Arenatum calce & arena. marmoratum marmore & calce. id tamen nec prætermittens, operario suaue fore, singula domi inuenire, decenter (ut inquit. Euripid.) disposita. Et quod forma quæ dat esse rei, dat ei operari, ex quo ocio & desidiæ non est indulgendum. Vnde terra fructificat, Cœlum illuminat, aquæ currunt, & purgant, Aer adiuuat & conseruat. igitur & homo Deum benedicat, & operetur.

OVVM.

Mūdus ouo similis est. alias pullorum uas (ut inquit Euripid.) hinc ortū prouerbium, ab ouo usque ad mala, ab ouis enim auspicabantur veteres cœnam, & malis finiebant. Item ouum ouo simile. Ouo prognatus eodē. Ouum adglutinas. Oua lunga & acuta marem edunt, rotundiora feminam. hinc Hora.

Longa quibus facies ouis erit, illa memento,
Vt succi melioris, & ut magis alba rotundis.
Ponere, nāque morem cohibēt callosa uitellū.

Et ad propositum, multi sunt maxime Monachi qui ouorum esum in delitijs habent, excusandi quia carnem non comedunt, nisi ęgri. Imò quod in cereali pōpa, olim ouum, primū esse solebat.

OSVS.

Nomina sic in osus desinentia, vitiū habent, vt alibi diximus, dicemusq; rursum infra loco suo, nūc tantū referā istud, quod religentem esse oportet, religiosum nefas, hac ratione, & quia religiosus superstitiosus dicitur, & hinc dies religiosi tristes & infames, qui ēt nefasti uocantur, & famosus tutor, famosa actio, & simile quiddam. §. suspectus instit. de susp. tut. l. non debet. ff. de dolo.

OLIVETA.

De his in l.i. ad fi. ff. de impen. in reb. dot. fac. adde nihil aliud esse nisi loca oliuis consita. sicut ficeta locus ficis consitus, de quibus ēt in sacris literis, sic. Oliueta uestra, & ficeta uestra comedit eruca. & non redistis ad me dicit dominus.

OLEVM.

Oleum addere camino (ut est in prouerbio) non aliud est, quam addere malum malo, estque Flacci, inque detractorem quadrabit. hinc Horat.

Adde poemata nūc: hoc est oleū adde camino,

Vsum olei alias, Aristæus inuenit. quod etiā & vinum simul, vulneribus sauciati sacerdos infundere debet, vinum iustitię scilicet, & Oleū misericordiæ, C. omnis utriusque sexus, de peni. & re. Estque ad Olei propositū in Scythia palus piscibus referta, ex quibus per serenum Oleū manat, in summa aqua tanta copia, ut colligi in uasa (autor Volateran. est) possit usibus aptū. Fructus tamen industrialis est, quanquā oliua nascatur. l. si eius fundi. ff. de rei uend.

ODOR.

Dictu mirum est, hocq; tantum referam quātum ad istud, quod odore arboris in Helicone monte Boetiæ nascentis, necantur homines, alibi uiuunt, quod poeta lyricus lingua Italica sic testatur.

L'un uiue ecco d'odor la su'l gran fiume;
Io qui di foco & lume
Queto i frali, & famelici miei spirti.

ORACVLVM.

Oracula dicta sunt, ex eoque appellata, quod inest his Deorum oratio, qua Apollinis Socrates, philosophus grauissimus sapientissimusque fuit iudicatus.

OPINIO

Ea uocanda est quæ idoneis firmatur autoribus. Phantastica & absurda, Saturnina. Opinio est cogitationis conclusio. Mediumque inter scientiam & ignorantiam. Opinionis amicus, Græce φιλόδοξος dicitur. Sique falsa fuerit, nihil est tam perniciosum hoībus, quā ea. Et si inueniatur apud probatos autores, oportet

quod inuenientibus etiam arrideat. Et si rursum veritas opinionibus fuerit conspurcata, non secus ac frumentum, cui cōfusum sit lolium & auenę, cribro diligentię tutanda ac detegenda est. Et qui ita facit aurum in luto quęrit, vt D. Hierony. inquit.

ORIENS,

similis est Deo, iuxta illud. Visitauit nos Oriens ex alto. Lęuumq́; Orientalis, mundi pars appellatur, dextrum Occidens. quod ascribitur etiam conturbatæ menti diuinæ, ex quo occidere facit homines, & interire peccatis.

PROVERBIVM.



AMETSI libellum conscripserimus nos, prouerbiorum, alia tamen nouissimè sunt addenda, quę ibi non inuenies, natura enim semper (vt dicere solemus) nouat depropetat edere formas. l. ij. §. sed quia. C. de vete. iu. enuclean. Et potissimum hęc, Crispinus minimo me prouocat. natum ab eo qui alium prouocat ad certamen, eique minimum digitum porrigit. illum à se contemni significans, quod eo digito possit eum peruertere. Hic niger est, hunc tu Romane caueto, idest improbis moribus. quasi dicat. Caue ne in virum qui nigro sit podice incidas. Tamdiu discendum est, quamdiu viuas. Summum Ius, ęquitate est moderandum, qua vti potuisset & debuisset Manlius. Non putaram, stultorum est. prudentis vero futura prospicere. Qui nimium emungit elicit sanguinem. l. sciendum. §. illud. ff. de edil. edic. Non è quo vis ligno Mercurius, idest non quiuis idoneus est cō templationi. Notum est Lippis, & Tonsoribus, dicunt sępe nostri. Imò Hora. est. sic formaliter idem ponentis. Seu Aristophan. in Pluto. quia omnia sciunt quæ forit aguntur, curiosèq́; exquirunt, ab aliis, qui eos inuisunt se domi continentes. Vt canis à corio nunquam abstinebitur vncto. in eos, postquam rem aliquam iucundam semel gustarunt, qui difficulter ab ea auelluntur. Spōde, at propinquum est damnum. Sponsor enim fideiussor est. dicimus nos lingua Italica. Segurtà fatta, denaro pagato. Vulpis quæ laqueos effugit, & tendiculas, iterum non capitur. nos (rursum) lingua Italica. Can scotà, soffia in forà. Metiri se quenque suo modulo ac pede, verum est. vt id vitæ genus quisque sequatur, quod sibi aptum sit. Nil intra est oleā, nil extra est in nuce duri, in eos qui perspicue negant, vel falsa prędicant. ex quo nil certius est, nisi intra oleam os esse extra duritiem. Asello fabellam surdo. hoc est cum eo loquitur quis, qui non audit. Et fortasse cupressum scis simulare, in eum qui id quod vnum scit, ineptè & intempestiuè, quo vis loco inculcat. Superis & inferis gratus vt Mercurius. In eum qui omnibus est gratus. tametsi haud cauere possimus, ne aues supra caput volitent, possumus tamen & debemus, ne in capillis nidificent. hoc est ineptias refellere quas sæpe nostris animis suggerit diabolus. Temeosis heros, in eos qui inutiliter lucrantur, ita enim tributum ab accolis Locri exigebat, quam potestatem sibi Euthimus Locrensis arripuit, eumque coegit multo plura rependere, quàm prædatus fuerat in tributo exigendo, & vt fusius Aelianus grauissimus autor declarat. Hęcq́; sufficiant. alij hincinde reliqua & nos in d. Prouerbiorum opella.

POMPEIVS

Magnus appellatus est, quod res magnas ante ætatem gesserit. Et Menogenes ab aliquibus, quod esset similis Menogeni suo coquo. Et Agamemnon, quod mille nauibus imperasset, appellatus est. Et nihilominus in nauicula prope Aegyptum, & apud montem cui Cassius nomen erat, occisus est, & ab eo quidem cuius pater, ab eo in regnum fuerat restitutus, & in eodem loco sepultus. Vxor eius Cornelia, filius Sextus erat. qui in Phrigia captus, iussu Antonij necatus est, postea pœnitentia ductus, salute eum donari iussit, sed literæ tardæ fuerunt, & pœnitentia sera Coss. L. Cornificio, Alioque Sexto Pompeio quodam. Bellum piraticum confecerat prius, Acilio & Pisone Coss. Et prius contra Cinnam & Sertorium, pugnauerat in Sicilia, atque in Africa, & in Hispania, admodum iuuenis, pericula sustinuerat. Decretumq́; etiam bellum, à Manilio Trib. plebis, contra Tygranem, Armeniæ Regem. Cętera Volateran. & Dion.

PHAETON.

Icarus & Phaeton, quia ardua petebant (fabula nota est) ceciderunt, iuxta illud Poetę.

Icarus Icareas, nomine fecit aquas.

Et Lyrici sic lingua Italica dicentis pariter.

Phetonte vdo che'n Pò cadde & morio.

Et pulli adulterini, Solis radios non ferentes è nido eiecti.

PRAECEPTOR

Epicurus qui Athenis hortos instituit hortorum pręceptor & magister appellatus est. Vitaque longa nobis magistra pariter, vt vitæ incommoda ferre discamus. Magistro etiam & præceptori de his quæ præstitit habenda est gratia, eorum vero quę omisit danda venia. præceptori rursum dici debet si quis fru-

ctus ex meo nascuntur agello, à vobis primum semen accepi. Nec aliter Poeta lyricus, lingua Italica sic.

Onde s'alcun bel frutto
Nasce di me, da uoi uien prima il seme.

Et quia viua pręceptoris voce magis excitantur adulescentes, quàm muta lectione magnę felicitatis est, in eum incidere, qui ingenio, doctrina, virtute, & eloquentia sit pręstans. Cuius non felicissima esse possit imitatio, integritate Xenocrates, Doctrina (rursum) Aristoteles, & eloquio Demosthenes vel Cicero. Optimum erit insuper si Homericum illud carmen discipulis dixerit, quo magis ad studia excitentur. Turpe foret mansisse diu, vacuumq; reuerti. Et si forte dicat quis Magistro non sum vsus, quis dico, qui indecore se gessisset, non excusatur, quia magistram habuit naturam. Absque Doctore tamen, nihil fieri seu intelligi potest. qui non vmbraticus, & imaginarius sit, quoniam ab eo veritas nō est exigenda, qui nescire fateatur. præceptor Socratis in fidibus fuit Conus. Ciceronis Molon, & Philo. Demosthenis Isæus. Alexandri Aristoteles. Platonis Archytas. Aristotelis Plato. Apollonij Thianæi Hiarcas. Etheoclis Regis, Chilo. D. Hieronymi Donatus Grammaticus, & Abbas Rogerius. Neronis Seneca. Cęsaris Vigilius. Euritus Herculis. Raynerius (ex nostris) Bartoli. L. Planci qui Lugdunum condidit, Cicero. Numæ Pythagoras. Antigoni Perseus, Philo, & Zenon. Achillis Phenix. Themistoclis Phriareus. Dionis Syracusani Plato. Thimotei Isocrates. Epaminundæ Lysias. Archelai Euripides. Hannibalis Sillenus, & Sosylaus. Catonis primi Ennius. Secundi Sarpedo, & Tyrius. Augusti Apollodorus, Sperareus, Asinius Pollio, Valerius, Virgilius, Horatius. & Pauli Apostoli, Gamaliel. pręceptor exemplo imitandus est, vt Paulus, Iaboleni præceptoris sui. l. an manumittere. ff. de ma. vind. Et gratificandus. l. Aquilius Regulus. ff. de dona. Maiores voluerunt, præceptorem, esse loco parentis. Iuxta illud Iuuenal.

qui præceptorē sancti uoluere parentis
Esse loco.

Et quod hac de re sit honorandus, & reuereri debeat vt parens, exempla docent Traiani, & Alexandri, quorum alter Socratem, alter vero Plutarcum, maximis honoribus sunt prosecuti, nec eos reuereri vt patres dubitarunt. Ille enim Plutarco vniuersam vitæ rationem commisit, iste vero Socratem obuium habens, è curru descendit eumq; secum sedere exegit. Quid quod erat hinc apud Ro. Magister officiorum, peditum, præsidiorum, equitum, peditum, & armorum. Magister noster Christus, docet veritatem, doctrinæ, iustitiæ, & vitæ. Præceptor, effigiator hominum dici potest, vt Prometheus, quippe quod ex imperitis eos multo labore, peritos reddat, & erudiat. Exemplaris tamen esse debet discipulis, & eis ostendere viam, quæ ad bene beateque viuendum sufficiat, & pręire aliis vt fugiant, quæ ipsi fugienda profiteantur. Vnde cum eodem tugurio ouem comedentes pastores cerneret lupus (vt est in fabulis) propius accedens inquit. Quantus clamor vobis, & tumultus excitaretur, si in isto facto ego deprehenderer? Nec ab re discipulorum delicta in præceptores refundi solent. vsque adeo vt Diogenes, cum vidisset adulescentulum lasciuientem, ac indecore se gerentem pedagogum illius baculo percusserit, superaddens quid talia doces, aut sic adulescentes instruis? præceptore etiam magistro, & custode, primo anno opus est Tironibus ad militiam euntibus, quibus erudiantur. Et graue Martis opus, sub se tolerare militiam magistro, aiunt. Et ad id de quo supra, quanti Chrisippum Carneades pręceptorem fecerit, ex eo liquet elicere, quod dicebat, nisi Chrisippus esset ego non essem. quanti Aeschines, Socratem, ex eo, quod ipse quoque Socrates dicere cōsueuerat. solus nos honorare nouit Aeschines, qui nunquam ab eo discedebat. quod ego identidē dicere possum, de Horatio Lucio Calliensi nunc Iurecon. egregio, deque Francisco Lazario Patauino, et de Clarissimo Iurecon. M. Antonio Zabarellio, dum à primis adulescentiæ annis, me præceptore assidue vterentur, & Iuri operam nauarent, quos omnes tanta beneuolentia, amore tam ardenti, prosequor, quanta cuiusque gratissimi hominis animus, debet. id vnum postremo non omittentes, sicuti me præceptore vsi sunt ij, quod ita vsus sum ego, Carolo Ruinio, & Hieronymo Butichiellio, præceptoribus meis sapientissimis, quorum memoriam, non possum, non perpetua quadam beneuolentia colere.

PRAECEPTA.

Nihil esse potest in omni philosophia melius, & fructuosius, quàm præcepta vitę dare. Pręceptum, mādatum, & interdictum, differunt. Interdictum ad peccata pertinet. Præceptum ad rectè facta. Mandatum ad medium hominem. Pręcepta tria fuerunt, moralia, cæremonialia, & iudicialia. Gręci υποτικας vocant. Triaque rursum posuit in Eleusinę Cereris Tēplo Xenocrates Carthaginensis, Deos honorandos, venerandos parentes, hominesque non vescendos carnibus. triaque ad idem tetre nostri, vt vim atq; iniuriam propulsemus, parentibus, & patriæ, pareamus. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. l. veluti. ff. eod. aliter Epitectus, Philosophus, duo obseruanda fore, iniuriam scilicet tolerandam, & à voluptatibus abstinendum. Est verum quod per præcepta longa est via, breuior & efficacior exemplorum. l. vt responsum. C. de transactio. §. sed iste. institu. de actio. l. prætor. §. quotiens. ff. de collat. bono. §. hactenus. Institut. de gradibus. Periander Corinthius

tamen, ὑποθήκας, i. vitæ humanæ præcepta etiam scripsit, & præceteris iram compesce, exercitatio totum ualet. verba quę scripsit in tabulis Moyses appellata sunt præcepta, quæ etiam differunt ab institutis, non secus ac à mandato & interdicto, illa .n. theoricã, ista uero praxim respiciũt.

PARASITVS.

Parasiti ab edacitate fameque canina, Molossici appellantur. Sic Comic. Canes enim Molossorum idest Epiroticorum generosissimi sunt. Item derisores quidam, quidam uero flagrones. Illi à dicterijs ridiculis, isti à flagris. Olim soleni bus in conuiuijs vmbræ. Non omittentes ex his Murem parasitum esse, ut dicebat Diogenes. & Clysophum egregium Philippi Macedoniæ regis, parasitum & adulatorem fuisse.

PALLAS

Prouidentia intellectualis. Neptunus naturalis. A pallene insula Traciæ, dicta, uel à Pallante Gigante, quem interfecit.

PATRICIVS.

De his in §. filiusfamilias instit. quibus moius pat. pot. sol. erantque nobiles ro. ex senatoribus orti, quos numero centum instituit Romulus, de quibus etiamnum in l. fin. C. ubi se. vel cla. sed (ut ibidem) ex patricij qui? non enim placet Accur. expositio. forte loquẽdi formula erat, proque nobili senatorioque uiro ponitur id, ut exquæstor exconsul, pro quæstorio & Consulari, & ut in prohe. Cod. in prin. Vel quod sit is dicamus, qui Senatoriam dignitatem & patriciatus gessit, ut illi quæstoriam & consularẽ.

PASCHA

In sacris literis, multis sanè capitur modis. Primo pro tota hebdomada. Secundo pro celebritate pascali. Tertio pro hora comestionis agni pascalis. Quarto pro quocũque cibo, durãte festo pascali. Quinto pro agno pascali. Sexto pro Christo. Septimo & ultimo pro festo epularum pascalium.

PENATES

Dij, qui à quocunque domi colebantur, quique lares etiam dicebantur. de quibus Hora. sic.

Ante larem gustet uenerabilior lare diues.

Item.

Quod te per genium, dextramque, deosque penates.

adde dici à penu, de quo nostri sæpe. Imò qđ tit. est. de penu lega. est. n. omne quo vescũtur homines penu. Vel ab eo quod penitus insident.

PENTAPOLIS

à numero ciuitatum in ea contentarum quæ sunt quinque, urbs dicta est. pente enim quinque, polis uero, ciuitas dicitur. Græce πεντε πολυς.

PAN.

Biformis filius Mercurij, sermo verus & falsus. vt enim homo pingitur, sermonem uerũ significat, ut brutũ, falsum. Et quia alibi dixi satis, transeo. Vel si placet etiam addas, Pana dictum fuisse, quod fabulose uniuersi Deus putaretur. quodq; ipsum ἐπίσκοπον vocauerit antiquitas. i. speculatorem pecudum & armentorum. & amplius quod Deus erat Arcadiæ, eiusque fanũ in mõtibus Nomiis, vicusque ei proximus Malpea adiacens, ac si modulatricem dicas, quod fistulæ modos illic primus excogitarit. & postremo quoque quod πᾶν Græce, aliter omne seu totum significat.

PAPIA

Ita à recentioribus vocatur. Ticinum ueteres, propter fluuium huius nominis, qui ei adiacet, mœniaque prelabitur lambendo. Famosa diu Longobardorum regia. Prius tamen ante horũ ętatem, motu Germanici belli fuit Augusti Cæsaris. Ibi Augustinus iacet, simul cum Luitprando rege. qui ex Sardinia illius corpus in urbe trãstulit. clara etiam Boetio Seuerino, in ęde sacra D. Augustini, de quo supra quiescente, in cuius tumulo carmina hæc, inscripta sunt.

Mæonia & latia lingua clarissimus, & qui
Consul eram, hic perij missus in exilium.
Et quid mors rapuit? pbitas me uexit ad auras:
Et nunc fama uiget maxima, uiuit opus.

Aeris clementia saluberrima. Palatio ingenti quod Galeacius vicecomes minor Mediolani extruxit, ornatissima, ubi etiam statua equestris visitur in medio foro ænea M. Aurelii, erepta (ut fama ibi est) Rauennatibus.

PARENTELA.

Hoc uerbo sæpissime utuntur nostri, eamque aliquando agnationem uocant. Sed uerbum latinum non est, & gentilitas aliàs appellatur. Et familiarum dignitas, quæ per masculos conseruatur, dicunt adhuc nostri. l. i. §. fi. de uen. inspi.

PARES CVRIAE

Dicuntur conuasalli, qui sunt Iudices, quando est cõtentio inter dominũ feudi & uasallum. si aũt sit contentio inter ipsos cõuasallos de feudo, dominus tũc iudicat. cap. Imperialem. §. pe. de prohib. feu. aliena. per Fed. in usib.

PAPPVS

PAPPVS

Aemilij cognomen est istud. flos Cardui. Et auus. παππον Graece eum sic uocamus. Et Pappà dicunt siue potius balbutientes garriunt infantes, patrē vocātes, vnde pappare postea, idest edere deriuare verbum videtur.

PAGANI.

vt etiam nostri dicunt, opponuntur militibus, priuilegiatis in casibus tamen à iure expressis, l. in fraudem. §. fi. ff. de mili. testa. à pago sic appellati. ut statim dicemus.

PAGVS

Villa rusticana est seu plures domus rusticanæ, non clausæ mœnibus. Villa uero domus rusticana, vnde (ut proxime dicebam) pagani dicti fuerunt idest non milites, de quibus nostri sæpe, & qui aliàs Gētiles dicebātur, & Græce ethnici.

πολύς.

Ciuitas, vt supra pentapolis.

POLLEX

Pręmere pollicē gestus erat fauentis. Vñ Horat.

Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.

PASTINA.

Pastinam instituit maritus, impensaque est, quę ipsi (vtpote utilis, & necessaria) actionem parit, inquit Iureconsul. in l. diuortio ad fi. ff. sol. mat. idest agrum fodi diligentèr curauit.

PANTOMIMVS

de quo etiā nostri in l. Titius in fi. ff. de ac. emp. & in l. patronus, & in l. si libertus artem. ff. de ope. lib. Saltator est. alibi Bathillus vocabatur. & Grallator. sed pręter cæteros erat inter hos Paris egregius Domitiano acceptissimus. de quo Iuuenal. sic.

Paridem ludosque reliquit.

Item.

Intactam Paridi nisi uendat Agauem.

alius tamen Paris Pantomimus, à Nerone occisus est, quasi grauis eiusdem aduersarius.

PARISIVS.

Galliæ transalpinæ ciuitas est, ut palam omnibus patet, condita à Iulio Cęsare, Lutetia quoq; appellata à luto, quo maxime ęstate etiam abundat. Sed audi dictu mirum, quod Graece alias, παρρησίαν loquendi confidentiam dicimus.

PARRICIDIVM.

Vincire ciuem Romanum facinus erat. Verberare scelus. necare prope parricidium. Hesiodus, poeta lyricus à filiis Ganeo, & Thalete, interfectus est, & in mari proiectus. Et si tam magnū scelus est parricidarum pœna Nerroni duplicari debuisset. hinc Iuuenal.

Cuius supplicio non debuit vna parari,
Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus?

hæc enim parricidarum pœna erat. fusius ego in l. Minime. ff. de religio. & sump. fu.

PARVA SCINTILLA QVANDOQVE MAGNVM INCENDIVM SVSCITAT.

Adde simile, experientia compertum esse, sic quam paruis initiis imò friuolis, quam sæuissimas tempestates oriri. stantemque in præcipiti leuem flatū impellere. Et uino aspersum deniq;, paruumque dolorem, in furorem incitari.

PAPIRIVS.

Duo fuerunt Papirij, vnus qui Ius regiū, idest leges Romanorum regum composuit, & in vnū volumen redegit, atque corpus. Alter Iurisconsultus, de quibus aliàs in l. ii. ff. de ori. iur. fusius. & Papisios olim dicebant nō Papirios. primusq; fuit. L. Crassus Papirius, qui Papisius uocari desitus est. Et literam R. pro. S. inuenit Appius Claudius Centimanus, quia erat litera strepitus. deque his ego alibi sępe, & multa.

PANNOSVS

dicitur ille, qui uilibus pannis, & crassioribus incedit, ut sępe nostri dicūt, de pannoso clerico, loquentes, maxime in c. statutum in §. sancimus, ubi glo. de rescrip. in vj. vnde Iuuenal.

Frangere pannosus uacuis ædilis Vlubris?

PANTHEON.

Romæ, olim erat veneris Templum, nunc S. Mariæ. Et sic à Meretricū Dea fabulosa, ad Beatam Virginem delatum est. aliter tamen dicitur quod M. Agrippa extruxerit Ioui Vltori. Cætera Volateran. & alii q de Ro. antiqtatibus scribūt.

PERSEVERANTIA

In una quaque rē meo quidem iudicio requiritur, quia (ut vulgo aiunt) non una hirundo aut flos uer facit. non unum duellum, Torquatos atque Coruinos. non vna oratio Rhetorem, uel carmen unum, seu epigramma, poetam. nec unus actus habitum, sed plures.

PALLOR

In ore sedet, macies in corpore toto, inquit Ouid.

Ouid. Et alibi, palleat omnis amãs, color hic, est aptus amanti. sed alibi exponitur pallor, idest timor, ab eo quod præcedit id quod sequitur, timorem enim præcedentem statim sequitur pallor. sic Iuuenal.

In quorum facie misera, magnæque sedebat
Pallor amicitiæ primus clamante liburno.

PRAESENS

ad absentis differentiam dicitur, de quo alias in l.i.ff.de ner.ob. in princ. & in l.i.in §. si sibi manus.ff.ad sillania. ille que est qui oculis cernitur, ille inquam, qui uim potestatemque suã ostendit & declarat, vide Hora.

Cælo tonantem credimus Iouem
Regnare, præsenti diuis habebitur
Augustus, adiectis Britannis
Imperio, grauibusque Persis.

PEDETENTIM

omnia agenda sunt non præcipitanter. quoniam (vt est in prouerbio) Canis festinans, cæcos parit Catulos. siue serius absoluit qui nimiũ properat. hinc Græce dictum est. κατὰ πόδας βάσιν.

PALAM EST.

Sæpisime Iurecon. nostri hoc aduerbio vtuntur. l. si fundus. l. si cum dotem. §. trãsgrediamur. ff. sol. mat. l. i. in fi. ff. de concub. & alibi sæpe vt dixi, nec aliud sonat, quam id, de quo loquũtur, clarum esse, apertumque & manifestum, usque adeo ut probatione non sit opus. c. uestra de cohab. cle. & mul. l. emptorem. ff. de actio. emp. l. si uero. §. i. ff. qui satisda. co. argumentum. in l. manifestæ turpitudinis. ff. de iure iu.

PATAVINVS.

Quia alij de Patauinis, deque Padua ipsa, præstantisima cęterarum urbium, ante Romã condita, ab Anthenore Troiano, satis superq; scripserunt, & nouissime Bernardinus Scardeonius Canonicus optime meritus, vir vndequaque ornatissimus, & omnibus numeris absolutissimus adeoque charus Paulo. IIII. pontif. maximo, ut si diutius uixisset, sperare potuisset ipse, imo certus esse se amplissimo Cardinalium cętu cooptari. pauca dicam ego nunc, ne uidear uelle noctuas Athenas afferre, siue Solis radios facibus illustrare, ut aiunt. Et quia etiam alibi, diximus nos satis, & sępe quidem. Troici opus igitur, Anthenoris est Padua, ut supra. Et cũ à Lögobardis capta diruptaque fuisset (Agilulphus enim rex eam incendio euertit) Patauini fugientes, Barbarorum uim atque potentiam & feritatem, imò tyrannidem, Venetias applicuerunt, eam partẽ incolentes, quam S. I. Braculæ vocant, ibique extrui duas ecclesias curarunt. S. Io. Baptistæ, & & S. Martini. Et Rialtum etiam ædificarunt. Patauinus præceteris fuit, Pedianus, qui Cynipã Hannibalis puerum obtruncauit, Casidemque quã ei dono dederat Hannibal L. Pauli Aemilij, Romanis restituit. Et Trasea qui, quia Neronem non audierat dum cithara caneret, nec uoci eius sacrificauerat, aut quicquã eius generis approbauerat, timens occidi uenã sibi secuit, & porrecta manu ait. *Hunc tibi Iupiter libertatis Patrone sanguine libo.* hic inque patria tragędiam egerat in ludis qui trigelimo quoque anno fieri consueuerant. Aliter tamẽ Corn. Tacitus. quod trucidatis tot insignibus uiris, ad postremum Nero virtutem ipsam excindere concupiuit. Haud omittentes postremo, non paruam meruisse laudem, Patauinos in equestri militia, quippe qđ, Octauij Cęsaris tẽporibus, quingẽtos equites, prisisq; maiores copias, Ro. miserunt. quod vrbs ipsa (vt paulò ante dicebam) uetustissima sit, bonarum artium studiis floreat, Athenarum æmula, & rerũ omnium copia in hominum vsus abundet, toti orbi innotescit, manifestumque est. igitur hoc memorasse satis sit, & ad pręsens sufficiat.

PATER

Patri nihil gratius quam à filio superari. qui uehementius filium ipsum amat, si acriter peccantem cohibebit. blandicię neque decent neq; prosunt. in quo tamẽn charitate primum natura nos deuinxit. Pater & mater hinc sunt simulachra & effigies diuini numinis, qui liberos ad vitam produxerunt ex nihilo. Et ideo si rei necessitas Iurisiurandi religionem populet, per eorum sanitatem & senectutem prosperam iurandum est, si uiuunt, aut si defuncti sunt, per eorũ beatam memoriã. Est etiam pater naturalis, legalis, & adoptiuus. Vel & fusius, æterna generatione, redemptione, prædestinatione, creatione regeneratione sacramentali, instructione fidei, adoptione gratiæ, et collatione gloriæ. Vel sic. creatione, Deus. generatione, Carnalis. Donatione, pęnitentiæ. Fictione, adoptionis. imitatione, Dei. Et pater fiduciarius, qui præter naturalẽ, alius adhibebatur, in filio emãcipado. Et Dispater, Saturnus pater, Iouis pater, nunc Iupiter. Et pater patrię, quo cognomento dictus est Augustus & Augusti vxor Liuia, mr̃ patrię, & Nero, sed Augustus verus erat pater, iste hostis cum patriæ tum pietatis. Et Cicero primus fuit, hoc cognomine, appellari dignus. Imò quisque princeps, ita appellandus est, qui ita uiuat cum ciuibus pariter & subditis. ut cum liberis pater. quẽadmodum huius sanctissimæ & bene institutę Reip. nostrę Venetę Hieronimus Priolius. Et cęteri omnes faciunt. Sed ad propositum sciẽdum est. quãquã patris & prolis minor unitas sit, quã mariti & vxoris, qđ tamẽ nullũ magis apud Deũ, honorandum est simulachrum, quam patrem & auum,

auum,ac matrem senio confectos,reuereri, quoniam tunc ijsdem honoratis,gaudet Deus, alioquin eos minime exaudit. Et quod in honorem patris aliquando munus gladiatorium datū est. Et quod patres censores filiorum esse debent,cēsorioque supercilio uti(ut etiam pauloante diximus)ad eos cohercendos. Et quod patrissare (ut etiā lingua Italica dicimus patrezzare, verbūque atticum est)est paternis moribus filium patri similem esse. Et quod omnibus hominibus (licet Vitellius Petronium, interfecerit. Demetrium Philippus,& supra quinquaginta Artaxerses Persa) est amans liberorum vita. Et commune omnibus,ut laborent pro liberis. Et quod parentū curam habere debemus,è contra,usque ad mortem, vt fecit Christus,quia dixit in cruce existēs, mulier ecce filius tuus. Et quod pater à filio, nō secus ac filius à patre ali debet l. si quis a liberis. §.à milite. ff. de lib. agno. instumque ut parentes adiuuent liberos,& liberi patrem senem.& quod cōmuniter talis est filius,qualis pater. Iuxta vulgatum illud Iuuenal.

Si damnosa senem iuuat alea ludit & hæres.

Et quod parentibus non est obediēdum,ubi pietati obsistunt. Quorum testamētum denique huiusmodi esse debet. Illustre patrimonium tibi uirtutis & gloriæ meæ relinquo, Crassorum et Iucullorum opibus præferendum. Caue ne degeneres. Memoratu quoque dignū illud est. quod Ninus Assiriorum rex mortuo Belo patre, in solatium doloris imaginem illius sculpi iussit cui tantam exhibebat reuerentiam,vt ad eam confugientes rei,non secus ac olim ad asylum Romuli,uel hodie ad ecclesiam,de quo etiam in l. ij. ff. de his qui sunt sui uel alien. iur.& in l. præsenti. C. de his qui ad eccl. confu. vbi nos multa in collectane. essent tuti. Et quod oportet patremfam. vendacem esse non emacem. Et quod ea cura esse debet omnibus,cogitandi non satis esse filios gignere,nisi dent operam etiam vt ii optimis moribus imbuantur,rite educentur,& bonarum artium disciplinis operam nauent.

PRIMVS

De ijs qui primi fuerunt rerum inuentores, quique primi aliquid egerunt, quod memoratu esset dignum, dixi ego alibi satis, nunc igitur (ea de re)breuius procedam,& dicam tātum aliqua,quæ fortassis prætermissa fuerunt,quæ non omnia eadem hora scire possumus. Primos ludos seculares igitur post reges exactos instituit Valerius. Et Cicero post detectam Catilinæ coniurationē,pro rostris à Catone laudatus est, & primū pater patriæ appellatus. Pōpeius primus ex victoria Mithridatica in urbe vasa Murrhina inuexit. Asinius Pollio primus, Romæ Bibliothecam publicauit. Serram ferream primus inuenit Talus ex Dedali sorore genitus. Primus qui instituit editionem cēsus fuit Seruius Tullius sextus Ro. Rex. & Iulius Cæsar qui Britanniam ingressus est. Et omnium L. Piso frugi cognominatus. Et qui declarauerit Saturni ædē Aerariū Valerius Publicola. Et Ctesiblus primus, q hydrālicas machinas,ad aquas hauriendas inuenit. Prima Semiramis Eunuchos fecit. Primus Acilius Glabrio statuam auream Acilio patri posuit in Italia.i.auratam qui apud Thermopilas Regem Anthiocum superauerat. Et Sylla primus morte mulctauit. Therme oppidum est,ubi primum comedia reperta est. Et L. Sylla primus qui corpus suum cremari mandauit,ante eum mortui ut nūc tumulabantur. Primas leges Romæ sanxit Numa Pompilius. Primus Ancus Romæ reorū Carceres,extruxit. Triumphator primus T. Tatius Sabinus fuit, Consors Imperij Romuli fundatoris Vrbis. Primus Posthumius mi litem donanit Corona aurea,quia primus etiam inimicos aggredi ausus est,cum Tarquinus Superbus in regnum restitui tentaret, qua solum Dij prius ornari solebant. C. Duillus superatis hostibus maris primus triumphauit. Primus Ianus ædificauit templa Dijs,& inde etiam religiose uiuere docuit. Ninus Assyriorū rex primus fuit bellator, qui uim proximis cœpit inferre. Neptunus primus Aeros currus iungere docuit. Et Castor ei equos adaptasse creditur. Amphystion Deucalionis filius regem agens, primus gentes collegit, unde postea Amphytiones Græciæ,conciliūque dicebatur. Primus Numa Ianum clausit. Tūc primum populus Ro. argento uti cœpit,cum Picentibus victis pax data est. Coloniæ deductæ, Ariminum in Piceno, & Beneuentum in Samnio. Medea prima capillorum rincturam inuenit. Parios primus Iambos ostendit Latio Horatius. Et omnium primus sacrificauit Gratiis Etheocles. primi Erithrei Biremē,fecerunt. Primus in seditionibus ad arma confugit M. Coriolanus.& primus inde occisus est Tiberius Gracchus. primus omnium fabellas conscripsit Hesiodus annis centum atque tribus, ante Aesopum Phrygium. P. Malleolus matre interempta primus omniū insutus Culleo in mare præcipitatus est. M. Agrippa naualı corona donatus est. qui honos nemini ante eum datus fuerat. Siculi primi qui scripserunt præcepta artis rhetoricæ Corax & Tisias. Acilius Glabrio de quo etiam supra primus qui legem tulit de pecunijs repetundis, Aciliaq; nocata est. Nostri tamen ponunt titulum, ad legē Iuliam rep. Seruius Sulpitius primus qui scripsit de rei uxo. actio. et nos quoque adhuc titulum habemus. Sp. Carbilius Ruga qui primo diuortium fecit. Horatius ob sororem interfectam primus qui reus perduellionis factus fit. Sicilia prima prouincia appellata est. Pēthesilea Amazonum regina primam securim inuenit. Tarquinus priscus primus Circum Romæ, qui maximus dicebatur,instituit. Hercules primus Olympiæ, Athleticam instituit. primus Omnium Aristoteles bibliothecam instruxit regibus Aegyptiis.

ptiis. Antiqui Vortices per O pronunciabant, primus Africanus p E Vertices dixit. Lato Clauo, (purpuręenim vestis est) Tullus Hostilius primus, è regibus Ro. vsus est. prima historię lex, vt vera dicantur. Rostra nauibus primus adiudit Piseus. Primus latinas nũdinas instituit, Tarquinius priscus. Liber pater primus Diadema insigne regum inuenit. Primus libertatis Vindex olim in Ro. Rep. Brutus. Prometheus symulachra de terra primus formauit. Astrologiam docuit primus apud Aegyptios. è Silice ignem eduxit, usum annuli inuenit. Primi Thyrreni Tubã inuenerunt. Danaus primus in Græcia puteos fodiendos ostendit. Iason vero nauim fabricauit velisque institutis adire loca remota ostendit. Primus Tullus Hostilius Iani Templum aperuit ad bellum, quod ad pacem instituit Numa, clausum vt supra. Primus Archimedes Spheræ fabricator fuit. Elephantorum pugnam primus omnium Cn. Pompeius, dedit in circo. Mercurius primus Deorum nuncius. Lysanias in Arcadia primus Iupiter appellatus est. Primus Moyses diuinas leges literis explicauit. Primus Minos Cretensibus. Lusoriam pilam inuenit Picus Ausonię rex. Primus ex testudine lyram adhuc Mercurius fecit. Synodus Nicena prima. primus Anicetus, natione Syrus, uetuit comam nutriri à clericis. Primus Antoninus pius. L. Verum fratrem (de quo nos sępe docentes) consortem habuit Imperij. Primi omnium creati Aethiopes, Deos coluerunt. Et primi inde etiam Ceremoniarum inuentores fuerunt. Primi Athenien. Mineruam erganem appellauerunt, Et Mercurios mutilos coluerunt. Primique bonorum Genio Templum dedicarunt. Primus Palamedes Tesseras inuenit, quas in fortunę fano dedicauit. Aristeus primus apium ac mellis vsum, lactisque coagulum vsumque olei monstrauit. Et omniũ primus Hercules, leonis exuuium, siue insigne, gestauit. Certamen Isthmicum Theseus in honorem Neptuni Olim primus instituit. Primus Mediolani Dux à Ladislao Cæsare Comes virtutum, factus est. Vbi Corradus primus, corona ferrea ornatus est. Et quam urbem postea Federicus primus Imperator vocatus Barbarossa, euertit. Primo genitus Frãciæ Delphinus vocatur. Hispaniæ infans, Neapolitani regni Dux Calabrię, Turcarum Mustafa. Prima Gorgophones, secundo uiro nupsit, ante uero sanctum solemneque erat à secundis nuptiis abstinere. Sacada primus, pythicum cautũ Delphis cecinit. Ardalus Vulcani filius Musarum cellam fecit seu cellas, quas Ardalidas vocant, quod tibiam inuenisse aiunt. Pythios ludos, in Apollinis honorem, Diomedes primus omnium instituit. Theodorus Samius ferrum fundere primus docuit, & ex eo signa facere. Primi omnium Chaldei & Indorum Magi, hominum animos esse immortales dixerũt. Primus L. Mummius, de Manubijs Acheorũ Iouem in Olympia æneum dedicauit. Amphion primus, Mercurio aram dedicauit. in Helicone primi omnium sacra Musis fecerunt, eisdemque montem consecrarunt Ephialtes et Otus, Demaratus Neræensis, primus ex armatorum cursu palmã tulit. Primus Pan fistulę modos excogitauit. Pãphus primus omnium carmina in gratias cecinit. Et Glaucus Chius, qui ferri artẽ ferruminandi excogitauit. Prima pugna, contra gentes exteras suscepta quæ Atheniensium nomẽ nobilitauit, fuit Thesei cõtra Amazones. Et Hercules è Thesprotide Albam attulit populum, nec ab re si eidem magnus honor tributus est. Primus Neptunus, equitationem inuenit, vnde præter alia cognomina Hippius etiam appellatus est. ęs cõflare & cudere docuerũt primi, Rhecus & Theodorus, ambo Samii. Cain primus terminos posuit. Enos primus inuocauit nomen domini. & imagines fecit, pro eo colendo. Et à primo homine literarum exordium cœpit initium. Primaque moneta in Latio, excussa fuit, Iani Bifrontis ligno parte aduersa rostrum nauis, habens, qua Saturnus (cũ ipso enim pulsus fuerat regno) uectus est. Pecunia primum denariorum nomẽ à pecudibus, æsque primo signatum. Cętera ego alibi satis fusius, Polido. Virgilius, Volateran. Crinit. Lilius, & alii hinc inde.

PARCA.

Inuida Parca nobis ingenium abstulit candidum. Hieronymum Nigrum scilicet, cui certe, nec similem forsan secla futura dabũt. Parcę tres fuerunt Clotho, Lachesis, Ατροπος. hinc vulgatus versiculus.

Clotho ferto colum, lachesis net, et Atropos occat, idest abrumpit.

PERPENDO.

Genuinum verbum est Iurecon. maxime in l. si quis à liberis in §. i. ff. de lib. agno. barbare dictum vero, ut multi communiter loquuntur, pondero.

PARROCHIA.

eorum dicitur qui in eadẽ uicinia habitant, habentque nostri titulum de parroch. sed tamẽ habetu, quod aliàs. parochi Gręcis dicuntur, qui cibos & uitæ necessaria exhibent.

PISCIS.

De piscibus multi sunt qui scribunt, præsertim Plinius, Iouius, ex recentioribus Bellonus, & Gulielmus Rõdeletius latius, ea de re tm̃ dicã ego, ne in Syluam ligna ferre uidear, id quod mihi memoratu dignum, uisum est, piscem ex mari prosilientem, se ad pedes Augusti in Sicilia proiecisse, portẽdentem sibi ex hoc, ut aruspices dicebant

dicebant Imperium maris. Et quod, quanquam pisces muti sint, aliqui tamen sunt uocales vt scarus, & fluuiatilis porcus. Vedius Pollio etiam, Libertinus genere, Murenas in piscinis aluit, quæ humana carne uesci didicerant. Silurus peculiaris lacus Ilidis, quē efficit Nilus. ubi etiam Alabetæ Coracini, & Crocodili inueniuntur. Thunnus concitatus & celer, quod certo anni tempore, stimulum habent in capite, quo cōcitetur. Mullus piscis marinus est, cuius Iuuenalis alibi meminit dicens.

mullum sex milibus emit
Aequantem sanè paribus sestertia libris.

Et Rhombus. de quo idē adhuc. Incidit adriaci spatium admirabile Rhombi. Et Tyberinus lupus, sic ab eodem rursum uocitatus, Aut glacie aspersus maculis Tyberinus. Nos lucium dicimus, à uoracitate, quia alios insectatur pisces. est etiam Mugilis ridendus, quippè quod in metu capite abscondito totum se occultari credit. Et Gobius q exiguo paratur precio, vt Mullus (de quo paulo ante) magno. Vnde Idem.

Nec mullum cupias, cum sit tibi gobio tantum
In loculis.

Mulli lingua Italica, Barboni, esse dicuntur, rubri coloris, quia sic erant Mulli Ro. Calceamētorum genus, quos nos lingua Italica rursum, mule uocamus, nigri coloris tamen. Amnis chalon, pisces habet, magnos & mansuetos, quos Syri sacrosanctos aliàs θεος putant, nefasqueeos violare. Helorus Fluuius item, alios, qui emanibus hominum cibum sumunt. Acipenser paucorum hominum est, vnde in aurem Scipionis aliquando insusurrauit Pontius, dicens eum multos ad cęnam inuitasset, vide quid agas. Et ad Tyberinum redeuntes, sciendum est, inter duos pontes captum, præcipuum locum tenere. Et ad Murenā. quod Crassus, mortuam in piscina domus suę ut filiam luxit. piscis nequam quoque dicitur nullius precij. Narce stupefactor. Gręce ναρκη. Et quia L. Philippus & Hortensius Piscinas piscibus refertas pręciosissimas habebant, piscinarij ab aliquo uocati fuerunt. Et piscator, Magister liui idest, retis. sicque eum perifrastice Iuuenal. uocat.

Destinat hoc mōstrū Cymbæ, linique magister
Pontifici.

Non omittentes ultimo, quod Ichthiophagi piscibus uescuntur.

PACIENTIA

Socratica laude dignissima. Socrates enim odium aduersus Melitū minime exercuit, neque vltus est Anitum, sed animo magno erecto atq; excelso clamabat. Anitus, & Melitus, Socratem de medio tollere possunt, lędere autem non possunt. Interrogatus rursum, cur sic vxorem litigiosam ferret, ut aliorum iniuriam sustinere patiēter discam, respondit. Diogenes item cum nescio quis, in faciem eius expuisset, Falluntur ait, qui dicunt te os non habere. Et Augustus cū quis ipsum tyrannum dixisset, si non essem respondit pariter, non dixisses. Sic æneas patria pulsus patiēter dixit socijs.

O socij grauiora passi, dabit Deus his quoque finem. Et certe, pacientia nobis necessaria est ut voluntatem Dei facientes promissionem reportemus. Commune malorum omnium lenimētū.

PARABOLA.

Christus loquebatur in parabolis, ne diuina secreta essent nota indignis. Vt fidelibus daretur occasio fructuosę exercitationis, in eisdem explicandis, & ut diuinitatis perfectio doceretur insensibilibus.

PILA.

Pilę ludus, lippis & crudis, inimicus. q a vtrisq; quiete & abstinentia cibi opus est. Vnde Horat.

Nanque pila lippis inimicū, & ludere crudis.

Ob cuius præstantiā Aristonicus Carystius, ab Atheniensibus Ciuis factus est, ac etiam statua donatus, ille enim est qui cum Alexandro ludere solebat. Et quanquam hęc ita sint, habe tamē quod pila quoque tela Romanorum erant. Vnde Lucan.

Et pila minantia pilis.

Et Iuuenal.

vis certe pila cohortes.

Sceptrum rursus dat Papa Imperatori, quo pie gentibus imperet. nudatum ensem, quo Christiani hostes persequatur, & pilam auream ad propositum, ut totum terrarum orbem pietate constantia uirtuteque regat Pilę lusorię inuentor fuit Picus Ausonię Rex. Et cum Iuuenibus conueniat ludus ille, pilam non ab re misit Darius Alexandro Iuueni ann. xx. nato. Cui ipse Alexander, respondit, se illam libenter accepisse, quippe quod sibi sui, totiusque orbis Imperium, promittebat.

PROROGARE.

Iurisdictionem, dicimus nos, de quo in l. sed si manente. ff. de pręca. & in l. i. §. & post operis ff. de no. oper. nun. & in c. p. & G. de off. de. verū scias, quod fiebat olim etiam Imperij prorogatio, & prouinciarum consularium, in quinquennium Pompeio Hispania, Crasso Syria, Cęsari uero Gallia & Germania.

POLIPHEMVS.

ab Vlysse obcęcatus est, is enim uerbis blandis, suauissimi uini poculum obtulit Poliphemo, quo exhilaratus, ab eo nomen est per contatus, ut ei gratias ageret, cui Vlysses, nemo mihi nomen

men eſt, ille uero ſomno profundo capitur. Vnde ſumpto ligno oblongo & acuto, oculum qui unus illi erat in fronte, Vlyſſes & ſocij eruerũt. Clamabat Poliphemus, conqueruntur à ſomno excitari alij, quibus ille, nemo me dolo obcecauit, ſi nemo reſpondent iſti, Iouis mala euitare nequis. Vnde Iuuenal.

Improbus es cum poſcis ait, ſed penſio clamat
Poſce, ſed appellat puer unicus, ut Polyphemi
Lata acies, per quam ſolers euaſit Vlyſſes.

PRIDIE.

Aduerbium eſt, & ſonat dies ante, lingua Italica hieri, quod tamen ignorauit Accur. in l. fructus ibi. pridie uindemias doti dedit. ff. ſol. mat.

PHEACVS

Ex Corcyra virgine & Neptuno, à quo rapta fuit, naſcitur Phæacus, indeque Phæaci denominati. ex Phæaco Alcinous, qui Vlyſſem in Ithacam duxit, locus enim eſt, quem videns Cęſar dixit, malo hic eſſe primus quàm Romę ſecundus, quenq; tanquam nidulum idem Vlyſſes ſapientiſsimus uir immortalitati antepoſuit.

PICTOR.

Egregius inter alios pictores fuit Parrhaſius, Apellis æmulus. & Nicias tantæ attentionis erga artem, vt ſæpe cibi obliuiſceretur. Et Serapion Antropographus, cognominatus, quod optime pingeret homines. Perſæ præter bella & cędes nil aliud pingunt. Fabio nobiliſsimo homini laudi datum eſt quod pingeret. Megalographia eſt pictura magni ſumptus, & magnarum perſonarum aut rerum figuratrix. Riparographon vero ſordidarum atque humilium rerum. pictorum nobiliſsimorum opera imperfecta maiori admirationi erãt quã ſi perfecta fuiſſent. Picturam rurſus Antigraphicem appellabant priſci, receptaque ars ea eſt in Græcia, in primum liberalium gradum. Fuit etiam præter hos aliquando magni nominis Iotus Florentinus, & Simon Senenſis, de quo poeta lyricus, ſic.

Quando giunſe a Simon l'alto concetto,
Ch'a mio nome li poſe in man lo ſtile.

Pictores quaſi latiſsimos terrarum ſitus breui tabella demonſtrant. Spacioſiſsimasque mundi regiones ut Geographi faciunt in anguſto depingunt. Vnde etiam Proper. Cogor & in tabula pictos ediſcere mundos. Rubrica utuntur pictores, & materiarij fabri. i. terra rubra. Et Melino colore potiſsimum. i. candido. Zeuſis Polignotus & Timantes non plus quàm coloribus quattuor utebantur. Theoniſque Samio inuentio, Apelli ingenium, & Prothogeni diligentia aſcribi ſolebat. Reliqua Plin. Crini. Volater. & alij.

PAX

Cogitanda eſt, amanda, & amplectenda, quia nullus eſt triumphus clarior, nulla ſpolia opimiora. Certa & tutior, quam ſperata uictoria. Plena quietis & gratiæ. Ea nihil iucundius, dulcius, & felicius. Literarum ac ſtudiorum altrix. Sine ea periculum, pauor, & curarum officina triſtiſsima. Nanque ut hyeme iacẽt omnia & marceſcunt, vere autem reuireſcunt, ſic belli temporibus languent & intermoriuntur ſtudia, pace vero reuiuiſcunt. Pax rurſum quãquam iniqua, bello æquiſsimo eſt potior. Munus Deorũ eſt, ubi ingens populi multitudo uiſitur, negotiaq; uaria, quòd ibi integra Reip. tranquillitas & pax conſeruetur, vt Venetiis. Qui Chriſti pacem nõ ſeruat, eam ſaltim ab ethnico diſcat. Pax eſt inquinata, demonum, & malorum hominum. Simulata ut illa olim Iudæ. Ordinata amicorum, & inimicorum, quos amare debemus. Pax pectoris, pax temporis, pax æternitatis, pax ſpiritualis interna bona, & uera, quæ etiã pectoris appellatur. Aeternitatis in cœleſti patria. Item inordinata & falſa. Carnalis, & ſpiritualis interna. Hieruſalem interpretatur viſio pacis. pax melior eſt hominibus, quam bellum. primum gratiſsima muſis, & inimica furiis, delectatur procreatione ſobolis, & gaudet diuitijs. Arabes vrbes ſine mœnibus colunt, quod in pace maxime degant. Pacis ſuſceptæ ſimbolum eſt Bos coronatus præcedens. Pax naturæ & fęlicitatis eſt, Bellum neceſſarium et calamitatis. & Solomon quoque pacificus ſonat. Et uere ad fęlicitatem comparandam legibus iuſtitia et pace, nihil homini utilius. Templum pacis magnum hinc extruxit Veſpaſianus, poſt uictoriam Hieroſolimam. Caduceus in nummiſmatibus pacis ſimbolum eſt. Pax finis eſt belli et diſcordiarum. Imò (quod ſcitu dignũ eſt) Sulta Scelin, lingua Turcica, principem pacis ſignificat, cum tamen ſit ſemper in Bello, inſidiasque ſtruat ſemper Chriſti fidelibus. Qui aliàs à noſtris Irenarcha uocatur, titulum habentibus ob id de Irenarch.

PALVS

Eſt aqua profunda, & late diffuſa. Mæotida quam efficit Tanais & in põtum diffunditur.

PHRYNE.

Meretrix erat, & ſcortum nobile, quæ accuſata formæ præſtãtia abſoluta eſt. Theſpienſi patria. iudiciumque capitis erat, ab Hypperide oratore defenſata, deque ea Hora. alibi ſic.

Gaude ſorte tua, me libertina neque vno
Contenta Phryne macerat.

PONS.

Aemilius, qui etiam dictus eſt Miluius à M. Aemilio

Aemilio Scauro in via Flaminia extructus est, dũ esset Censor, distatq; vltra primum ab vrbe lapidem. & de quo sic Iuuenal. ait.

Cum tibi uicinum se praebeat Aemilius pons?

PERFVNCTORIE.

Aduerbio isto vtitur Inrecõ. in l. aut qui aliter, in §. j. ff. quod vi aut clã. & intelligitur negligenter, non bona fide nec ex animo. ibi tñ negatiua deficit. dicit enim non semper videtur clam fecisse, sicq; tex. restituendus est. non semper non videtur clã fecisse. duęq; istę negationes, affirmabũt. l. duobus. ff. de ver. sig. Et est sensus. si quis denun tiauerit se opus facturum clam fecisse videbitur, si post denuntiationẽ fecerit. Et non ab re subiicit, quia denuntiatio diem & horam, complecti debet. Imò quod neq; perfunctoriè, & obscurè ita fieri debet, neq; ita arctari aduersarius, vt intra diem occurrere ad prohibendum non posit.

PEDAGOGVS.

Istud hominum genus imperiosum est. Ferula vice sceptri erigunt vt vulgo dicitur cristas & intumescunt. Imò seuientes, stultitiam potius quã Grãmaticã docent. vt plurimũ puerorũ stupratores. Atillus M. Antonij filius, ex Fuluia, à Theodoro pueri pedagogo, Augusto Cęsari proditus est. Sic Cęsarion ex Cleopatra, à Rhodone. Nec secus Phaliscorũ filij. qui Camillo eos obsidenti, à pedagogo pariter (historia nota est) proditi fuerunt.

PATERNITAS.

Idem est Latinis paternitas, quod Gręcis πατρία. gens scilicet & familia, aliàs gentilitas vocatur, nostri vero agnationem dicunt, & de familia alibi in l. pronuntiatio, in §. familię. ff. de ver. sig.

PAROCHVS

Conuiuator est, & Cœnæ pater. qui salem lignaq; legatis etiam præbebat. Hinc Hora.

Proxima Campano ponti qua uillula tectum
Praebuit, & parochi, quae debent, ligna salemq;

Item alibi.

In primis Lucanus aper, leni fuit Austro
Captus, ut aiebat Cœnæ pater.

Et alibi.

uertere pallor
Tum parochi faciem nil sic metuentis, ut acres
Potores.

PEDESTER.

Musæ pedestres sunt versus & carmina quibus vtuntur Poetæ in Satyris. Similia orationi solutę. sic historia pedestris dicitur. Oratione soluta conscripta. Vnde Hora.

Quid prius illustrem Satyris Musaq; pedestri?

PETILLIVS CAPITOLINVS

Is est, qui lege Iulia peculatus accusatus, corona è Capitolio sublata, iudicio absolutus est, ergo merita cum demeritis cõpensanda? de quo tamen Hora. sic.

mentio si qua
De Capitolini furtis iniecta petilli
Te coram fuerit, defendas ut tuus est mos.

PROHIBEO.

Verbum hoc quo sæpissime vtuntur nostri, ab alio verbo inhibeo, plurimũ differt. namq; prohibemus ne quid fiat cum res integra est. inhibemus vero, ne ceptum perficiatur opus.

PAVPERTAS.

Paupertas dura res est, nec amatur ab vllo, si ametur tamen, tuta, secura est, expedita, libera, & iucunda deniq;. Imò quod multis vtilis fuit, ad salutem, nulli inutilis. multoq; melior est paupertas libera, quàm seruę diuitię. quam nullus auri pallor, nullus purpuræ gẽmarum fulgor, perturbat, seu animum dimouere potest. Tamen sine opibus nuda est virtus, vt corpus sine amictu, vt gladius sine uagina, aut sine sagitta pharetra. perdita pecunia (ait ille) fidem perdidi. Inopi non creditur. si iuret est periurus. eius sensus stultitia est. eloquentia temeritas. nec fieri potest aut non facile, quod quis res præclaras agat, cui opes & diuitiæ desunt. Opes rursum hominibus sunt honoratissimæ. Et habent maximam potentiam inter homines. Nobilis vir si pauper sit nihil est. Pauperes omnes amici fugiunt. Si clari sumus natalibus opum indigi tamẽ, generis splẽdor perit. Vitium habet paupertas, docet enim virum per indigentiam mala. inopia illiberalitatẽ & maleficia gignit. Egestas excutit pudorem, & si adiungatur fama (dura enim (vt dictum est) & grauissimum onus) grauior fit & durior. Magna est etiam animi paupertas ignorãtia. Et ideo nihil habet infęlix paupertas, durius in se, quã quod ridiculos facit homines. Neq; enim cantare sub antro Pierio, Thyrsum vt potest contingere, sæna paupertas atque æris inops, quo nocte dieq; corpus eget. Nobilem facit inhonoratum, clarũ inglorium reddit. Illustres genere, deprimũtur potius quàm extollãtur. Nihilominus (vt dicebam prius) paupertatem veteres coluerunt, pauper fuit L. Paulus Aemilius. & Val. Publicola, & Cincinnatus, & M. Por. Cato. Et alij quam plures. Cantabatq; sic Catul.

Diuitias alius fuluo sibi congerat auro,
Me mea paupertas uitæ traducat inerti.

Et Hora.

Man. Tt haud

haud mihi uita
Est opus hac ait & ualens me sylua canusq;
Tutus ab insidiis tenui solabitur eruo.

Opulentia delitias, desidiam, seditiones, rerum nouarum, studium parat. paupertas sapientiam inuenit. Felices pauperes si sua bona norint. Cãtabit vacuus (vt Poeta inquit) coram latrone viator. Theognis in ferẽda paupertate similiter mollissimus erat, infinitum quærendi studium insectabatur, & magnopere reprehẽdebat. Vñ Hora.

Denique sit finis quærendi, quoq; habeas plus,
Pauperiem metuas minus, & finire laborem
Incipias.

Melius est ẽt hominibus, pauperẽ bonũ, quã malum & diuitẽ. Et malit quisq; esse pauper & iussus, quàm per iniuriã locupletari. Galatę pauperes custodes corporis eligũt. Pythagoras Samius (& cum hoc finio) contemptis Demarathi patris opibus, totum fere orbem discendi studio peragrauit, inq; ea Italiæ parte, quæ tum magna dicebatur Gręcia consedit. vbi populum luxuria difluentem, ad frugalitatem, matronas ad pudicitiam, iuuenes ad modestiam, reuocauit, inq; tanta ob id hominum admiratione fuit, vt ex eius mortui domo, templum fecerint, eumque pro Deo coluerint.

PHILAVCIA,

Est aliqua gratitudinis portio, sua quenq; bona nosce, non quemadmodum nouit Narcissus, cui sua philautia fuit exitio. non tanta igitur in aliquo esse debet, (quod tamen fatui quidã non faciunt) vt sibi displicere non posit.

PARIES CRATICVS

de hoc habetur in l. si fratres, in §. in cõem riuũ. ff. pro so. nec aliud est, nisi paries, (vt dictũ fuit) lignis seu cannis directis & transuersis, intextus. Et licet ibi concraticum, dicat Codex quotidianus, quem habemus prę manibus, idem est tamẽ. Imò quod nec craticum dicere debemus, vt quidam dicunt, sed (quia ita legitur, in pandectis florent.) Craticium.

PHARISEVS

Pharisei enim erant Iudęorum religiosi, ab illis diuersi, habitu obseruantia & cultu, usq; adeo ut Pharisęus non aliud sonet quàm diuisus.

PROGREDIOR

hoc unum tantum ad huiusce uerbi propositum dicam, quod qui non progreditur regreditur, quodq; exercitatione perpetua uirtutis, & doctrinæ opus est. nec ab re Gymnasium huic libello nostro, inscripsimus, quod nihil aliud sonat, quã exercitationem adulescentibus quàm maxime necessariam, ne regredi uelint, & non (ut dictum est) progredi.

PROSPERITAS

Nihil enim homini quid, tam prospere faustumque, ac felix (ut dici solet) esse potest, quod non aliquid difficultatis habeat. Vnde Iuuenal.

sed quæ præclara & prospera tanti
Vt rebus lætis pars sit mensura malorum?

PAVIMENTVM.

Ad propositum pauimentorum sciendum est quod picta primũ, postea lichostrota facta sunt, tessellatis lapillis strata. Opus amusseatum quoque dicitur, siue musiuum, nos Mosaicum lingua Italica uocamus. Aliàs tesseris, idest quadratis, & scutulis, idest rotundis à scuti figura quandoquę fit, unde equus hinc scutulatus dictus est, lingua Italica pomolato. Et quãdoque etiam frustis exagonis apum similitudine, quorum cellæ in aluearijs fauis distinctæ sexangulæ sunt. Est quoque pauimentum spicatum ad spinam piscis. & subdiale, quod Græcorum inuentum fuisse tradunt.

PARVVLVS,

quia alibi dicitur quod paruulis plerumque reuelantur, quæ sapientibus sunt abscondita. Sciendum adhuc est etiam, hoc casu, quod paruulus trifariam tribusq; modis dicitur. Aetatis, imperfectionis, & innocentiæ. & quod simile nostri etiã ponunt, sæpe reuelari minori, quod maior ignorat. c. esto. ad fi. xcv. dist. Specu. in §. nunc tractemus. nu. 8. de aduoca.

PROTEVS

humani animi uarietate gaudent, ideo Ceres, Aegypti rex, à Græcis Proteus dictus, qui se in uarias uertebat formas hanc ingenij & animi (ut dixi) uarietatem significabat.

PRETEXTA

hæc enim erat triumphantium, & magistratuũ Vestis, toga uero uiliorum. Et pretexta purpurata. Vnde Iuuenal.

Vt rebus lætis par sit mensura malorum?
Huius, qui trahitur, prætextã sumere mauis?
An fidenorum, Gabiorumq; esse Potestas?

PRESTIGIATOR

Quis iste nã sit oĩbus innotescit, uerũ adde, ꝙ pilarius ẽt appellatur, & uẽtilator, quippe ꝙ pilulas siue spherulas adeo celeriter uẽtilat (qđ his diebus, uidimus in foro proprijs oculis) ut à spectatoribus non facile deprehendi queat.

PETRVS

PETRVS

Apostolorũ princeps Romanæ ecclesiæ, qui prius uocabatur Simõ, postea Petrus & Cephas, dixiq́ue alibi satis supra adiicientes, nunc quod ab eo traditum est, debere ab omnibus custodiri.c.fin.ij.dist.

PRAEVIDERE, PROVIDERE, PERVIDERE.

Differunt, quoniam primũ est sapientis. secũdum diligentis. tertium uero impotentis. Peruidere enim est parũ uidere, ut hij qui oculis emissitiis sunt formati, uel Lippi. hij enim communiter parum uident.

PODAGRA.

Ocium molestũ est pedes podagra laborantes. Cui morbo Medela, remediumq́ue optimum est ac salutare, paupertas, uel necessitas, uel uoluntas, illam nobis afferat, à principe tamen, ferenda patienter. quia (ut prudenter dicebat Septimius Seuerus) caput imperat non pedes. ut frenum in domito equo est tamen, sic est podagra magnis uiris potentia & opibus fastu atque superbia indomitis.

PERSAE.

Dolores oculorũ puellæ Persicæ, dicebat Alexander, victo Dario. in Perside enim pulchritudo fœminarum excellit, uidereq; Reginam & filias captiuas, declinabat, ut Iulianus & Scipio, aliàs, ne cupiditate frangeretur.

PAVLVS

Apostolus, uas electionis dicitur, tuba Euãgelij, rugitus leonis, tonitruus gentium, flumẽ eloquentiæ christianę, qui profunditatem sapientię & scientiæ Dei magis miratur quàm loquatur. Et ideo, si stupet ad mysterium, & de quo disputat ineffabile confitetur, quanto magis nos uermiculi & culices, solam debemus scientiam inscitiæ nostræ confiteri.

POLLINCTOR

Is sane dicit, qui cadauer sepulturæ siue ad sepeliendum portat. Libitinarius uero, qui funus uẽdit. Hinc Iuuenal.

Quis facilè est ædẽ conducere, flumina portus,
Siccandã eluuiẽ, portãdum ad Busta cadauer.

PETITIO.

Peti non debet nisi quod fas sit & honestũ, unde Themin Deam prisci esse putabant, quæ hominibus hoc ipsum pręriperet, non peti, nisi qđ fas esset. Petere etiam aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet, graue est homini pudenti, ne quod petit exigere magis, q̃ rogare, & in mercedis potius quàm beneficii loco, numeratur. Petitio aliàs (ut nostri dicunt & bene) à libello differt. libellus formam habet, nõ petitio. Peti quoq; debent quæ ad salutem pertinent, perseueranter & pro se ipso. et cum aliquid petimus, modum exaudiendi committamus prudẽtiæ eorum à quibus petimus, ut mulieres illæ a Christo petentes, quando dixerunt, ecce quem amas infirmatur. Si petitio indecora fuerit camelus saltitabit, si inepta petens hircum mulgere dicetur. Qñ petitur etiam aliquid à principe, summa cum ipsius, suiq́ue nominis laude, peti debet, nec absq; ratione eius auxilium implorari. præsertim, qñ quis petit filij mortem uindicari, ut ab Agamẽnone Hecuba, aduersus Polynestorem, Thraciæ Regem, à quo filius neci datus fuerat, & in mari proiectus. quia sic pulcherrime docet Euripi.

O domine o maximum Græcis lumen.
Obtempera, porrige manum huic anui
Vltricem, & siq; nihil ea est, sed tamen.
Boni enim viri est iustitia auxiliari,
Et malos punire vbique semper.

Et ad propositum dicunt nostri. ubi sunt ista uerba, summarie procedas de plano & sine strepitu iudicij, ꝙ libellus non requiretur, sed qualis qualis petitio. c. afferte mihi gladiũ, de p̄sumpt. ibi, filius meus uiuit. & in euangel. adulteræ. ubi est mulier qui te accusat. Et quod petitio contra naturalem rationem non debet admitti, si actor uelit sibi instrumẽta edi ad intentionem fundãdam. de quo in l.i.ff. & C. de eden. ubi ego multa. Petitio insuper esse debet humilis, honesta, rationabilis, iusta, & possibilis. Nec aliud à Diis petendum, nisi bona mens, animi, & corporis ualitudo, & (ut ille dicebat) mens sana in corpore sano.

PATRIA

Sic à latinis dicta est, à Græcis πατρίδα. πατριαν uero familiam uocant, & paternitatem. de quo nostri aliàs in t. pronunciatio. in §. familiæ. ff. de verbo. sign. Patrię charitas maxima est, nec phas utcumq; in causa ferrum stringere. nanque Themistocles, & Aristides quanquàm exules, illi magno adiumento fuere. Nec Lacedęmonius ille Rex aliàs, exul pariter pręter meritum, de patria quidem qri sustinuit. iustissimumq; dolorẽ auctoritati, & reuerentię maternę submisit Coriolanus. Patrię salutem saluti filij añposuit. M. Torquatus. (historia nota est) & iuricus Brutus. qui T. & Tiberiũ filios occidi iussit, quippe ꝙ de Rege Tarquinio superbo restituendo, coniurauerant. Et breui patriæ amicitia oĩbus rebus quanq̃ charissimis est añponenda. Bonũ simpliciter hominis est, bonũ domus, melius, patriæ uero optimũ. Quo mihi ista auguria? optimũ auguriũ est pro patria pugnare, dicebat Hector Polydamãti, in bello Traiano. Q. Curtius Romę, Menechęus,

uero ſcuto lunatum,quo utebantur Amazones. alias Parma ciuitas eſt, in qua nũc imperat Dux Octauius Farneſius, optimus & clementiſsimus princeps, adeo charus & dilectus à ciuibus ſuis & populo,ut ipſum non ſecus ac parentem, re- uereantur & colant. quæ etiam Chryſopolis à cõ ditore.i.aurea dicta eſt. & quam olim Iuliam vo cari voluit Cæſar,quippe quod in ea quã ſæpiſsi me hyemare ſolebat. Parmenſis fuit Iacob. de Are.noſter.I.C.egregius. Et Bernardus gloſa- tor. Et Parmenſes denique optimos uiros uo- cat Cicero.

PERTINAX

Ille eſt,qui non magis mouetur, quàm ſi dura Silex,aut(ut poeta inquit)ſtet Marpeſia cautes. Et communiter qui emergunt è ſterquilinio, ac ut plurimũ,uiruleti & pertinaces eſſe ſolent. Et ferro alias pertinacia cõparatur, quia igne mol- litur ferrũ tamen remanet.

PERFECTVS.

Hoc ipſum dixiſſe ſat eſt,quoad iſtud,perfe- ctum quem dici, perfectione animi, naturæ, & ſexus ut Iob.

PROSELYTVS.

huius in ſacra pagina ſæpiſsime fit mentio, ideo grẹcũ uerbũ eſt, προσήλυτος,& aduena ſonat.

PLAVTVS.

Comicus egregius eſt (ut ſciunt omnes) Te- rentio tamẽ,longe inferior,quanquam eius ore Muſas locutas fuiſſe ueteres putarint.

PROFVNDITAS.

Profunditatem ſcientiæ Dei Paulus Apoſto- lus magis admirabatur, quã loqueretur. Et ideo profundam profunditatem quis inueniet? in- quit D. Hieronimus.

PSALTRIA.

Dicta eſt illa quæ optime canit,& hinc pſalte riũ,inſtrumentum muſicum, & pſalmus cantus. Vnde Iuuenal. *ſed omnes.*

Nouerunt Mauri,atque Indi quæ pſaltria penẽ.
Maiorem,quam ſint duo Cæſaris anticatones.

PISO

In Hiſpaniam ablegatus, à Senatu, ſub titulo Imperij ob iniuriam illatam,ab incolis, ibi tru- cidatus eſt.

PHILOSOPHVS.

Cicero uixit ut homo,et ut philoſophus, ſcri pſit. Tribus philoſophorũ ingeniis, antiquitas gloriata eſt. Carneade ex academia, Diogene ſtoico,et Critolao Peripatetico,fuitque primus facundia uiolenta et rapida. Secundus modeſta et ſobria. Tertius ſcita et tereti. Philoſophia uni cum Deorum munus. Diſciplina diſciplinarum. honoranda ſemper anteloquio. Ariſtoteles cla- rus atque inclytus uir. Philoſophus tacendo pro batur, Orator orando. Demoſthenem atque Pla tonem dicimus, ſummum oratorem cum ſum- mo philoſopho. philoſophi tamen maiori glo- ria ſũnt digni quã oratores apud Græcos. Illi.n. recte uiuere docent,iſti bene dicere, cunquè ad oẽs bene uiuere pertinent,lõge præſtabilius erit quia ad paucos benedicere pertinet. tamen D. Hiero.philoſophũ mũdi glorię animal, popula- ris auræ,atq; nũmorũ uenale mancipiũ eſſe dice bat. Et Lactan.qđ philoſophus eſt ſapientię ſtu- dioſus,et philoſophia, ſapientiæ ſtudiũ, uſque adeo ut philoſophus non ſit ſapiẽs,nec philoſo- phia ſapiẽtia,et ſic nomẽ uanum. Et quod philo ſophi doctrina eſt nihil ſcire,alij contrariũ ut ſu pra,qđ philoſophus cõuiua Deorũ ſit. Et quod philoſophiã docuit Empedocles poetice. Plato ænigmatice,et Ariſtoteles ambigue. Et uere qc- quid ſit philoſophia medetur animis,inanes ſol- licitudines detrahit,cupiditatibus liberat, et ti- mores euellit. à Socrate omnis de uita, et mori- bus philoſophia manauit. Philoſophi uirtutis magiſtri ſunt, et uitæ philoſophia dux rurſum, uirtutis indagatrix,expultrix uitiorũ, ſine ea nõ modo nos, ſed nec uita hominum ſtare poteſt, vrbes peperit, diſsipatos homines in ſocietatem uitæ conuocauit, eos inter ſe primos domicilijs deinde coniugiis, tum literarũ et uocum com- munione iunxit, inuentrix legũ, magiſtra morũ eſt,et diſciplinæ. tres habet partes, vnam altiſsi- marum obſcuriſsimarumque rerum naturæ, alte rã diſputãdi ſubtilitatẽ, tertiã uero in uitæ ciui- lis(ut dictum eſt)ac morum præceptis conſiſtẽ- tẽ. delectat inſuper, iuuat, et ornat hoĩem. duasq; habet præter dicta ſupra diffinitiones, primã cõ ſiſtentem in cognitione diuinitatis, ſecundam qđ ſit homo ſimilis Deo. Diuiſa amplius in ẹthi cam, œconomicã, et politicam, docens ſe ipſum regere, familiam et populum. Non omittentes poſtremo, Cratippum philoſophum peripateti cum, quem Cicero uirum optimum, et familia- rem ſuum vocat, peripateticorum facile princi- pẽ, filii ſui M. præceptorem fuiſſe. quodq; philo ſophaſter dicitur, non prout aliqui inteṛpretan tur, ſed philoſophorum imitator.

PRAEPARATIO

Neceſſaria eſt, uſque adeo ut ſtultus ſit miles, qui prodit inermis in aciem. et turpe ob id dice- re poſtea non putaram. Et ſi pugnandũ eſt, prius arma abſtergere et perpolire oportet. et qđ cõci piat prius mulier, et parturiat, antequam pariat.

PYRGVS.

Vaſculum eſt, quo includũtur et iaciuntur tali

in alueo, ne si manu fraus à lusoribus fiat, non autem Tabulerius est, vt aliqui voluerunt. de quo Hora. sic.

Scurra Volanerius, postquã illi iusta chiragra
Contudit articulos: qui pro se tolleret atque
Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna
Conductum pauit.

PIRATAE

communiter dicũtur marini prędones, proprie tamen in itinere vel terra insidias meditantes, piratæ sunt. quos latrones vocat pariter Hora. sic.

Quid attinet tot ora nauium graui
Rostrata duci pondere
Contra latrones, atque seruilem manum,
Hoc hoc Tribuno militum?

Piratæ (vt cumq; sit) armis persequẽdi sunt, quia commercium annonę intercludunt, & cões sunt humani generis hostes. Et Soloe quandoq; Põpeiopolis appellata, quod idem Pompeius piratas deuicerit ibi. quos venia dignos esse putauit, quosque ibi collocauit.

POLYPVS

Flagellum piscis appellatur, quia nec à suo genere abstinet. nanque sub scopulis latitat & piscium colorẽ induit, vt idẽ cũ scopulis esse videatur, pisces ad scopulos adnatant, ille cirris quasi retibus (autor est Aelianus) imprudẽtes ĩplicat.

PRECO

etiam apparitor vocatur, habemusq; hinc nos, multas sanè rub. de apparitoribus. tamẽ lictor est vt aiunt quidam. & (quod scitu dignũ est) adde, quod olim cum res diuina ageretur, præcedens preco, ingenti voce clamabat. *Hoc age*, idest ad diuinum cultum aduerte. intentoq; ad id, sis animo. Vt Sacerdotes nostri aliàs, dicentes pariter. *Sursum Corda*. Et quod apud veteres, iudices, accusatores, rei, & defensores, precone pretorio dicebantur. Et quod Athenis, & in Areopago, stãs pro foribus, rursum proclamabat. si quis dicere vult, surgat, sine procemio, procemio nõ vtare. Cuius vocem alibi horridam dicit tex. in l. dies festos. C. de fer. Euangelicę doctrinę preco primus, Pontifex, ipsius vero Episcopi.

PROCVRATOR. D. MARCI.

Procuratoria D. Marci dignitas, qua nouissime cohonestati fuerunt duo grauissimi & Illustrissimi Senatores de Rep. optime meriti, Matthęus Dandulus, & Aloisius Mocenicus, duo Venetæ Aristocratiæ lumina, amplissima est, è quorum numero in hunc vsque diem, Duces semper eliguntur.

PENSIO.

Nostri sæpe pensionis mentionem faciunt. l. diuortio. §. non solum. ff. sol. mat. l. postulante. §. j. ff. ad Treb. estq; id quod soluitur pro re locata, seu conducta. l. si vno. ff. loca. veteres vero eã mercedem appellabãt, sed tamen proprie beneficiorum est, dicta à proprietate ipsius beneficij pendens, vt vsufructus à proprietate beneficij. finiturq; mortuo pensionario, vt vsufructus mortuo vsufructuario, cõsolidatioq; fit. §. finitur. insti. de vsuf. Bal. noster. cons. ix. col. j. vol. j. Card. in Cle. j. in §. j. q. iiij. de sup. neg. prælato.

PROTOGENES

pictor egregius fuit Gręcus, de quo Plini. multa. sed id vnum tantum tu adnotabis, quod idem sonat ꝙ primogenitus, sensitq; Iuuenal. sic dicẽs.

Non est Romano cuiquã locus hic, ubi regnat,
Protogenes aliquis.

PLATO

Philosophorum Deus appellatus est, & Philosophorum Homerus. Censor & Philosophorum Achilles. à latis humeris, vel propter orationis amplitudinem, & maiestatem, quem diuinũ Gręci vocant. ipse vero dominatum Dionysij tyrannidem. ex quo Dionysius Platonicã philosophiã anilia deliramẽta esse dixerat. Plato naturę gratias agebat, qđ homo nõ asinus. Gręcus non Barbarus. Mas nõ fęmina, & Atheniẽsis, nõ Thebanus, & tẽporibus Socratis natus fuisset. Lactã. tamẽ, nihil delirius in rebus humanis, ait, dici potuisse, quasi asinus, vel Barbarus, aut fęmina Thebis nasci potuerit. Et Socratẽ quasi ingenia discẽtibus dare potuisse. nõ ab re igitur, si (vt dictum est) Dionysius, philosophiã Platonicã, anilia deliria esse dicebat, q̃q̃ alij alia aliterq; (vt supra) tu q̃s iustius induat arma diiudica. Crinit. cætera.

PHYSIOLOGVS

est proprie ille qui de natura rerũ disputat. Hinc D. Hiero. legamus Physiologos, & reperiemus Turturis, hanc esse naturam, vt si parem amiserit, alteri non iungatur.

PAVCA.

Paucis minimisq; natura cõtenta est. humanũ genus viuit paucis. de quo nos alibi satis, maxime in annotationib. P. lyrici. adde nunc & præter ea, Euripidem quoque sic dicentem.

Ad diurnum uero uictum parum refert.

Oĩs enĩ saturatus vir, diues & pauper tãtũdẽ fert. paucorũ tñ iudicium aliàs, sapientum, quàm multorũ insipientiũ timendũ est. Paucis item legum condendarum datur auctoritas, paucissimi legibus

legibus latis obtemperant. Et facit ad idem quoq; Maronis vulgatum illud.

Pauci quos aequus amauit

Iupiter, aut ardens euexit ad athera virtus.

et poetæ Lyrici prædicti, sic lingua Italica dicentis pariter.

Gratie che à pochi il ciel largo destina.

Nobilitatis signum, vt illud etiam multi sunt vocati, pauci vero electi. Sapientes pauci, stultorũ numerus infinitus. Leones pauci, paucissimi Elephantes, vnicaque Phœnix. Parua tamen res est, sed non parua consuetudo, pauca item, velle dicere plerumque profitemur, & nihilominus multa effundimus, inquit glo. in l. cum antiquitas. C. de vsuf.

PLVTARCHVS

Homo Græcus, cui Traianus omniũ laudatissimus Imperator, non modo aures, verùm etiam vniuersam vitæ rationem commisit. Et non ab re, quippè quod in eo nihil non grauissimum esse uidetur. antiquitatis amplius, studiosissimus obseruator.

PRAETORIVM, PRAETOR.

Prætoriũ nõ modo locus in quo ius reddit prætor dicitur, verùm etiam ædes diuitum & magnatum, & quo milites conueniunt. prætoriæ villæ uero, cultiores elegantioresque, sic etiam appellantur, de quibus in l. ij. ff. de seruit. rustic. prædio. quod tamen nec ibi Accur. declarat. Prætor erat etiam, cui parebat exercitus, quiq; exercitui præerat. Et qui ius dicebat in vrbe, creatus à patribus. Item peregrinus, & totidem quot prouinciæ, in ditionem Ro. uenissent. & fusius in l. ij. ff. de orig. iur. xiiij. prætores fecit etiam Cæsar. deinde xvj. prætores in prouinciis rursum legatis & quæstoribus, iurisdictionem mandare solebant. Et præesse omnibus ludis, sedebant & signum dabant, quod Mappa uocabatur, ludorum futurorum non sine ingenti gaudio aurigarum. Hinc Iuuenal.

Interea Megalesiacæ spectacula Mappæ
Idæum solemne colunt, similisq; triumpho,
Prædo caballorum prætor sedet.

Et præessentibus in ludis circensibus, habitus cõcedebatur triumphalis. Vnde idem.

Quid si uidisset prætorem in curribus altis
Extantem, & medio sublimẽ in puluere circi,
In tunica Iouis, et picta sarrana ferentem
Ex humeris aulæa toga, magnaq; corona
Tantum orbem, quãto ceruix non sufficit ulla?

Prætor rursum vrbanus erat, intra muros, et vrbem extra. Archon Athenis præerat iudicibus. iudiciorumque moderator erat, vt Romæ prætor. Erat & fideicommissarius, qui ius de fideicommissis dicebat, vt insti. de fideicom. in prin. Tribusq; uerbis negotium diffiniebat, (ut alibi diximus) do, dico, addico. primum ad actionem, secundum ad factum, tertium ad executionem spectat, & exceptionum prætoriarum formula cum exceptione laudare sic. Dion vir omni laude perfectus est, nisi si iracundus.

PERVICACIA

Veritatis est inimica, odiũ uerò excæcat omne iudicium. Item peruicax, proteruus est, pertinax impudens. Vnde Hora.

Fas peruicaces est mihi Thyadas
Vinũq; fontem, lactis & vberes
Cantare riuos.

Deque Pertinace suprà.

PROMERCALIS RES.

De his rebus fit mentio à nostris in l. qđ si. ff. de impen. in rebus dota. fac. quòd impensæ quæ fiunt, in hisce rebus, sunt vtiles, non uoluptuariæ, vsque adeo ut deduci debeant. nec aliter declarat Accur. promercales res igitur sunt, quæ portione sibi retenta, pro familiæ vsu, paterfamilias habet venales, sique impensæ igitur in his fiant (vt dixi) deducuntur, & vtiles sunt.

PHASMA

Visio siue repræsentatio est, nec aliud sonat. Vnde Iuuenal.

Consumptis opibus uocem Damasippe locasti
Sippario, clamosum ageres ut phasma Catulli.

PERGAMA.

Metaphoricè, quæcũque excelsa ædificia uocantur, vnde hinc Pinda. Cæpit quidem pergama Aiax, deinde Coocum etiam gentes Telamone adiutus, inquit, arcem & Mœnia in Ilio intelligens. Clare Maro sic.

Namq; uidebat uti bellantes pergama circum.

PRECATIO.

Id solum quoad istud sciendũ est, olim, preces fundi, & conditione quadam concipi, in more positũ fuisse. quod sic Hora. testari uidetur.

Si neq; maiorem feci ratione mala rem,
Nec sum facturus uitio, culpaùe minorem.
Si veneror stultus nihil horum, o si vulgus ille
Proximus accedat, qui nunc denormat agellũ,
O si urnã argẽti, fors qua mihi monstret ut illi,
Thesauro inuento qui mercenarius agrum
Illum ipsum mercatus arauit diues amico
Hercule, si quod adest, gratum iuuat, hac prece te oro
Pingue pecus domino facias, et cætera præter
Ingenium, vtque soles, custos mihi maximus adsis.

POR-

PORTICVS.

Erant loci quibus mulieres frequentes conueniebant, vt Liuię, & Pompeię, quemadmodũ Neapoli sedilia Nidi, & Capuę, hinc Naso.

Tu modo Pompeia lentus spaciare sub umbra
Cum sol Herculei terga leonis adit
Nec tibi uitetur, quæ priscis sparsa tabellis
Porticus, Auctoris Liuia nomen habet

Et Iuuenal.

Porticibus ne tibi monstratur fœmina uoto
Digna tuo?

POPPEA.

Neronis vxor, vnde poppæana vnguenta. alibi poeta dicebat sic.

Pane tumet facies, aut pinguia poppeana
Spirat, & hinc miseri uiscantur labra mariti.

Octauia repudiata, prima, quam etiam interfecit. dixique alibi satis.

PROBVS.

Qui Athenis probus est, ut insigniter sit probus oportet. Et quia probitas præclara res est, vt eam fideliorem habeas, tibi iureiurando cõpara.

PECVLIVM.

Paterfam. non habet peculium, serui sic, quia nec ipsi habent bona. l. i. §. fi. ff. ad legem cor. de fal. Hinc serui peculiares. l. filiusfamilias. ff. de iu. pat. siue peculiati. l. si quid uenditor. §. fi. ff. de ed. ed. Et nummi peculiares. l. ii. §. fi. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si cer. peta. Et vinum peculiare, seruorum. l. si quia vinũ. §. acetum. ff. de tri. ni. oleoque lega.

PLACENTA.

Cibi genus olim erat, in deliciis habitũ. Vsq; adeo ut suaues epulæ, & cibaria non essent, placẽtam non redolentes. erant insuper & Philoxenię & Apiciæ, sic à Gulonibus nuncupatæ.

PEGASVS.

Iurisconsultus noster fuit, sanè Vespasiani Imp. temporibus egregius, a quo tunc præfectus urbis creatus est, quem tamen alibi sub Domitiano Villicũ appellat poeta, quod non amplius Roma vrbs esset, sed Villa, sic dicens.

Pallor amicitiæ primus clamante liburno.
Currite iam sedit rapta properabat abolla
Pegasus attonitæ positus modo uillicus urbi

fusius in l. ii. ff. de ori. iu.

PRINCIPIVM.

Quid nunquam est incipiendum, nisi eo animo ut ceptum perficiamus. Initiumque est cuiusque rei, eoq; nihil est prius, ex principio oriũtur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Et dimidium facti (inquit poeta) qui bene cœpit habet. Principia etiam docenda sunt, quibus ignoratis nihil sanè, quod utile sit ac frugiferum fieri à nobis potest. Et fores aperiendæ, si domum ingredi uelis, non perfodendæ vel euertendæ protinus ædes. Et hoc est quod dicebat etiam Plato, quod in unaquaque re maximum est principium. Et quod principiũ cuiusque rei semper est perpendendum, multaque differenda, vt cætera postea principium ipsum sequantur. Principia etiam sunt semper certa, nec est cum eo disputandum qui ea negat, ex quo fatuus est. Quæ sicut se habet in speculabilibus, ita se habet finis in agibilibus. Principiumque & finis, in unum, sicut in circulo concidunt. Est verum q́d principio nisi se se habet natura, quæ tamen desinit postea in præstantissima, ut semine genitali (exempli gratia) in hominem, animalium omnium præstantissimum. Dantes Aligerius etiam principia quædam quæ nota sunt, puta quod vna eademque res, vno eodemque tẽpore esse posit & non esse, primas appellauit notitias, quorum ope discantur postea omnia. Id nec omittentes vltimo quod principia sunt conclusionibus perfectiora. Sicut lumen colore perfectius. Et vt intellectus qui est mentis habitus, scientia perfectior. Et sicuti scientia sine intellectu haberi non potest, sic conclusiones absque principiis haud cognoscuntur, ut color rursum qui sine lumine uideri nõ potest. Et quod intellectus principiorum est habitus, sciẽtia vero conclusionũ.

POPVLVS.

Vbi ingens est populi multitudo negotiaque uaria munus Deorũ est, quod ibi integra Reip. tranquillitas, concordia, & pax conseruetur, vt in inclyta Venetiarum urbe, meo quidẽ indicio omnium præstantissima, ut suo loco dixi, & alibi sæpe satis. Maximus quidem magister etiã est populus. non semper tamẽ lacte nutriendus, sed cibo solido uescendus, ne quasi paruulus, ab vltimo occupetur die, sed ut in spiritualem proficiat senectutẽ. Ludis & spectaculis delectatur populus. Et ueluti muneribus capitur, vsq; adeo ut munera etiam appellentur. Trium rerũ quoq; Romę, Populus olim dominus esse solebat, Magistratuum creandorum, legum ferendarum, & bellorum indicendorum. quæ omnia tamen in principem translata fuerunt, & de hoc etiam in l. i. ff. de constit. prin. est adhuc populus concionarius, qui concionibus delectatur. Et deuius, qui extra uiam militarẽ est collocatus. Et atrox quandoque, quando habet improbos præsides. Et si quando turget in iram incidens extingui non potest, ut uehemẽs ignis. Est & instabilis vt in mari vnda fluctuãs, hęc aduenit illa reuertitur Bellua multorum capitum. qua ratione Dioge-

nes

nes, cum populus egrederetur Theatrum ipse vero ingredi niteretur, ex hoc ostendebat à populo dissentire. Omnem virtutis exuperantiam insuper odit, nanque Aristides patria pulsus est, quod præter modū esset iustus. Et breuiter multis molestiis vocat, qui nihil omnino cum populo contrahit. Osci male audientes, & turpissimi Italię ab obscenitatibus quibus abundabāt olim dicti fuerūt. Et δῆμος aliàs Græce populus. Et Demophilus ac Philolaus, amator populi. Et Demosthenes populo robur. Et Demophoō lux populi. Et Demodocus populi ęstimatio. Et Nicolaus victoria populi. Et populus à principe laudatus nō est opprimēdus. Demens tamē est rursum oīs multitudo, sitq; erga humiles arrogans, erga arrogantes humiles. Electū tñ elegit sibi Deus Israel in veteri Testamento, in nouo Christianum. In veteri lenitas qui sibi seruirēt in mynisteriis Tabernaculi. In nouo Sacerdotes. Zenon quoq; cū ad eum pauci auditores conuenirent sed lecti tamen, plures vero ad Theophrastum, dixit, illius quidem chorus maior est, meus vero cōcinnior. Et quod populi natura mobilis ac infida sit, (vt supra dictum fuit) liquet ex eo, quia cum primū quem à fortuna desertum videt, statim eum soluto pudore, destituit. Sicq; omniū mores scire cupias id vnum scias sic dici quasi vulgo solere. Itali plorant. Galli cantant. Germani clamant. Sarmatæ vlulant. Hispani susurrāt. & Turcæ deniq; latrant. Vel & aliter sic. Italica sapiētia. Industria Hispanica. Germanorum robur. Ferocitas Gallica. & audacia Vngarica. Alij vero aliter, quod Hispani sunt bello accerrimi, ferocissimi Belgę, prętstantes Itali, & Germani audaces.

PORTA

Hyerusalem sex habuit portas, (quot Roma, ad eos qui de ipsius vrbis mirabilibus, præstantia, & excellentia, scribunt, recurrēdum est) quibus sensus hominis etiam significabantur, prima fontis, secunda vallis, tertia sterquilinij, quarta vetus, quinta piscium, sexta gregis. visus, auditus, odoratus. gustus, tactus, & locutio sonant. Syracusis Agraiana. Troiæ Scæa. & Thebis Hemoloida vocantur. Valuæ quoque dicuntur, quæ intus aperiuntur, quæ vero foris fores. Et à Iano denique etiam Ianua. quandoquidem ei omne principium dicaretur. Portæ duæ olim erant quoque in castris, Prætoria & Decumana. illa exercitus in prælium educebant, ista milites ad pœnam, si deliquissent.

POENITENTIA.

Ita Diis placitum est, voluptati vt mœror consequatur. sed pœnitenti, indulgendum est, vt sorori Aaron, quæ murmurauerat in Moysem. Et illi quidem qui vitulum conflauerat, & Regi Dauid, qui adulterium homicidiumq; commiserat. Et Nachab post mortem Nabute sanctissimi viri. & Petro Christum neganti. & Paulo Stephanum lapidanti. & Magdalenæ peccatrici. & vt ēt in c. si post. 50. dist. Maius gaudium est quoque super vno peccatore pœnitentiam agente quàm super nonaginta nouem iustis vt dicitur in Euangel. & in c. quia sanctitas, ea. dist. quod sic vertit lingua Italica Poeta lyricus.

Che piu gloria è nel regno de gli eletti
D'un spirito conuerso, & piu si estima,
Che di nouantanoue altri perfetti.

Et si filium in ius vocantem patrem sine uenia (dicunt nostri) non punitur pœna solidorū. 50. l. quique. §. i. l. quāuis. ff. de in ius uoc. & si princeps mandauerit aliquem suspendi laqueo. xxx. diebus, differetur executio, quo misericordiæ, uel si res tulerit pœnitentiæ locus sit. c. cū apud. xj. q. iij. l. si uindicari. C. de pœn. est verum quod aliquo casu sera est, nec prodest, ut in emphiteota, alienante rem emphiteoticam, irrequisito domino, qui cadit à iure suo, licet eum pęniteat, & rem ipsam, redimat. l. quidam in testamento. ff. de fideicom. lib. not. in l. fina. C. de iure emphit. & in delictis consumatis. l. qui ea mente. ff. de fur. l. quis sit fugitiuus. ff. de edil. edic. l. hi qui sanctam fidem. C. de apostā. sero igitur ingemiscit quis, cum non amplius remedio est locus, & in eum qui rem male gerit vt cœpti pœniteat, quadrabit prouerbium, Carpathius leporem, de quo ego in prouerbiorum libello.

PROLIXITAS

legenti fastidiū generat longitudo. Nec uerbositas effugiet peccatum dicebat Xistus pythagoricus, Imò inditium imperitiæ est longa narratio. Et æs Dodoneum dicitur longiora Iliade loquens, & prolixitas uitiosa, ut diligentia nimia iuxta illud uulgatum. Summum ius summa iniuria. Vnde hinc dicunt nostri, quod libellus est breuis & ordinata scriptura intentionem agentis continens. Et quod prolixitati est occurrendum, ut olim Idomenæus Merioni apud Homerum. Nec nobis ueneratioi esse uerbosam rusticitatem, sed sanctam simplicitatem. Echo. n. puella, à poetis in uocem à Iunone mutata fingitur propter garrulitatem, & prouerbium est, in eos qui nesciunt finire. Ex culice elephantus. Cerdo paruo pedi magnum induit calceamentum. Quæ tamen prolixa sunt si modo utilia fuerint, non sunt abijcienda, quæque ignaris pulcherrima auditu, & admiratione plena sunt prolixitate molestiam non pariunt. Et quanquam hæc omnia uera sint, si dicatur tamen, nos prolixe aliquid facere uel polliceri, prolixe. i. inuitos exponemus. Sicque Cice. verba intelligūtur alibi, quæ sunt, quo parum prolixe respondent, Campani coloni.

PROTINVS.

Aduerbium est illud, de quo nostri etiam, in l. diuortio. in §. non solum. ff. sol. mat. Cōtinuitatem

tatē significat, & protinus dicitur, quasi porro tenus, deinceps, & simile. Vnde Hora.

Peotinus ut moneā (si quid monitoris eges tu)
Quid de quoque uiro, et cui dicas, sape uideto.

Item alibi.

Nosteisque ductum seditionibus
Bellum resedit, peotinus & geaues
Iras, & inuisum nepotem.
Teoiea quem peperit sacerdos,
Maeti redonabo.

PILENTVM.

Currus erat quo uehebantur mulieres, & Matronæ maxime. Vnde Hora.

Esseda festinant, pilenta, petorrita naues,
Captiuum poetatur ebue, captiua Corinthus.

PETORRITA

Vehiculum similiter Gallicū est, de quo idē Horat. sic.

Esseda festinant, pilenta, petorrita, naues,
Captiuum poetatur ebur, captiua Corinthus.

PECVS.

Lana ouium est, fœtus uero pecorū & tonsura. l. diuortio. §. non solum. ff. sol. mat.

PASTOR.

Pastoralis ars ad regnum præludium est, vnde videmus quod à pastoribus Roma ortū habuit. quodque pecunia à pecudibus dicta est, & nos alibi satis, quæ sine pastore esse non debent. vsque adeo vt per similitudinem quandam sie pueri pedagogis egeant. Et Nomidæ pastores dicantur, ad Numidorum differentiam, quia hij sunt qui huc, atque illuc, uagantur. nos errones vocamus, de quibus in l. quis sit fugitiuus in §. errorem. ff. de edil. edic.

PAPA.

Et Pōtifex idem est, hoc nomē papæ, in scripturis nō inuenitur, sumptū ab interiectione Papæ, quod est admirantis & proprie, cōuenit eis qui in conuersatione sunt admirabiles, vitæ sanctitate & doctrina. Vnde Christus fuit summus Papa, iuxta illud scripturę, & uocabitur nomen eius admirabilis. Olim oēs Episcopi uitę sancti tate pollentes Papæ vocabantur, nunc uero soli Papæ Romano conuenit. c. in scripturis & seq. xcvj. d. Papa à nullo depēdet, seque habet in ecclesijs ut Sol in Planetis. pōt benemeritis dare castra in feudū, sed non magnas ciuitates absque Cardinalium consensu. Nec ullum potest successoribus suis præiudicium generare. c. Innocent. §. quāuis de electio. Et quanquā maximus dicatur, ut olim Vestalis, quæ dignitate reliquas anteibat. Et numero essent octo. Et consuetudo, quod rea esset sacerdos & Pontifex. Imò quod Imperatores quoque pontifices vocabantur, attamen hodie vnus est tantum, qui etiam scribit se seruum Dei, vt faciebat Paulus Apostolus. Imò plus se seruum seruorum Dei, vt in primis uerbis prohe. Gregoria. Et quod alijs quoq; pluribus nominibus uocetur, ponit post Archidiaco. Geminia. in cap. j. colum. iiii. de consti. in vi.

PYTAGORAS.

Præstanti sapientia & nobilitate fuit Pitagoras, in Italia quæ magna quondam Græcia uocabatur. Iisdem temporibus quibus L. Brutus patriam liberauit, qui tamen Sylosontis tyrannidē pertesus, abiit, & in Aegyptum secessit, & cum alias in Italia (ut dixi) consedisset populumque luxuria diffluentem ad frugalitatem, Matronas ad pudicitiam, iuuenes ad modestiam reuocasset, in tanta ob id hominum admiratione fuit, vt eius mortui domo, templum postea fecerint, cumque coluerint pro Deo.

PVLLVS.

Pulli adulterini Solis radios nō ferentes oculis lachrimantibus, è nido eiiciuntur, argumentum plane apertissimum, naturales ad successiones non admittendos.

PIRITHOVS.

Ixionis filius Proserpinā deperibat, is ad inferos Theseo comite, descendit, à Cerbero discerptus est. Vnde Hora.

amatorem trecentæ
Pirithoum cohibent catenæ.

POLYNICES.

Nomen contentionis est. In cæteris historia nota.

POLA.

Colchorum lingua exilium sonat, idcirco in extrema Italiæ ora à Colchis exulibus ædificata est.

PRAGMATICI.

Quanquam pragmaticas sanctiones dicamus nos, pragmaticos uero eos qui illas scribūt. l. pcipimus. C. de ap. l. moris. §. i. ff. de pœn. pragmatici tamen dicuntur etiam infimi homines, qui mercede adducti, se ministros præbent in iudiciis oratoriis, quos nos sollicitatores lingua Italica, uocamus.

PER-

PERPETVO.

Quandoque aduerbium istud, proprie intelligitur. l. i. ff. pro so. quandoq; perpetuo idest generaliter. l. edita. C. de eden. ubi ego multa. Et nō nūquā pro assidue ponitur, sic Iuuenal.

Perpetui comites, notaque per oppida
Buccæ. fusius Albe.

fusius Albe. in dictionario suo aureo. Et ego alibi sępe pręter dicta in pręallega. l. edita.

POENA.

Sitis Tantali. Lapitarum Silex. Sisyphi saxum. Titij vultur. Ixionis rota. Quælibet grauis pœna in sacra pagina exprimitur nomine ignis. Et sic duo illi Susanne senes. qui falsum testimonium tulerunt, non lapidati sed combusti fuerunt. pœnam pro infamia tamen ponit alibi Catul. sic.

quandoquidem meos amores
Cum longa uoluisti amare pœna.
Vincire uicem Ro. facinus erat.
Verberare scelus.

Necari prope parricidium. In crimine perduellionis etiam dicebant Duumuiri. I lictor colliga manus, caput obnubito, infœlici arbori, suspendito. Et nostri aliàs quod qualitate inspecta infligi debet personarum. l. aūt facta. §. qualitas. ff. de pęn. l. si quis aliquid. §. qui abortionis poculum. ff. eo. l. j. §. fi. ff. ad legem Cor. de fal. l. neque libertis. C. de obseq. pat. præstan. Et Plato, quod pœna ignorantis est, ut à docto discat. Id etiam non omittentes, Athenis reis cōdemnatis, interrogatione sibi à iudicibus facta, æstimari consueuisse. Pœna insuper capitalis est, Mortis, Metalli, & deportationis. Non capitalis. Relegatio. Infamia, dignitatis amissio. verberum experimētum. Pœna canonica. Traditio Curię seculari. Condemnatio ad perpetuas carceres, remotio ab ordine, quæ est relegationi similis. Pœna spiritualis. excommunicatio maior minor. Pœna Banni. Imperialis. Ciuitatis. & politionis extra protectionem communis, ut Florētię. similis exilio. Itē obligatiua. Afflictiua, priuatiua, ab actione exclusiua, tacite confessionis inductiua. Et iurisdictionis prohibitiua. Item voluntaria Imperatiua, quando quis sibi imperat, acceptatiua quam libenter acceptat peccator, acceleratiua, purgatorij. Scituque dignum est, in pœnis adhuc positiuum reperiri, Comparatiuum, & superlatiuū. In. x. pro insultu. sine sanguine. in xx. cum sanguine, & si cum cicatrice, capitis.

PERIVRVS.

Arduum nanque est, latere Deum, virum periurum. Nanque ipsum solum vltorem habet. l. ii. C. de reb. cre. Periurus fuit Tantalus, vt quidam volunt. Et peierantium sub terra vltrices furiæ dicebat Agamemnon. Et nostri, quod fustibus cęso superindici solebat. ne temere Iura. l. si duo patroni. §. fi. ff. de iureiu. quid, quod imprecabantur athenienses, ut funditus & ante tempus perirent periuri, posteritatique pœnas cumularent. Et Cræso conquerēti de iniquitate fortunę suę, Oraculum Delphicum aliquando respōdit, periuriū in posteris sępe vindicatū fuisse. Nec Glauco cogitati periurij causam fecit. Periurus (dicunt nostri) repellitur à testimonio. Infamatur, & punitur amplius crimine stellionatus. Capite mulctabatur ab Aegyptiis, ob duplex scelus, quia pietatem in Deos uiolat, fidemque inter homines tollit, maximum humanę societatis uinculum. Et pręter supradicta, quandoque etiam punitur pœna exilij, ictu fustium, capite, pro motu principis ob religionis contemptū. Et quādoq; lege Corne. de sica. uel de falsis. Nec aliud est periurium breuiter, quam mendacium iuramento confirmatum.

PRINCEPS.

Cum principe contendendum non, est uerū ipsi obediendum quia potentioribus pares esse non possumus (dicunt nostri) nec est inferior supra superiorem, neque discipulus supra magistrum. l. i. C. ne li. po. cle. ne Romani de elec. Et facit vulgatum illud.

Rogare Ducum species uiolenta iubendi.

de quo nos alibi sępe. & in l. i. ff. quod iussu. hinc Marsias cum Apolline cōtendens, tibiarum certamine uictus est, quam ob rem cutem sibi Apollo detraxit, eumque in antro ubi Marsye flumine fontes sunt, suspendit. ἀρχέπολις princeps ciuitatis dicitur qui Dijs immortalibus similis est, sed tamen quia fieri non potest, ut omnibus placeat omnino principatus multis molestiis obnoxius est, dicebat Liuia Augusto marito & principi. Decet principē non se bonum præstare dūtaxat, verum etiā pro subditis suis ita se gerere, ut quā optimi sint futuri. Dueque virtutes in eo, esse debent. Iustitia & fortitudo. ipse rursum irrequietus, & exercitus, semper instar solis, qui in perpetuo motu est. Non decet principem & uirum primarium cuius tutelæ populi commissi sunt, & in cuius cura pendet rerum momenta, tanta solidam dormire noctem, dicebat somnium à Ioue missum Agamemnoni ut Troiam euerteret. Debet uelle etiam omnes suos actus regulari à Iustitia poli & fori, sed non ut modico excessu uituperentur. Habeat insuper in pręmiis calcar, in suppliciis uero frenum, ad vnum ardens sit & promptus piger uero & tardus ad alterum. Verecundiam det ætati, virtutem generi, & Maiestatem Imperio. Spernat purpuram, Gemmas, & voluptates, solumque ęterna suspiciat, & admiretur. Pindaricum illud, habeat frequenter in ore. Cum paruis paruus ero, cum magnis magnus. in principe enim nostro Hieronymo Priolo, nil desiderando est, omnium principum laudatissima

in quo regia quędam est magnitudo, rara erga suos charitas, pacis alendę studium, morum comitas, animi celsitudo principe digna, rara prudentia. Sobrietas. Mentis moderatio, Iudiciū perspicax. Et amabilis quædam uirtutum omniū harmonia. Et si rursum dixero, quod in eo sit, Alexandri magni fœlicitas. Cæsaris inuicta animi uis. Traiano mansuetudo. Et Theodosij. uel Antonini pietas, non errabo. Scit insuper non sibi soli sed Reip. suæ natum. & cogitat semper rē suam agi, cum opem feri subditis, quasi legis exe cutor istud dicentis. l. si quis filium. C. de inosti. test. imòfrequenter in ore habet. Principē offendere, qui iniuriam facit subdito. Plebeculam fame pascit. quæ uera principis laus est. liberalitate vtitur, & Clementia, auaritiamque & cupiditatem acerbissimum dominantium malum, fugit & detestatur. Idem Antoninus de quo paulò ante, ita omnibus dilectus erat, ut noster à nobis omnibus, ut sacrilegi nomen incurreret, qui eius statuam domi non habuisset, Adeoque gratus & charus seuerus, ut senatus dixerit, aut nasci non debuisse, aut non mori. Et breui quo magis princeps omnibus pręstat, eo magis uirtute omnium præstātior esse debet, qua, immortalitate & gloria viuit, potius & in æternum viuet, quā Tropheis, vel aliqua, debellatis ac superatis hostibus victoria. Imo quod princeps Optimus ut Iosue, tempori imperat & Cęlis, ipsiusque verbo aliquando duo illa orbis luminaria Sol & Luna, aliquo temporis spatio firmata sunt. Rubrumq; mare diuisum à Moyse. & fusius nos alibi satis.

POSSESSOR.

Hector nil aliud sonat quam possessor. Græce κτωρ possidere ad ius refertur, tenere ad factū dicunt nostri. Cætera in materia, deque possessorio adipiscendæ, recuperandę, & retinendę fusius. in l. naturaliter in §. nihil commune. ff. de acqui. po. & in §. adipiscendę insti. de int. & in c. reintegrāda. tij. q. i. ego. uero i Dialog. latissimę.

PORTVS

locus est, quo importantur, & est portantur merces, & ad quem, Nautæ magna iactati tempestate, tandem uelis passis confugiunt. Id tantum ad propositum dicentes, quod Hostiensem exstruxit Claudius, & de quo sic locutus Iuuenal. poeta intellexit.

Tādē intrat positas in clusa per æquora moles.

POESIS.

Poetę studium inefficax est, amat enim poesis ocium & lectum vsque adeo ut ioco dicatur, nunquam poetor, nisi podager, mentiuntur poetę multa. Et ideo aiunt aliquid quod poesis est dęmonum sermo siue cibus. idque studium rursus, Sterile, in quo hac de re non est ætas consumenda, sed in sanctissimarum legum scientia potius, quo laborātibus, & afflictis succurat, hinc effertur Cato, quod ęloquentiæ tam absolutæ iuris ciuilis scientiam adiunxerit. Laudēque datur Scæuolę quod peritorum æloquentissimus fuerit, & æloquentium iuris peritissimus. idcirco in oratione Catonis, probrū M. nobiliori obiectum est, quod in prouinciam, poætas duxisset. Tamen eos Deorum interpretes dixit Plato. nec ab re sunt omnes, sub tutela Mercarij. quos ueteres Cygnos appellabant, vtrique canori utrique phębo sacri. ad quod accedat etiā quod nō ociose narrant eorum fabulæ. Et quod poesis est por tio liberalis eruditionis. Et hinc Maro, omnium disciplinarū peritus. Scientia profundus, amens ingenio. Et qui omnia dicendi genera, quæ sunt quattuor, habet, quemque Homerum Mantuanum uocat Macrob. Theocritum, Hesiodum Pysandrum, Et eundem Homerū imitatus. Excellenti gratiarum Horto Iuui, est esse poætam, poęte suis carminibus, terram & more permear, eorumque virtutes quos prædicant, sempiterna memoria prosequuntur. Quos Pieridum ἀροτῆρας appellat Pindarus idest ararores. Metaphora ab Agricolis sumpta, vt enim illi agrum, vineas & Hortos colunt, sic poęte uirorum fortium facta carminibus celebrant. Et aratores idest cultores Mala poemata tamen quæ schedia appellantur à Nautgij genere inconditi, quippè quod trabibus tanuū inter se nexis, factum est, reici debēt & de ludi Ennius Scipionis gratus. Plotius Mario & Terentius Lelio. Patauinis volusius, Flaccus & stella Patauini & ipsi. Et quanquam uolusium spernat Catul. bis verbis.

Aut volusii annales patauii morientur ad urbē,
Et laxas scombris sæpe dabunt tunicas.

Flaccum tamen Martial. Poetam admirandū uocat, & laris Antenorii Alumnum. Et Stellā iuxta Aponum natum, magno in precio habitum. id vnum quoque non omittentes, quod pedum & numerorum usus se habēt ad poesim ut pulchritudo ad iuuentutem.

PRODITOR.

Proditorem odit princeps etiam si dignū fraude putet eum qui proditus est. Sulpitius legatus cum Classi præesset infamis proditionis crimine ab exercitu interfectus est. Et Aurelianus Imperator Heraclamonem Tianæ patriæ proditorem, occidit pariter, dicens. qui patriam prodidit alteri fidelis esse non potest. Pedagogi aliquando proditores fuerunt, & ad cœnam uocari multo etiam interfecti sunt, usque adeo ut nō aliud sibi uelit prouerbium illud uulgatum. Sub lapide dormit Scorpius. Id vnum etiam ad propositum non omittentes, hocque casu quoque, quod proditorum omni degeneres fuut, si maxime in ipsa perfidia deprehendantur. Et quod nō ani-

maduertunt se Rempublicamq; omnem, & suas priuatas opes exiguo lucello vendere, nec largitionibus principum viuere miseri ac infelices erubescunt. prodito denigratur cuius simbolum est hac de re, Coruus. Bessus & Nabarzanes Darij Satrapę, ipsum in gratiam Alexandri uictoris, uulnerāt, mortuo Dario iurat Alexāder, per Maiestatē suam, illos sublimes, & notissimos factu rū, si sciuisset qui nam fuissent Darij interfectores, Bessus & Nabarzanes, se prodūt, quos statim in altissimo loco & sic sublimi crucifigi mandauit, & hoc modo non peierauit, scituq; diguum est, quo cæteri deterreantur.

PIGRITIA

libertatis soror est, dicebat Socrates maximeq; libertatis populus adducebat, Indos et Persas qui pigrissimi sunt ab laborandum. Narce quoque Gręcis seu ναρκή, Latinis stupor, piscatoris manum pigram reddit et stupefacit.

PROVIDENTIA ET MEMORIA

non omnino destituuntur belluæ, nauq; leones benemeritis gratiam referunt. Elephanti reges suos adorant et uenerantur. Equi et canes, domi nos suos cognoscunt, tuentur, et colunt. Odioq; eos habent à quibus male tractātur. Formicę sibi prospiciunt, aduersus hyemis rigorem, pediculiq; hominem moriturum deserunt.

PVTEVS.

Puteū effoderunt Abraam et filij Isaac, ad inueniendum aquam uiuam. Ad puteū exiens requieuit Moyses. Mādatū à Solomone accepimus, aquam potare, ex usibus nostris, et ex fonte puteorum nostrorum. Et seruator noster denique penes puteum de diuinis mysteriis cum Samaritana locutus est. puteus ergo in bonam, lacus uero in malam capitur partem, deq; puteo ego alibi satis. et nouissimē, quod facer est, quia super eum sedit Christus, ut supra. Et quod in Boetia de aqua putei potantes, uaticinabantur. alibi uero in furores agebant equos præcipites.

PLVS MINVS,

loquendi modus est, quia sic diei solet, plus minus ducentis florenis. Ducatorum plus minus decem milia reliquit. Susque deque plus minusue. plus minus, quando incertum est. plus minus decem quandoque etiam dicunt nostri. l. Publia. §. fin. ff. depo.

PRAESTARE ALIQVEM,

Verbum iuris est, prędē esse pro aliquo. nos fideiussorē hūc uocamus, habemusq; rub. de fideiuss.

PHARAO,

Ociosus sonat, nomen dignitatis est tamen. Et hinc est (ut in sacris legitur literis) quod Pharaones appellabantur Aegyptij reges.

PRAEGNANS.

Hoc tantum dicam mulieris prægnātis, quod uinum uel tale quid aliud, uehementer cupiunt, id quàm auidissimē cogitantes, quod si forte nō assequantur, uehemens ipsa cogitatio eiusdem rei, imaginem pingit.

PORTORIVM.

dicitur, quod pro gabella soluitur, ut obolus Charōti portitori apud Inferos. Hinc Iuuenal. alibi.

at ille
Iam sedet in ripa, tetrumq; nouitius horret
Porthmea, nec spera cœnosi gurgitis alnum
Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.

Est & portorium Italię vectigal, quod in portu pro exportandis mercibus soluebatur. Vnde publicani etiam, qui vectigal redimebant, portitores appellabantur.

POSSE.

Si non potes quod vis, id velis quod possis, quoniā nec volūtas, sua caret laude, inspiciturq; dantis animus, non quod dat, vt rustici illius, qui aquam manu haustam, Artaxersi Persarum regi, porrexit. Et quia vulgo dici quoq; ad idem locet, qd ille qui fecit qd potuit legē adimpleuit.

PLVRALITAS.

Ego alibi multa, nunc dicam hoc tantum, qd in pluralitate est imperfectio, i vnitate vero perfectio, vnde vulgatum illud. Virtus vnita, est fortior seipsa dispersa. Verumtamen aliter dicimus hinc, quod vnus non est numerus, sed principiū numeri, qdq; vnius vox, nullius est, quoad probationis effectum. l. si quis ante. ff. de acqui. po. l. iurisiurādi. C. de testi. l. vbi numerus. ff. eo.

PTHOLOMAEVS.

Aegyptiorum rex, Lagi Gregarij militis filius, apud Alexandrū Macedonē cū nō infimę auctoritatis. Non is tamen fuit, qui fortunā Cęsaris secutus, Pompeium hospitem per proditionē man dauit interfici, & cuius Poeta lyricus lingua Italica meminit, sic dicens.

Cesare poi che'l traditor d'Egitto
Li fece il don dell'honorata testa.

sed Dionysius cognomento, cuiusq; nummisma argenteum, & æneum habeo ego. alij etiam fuerunt, de quibus aliàs Volateran. fusius.

PVLCHRITVDO

forma bonum fragile est, (vt Poeta inquit) & vt Man. Vu Solomon,

Solomon, fallax gratia, & vana pulchritudo. Et vulgo dictum. Expecta paulisper, & nō erit. pulchritudo tamē utcunque sit, donū Deorum est preciosissimum. Vnde Græce. [Greek] quadruplex Rationalium. Brutorum. Vegetabilium. Inanimatarum. Item animorum, corporum. vocum. mente cognoscitur. Oculis cernitur. & auribus percipitur. Pulchritudo silens fraus. prærogatiua naturæ. Regnum absque satellitio. In conuiuijs olim tria cauere solebant. Optimum bene valere, formosum esse, & diuitias habere nulla fraude partas. In Perside fœminarum pulchritudo excellit. Alexander & Africanus puellarum seu fœminarum pulchritudinem, declinabant, ne cupiditate qui se inuictos à laboribus, vbique præstiterant, frangerentur. Vt enim ver & æstas quæ per [Greek] significantur iucundissima sunt anni tempora, sic forma omniū in homine pulcherrimū est & delectabilissimū bonum. Et ad idem pulchra res uarijsque insignibus ornata, siue uarijs ornamentis insignis, designatur, cū dicitur (ut inquit Hesiodus) Herculis Clypeus. Phryne meretrix, in iudicium capitis adducta, formæ præstantia absoluta est. Nemoque excepto Achille Nirea ad bellum Troianum, pulchrior olim profectus est. Nec pulchritudinem adimit, qui aliquem aliqua ex parte laudat, ut Homerus qui canit Iunonem candidas ulnas habere. Auroram roseos lacertos. Mineruam oculos glaucos. Tetydem pedes argenteos. Hebem talos pulcherrimos. Quod tamen non fecit Paris Troianus pastor, qui Veneris pulchritudine captus, Iunonis ac Mineruæ deformitatem condemnat. Rara etiam est cōcordia formæ atque pudicitiæ inquit poeta. Et quod quanquam formosa facies, laudabilis sit, commoda tamen est domus experientia docet, & omnium preciosissima, quæque in æternum durat, quæ legibus & studijs constat. Et quod (ut nostri aiunt) pulchra bis & ter sunt repetenda, factumque est iam tritum sermone prouerbium. l. j. §. supradictis. C. de emen. cod. Et quod non corporis liniamenta, sed ingenij præstantia metienda est. Et quod plerunque pulchritudo malorum causa est. Pandora enim formosissima mulier, à Ioue in terram demissa est, ut homines deciperet, Epimetheoque fatuo Promethei fratre in vxorem data est, cui cum pixidem dono dedisset, omne calamitatum genus abscondentem, omnia mala pariter obuenerunt, spe in pixidis parte ima remanente. Ex quo prouerbium ortum est, Malo accepto stultus sapit. Tamen (ut dixi) forma habet nescio quid omnino liberale, laudeque dignum si maxime sit cum uirtute coniunctum. pulcher Iulus à Mantuano vate dicitur. Et præstanti corpore Turnus. Et formosus Eurialus, quo pulchrior alter non fuit Aeneadum. Et quod species Priami digna erat Imperio.

PRIVATVS.

Quis enim beatus quis fœlix, qui in metu est, & semper male suspicans de uita, degit uitam, priuatus uero fortunatus uiuere malim, quam princeps. Inquit Euripides.

PROMETHEVS.

Et Epimetheus fratres erant, vnus tempestiue prudens, alter intempestiue. ille. n. priusquā aliquid, tentaret, consulebat, iste post acceptum damnū. Fabula nota est. Vnde Prometheus quasi prouidus vir dictus est. quem Græci [Greek] uocant, de quo Iuuenal. alibi.

omnem Titanida pugnam.

Et alibi.

Inter maiores, ipsumque Promethea pones:
Quē summa cœli raptū de parte Prometheus.

PLACERE.

Cani lectum sternere, magnus labor est, idest omnibus posse placere impossibile. Ego mihi hoc unum pro simbolo in detractores desumpsi commentariorum meorum iuris pontificij ad Pium Pontif. maximum quondam. IIII. & Cardinalem amplissimum Borromeum eius Nepotē. Longe pulchrius etiam est ad idem vni Roscio placere, quàm totius Theatri plausum ferre. Et si non datur omnium applausum mereri (omnibus enim placere) iterato dixerim (ne Ioui quidem satis concessum est) est tamen aliquid his, qui in Orchestra sedent placuisse.

PORTENTA POETARVM.

Sunt hæc. Cerberus, Cocytus, Acherō, Tantalus, Sysiphusq; vt inquit Cice.

PRIMIGENIA.

Naturæ dotes animi & corporis, primigenia dicuntur. Varronisque dictum est.

PRODIGVS.

Nostri sępe de prodigo, scias tu alias qđ omnia uertit in fumum in cinerem, patrimonium decoquit, & quod adhuc ex eo pilulam facit. Et quod denique auaritia gloriam, prodigalitas uero opes uastat, comes q; ipsarum opum est.

PRAEMIVM.

A prologo differt, quoniam illud oratorum est. Istud Poetarum.

PARSIMONIA:

Magnum vectigal est inquit Cice. Cętera nos met

met alibi satis. Vel & nouissimè adde, quod inter prima priscę agriculturæ præcepta, fuit; ne quis plus telluris possideret, quàm posset colere. quodque parsimonia est paupertatis soror. vt prodigalitas diuitiarum comes.

PRAESTANTISSIMVM QVIDDAM.

Volatilium in aere est Aquila. in mari Delphinus. in terra Homo.

PANIS.

Per panem quilibet cibus in scriptura intelligitur, vt per aquam quilibet potus. Quinque panes illi hordeacei de quibus in Euangel. sunt isti, pœnitentiæ, doctrinæ, exemplaritatis, Eucharistiæ, & orationis. Item diuinitas, Corpus Christi, scriptura sacra, gratia gratum faciēs, promissio futurorum bonorum. Et ad illud orationis Dominicæ, Panem nostrum quotidianum, dic quod quinque sunt pariter. Sacramentalis, spiritualis, obedientiæ, pœnitentiæ, & corporalis. Et ad illud de quo rursum in Euangel. Commoda mihi tres panes. Intelligi debet, illuminatio intellectus, inflāmatio voluntatis, & stabilitas memoriæ. Item actus fidei, spei, & charitatis. Vel & pœnitentiæ, Eucharistiæ, & contemplationis internæ. Non omittentes etiam, quod tres panes quoque, prædicatoribus sunt necessarij. Sapientia mentis, ordo locutionis, & exemplaritas vitę. De panibus ciuilibus nostri quoque mentionem faciunt in l. fi. in §. præterea. C. de iu. do. qui ciuibus dari quotannis solebant, annona scilicet, vt hic pauperibus à quibusdam confraternitatibus, & maxime Charitatis. Est & panis Nolanus omnium laudatissimus, sed meo quidem iudicio Patauinus omnes alios vincit & superat. Est & secūdarius qui non est omninò à furfure purgatus. Et flos panis, qui cribro purissimus redditur. Et buccellatus in orbem factus. Et doloris, quod D. Hieronymus alibi huius miserabilis & breuis vitæ labores interpretatur. iuxta illud. In sudore vultus tui, vesceris pane tuo. Est tamen scitu dignum, quicquid in reliquis sit, quod veteres pane amicitiam conciliabant. Vnde prouerbium ortum est. panem ne frangito, idest amicitiam ne dirimas. Erat & olim panis propositionis, purissima frumenti farina factus, quem non comedebant, nisi Sacerdotes, alij necessitatis tempore. Et laicus communis scilicet, quem comedebant Leuitę, & filiæfam. maritatæ, aut viduæ, repudiatæ nōn, nisi necessitate rediissent ad patrem. Et Sitanius messis tempore factus, idest lingua Italica, di formento nouello, aut proprie pane nouello.

PVLVIS.

Quò pius Aeneas, quo Tullus diues, & Ancus? Puluis & vmbra sumus. inquit Hora. Vnde ad idem lingua Italica, Poeta lyricus sic ēt dixit.

Veramente siam noi poluere & ombra:
Veramente la uoglia cieca e'ngorda
Veramente fallace è la speranza.

Sed ad pulueris propositum aliàs, nō omittimus, quod luctaturi olim vngebātur, aspergebanturq; post vnctionem puluere, vt prehensiones essent firmiores, & non lubricæ.

PLEBS.

Plebecula & multitudo promiscua, superstitiosa est, imperita, vilis, credula, & quæ quod minus intelligit plus admiratur. nec ab re Hora. hinc dixit.

Non ego uentosæ plebis suffragia uenor.

Nec aliud sibi voluit Iuuenal. de plebe Niliaca locutus, quando sic pariter dicit.

Cum pars Niliacæ plebis, cum uerna Canopi.

quā plebē Aegyptiā exprimere Niliacā, à Nilo.

PRAETERITVM.

Præterita reprehendi possunt, non corrigi, dicebat Hannibal. Et ferè ad idem nostri, quod facta pro infectis haberi nō possunt. nec vox emissa reuerti. Et quod volat emissum semel, irreuocabile verbum.

PALINODIA.

Stesichorus imitandus est, qui inter vituperationē & laudes Helenę, fluctuās, sicuti detrahendo oculos amiserat, ita laudando recepit.

PINGVIS.

Ingenium pingue, neque laudabile, neq; optabile est. Vnde Hora.

hac prece te oro,
Pinge pecus domino facias, & cætera, præter
Ingenium.

pinguis aliàs tardus, ignauus, & hebes est, sicq; natura in vitium vertitur, Macer vero & siccus prudens vt Atheniensis, ille Thebanus est, vt aiunt. nosq; alibi satis.

PES.

Dicunt nostri ꝙ pes est infima corporis pars, & quod executionē significat, vsq; adeo vt non ab re dicta sit hinc possessio quasi pedum positio. l. j. ff. de acqui. pos. Bal. in c. cum causam. nu. 2. de proba. Athenis tamen mos erat si qui deliciis dediti fuissent, vnguento sibi pedes perungere. pes nauis est temo, seu gubernaculum vel clauus quo dirigitur. pede inconstanti quis dicitur, qui in vna disciplina nō sistit tm̄, verū ēt ad maiores virtutes aspirat nō secus ac mēs imperfecta,

quæ inexplebili discendi cupiditate ardet. Si diceremus etiam mulierem habere pedes argenteos, non aliud quam pulchram esse, hoc idem significaret. dictuque mirum est, quod nemo, longitudinē pedū septē excedere pōt, qua mensura Herculem fuisse ferunt. pecuniam pedibus compensari dicimus.i.pro singulis pedibus pecuniā refundi,& sic cariori precio emi agros fertiles, ulliori steriles.& pedibus stipendium fieri, propter paupertatē.i.promereri, hoc est lingua Italica esser fante da piede. pedes carminū quoque dicuntur. ad similitudinē humani pedis siue corporei, qui quandoque tarde, quandoque properanter incedit. Et quod qui pedes corio nō suffulciunt crebris sentibus & calculis offenduntur. Et quod in equis pedum præcipua est habenda ratio. Et quod pedis longitudo (ride) laxioris uuluę est in muliere argumentum, indiciumque apertissimum. Vnde Naso.

Pes erat exiguus, pedis est aptissima forma.

Et quod pedum denique robur cursus est, ut manuum pugillatus,& utriusque Pancratium.

PROXIMVS.

Dicitur quis ratione multiplici, cognationis, vt nostri aiunt, item religionis, pietatis, & conformitatis naturę, exempla clara à te ipso sumas.

PROVOCATIO.

Stultissimum est eos prouocare, quos vincere non possis. Impudētiorque est, eius qui lacessit inter pares nō secus ac Thersites, qui Achillem pariter lacessere ausus est. Prouocandus ēt non est quis, ne de re maledicat ut olim Archilocus, qui cum à quodam contumeliose uocatus fuisset, respondit Cicadā ala cōprehendisti, si enim prehendatur stridet plurimū, nec ad certamē is, qui iam senio sit confectus, vt Dares Entellum, aliàs sic ut Glauco apud Platonem, qui iustitiā uituperabat, ne facundiam Socratis prouocaret, ad illius tantę uirtutis laudem celebrandam. Et sic non pro cithara (ut aliqui faciunt) falx suscipienda.

POTENTIA.

Quicunque diuitias aut potentiā magis quā amicos bonos iubere cupit male sentit. Et si potēs fuerit modestus sit tamē, ut ipsum alij reuereantur, magis quàm formidēt. Duabusque rebus ad propositū dicebat Cæsar, potentiam conseruari & augeri, pecunia & militibus. Si vero verbum aliter intelligas, de potentia ad actum, ordinata, scias, quod si nunquā ueniat ad actum, uana est & impossibilis, quodque potētiæ sunt uniuersalium, actiones autem particularium, ut dicunt dialectici.

PERICLES

Atheniensis duos habuit filios, Patroclū,& Xantippum, peste sibi arreptos, cui superstites fuerunt nothi. Et tamen legem tulit ne permitteretur quis ad Remp. accedere gubernandā, nisi natus ex vtroque parente ciue fuisset. popularisque fuit, usque adeo, quotiens uerba erat facturus,& in concionem prodibat, ut optaret, sibi nullum uerbum excidere, quod populum exasperaret, atque irritare posset.

PROPRIVM

Hominis est loqui & ridere. Leonis rugire. Bouis boare. Anseris strepere. Equi hinnire. Ouis balare. Asini rudere. Ranarum coaxare, & Canis latrare. cognoscitur que proprietas tribus modis. Auctoritate, æthymologia,& diffinitione. quattuor uero capi solet, cum rem suo uerbo seu vocabulo replicamus. Si id inter plura sit vnde cætera ducantur. cum res communis pluribus, in uno habet nomen eximium. Et si generali uocabulo, comprehendatur. Soli etiam conuenit,& omni, non semper tamen. Nec uerbis improprijs uti debemus, nisi nos ad id cogat sermonis proprij, inopia. l. si tibi. ff. si cer. pet. secus tamen I. Con. nostri sæpissime faciunt, quod scribere foret longissimum.

PECCATVM

Si errore commissum sit non uoluntate, excusationem habet. exemplum in Deianira Herculis,& similibus quarum pleni sunt libri, seruitque ad not. in l. si quis aliquid in §. qui abortionis poculum, ff. de pœn. peccata stercora appellātur in Euangel.& peccatorem uidet Deus, uocat, sanat, tangit & erigit, ut mulierem illam, quæ spiritum infirmitatis habebat. Nec aliud sunt ad propositum, habitatores terræ quàm peccatores, qui sibi ipsis displicere debent, nec ab re dicitur in Psal. peccatum meum contra me est semper. sicque exponitur, idest culpa mea, usque adeo mihi displicet, ut eius memoria nunquam recedat ab animo. Peccatum est legem transgredi, unde Paul. Non cognoui peccatum nisi per legem. Morimur per peccatum, à peccato & in peccato per peccatum Christus mortuus est. à peccato, iustus. in peccato damnatus, moritur. vt enim apes fugat fumus,& fętor columbas expellit, sic Angelum custodem vitæ nostræ, expellit & fugat peccatum.& aliter intelligētes, quādoque est in forma quandoque in materia, interdum in accidenti, sæpe in qualitate,& nonnunquam numero, exemplaque tibi sumas ex not. in §.& hanc in auth. quomo. opor. ep.

PIETAS.

rerū omniū præstantissima. hinc Metellus, pius

Antoninus

Antoninus, et similes, & ob id Antilochus dum patrem seruare cupiens Mēnonis uim atque impetū sustineret, ab eo cesus est. de quo Hora. sic.

At non ter aeuo functus amabilem
Plorauit omnes Antilocum senex
Annos.

Et certe esse modestum & pium, puto esse pulcherrimam & sapientissimam rem, hominibus recte his utentibus, dicebat Eurip. Et honestum in rebus secundis pietatem colere. Et quando concutitur domus, calamitatibus, pium decet confidere. Tandem enim boni consequuntur digna. Mali autem ut digni sunt nunquam fœlices fiunt. Et quia dixi alibi satis etiam transeo. vel nouissime sic Ciceronem dicentem adde. Iustitiam cole, & pietatem, quæ cum magna in parentibus, & propinquis, tum in patriā maxima est. In Deum tamen est, Iustitiā erga homines, prudentiam uero in cæteris rebus & actionibus. Genuina aliàs in filiū. l. iij. §. pietas. ff. de lib. hu. exhib. Et quandoque etiam culta à Romanis, cui ferunt amplius Sacellum, Attilium dicasse.

PVGNA.

Nemo pugnat acrius, quam qui inuitus ad pugnā trahitur. Pugna edocti sunt homines, ut animalis natura, ecce bos cornu petit, equus vngula, canis ore, & aper dente, & (quod scitu dignū est) Ptolomæus nomen à Græco deductum est, qđ πτόλεμον pugnare sonat. Quid quod pugna seu pugnis, Hirtum quendam medicum & stultum pœnè occidit Vlysses. quodque Romanorum aliquando pugna erat eodem tempore, quattuor in locis. in Italia, in Hispania, in Macedonia, & in Sardinia.

POST.

quando præpositio est, ablatiuo iungi non potest, quando uero ablatiuo iūgitur, fiat loco aduerbij, et sic interuallum significat. Nostri aliter dicunt, hoc idem in aduerbio postea, fore verùm, post uero, quid incontinenti factum intelligi. l. pacta conuenta. ff. de cont. em. l. illud. §. fi. ff. ad legem Aquil. c. frequens de resti. spol. c. cū vintonien. de electio. vnde in Metallis dicimus etiam quod vna vena post aliā inuenitur. Μετα enim Græce post dicitur. ἄλλα aliam designat.

PROSERPINA.

Superius Hemisphæriū terræ, Venus est, inferius Proserpina, dies tunc sunt breuiores, & lugret Dea, ut creditum est. Simulacrum eius. Et sic hyemis capite obnupt, oidest cooperto, specie tristi, Facem manu leua, intra amictum sustinens. Proserpina mortis, & vitæ arbitra. hinc Horat. *nullum*

Sæua caput Proserpina fugit.

Orciuxor. quam tergeminā Hecatem, tria uirginis ora Dianę, cecinit Maro, quamq; deperibat Pirithous, qui dum ad inferos, Theseo comite descendisset à Cerbero discerptus est.

PRODESSE.

Numini peculiare putauit antiquitas, iurare mortalem, & hominibus prodesse. Quod tamen difficillimum est, lędere uero facillimum. Quisq; uir bonus dicat nihilominus sic prodesse omnibus, lædere neminem, bonorum amicitias non respuere, studebo.

POTESTAS.

Patriam potestatem dicimus nos, & Dominicam. filiumque & seruum liberatos, illum emācipatione, istū uero, manumissione. Adde quod ex potestate, exisse dicimus etiam eos, qui non sunt in potestate mentis, quique effrenati feruntur, aut libidine, aut iracundia idest de consilio, deque ratione, et mente. potestas plerumque ponitur etiā, pro officio in l. si quis missus, in prin. ff. ne uis fi. ci. quod est notandum.

PLENITVDO.

Spiritus sancti est. proportio Io. Baptistæ. sufficientia Stephani aliorumque sanctorum. prerogatiua Beatæ Virginis. Et superabundantia Christi.

POSTERITAS.

posteritati consulendum est. Optimusque est quisque certè, qui eidem seruit. hinc uidemus qđ serit arbores Agricola diligens, quę alteri sęculo prosint, quarumq; Bacchū ipse forte nūquā aspiciet. dicitq; alibi Calistrat iurecon. idcirco filios filias ne à nobis concipi, & edi, ut ex prole eorum, earumve diuturnitatis memoriā in æuū relinquamus, quasi dicat posteritate consulentes ut supra.

PRAEMIVM.

Laboris & virtutum merces, est, qua inuitandus est quis, studiis inflammandus, laudibus extimulandus, & auctoritate à Mæcenatibus ornādus, pręmiis milites, & prædę participes faciebat Philippus, ut acriores essent ad bellandū, aliiq; sic illici debent ut canibus euenit, quibus pręda obiicitur pariter, ut promptiores sint ad uenandum. prætextam puerilis ætas olim non usurpabat, nihilominus à Tarquinio patre, Demarathi Corinthii exulis filio, filius annos. xiiij. natus quia Hostem, manu percusserat pro concione laudatus est, & Bulla aurea prætextaque donatus. & sic præmiis virilitatis, & honoris præmio cohonestatus est Saturnus. Iani nummo

quo ipsius memoria propagata est in ęnum. Statuæ in meritorum præmium multis erectę sunt, aliaque multa, uelut optime meritis, quę virtutis testimonium perhibebant locupletissimum, usque adeo ut nulla alia Resp. tunc ciuibus suis fuerit grata, quantum Roma ipsa, quanquam sit à multis appellata & quasi digito ostensa, ut pote ingrata Scipionibus, Camillo, & Coriolano. premium uictoriæ & coronam splendidum munus appellat Pindarus. premium victoriæ Agonis Eleusiniæ erat Hordeum. & in ludis Cereris. Saltationis institutę i Bacchi decus apud Corinthios, Bos. Vindicius libertate donatus est, quia index fuit post reges exactos, adolescentes nobiles de regibus recipiendis coniurasse, qui postea à Bruto securi percussi fuerunt. Chlælia virgo equestri statua donata pariter. Et Boue aurata L. Minutius, index Sp. Meltum regnum affectasse. T. Sempronius Gracchus proconsul, quia prospere aduersus Pœnos, & Hannonem Ducē ad Beneuentum pugnauit seruorū maxime opera, Deos liberos esse iussit. Sic seruus nescio qs Domini in uilla latentis index manumissus est, postea de saxo Tarpeio deiectus ob domini proditionē. Cæsari, cū ex Hispania, quintum egisset triumphum, multi maximique honores decreti sunt, ut pater patrię appellaretur, ut sacrosanctus, & dictator perpetuus esset. M. Agrippa Corona nauali ab Octauio donatus est. Virtutum premia merentibus tribui cōuenit inquiūt nostri. l. & uirtutum. C. de statu. & imagi. præmijs amplissimis legionem Alaudam cohonestauit Cæsar, omnesque ciuitate donauit. præcepit Cōstantinus Imp. Medicos grāmaticos aliosq; literarum professores, muneribus esse immunes & excusari debere. Idēque fecit Honorius, nec ab re, quoniam ubi non uirtus maximē honoratur, ibi firma (ut inquit Aristoteles) ciuitas firma esse nō potest. Et uirtus rursum, minus colitur, ubi nulla illi præmia proposita sunt. Statua etiam Olympiodorus cohonestatus est, cum ob rerum quas gessit magnitudinem, tum quod iniquissimis temporibus, & multis cladibus afflictos Athenienses, ac iam spem omnem posteri temporis abijcientes, erexerit & confirmarit. Leocritus Protarchi filius, cum primus muros ascendisset, primusque intra Mutæum Macedonum irrupisset in pugna cęsus est, eique ab Atheniensibus honor habitus, quippe quia eius Clypeum Ioui liberatori dedicarūt, cū inscriptione nominis, & præclari facinoris amplius indice. Fama est etiam Herculem de lucta & pancratio coronatum. Adrasto homini Lydio, Statuam lydi posuere, ante Dianæ Persicę ędem, addita inscriptione oppetijsse mortem pro Græcis, contra Leonatum præliantem. Pindarus, quia Athenienses carmine laudauit, statuā & alia meruit præmia. Virtutis gratia milites ciuitate donari solebant, lege Calphurnia. In comitio Hermodoro Ephesio Romanarum legum, quas à Græcis habuerunt, interpreti, statua etiam erecta est. Et breui. Ro. suos cōsecrauerunt Cæsares. Athenienses Theseum. Persæ Cyrum. Thebani Epaminundam. Lacedæmonii Licurgum. Samij Pythagoram. Creta Iouem. Tyburtes Herculem. Delphi Apollinē. Gerę Martem. Boetij Neptunum. Thespii Cupidinē. Epidaurij Aesculapiū, & multis apud multas alias plerasque nationes, diuini præmio constituti fuerunt honores. Et quod plus est, correspondebit aliquando etiam operibus charitatis, in nobis, ut mensuraro mensura, ex quo Deus constituit uniuersa in pondere numero & mensura. Hęcque de præmio sufficiant, quia dixi etiam alibi satis.

PVER, PVERITIA.

Dicendus est puer, instituto, ad quod natura videatur compositus. Et educandus primo vt religioni animum intendat, veritatem amet, & libidini ac uoluptatibus imperet. pueri dicunt erimus, quia senes repuerascunt. Senes uero fuimus, iuxta illud. fuimus Troes. Iuuenes autem sumus. puerorum est ludus, Iuuenum ambitus, Senum quies. Puer surgente sole ad magistrum proficiscatur, quia omni bestia est intractabilior. Sicuti enim pecudes sine pastore uiuere nequeunt, nec serui absque dominis, ita nequeunt pueri absque pedagogis, & pedagogiani hinc uocantur. puer etiam pro seruo capitur, vt in Euangel. puer meus iacet. alibi pueros pro subditis pręlatorum & pastorum, intelligit Luc. cum dicit, & cœpit percutere pueros & ancillas. Puer etiam aliquis dicitur aliquando propter stoliditatem, & inconstantiam, iuxta illud. Puer centum annorum. Bis pueri Senes. Item propter puritatem & innocentiam, & propter ætatem permodicam. tolli item dicuntur pueri cū editi magna cura & studio alendi traduntur. finita pueritia, quod erat anno. xvii. & censione Seruij Tulij. l. i. §. pueritiam. ff. de postulan. prętextam ponebant uirilem sumebant togam, tanquam non pueriliter sed uiriliter uita foret peragenda. Augustus tamen tāquam uirtute uicisset ætatem. xvj. ætatis anno uirilem hanc sumpsit togam. Sicque xv. M. Antoninus Imp. & quanquam in pueris non tam uirtus quām uirtutis indoles elucescat. nō mirabant tamen minores annorum. xvii. tametsi punico bello ob militum inopiam secus decretum sit. puerilis animus nō solet dolere. Et pueruli teneriores à priscis puppi uocabantur. Et puellæ puerę.

PLVVIA.

Quando prodigiosa est, ut olim illa, diluuij, & quandoque etiam hic fuit, posset sic dici, ut aliqui cecinerunt, et pulchre quidem, quadere nec tetrasticon istud, calamo relinquendum censui.

Obsecro

Obsecro quid sibi uult ingens quod ab æthere nimbus,
Terrigenæ quoniam nolunt sua crimina flere,
Cælum pro nobis soluitur in lachrimas.

Aliàs impetratur, vt q̄ñq; à Romanis Manali lapide, à nobis Icona Beatę Virginis, ac precibus.

PRAELATVS

conditionem non facit deteriorem. l. iubemus nulli. C. de sacrosanc. eccle. Non procurator domini. l. ignorantis. ff. de procu. Nec tutor pupilli. §. j. insti. de aucto. tuto.

PHILIPPVS

Macedo, pater Alexandri, ab eo virtute superatus est. qui puerum habebat sibi pro more quotidie dicentem, Philippe, te hominem esse cognoscas. Nec aliud sonat nomen Philippi, nisi equorum amator, quoniam filos amor, & hippos, equus dicitur. eaq; ratione, orationes in M. Antonium, Philippicas appellauit Cicero, Demosthenem imitatus, libertate loquendi, quia sic ille in Philippum multas sanè scripserat actiones.

PECVNIA

Vir est, dixit Aristodemus, omni auxilio destitutus, cū opes amicosq; iam perdidisset, idest nemo vir, nemo bonus, nemo fortis, nisi bene nummatus. pecunia à pecore dicta est, eo quod antiqui Ro. nihil præter pecora habebant, neque æris adhuc neque argēti sibi erat copia. Hinc peculatus furtum publicum. Noxiiq; pecoræ mulctabantur, duabus ouibus, & bubus xxx. eratque pœna grauissima. hincq; peculium etiam seruorum; & pecunia nobilium. Et cùm primum ære signato, vti cœpit Po. Ro. nota pecudis, lege Tarpeia cautum est, vt bos cētussibus, ouis vero decussibus, æstimaretur, idest centum assibus bos, ouis vero decem. Est etiam pecunia subærosa ęre contaminata. l. creditor. ff. de solu. Et cum in ea uitium est, dicimus lacunam in auro esse. Et extraordinaria lucra sordida & furta. Modesta, idest tenuis. Est & ad statuas, supple ponendas. Et Prytanæa, decima mulctæ, quæ dabatur iudicibus, mercedis loco. Et nuncupata, idest promissa. & pedibus compensata. si pro singulis pedibus, refundatur. sicq; cariori pretio agri fertiles empti. & attributa, quæ ex ærario a Tribu. ęrariis, in stipendium militum soluebatur. & ęstimata propter quam quis condemnatur. Et aurea de qua in l. tres fratres. ff. de pac. & manubialis, ex manubiis, hoc est ex hostili præda vendita, redacta. & aspera, quia in asperitatem cusa est & signata. pecunia, mortalibus anima est, & sanguis dicunt nostri. cuius cupiditas omnium mulierū pudicitiam expugnat. Imò nihil tam munitum quod pecunia expugnari nō possit. Vnde Hora.

Aurum per medios ire satellites
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictus fulmineo.

Et plus quod pecuniam ueteres fatui ponebant inter numina, ærisq; Deus appellabatur. eius filius æsculanus erat atque Argentinus. Pecuniæ nomine tamen non tantum nummi, & nummismata, æs, aurum, aut argentum signatum significatur, sed omnes etiam diuitię. Vnde nostri, aliquando proprie pecuniam capiunt, quandoque impropriè & nonnunquam impropriissimè, & fusius ut not. in l. ij. in §. creditum. ff. si cer. peta. pecunia potentiæ conciliatrix est. persuasio regum pecunia est. & rerum agendarum neruus & principatus. hominemque pecunia pollentem, pecuniosum appellamus. Vnde Aethide, tanquam Heroi, quia pecuniosus erat, statua erecta est. Et cambium uulgo, ac lingua Italica, pecuniæ permutationem scilicet, Collybum. Maximeque honoratur pecunia ab omni ciuitate, deque mulctatitia Zanes, idest Iones aliquando facti. Et dicebat Cæsar duabus rebus, potentiam conseruari, atque augeri, pecunia scilicet & militibus. pecuniarum auidi & voraces Phęnices sunt. Dicūtq; hij qui pecunias amant, cum Hora.

O ciues ciues, quærenda pecunia primum est,
Virtus post nummos.

vtilis tamen ei non est (dicebat Xenophon) qui nesciat ea vti, sicuti nec tybię, ei qui nescit canere. Et eiusdem spretor Aristippus, qui cum seruus eius in uia portaret argentum, eoque onere grauaretur, abiice inquit quod uires tuas superat & quantum potes gere. Vnde Hora.

Quid simile isti
Græcus Aristippus? qui seruos proiicere aurū
In media iussit Libya, quia tardius irent
Propter onus segnes.

POENITVS

Idem quod omnino. l. pe. C. si cont. ius uel utili. pub. l. j. C. de gladiato. lib. x.

PROVINCIA

Est ratione idiomatis, Gallia, Germania, Italia, Britannia, & similes. Et ratione Præsidatus, ac distinctione iurisdictionis. alia Archiepiscopatus, & de iure Canonico. & alia de iure ciuili, ut territorium. Vltima per usurpationem, quādoquidem hodie quęlibet ciuitas, ius prouinciæ habeat. de quibus ego alibi satis & maxime in l. eius qui. ff. si cer. pet. pro prouincia tamen patriā ponit alibi Iurecon. in l. fi. ff. de pœn. Aurem salubrem habet Hispania. Aestu ardet Africa. Ventis uero riget Gallia. Et quod aliquando Regio, vrbs, seu ciuitas fuerit aliquo monimento nobilitata, certum est, ut suo loco dicemus. Et quanquam Italiam prouinciam dixerim supra quod etiā dicunt aliqui, prouincia tamē dicitur, quasi

procul

procul victa ab Italia. Vnde Iuuenal. ait.
At tu victrix prouincia ploras.
A prouincia prouinciales dicebantur qui in prouincia negotiabantur, quique ibi domicilium fortunarum suarum constituissent.

PRAEDICAMENTA

Sic vocãtur, quæ sunt decẽ, substãtia, quãtitas, qualitas, agere, ad aliquid, pati habere, vbi, quãdo, situs. de quibus Dialectici, & ex nostris, Bal. in l. de quibus, col. xvj. ff. de legi. Graece Cathegoriæ appellantur. Et prosunt nobis, vt omnium rerum naturalium ordo cognoscatur, ad colligendas diffinitiones, & vt videri inde etiã posſit quę voces aptæ, quæq; ineptæ cõiungãtur, & de quibus posſit vel non posſit prædicari.

PRAVITAS

Morbus est turpitudo & imbecillitas. Virtus vero sanitas, pulchritudo, & robustus animi vigor.

PLOTINA

Traiani optimi illius principis, vxor.

PVLEGIVM.

Vilis est herba in Italia, apud Indos tamen, quia rara, pipere est pretiosior.

PVTEAL

Prætoris erat tribunal, vbi ius dicebat, à Seribonio Libone ædificatum, sic appellatum à puteo, qui ibi erat. Vnde Hora.
Roscius orabat, sibi adesses ad puteal cras.
Estq; proprie tectum, quo puteus operitur.

PVBLICANVS.

Publicani dicuntur, qui publicis occupantur negotiis, de quibus nostri ritu. habent de publican. & vectigal. deque his & nos alibi sępe.

PRANDIVM.

In conuiuio satis dictum est, nunc addo ad prandij propositum, quod ipsum portans Discophorus appellatur. quia discum pro vase escario, accipitur in sacris literis, & meminit sic Proper.
Missile nunc disci pondus in orbe rotat.
Est & prandium caninũ in quo vinum non bibitur, canis enim vinum non bibit. Et ad propositum interrogatus Diogenes, qua hora prandendum sit, respondit, si diues, quando vult, si pauper, quando potest.

PVNCTVS.

In talis senio est, à senario numero dictus. Vnde lingua Italica etiam, sino dicitur. Id vnum tãtum hinc addentes, quod sępe puncto temporis, maximarum rerum momenta vertuntur, & magis ad propositum puncti. Vel etiam quod punctis aliàs male collocatis, quam sæpissime contingit sensum peruerti.

PRAESVL

Ex duodecim Saliis, qui Ancilia (xj. enim fieri à Mamurio iussit Numa) per vrbem canentes, ferebant, quod vna omnium potentissima foret ciuitas, douec id quod è cœlo in terram decidit, seruaretur, primus, Pręsul, vocabatur.

PRAESVMPTIO

Est iuris naturalis. Iuris simpliciter, in indicio causata. Iuris, orta ex nobilibus principiis. Iuris & de iure. quod quis sit bonus. quod non sit libertus, quod sit natus in figura matrimonij, & cũ aliquid pręsumit lex, & super eo etiam statuit, de quo in l. antiquæ. C. ad Velleia. Angel. in l. sciendum, in rep. col. pe. ff. de verbo. obli. ego in milleloquio. addi. iiij. nn. 45.

PVDOR

mordet animum, estque timor instæ reprehensionis. Generosa natura effertur ad pudorem. ad pudorem assuefieri prudentię est. Summum crede nefas animam, idest vitã præferre pudori, inquit Iuuenal. tametsi homo turpis non soleat pudore affici. Pudor est in fronte. Vnde prouerbiũ, frontẽ perfricuit. Et Iuuenal. hinc, populi frons durior huius qui pudorem non timet. Item. Iam nunc in balnea salua, Fronte licet vadas, idest sine aliquo pudore. Et vere bona ingenia debilitat andacia, prouehit autem improbos dicebat Isocrates. Ypsilonq; pudoris litera.

PRAECEPTVM.

Præceptis legum obtemperare debemus. l. ij. C. quę res ven. non pos. c. pen. & fin. xiii. q. j. præcipimus & docemus persuasione quadam excellentię cuiusdam de nobis, imperamus vi quadam cum necesſitate parendi. Illic auditorem attentũ habemus, hic facimus vel inuitum. Vnde.
Oderunt peccare boni virtutis amore:
Oderunt peccare mali formidine pœna.

PVLEX,

Narrant aliqui, & ioco dictum sit potius quã serio, omnino ridendum. Mulierem quandã alibi, habentem maritum ætatis decrepitę, & ob id furtiuum commercium cum riuale dęmone, inter alia crimina confessam esse, quod per amatorem suum in oppidum quoddam, vnde originẽ ducebat,

ducebat, misisse magnos pulicum saccos, qui tamen non pulices erant sed demones, ex quo nō licebat quiescere, non dormire, nec legere aut scribere. pungebant in caligis, in indusio, circa collum. & tā pusilli ut prehendi nequirent, ea de re(ferunt) exustam fuisse, in miseram suam crucem. ride si placet quia non aliud quantum ad istud dicendum superest.

PRAETEREA

aduerbium est dicunt nostri. & bene, præcedentium qualitatum repetitiuum, siue continuatiuum: authē. præterea, & ibi dixi ego. C. vnde uir & uxor.

PRUDENS, PRUDENTIA.

Prudens est à tergo, & à fronte pariter oculatus, Hieronymus niger, & iudicio quidem exquisito, quali esse quisque debet, nō puerili, quibus simia formosa esse uidetur. prudens rursum ille est, ut Niger, qui antequam ardui quicquam tentet consulit, intempestiuus uero contra, qui post acceptum damnum id facit ut Prometheus etiam & Epimetheus. Prudentia inuenit, fortitudo & audacia inuentum aggreditur. Prudentia in bonis humanis, a diuinis pendētibus, dux est, primumque sanitas, forma, uires, & opes. A prudentia manat temperantia, Iustitia, & fortitudo. prudentia duplex commodi custos proprii, & alieni doli obseruatrix, qualis serpentis, qui si quid periculi imminere uideat, caput ante omnia custodit, & rapere quos viderit sibi obnoxios cōatur. Et cognoscere (hęcq; vera est prudentia) quæ agenda & quæ non agenda sunt. Vulpi uirum prudentem cōparāt aliqui, sed callidū potius ac uersipellem dicemus nos, iuxta illud Lysandri. assuenda nobis est vulpina pellis, si leonina uō sufficit. prudētia oculus animi est. Tēperantia habitudo. Iustitia pulchritudo. fortitudo manus. In Delpho scriptū erat. prudētiā & iustitiā cole. prudēs ille est, qui se ipsum noscit, & iustus, in moderādis seu coercēdis affectibus. Homines rursum prudētes sunt, qui sciūt rectam vitam agere consilio. prudentiaque dux iterato dixerim, & gubernatrix, cęterarum virtutum omnium, sine qua illę nihil aliud sunt, quā Polyphemus olim ab Vlysse excęcatus, imò virtutes nō sunt, sed inania virtutum simulachra, qualia & in bestiis reperias. dictuque mirum adhuc, quod prudentes uiri, ubique nascantur, ut Anacharsis, apud socordissimos Scythas. pugna est inter vtile & honestum, estque homo inter duas mulieres constitutus, quarum altera est utilitas, altera honestas. illa ui ad se protrahit, ista eminus ad se reuocat. Prudens tamen id quod honestum est sequitur, quod uti le uero reiicit, honestatemque utili ante ponit. Quod exemplo ostēdi potest Lysandri Lacedęmonij, de quo etiā fupra, qui duabus stolis, à Dionysio oblatis, quarū alterutram filiæ dono afferret, ambas accepit, ipsa inquit rectius iudicabit (hęc est hominis prudentia) utra sibi sit aptior. Prudentia aurum est, Iustitia argentum, fortitudo ferrum, ęs uero Tēperātia. Prudētiæ materia, ueritas. Institię æqualitas, fortitudinis Imperium. Temperantiæ ordo & modus. Prudentis est ex præsentibus futura prospicere, & quodam modo diuinare, quia dicere. Nou put aram prouerbium stultorum est. sicque tribus temporibus prudentia utitur, pręsentia ordinando, futura præuidendo (ut dixi) & si præterita etiam recordetur. Sicut Iustitia est quoq; decipere neminē, ita est prudētia rationibus suis, sine cuiusquam iniuria consulere.

QUADRANS



QVID sit liquet ex not. in §. hæreditas insti. de hęre. insti. sed ad propositum adde, quod olim qui lauabantur in Thermis, quadrantem soluebant, quod in his uerbis intellexit Iuuenal.

Nec pueri credūt, nisi qui cōmodū ære lauātur.

QUADRA.

Mensa est, hinc Iuuenal.

Vt summa bona putes, aliena uiuere quadra.

Vel & aliàs. Bona summa, putat, aliena uiuere quadra, Trebius. hiique sic uiuentes pariter, Gręce ἀλλοτριοφάγοι uocantur.

QUASI.

Improprietatem & similitudinem notat regulariter, & est aduerbium diminuens ueritatem. l. si quis dolo. ff. ad legem Cor. de fica. l. iii. §. fi. ff. eo. l. palam. §. quę in adulterio. ff. de ritu. nup. Et facit illud Euangel. quasi unigeniti à patre. Abb. in c. quęsiuit col. i. de uer. signi. Et cum dicimus etiam quasi digito ostendam. quandoque tamen est expressiuum ueritatis. l. si ante. ff. sol. mat. Et in Euangel. ibi. quasi quinque millia, quia cuilibet millenario correspondebat unus panis, qui erant quinque hordeacei. Et alibi, Tob. quasi paratus ad ambulandum. Albe. in dictiona. suo pręter hæc fusius. quod exprimat ueritatem etiam habetur in l. i. ff. de trāsac. Et in Euan. cum fecisset quasi flagellum, eiecit ementes & uendentes de templo. Item ibi, quasi sermones Dei.

QUANDOQUE

Aduerbium est, quod exponitur, idest aliquādo, & prout sonat iuxta not. per Bar. in l. i. nu. 16. & 17. ff. de condi. et de. Et facit vulgatum illud. quandoque bonus dormitat Homerus, de quo ego alibi satis. sed tñ sciendum est, quod exponitur interdū etiam, quādoque, idest quādocunque.

cunque.l.si ante.ff.sol.mat.not.in l.it.in prin.ff. si cer.pet.& insti.quib.mo.re cont.ob. in prin. Et ita exponitur quod alibi sic inquit Hora.

quandoque trahet feroces
Per sacrum cliuum,merita decorus
Fronde,Sicambros.

QVAGLIA.

Lingua Italica dicitur:Latine cothurnix.Grę ce.ὀρτυξ.uilis inque Romanorum mensis damnata olim,quod morbo comitiali, laboret.hinc Iuuenal.

coturnix
Nulla unquam pro patre cadet.

QVIES.

à laboribus originem trahit,vt labores ab ocio. Et sanè multi fuerunt,qui se post multos exantlatos labores quieti tradiderunt,de quibus nos alibi satis.nunc adde nouissime Fuscum ingentem ætate,natalibus clarum,qui post Neronis tēpora,senatorio ordine deposito,se in ociū quietis cupiditate contulit. Et certe pulchrū est,ut dicebat Archidamus Lacedęmonius Eleis scribens,καλὸν ἡσυχία, hoc est quiescere pulchrum. Et in Euangel.Christus Discipulis.venite seorsum in desertum locum, et requiescite pusillū. Et sic Hora.

O rus quādo ego te aspiciā?quandoque licebit,
Nūc veterū libris,nūc sōno & inertibus horis
Ducere sollicitæ iocunda obliuia uitæ.

QVANDO

aduerbium istud,exponitur non nunquā & stat in loco,pro aliquando.ita in Psal.inque illis uerbis.ne quando rapiat ut leo.idest aliquando.Cætera Albe.in dictiona.suo.

QVIA

redditio causæ est, et ratio legis,finalis.l.fi.ff.de hære.insti.Bal.in c.quia propter de elec. egoq; alibi satis.

QVID AD RVMBVM?

quasi dicat(prouerbium enim istud, est glo.in auth.licet.C.de natu.lib.)nihil ad propositum. Ab alio prouocatus, aliorsum arma conuertis. Palestinę interrogaris, respōdes Aegypto.Aliis lippientibus,vngis oculos non dolentium. vetus narrat historia,cum diserte diceret quidam, Ferreturque impetu ac volubilitate verborum, causamque omnino non tangeret, prudentem auditorem & iudicem,bene bene inquam, sed quo istud tam bene? aliud promittis rursum, & aliud exhibes.manum peteris,& pedem porrigis.Et latine ad idem dicimus. Quorsum hæc? Quid multa?quid quæris?Differenti nanque de optimo statu Reip. quid prodest scire,respirent nec ne sub aqua pisces.

QEAESTIO.

Quicquid ulla de re quęrimus.intra aliquod horum quattuor sanè recidit diffinitio ne sit,an genus,an proprium an accidens. Quæstionum duo genera.infinitum, Græci θέσιν uocant, non propositum. Et definitum, idest ὑπόθεσιν nos causam dicimus.Cognitionis quęstiones sunt. An sit,quid sit,& quale primum coniectura explicatur,secundum diffinitione, vltimum vero distinctione.plerunque quæritur,& non respō detur, et male, vt per glo.tamen in tub. C. quæ sit lon.con.Et quandoque est de tribus capellis, seu de lana caprina, et in nugis tragędia agitur. hisque verbis interdum utitur Iurecō. quæstionem facit. Volūtatis questionem relinquit. Cui tandē quæstionis gratia.l.scire debemus. §. si à fure.ff.de uer.ob.l.iam hoc iure.ff. de vulga. & pup.sub.quęstionemque Sabbatinam dicit glo. aliquando in l.fi.C.de edic.di.ad.tol.& in l. qui mutuā in §.i. ff.man.& in l. obligationū ferè in §.placet.ff.de ac.& ob.& in l. Iulianus,in §.si pro curator.ff.de ac.emp.et in l. iubemus in §. ęconomus.C.de sacrosan.ec. Est etiam quęstio in triplici differentia,facti, inutilis, scibilis, Iustinianum condidisse leges,quot sint arenę in mari,et quæ denique fiunt de rebus vniuersalibus, et non dubitabilis propositio. Et si iuris, quę determinatur per legem præsupposito facto, et facti,in qua tamen factum haud præsupponitur c.quia nonnulli ubi Bal. nu.4. de rescrip.l.si ex plagis.§.in cliuo capitolino.ff.ad legem aqui. l. arethusa.ff.de sta.ho.Nec vnum id sanè omittētes pro cōplemento,quod in periculosis,esse debemus velut inter Cyaneas Cautes nauigantes.

QVOD FELIX FAVSTVMQVE SIT.

Boni ominis causa,ita Romani in omnibus agendis causis,præfari solebant.quod sic etiam Iuuenal.expressit,dicens.

Signatæ tabulæ, dictum feliciter,ingens
Cæna sedet.

Quibus verbis usum quoque fuisse Neruam in Capitoliū ascēsum, dū Traianū sibi adoptasset.

QVINTILIANVS

Rhetor fuit,ut notissimum est,Romę Rhetoricem professus ann.tres & triginta,pro uiro tamen sapiente aliquando ponitur. hine Iuuenal.

Hispulla tragedo
Gaudet,an expectas,ut Quintilianus ametur?

QVIRI-

QVIRITES.

Hoc tantum dicam,quod hoc nomine à Cęsare aliquando milites appellati fuerunt, deque his vulgatum illud.

Roma uetus ueteres dum te rexere Quirites,
Nec bonus inmunis,nec malus ullus erat.
Defunctis patribus succeßis praua Iuuentus,
Quorum consilio præcipitata iaces.

QVOT CAPITA TOT SENTENTIAE.

Nec uoto uiuitur uno, nanque uidemus hinc quod utili mouetur plebecula, probati uirtute uiri honesto, pueri ioco, & uoluptatibus rebusque delectabilibus.vnde Hora.etiam.

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem,
Pugnis,quot capitum uiuūt,totidem studiorū
Millia.

uix duos unquam reperias,qui omnibus in rebus & opinionibus consentiant,adeo sunt homi nes inquiunt nostri faciles ad dissentiendum. l. Item si unus.§.fi.ff.de arb.

QVINDECIM.

Viri olim erant,illi quibus solis data erat po testas,libros Sybillinos inspiciendi. Sybilliniq; Sacerdotes à Sylla dictatore instituti, quibus onus procurationis ludorum secularium iniun ctum erat,ante dictaturam Sylle tamen, decem tantum.Vnde Hora.

Algidumque
Quindecim Diana preces uirorum
Curet,& uotis puerorū amicas applicet aures.

QVAM.

Aduerbium istud,quandoque stat electiue, iuxta illud,longe magis expedit in domino spē ponere, quam in principibus. Interdum separatiue,cum dicimus dialectice.tam Sortes quam Plato.aliquando admiratiue, O quam pulcher es,& pulchra amica mea.nonunquam augumentatiue.quam faciles sunt homines ad dissentiendum,ut dicebam proxime.

QVADRANTAL.

Latinè Vas.Græcè amphora est.Et Hora. aliter sic cecinit.

Deprome quadrimum sabina
O Thaliarche merum diota.

QVINQVATRI.

dies quinque erant Mineruæ, dicati.hinc Hora.

puer ut festis quinquatribus olim
Exiguo,gratoque fruaris tempore rapti.

QVODAMMODO.

Improprietatis nota est dictio. ut nostri dicunt.Et bene.l.in suis.ff.de lib.& posthu.l.id tē pus.ff.de usucap.l.si filius.§.fin.ff. quod cum eo l.pecuniam.ff.de sol.§.igitur,insti.de pup.sub. ego quoque alibi satis.

QVI.

relatiuum est,quod nobis seruit ad multa. dicimus enim,qui causam damni dat damnū dedisse videtur.l.Item si obstetrix in prin.ff. ad legem aquil.Item qui fecit quod potuit legem adimpleuit.l.si ideo.C.de his quibus ut indign. Qui nimium emungit,elicit sanguinem. l. sciendum §.illud.ff.de edil.edic.nec aliud sonat quā id:Sūmum ius summa iniuria.Et ut in Euangel. qui non est mecum contra me est.Qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Et breuiter multa huiusmodi sunt,non aliter referenda.

QVINTVS METELLVS.

Macedoninus(cętera prętermittentes)à quattuor filiis(vt moris erat)in funere elatus est. nō secus ac Priamus ab Hectore,de quo Iuuenal.sic.

Incolumi Troia Priamus uenisset ad umbras
Aßarici magis solemnibus Hectore funus
*portante.*alius,fuit Metellus Cos.L.Afranij Col lega.Cuius Hora.pariter meminit sic.

Motum ex Metello consule ciuicum
Bellique causas,& uitia,& modos
Ludumque fortunæ,grauesque principum ami citias,& arma
Non dum ex piatis uncta cruoribus,
Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas.

RAMENTVM.

MONS est,montis,ex alio ortus monte. autor est Pompo. Mela de situ orbis.

RAZZI.

Lingua Italica dicuntur, quæ cubiculorum sunt ornamenta,Græce peristromata uocantur. vnde Comic.

Ne peristremata quidem, aque picta sunt cam panica.

RAPHANVS.

hoc tantum dicam de raphano, (quid enim sit omnibus notum est) quod Athenienses pauperi adultero, podicem perfodebant Raphano, diuites uero se se pecunia redimebant.

RANA

Noster fuit Christus: alibi tamen nostra, conductorem uectigalium (tit.n. habemus nos, locati & conducti) Redemptorem uocant. l. Cæsar. ff. de pub. & uectigal. Hinc Hora. quoque.

huc frequens
Cementa demittit redemptor cum famulis.

RAPINA.

Deus odit uiolentiam, legitime parta, possidere uult oẽs nõ rapinã exercere, omittendęque sunt diuitiæ iniustę, & Rapina dolosa. Nostri vi bonorum raptorum titulum, habent. est etiã in ius rapere. Vimque significat, & plus est quam ducere. hinc Hora.

ego uero
Oppono auriculam rapit in ius.

Fusius nos aliquando in l.pleriq;.ff.de in ius vo.

RAVCVS.

Clamosus (ut alibi diximus) est. nouissime Iuuenal.

Vexatus toties rauci Theseide Codri?

Et Ouid.

Ecce rudens rauco Sileni uector Asellus:
Intempestiuos edidit ore sonos.

Addendumque est insuper, quod raucę etiam de quibus in l.ex conducto in §.j.ff. locat. sunt uermes, segetes corrumpentes.

RABVLA.

Longe melius est, iuuentutem iam inflammatam ad studia prouehere, quàm cum rabulis (Rabula enim quasi ad radendum quis, multis intentus negotijs paratus, uel quasi rabidus) male feriatis rixari.

REPARATIO.

Quid sibi uelit clarum est, uerũ ad istud tantũ, quod reparationi Deum veteres, præsidẽ fabulose Rursonem habebant.

RESPIRARE.

Ne respirare quidẽ tuto licet Largo præsente. Dictũ Proculij est, qui obuiã factus Largo huic, nares, osq; manu cõpressit, hoc idem significãs his, qui cũ eo erant, ex quo Largus iste Galli socius & conuictor, eũ accusauerat Augusto, quod multa vana contra eũ dixisset, multaq; flagitiose egisset, statuas per vniuersum Aegyptũ posuisset, suaque acta in pyramides inscripsisset.

RARVM.

Quippe magni precij est, aqua uilissima rerum, vnde Hora.

uenit uilissima rerum
Hic aqua.

Et rursum plus appetitur quod rarum est. Pulegium apud Indos pipere est preciosius, quia rarum, nec ibi nascitur, apud nos uilis herba, piperque uile apud eos, quod tamen nos magno emimus precio.

REX, REGNVM.

Rex à regẽdo dictus est, ut Imperator ab imperando, Basis à sustinendo, omnibus imperat, cunctos regit, portat orbẽ, ei omnis anima subdita est, ei honor exhibendus, subsidiaque præstanda. bonos item laudat & extollit, & gladium portat ut malos coherceat. Rex rursum assimilatur Deo. Imò quod Imago est diuinitatis, pater patrię. Et in regno uelut in corpore caput. Est verum quod officium Regis durissimum est, quodque nil aliud suscipit Rex, quam fulgentes cõpedes, & claram miseriã, quia administrator est, non dominus. Reip. tutor, non euersor, non furum socius. assumptus non ad gloriam, sed ad curam. Ideo ipsius simbolũ est propter aculeos, apes. Rex quandoque pro domino tamen capitur, quandoque pro regnatore. Sic Iuuenal.

Rex horum uacuisque toris tantum ipse iacebit.

Eratque Romuli tempore, magnarum causarum rex Iudex, minorum Senatus. Regem bonum pastori bono comparabat Cyrus. Qui post annum xiiii. in Persia à quattuor uiris præcipuis educabatur, quos pedagogos vocabant, vt religiosus esset, uerax, non cupidus, & impauidus: imò qđ regia hæc omnia sunt, continentia, fortitudo, sobrietas, solertia, prudẽtia, scientia, industria, tolerantia, Iustitia, uoluptatis contemptio, & ad uirtutem exhortatio. Et Regis officium iubere quæ fieri oporteat, & uetare à quibus abstinere deceat. Rex est lex animata. Apud Aegyptios nõ licet Regem, imperare, absque sacerdotio. Et si ex alio genere, quis regnũ usurpet, cogitur sacris initiari, ut rex denique sit, & sacerdos. αναξ rex dicitur græce αϛυανακτα regem urbis. Rex (iterato dixerim) non minus honestissimarum rerum studio, quàm opibus & Imperio eximius esse debet. Sapiensque redditur sapientum hominũ cõsilio. Eius proprium, male audire, cum benefeceris, & cuius cor in manu Dei est, respondit Alphonsus Neapolis rex, medico, stupenti, qđ magno quodã terrẽmotu, imperterritus mansisset. Romę olim Reges quattuor, oĩ laude digni fuerũt Romulus, Numa, Tullus Hostilius, & Ancus Martius. Regnũ tñ, prius Assyriorũ, qđ ĩ Medos postea fuit translatum, deinde in Persas, à Persis uero ĩ Macedones, postremo ĩ Romanos. Triaq; triũ fratrũ esse dicunt. Neptuni mare (qđ tñ fabulãtur poetę) Plutonis tartara, Cœlum & terra Iouis. Et gręce rex dr̃ ut supra olim Abimelech. Romæ Cæsar & Augustus. Aegyptius Pharao. Lybiorum lingua uero, Battus uocatur, nec aliud

aliud apud nos sonat quam Rex & vnctus, quis Reges vnguntur. & hinc regna omnia temporalia, regnum Dei vero perpetuum, vsque adeo vt dicatur Rex Regum & dominus dominantiũ, & ipse sic. Regnum meum non est de hoc mundo. Quid quod, ad Regis & regni propositum, Moses rex Iunire appellatus est. Et pastoralis ars, præludium ad regnum. Et Regiæ vrbes, Roma, & Cõstantinopolis. Quattuor Regna quoque magna fuerunt olim Babilonicam, Carthaginense, Macedonicum, & Romanum. Non prætermittentes; cœlorum illud, in sacra pagina tamen capi multifariam multisque modis, quandoque pro Ecclesia militante, quandoque pro triumphante, nonnunquam pro fœlicitate æterna, sæpe pro cœlesti mansione, aliquando pro regimine Dei actino & pro negotio in militãti Ecclesia acto. Interdum pro scriptura sacra, & quandoque pro Saluatore. Et quanquam hęc omnia ita sint, ob violatam Lucretiam, nihilominus, regibus exactis, regnum nomenq; hoc Populus Ro. adeo exhortuit, vt bona regum diripi iusserit Iunius Brutus Cos. & agrum Marti consecraris. Adolescentesque, qui de regibus recipiendis coniurarant, securi percuti. Sp. Melius etiam regnum affectans occisus est. Deque Saxo Tarpeio deiectus. M. Manlius. Et Appius Claudius Cęcus, de Pyrrho in vrbem non recipiendo componendæ pacis gratia exauditus. Imò quod in comitio aliquando lex lata est, ne cuiquam regi Romæ venire liceret. Potestasque Cæsari abrogata, Epidio Marulo, & Cæsareo Flauo, Trib. plebis, existentibus, tanquam regnum affectanti.

REPLICATIO

odiosa est communiter, ex quo breuitas legenti est grata, ingrata vero prolixitas. Vnde Hieronon replico (inquit) ne sensum legentis, obtundere videar, & memoriæ illius distidere, sit tamẽ in sacris literis vt veritas innotescat clarius. ecce in Psal. sic dicitur ad propositum. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & Dominus subsanabit eos, quod idem est. quandoq; vt accendatur affectus. atq; alibi sic. Verba mea auribus pęrcipe Domine, intellige clamorem meum, intende voci orationis meę. Item. Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei, conuertantur & erubescant.

ROSCIVS.

Quantum huic Roscio Comico, & Histrioni deferat Cicero, ex multis elici potest, tum maxime ex eiusdem verbis, quæ sunt. Quis animo tam agresti & duro fuit, vt Roscij morte non commoueatur? qui cum senex esset tamen propter excellentem artem ac venustatem, videbatur omnino mori non debuisse. Hinc Hora. etiam.

clament periisse pudorem
Cuncti penè patres, ea cum reprendere coner,
Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius egit

RESPONSIO,

præsupponit interrogationem, dicunt nostri, & benè. l. si desensor. §. j ff. de int. act. vnde vulga. etiam illud, talia sunt subiecta, qualia pręedicata demonstrant. Et quãquam alibi in Euangel. Angelus; mulieribus respondeat, non interrogantibus, dicens. Nolite timere vos, scio enim quod Iesum qui crucifixus est, quæritis, non est hic, surrexit enim sicut dixit. nihil est tamẽ, ex quo verbo respõdens, abusus est. Seu forte respondit ad cogitationes earum. Responsio quę fit Iudicibus debet esse humilis, ne forte exacerbentur. Et responsare (quod nota) est aspere & ferociter alteri compellenti respondere. Non respondere specimen est magnæ arrogantiæ, & superbię vt faciebat Dominianus. Et Hippię interrogãti quid esset pulchrum, Socrates nesciuit respondere. Nimirum igitur, si quãdoq; (vt ille ait) bonus dormitat Homerus. Est etiam responsio. Necessaria, humana, & superflua. Si est domi aliquis, cum respondetur, & aliquid additur, & si verba impertinentia dicantur. Est & tragica, idest magnifica, ornata, grauis, et mirabilis, siue miserabilis. Et vrbana, si interrogetur quis quare non edat carnes, ipse vero respondeat, non edo quia non sum lupus, impiorumque cibus est. Interrogatus etiam aliquis, quis sibi esset coquus, ignis respondit. an haberet famulum, non inquit, quia nolo hostem domesticum in domo, non famulam, quia diabolus est fœmina, vti Sathanas apud Inferos. Plerũque respondetur λακωνικῶς et ut ita loquar dicebat Cice. per aphorismos. Imprudenter interroganti non est respondendum, ut fecit Christus, qui non respondit Petro, quando in monte Tabor dixit. Domine bonum est nos hic esse, faciamus tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Heliæ unum, ex quo imprudenter hoc dixerat. qui tamen Christus, uni interrogationi duas dedit responsiones alias quãdo sibi dictum fuerat. quod nanque mandatum est maximum, ipse uero. Diliges Dominum Deum tuum, et proximũ sicut teipsum. Est uerum ad propositum quod quãdoq; absolute responderi non põt, quandoquidem multa possint oriri, quæ iudicis arbitrio sunt dirimenda, ut nostri aiunt, qua de re etiam dixit plerumque ipse met Iurecon. sublisto. l. Me uia. §. fi. ff. de an. lega. l. serunm quoque, in prin. ff. de procura. l. si et me et Titium. ff. si cer. peta. Non omittentes ultimo, ad responsionis propositum, Diogenem à Lacedęmoniis uenientẽ, Athenasq; pergentem, interrogatum unde ueniret, à uiris respondisse, seq; ad mulieres accedere. Interrogatus etiam Apelles (fortunam enim sedentem pinxerat) cur id fecisset, quia nũquam stetit, respondit, eius instabilitatem, pręmonstrans.

RHETOR.

Rhetorum amplificationes, suspecte haberi solent, pręsertim, his, qui eius artificij rudes non

non sunt. Rhetoresque colorem, non inuenientes, quo crimen defendant ad statum translatiuum confugiunt, & illud in alium reijciunt.

RECTOR.

Nihil est quod sine ullo Moderatore seu rectore consistere possit. Ecce domus sine habitatore dilabitur. Nauis sine gubernatore abit pessum. Corpus relictum ab anima defluit.

RECOCTVS.

Qui lapso certo tempore ad idem officiū assumptus, seu in eodem officio confirmatus, sic Cicero, se Apollonio Moloni, aliquando recoquẽdum tradidit. Vel dicamus recoctum, vafrū, callidumque hominem, intelligi posse, de quo Hora. alibi sic.

plerunque recoctus
Scriba ex quinque uiro coruū deludet biantē.

ROMVLVS.

Primus Romanorum rex vrbi Romæ, nomē dedit, eamque fundauit. Annis septem & triginta regnauit, ipse & Remus frater Gabijs (vrbs enim Latij est) educati fuerunt & à lupa nutriti, & Quirini etiam appellati. Idemq; Romulus in Quirinali colle pro Deo cultus, qui tempestate suborta alias, perierat. Fratrem prædictum Remum interfecit, quod alibi fusius testati sumus, causam obducens (in multum enim facinus fuit) quia muros transcenderat, sed fuit regnandi libido, quicquid dicant etiam nostri in l. fi. ff. de re. di. ibique Accur. Lucani auctoritate fræti, sic canentis. Nec longe fatorum exempla petantur. Fraterno primi, maduerunt sanguine muri. Alij dicunt Romulū interfectū fuisse à ciuibus, anno ætatis suæ quinquagesimoquinto, raptūq; in cœlum fingentibus, & inter Deos relatum. Et licet Romulum dixerimus, Romus tamen prius appellatus fuerat. uel à ficu ruminali. Vel à Ruma. i. māma lupę, à qua (ut paulo ante diximus) fuerat nutritus, & postea Romulus vrbanitatis gratia, siue blandimenti, diminutiuo gaudentis. Filius fuit Martis, uxoremque habuit nomine Hersiliam.

ROMA.

Caput mundi, & cōis patria, quæ tenet orbis fræna rotundi, ut ille ait. nostri in l. roma. ff. ad municipa. Ea de re, generalis Romæ cōsuetudo trahitur ad omnes alias prouincias. l. de quibus. ff. de legi. Romani ab Euandro Archadiæ rege originem ducunt, ob idque Calceis Lunatis utebantur, in memoriam antiquitatis, ut Iuuenal. sensisse uidetur, quando sic alibi dicit.

quod læua in parte mamillæ
Nil salit Arcadico iuueni.

alibi tamen, quod humili loco sint nati, imò ab hominibus sceleratis, qui ad Asylum Romuli cōfugerant, sic.

Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum.
Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

Romanos lupos, Athenienses Ceruos, dixit Hannibal. Vnde Hora.

Dixitque tandem perfidus Hannibal.
Cerui luporū præda rapacium
Sectamur ultro.

Romanorum Ducū tamē uirtutibus, quasi stellis quibusdam latinę micant historię. Roma rursum nil maius uidit Sol. Gloriosissima septicollis. Simbolum eius. Mulier insidens Bestię, cui sint septem capita, quæ septem montes interpretatur. Fortitudinis nomen apud Gręcos, apud Hebręos sublimitatis. Et quia in occidente est, occidentalis ecclesia vocatur. Regia quasi rerum domina, pter dicta supra, capiteq; in Capitolio inuento, responsum est, eo in loco, caput rerum ad idem summumq; imperiū, tūc esse debuisse. quod spirituale Petrus, statuit. Siluester auxit, Gregorius exornauit. Roma cōpēdiū orbis est, virtutum omniū domiciliū, humanęq; magnificentiæ supremum. Locus, Deo gratus, hominibus venerandus, pijs optandus, rebellibus formidandus. Babilon olim cecidit, Troia, Carthago, Athenæ, Lacedæmon, & Corinthus, earūq; tantum nuda sunt nomina. Roma uero adhuc viget eiusque nominis gloria immortalis, non modo uidenda, sed etiam admiranda, & curiose describenda. A Romulo condita, Rheę Syluię virginis Vestalis, filiæ Numitoris Albanorū regis, filio, annis ferme. CCCCXIX. post euersam Troiā. Quam urbem cum uidisset Cineas, à Pyrrho Epyrotharum rege missus, pro pace componenda, reuersus dixit, se patriam regum totque reges uidisse. Et quanquā olim esset diuisa in partes tres, quarum vna Cæsaris erat, Pompeij altera, tertia M. Crassi. Turbulentique sequerentur Cæsarem, sapientes Pompeium, Mediumq; teneret Crassus, attamen hodie ut nostrates dicunt, patria legū est, fons Sacerdotij, & summi pōtificatus apicem habens. Nec aliud significat, quā Imperium, & Tonitrum, vsque adeo ut non temere olim ob id Capitoliū Ioui Tonanti, dicatū fuerit, quod scitu & annotatu dignum est.

REPETERE.

Non enim nocet bis dicere, quod bene dicitur. imò Plato monet res præclaras iterum & sępius esse repetendas. & nostri ad idem, quod satis ualidum est atque formosum, lectionem repetere. l. j. §. supradictis. C. de iustu. Cod. cōfir. dixique ego alibi satis.

RHODVS.

à rosa appellatur, quod insignes proferat rosas, seu quod rosetis luxuriet. Ab antiquo Rhodij fe-

lices fuerunt, nunc vrbem tenet Turca. Rhodij aliàs statuaria arte, insignes erant. Rhodum clarā ēt dicit Hora. Veneris filiam, vxoreq; Solis, quippe quod facta diuisione inter Deos (vt fabulātur Poetæ) Sole non vocato, Rhodoq; relicta eam sibi adoptauit.

RHODANVS

Ferox est, æstuanti Cocyto vel Tartareo, Simillimus, & quanquam quattuor fuerint Labyrinthi, in Aegypto, Læmna, Creta, & Italia, quintus est tamen omniū Rhodanus inexplicabilis, ac pessimus, quasi rodens omnia. quem armatus Sertorius transnatauit, cuius facti miratur historia.

REVS.

Facere reum est accusare, peragere, condēnare. Elabi gratia quando corruptis iudicibus absolutus est. Reus turpitudinis corpus est. Pollutarū ceremoniarum (histo. nota) Clodius. Repetitus, qui sępe citatus est. Voti, qui suscepto voto, se numinibus obligat. Reus orationem dirigit ad misericordiam, accusator ad indignationē, orationq; eius pathetica, idest iracunda vocatur. Reus pro more in iudicio ab amicis laudari solebat vt absolueretur facilius. cum tamen legem tulisset Pōpeius, hoc fieri non debere, velletque ipse postea Munacium Plancum, laudare, Cato Iudex manibus aures obturauit, dicens, nolle audire lege aduersante. Rei magni, qui accusantur, vel de magnis criminibus, Summates dicuntur. Eisdemq; Clepsydræ plures infundi solebant quàm actoribus. Et qui in actione reali aliter petit titulū specialem ab actore exprimi, pedem suum cum ligone percutit, ita Cy. post Bulga. in l. edita. col. v. C. de eden. Et si innocēs erat, his verbis olim absolui solebat. Non videtur fecisse. autor est Cice. Hoc est non fecit, quanquam enim dicant nostri verbum videtur fictionem importare. l. j. §. deiecisse uidetur. ff. de ui & ui ar. attamen quandoque ueritatem designat. l. naturaliter. in prin. & ibi Areti. plene. ff. de acqui. po. & ut hic in que istis absolutionis uerbis.

REGIO.

Prouincia dicitur Regio, idcirco quod à Regibus olim regebatur, Romæ, fuerunt quatuor, Suburrana, Exquillina, Collitia, & Palatina, & nonnullæ aliàs uulgari aliquo monimento nobilitatę, Colosso Rhodus. Mausoli sepulchro Caria Veneris statua Gnidus. Memnone Magico Thebæ. Verum hæc nostra omnem aliam superat, siue cultum spectes, siue celebritatem urbium, siue rerum affluentiam, siue laudem ingeniorum, quæ felicia passim hincinde oriuntur semper. Hispaniæ ēt amęna est & fertilis. Ingeniorū eminētiū, ubere ꝓuentu, semper bellica laude florēs.

conseruatur in fidelitate subditorum, iustitia magistratuum, & obseruantia legum. Et qui reip. pręsunt utilitatem ciuium sic tueantur, ut quicquid agunt ad eam referant, obliti commodum suorum. Exultabat tamen Eschinesse à Rep. liberatū. & Chrisippus interrogatus, quare ad Rēp. gerendā non accederet, ne si male gessero inquit, Deos, si bene, homines mihi reddam iratos. Et Demosthenes potius ad inferos descendisset quā ad Remp. si præsciisset eiusdem mala, metum, inuidiā, calumnias, cōtrouersias periculaq; optione sibi data. Adiumenta tamen rerum gerendarum aliàs in Rep. nobis à natura uel à fortuna tribui solent, eloquentia, prudentia, ualetudo, animi magnitudo, patientia laborum, & molestiarū, à fortuna nobilitas amici, & honestæ occasiones. Nec enim Resp. illa felix est, cuius Mænia immota manet. si mores tamen ruant in pręceps. dicebat Scipio. Verumq; decus in uirtute positū est, quę maxime illustratur, magnis in Remp. meritis. Est uerum etiam quod curare debemus, ne quid detrimenti capiat. Maxime ecclesiastica, quæ non tantum doctrinæ oculo indiget, uerum etiam manu ut luporum rabies comprimatur. Et ita Consulibus mādabant patres & Senatus. Neptunusq; Aiacibus in bello Troiano sic. Tutamini Remp. quæso, solitę uirtutis memores. qua nihil nobis charius esse debet, nihil auctoritate Senatus grauius. Ciuilibus dissensionibus læditur, dicunt nostri. l. si quis ingenuam. §. j. ff. de capti. & postli. re. Eiusq; status aliàs triplex Dimocrathia, principatus populi, qualis olim Romanorum hominum, Monarchia unius Imperatoris. Oligarchia paucorum administratio, ut Venetorum, cæteris meo quidem iudicio præstantior. Probi homines insuper qui neque auaritia neque ambitione mouentur sunt ad remp. prouocandi. Reipub. nerui sunt uectigalia, præmiū & pœna. Eiusq; fundamentum (ut paulò ante dictum fuit) est iustitia. Et charitas, quæ coegit ire ad mortem deuotis corporibus Decios seq; in hiatum terræ præcipitare Curtium. Et Sceuolā errātem manum in ignem ponere. Coclitē armis onustam se hostibus, obiicere, ut sublicitū tueretur pontem. Attilium ut ad tormenta rediret, Scipionemque denique, & alios pro patriæ salute mortem oppetere. Qui Scipio cognoscens amplius se omnium præstantissimum foreque ex his vnum quam maxime necessariū, aut quod ipse libertati patriæ uel ipsi libertas detrimento esset exul priuatam agere uitam maluit patrięq; deesse quam obesse. Duo etiam in rep. tam pace quam bello sunt quam maxime necessaria, turpia timere, aggredi vero audacter honesta. Et nihil præstantius ex omnibus rebus humanis aut præclarius quàm de rep. adhuc bene mereri. Et qui Remp. administrat, debet cæteris melior esse, ut pedagogus discipulis doctior. Habebatq;

frequenter

frequenter in ore Antoninus, R.P. florere tunc si Philosophi dominantur, vel dominantes philosophentur. Scituque dignum est, si opifex olim ad Remp. accessisset, vel plures exercuisset artes, quod magna mulctabatur pœna. Eamque virtutibus (vt rursum diximus) potius quàm armis tuendam esse, dicebat quoque Cato Vticen.

REPREHENSIO

longe enim procliuius est, alios reprehendere, quam sibi ipsi moderari, aliosque homines pœna dignos iudicare, quas tamen ipsi non admittant. Insuper, maxime mirum videtur, quod simus in cauenda reprehensione parum oculati, et ad alios reprehendendos propensi. Est uerum item quod nemo est mortalium, qui reprehendi non possit, quique non sit crimini obnoxius, vnde etiam Damon, & Anaximenes, septem illos Græciæ Sapientes aliquando reprehenderunt. Apostolus Paulus Petro dixit quod non recto pede incesserit in Euangelij veritate. Et si magni viri sanè fuit reprehendendi, lenissimis verbis reprehendi debent, amplis vero & magnificis ornandi; alterum enim modestiæ est candoris vero alterum, & ab eo quidem, qui cum modestia quadam scribit, non vt aliqui leues faciunt & scioli siue potius ebrioli qui quattuor literas callent, vt aucupentur gloriam apud imperitam multitudinem. Et si reprehensio absque ratione fuerit, vel leui, ab ignorantiæ cæcitate proueniet, ea de re fingunt Poetæ Momum calumniatorem, noctis filiū esse, de quo suo loco nos satis.

RECTE.

Huic aduerbio, aliud, oblique scilicet, contrarium est, vnde in sacrificiis Iami Olympiæ principis (è conscissis victimarum pellibus enim futura prędicebat) si scissurę erant rectę, lęta, sin obliquæ tristia denuntiabant. Rectum est etiam hinc, quando medium eius non exit ab extremis. Et rectus, qui per lineas equitatis in actibus suis procedit. Rectitudoque proprie, ad iustitiam pertinet, in equitate adhuc, consistentem. Imo dicunt nostri quod aduerbium istud rectè iustitiam importat rite vero solemnitatem. l. non putauit. §. non quęuis. ff. de bo. pos. cont. tab.

ROBVR.

Manuum est pugillatus. pedum cursus. Manuum & pedum, Pancratium.

RVBI.

Oppidum Campanię est, vnde rubia uirga etiam dicta est, unde Maro.

Nunc facilis rubea texatur fiscina uirga.

Et Hora. sic.

Inde Rubos fessi peruenimus, utpotè longum
Carpentes iter.

REMIGES.

Remigem prius esse oportet, quàm ad gubernacula admouere manus. prius discipulum quàm magistrum. quoniam ex alto corruit, qui uolare satagit antequam pœnas assumat, inquiūt ex nostris aliqui. Et Poeta.

Icarus Icareas nomine fecit aquas.

(fabula nota est) & Lyricus, lingua Italica.

Et dissi à cader ua chi troppo sale.

RISVS.

Animus delassatus Curis, risu reficiendus est, quem coluerunt ueteres, quia laboris est condimentum. Crassum tamen semel in uita risisse aiunt. Et Zeusim pictorem, ac Philistionem Sardianum Comicum, prę nimio risu mortuos. Socratem quoque raro risisse ferunt, Agelastóq; uocatus est, Galbam nunquam. Nec Traianum. Nec Lazarum post resurrectionem. Nec Philippum Iuniorem. Risus Abrahę gratus Deo, quia credidit, promittenti sibi seni, filium. Sarrę ingratus, quia non credidit. A nimio tamen, est abstinendum, neque procliues in risum esse debemus, neque in uerba confidentes, quoniam alterum stulti est, furentis uero alterum. Cachinus etiam risus ineptus est. Et cachinatio uituperosa, unde Catul. sic.

Nam risu inepto, res ineptior nulla est:

Et qui lachrimando ridet, Gręce κλαυσίγελως dicitur. Isaac idem quod risus. nam eo nato dixit Sarra mater eius, risum fecit mihi dominus. Risit Cæsar cum uidisset gladium suum à Germanis in Templo Martis suspensum. cumq; sibi Pompeij caput allatum fuisset. & Alcibiades cum Zopiros Physiognomon dixisset. Socratem, stultum, Bardum, & mulierosum. Qui aliàs risum concitauit tamen, & si (ut diximus paulo ante) riserit ipse raro, cum in Senatu suffragia computare nesciuisset. Profuseq; & Sardonicę aliquando Plato. Perpetuo uero pulmonem agitare solebat Democritus, & ridere curas vt inquit Iuuenal. necnon & gaudia uulgi. Risus etiam puallę proditor est. Vnde Hora.

Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ risus ab angulo.

Ridebatque Xanthus Aesopum, monstroso corpore formatum, à quo tamen decisus est, quandoquidem non corporis, sed animi forma intuenda sit. Et ridetur (ut cum risu finia-

finiamus) Mugilis Piscis, qui in metu, capite abscondito, se totū occultari credit. De risu Sardonio prouerbium notum est, de quo nos alibi satis.

RETE

Capiuntur pisces, & volucres, deq; iactu retis, nostri quæstiones proponunt. l. si iactum retis. ff. de actio. emp. Verum scias tu, missis his, quod retas etiam arbores vocamus, quæ plerumq; in alueis reperiuntur, uel ex ripis pendent, ex quo retium instar, naues prætereuntes impedientes retinent. Et hinc est quod flumina retanda locari solebāt.

RIXA.

Thersitę sunt hij, à quibus rixæ, maledicta, & cōcertationes prouenīunt, cum quibus male feriatis contendere & rixari, malum est, & longè melius iuuentutem iam inflammatam ad studia prouehere.

RVS.

A rure, rusticitas deriuatur, quæ sancta dicitur, omnia palā habens inquiunt nostri Bar. maxime in l. hoc iure in fi. ff. in quib. cau. pi. ta. cō. & cui parcitur in multis casibus. l. j. §. fin. ff. de edeu. l. si quis id quod. ff. de iur. om. iudi. l. ij. ff. si quis in ius voc. non ie. l. cum de indebito. §. si autem. ff. de proba. Rusticus hinc etiam, à rure dicitur, seu rustici, quos tamen & si simplices esse dicantur, aliquādo interrogare solebat Bar. vt testatur in l. ij. C. de iure delib. Nec ab re Iurecon. arguere, à prouerbio rusticorum senum, in l. si chorus. ff. de leg. iij. Rusq; ipsum peroptandū, & deligendū, vt quietè viuamus, & quemadmodum optabat aliàs Hora. sic dicens alibi.

O rus, quando te aspiciam? quandoq; licebit
Nunc veterum libris, nunc somno & inertibus horis,
Ducere sollicitæ iocunda obliuia vitæ?

RESVRRECTIO

necessaria est, quia sic dicitur in Euangel. Resurgent mortui. Et quia anima est corporis forma naturaliter, habetque naturalem inclinationem, vt cum eo reuniatur. Et cum sit pars totius, non potest in se ipsa, habere perfectam subsistētiam. Imò quia sensitiuę vires in ea remanēt radicaliter, ad corpus naturalē habet affectum, nec absq; illo plene quiescit vel contentatur.

RES

Sacræ à religiosis differunt, illę enim Deo dicantur, illę gratia priuati hominis cōstituuntur. Rei sacræ simbolum accipiter. Et res optimę ac præstantissimę, iis prosunt, qui eisdem rectè & prudenter vtuntur. Et dicunt nostri, quod tātum valent aliàs, quantum vendi possunt communiter & communi cursu palam & publice non ab vno siue vni, verum pluribus. l. pretia rerum. ff. ad legem Fal. l. si seruus. §. j. ff. de cond. fur. Et scitu dignum est, quod quandoque res pro causa ponitur, vsque adeo vt hinc rei sint appellati quorum res agitur. Hinc Hora.

Dubius sum, quid faciam, inquit:
Te ne relinquam an rem.

RELIGIO.

A religione Dei & cultu semper incipiēdum est, vt in libro Decretalium & Codicis Iustiniani, vbi primum, de summa Trinitate, cuius festū hodie celebramus quæ est dies ix. Iunij. 1566. & fide Cathol. Imò, quod in legibus xij tab. Ante omnia dictū est sic. ad Diuos adeunto, castè pietatem adhibento. In sacrificiis, etiam ad religionis propositum (adeo hominibus res sancta est, & necessaria) vt præcæteris eidem animum intendant, his verbis admonentur. *Hoc age & lingua faue*. Sacerdotes nostri. *Sursum Corda*. L. Metellus Pontifex Maximus, cum in Mineruæ Templo Palladium locatum esset, ex opimis Troiæ euersæ spoliis præcipuum quiddam, casuq; succēso ligno arderet, per medium ipsum (vt aiunt) iuit, statuamq; eripuit. quam tamen cum vidisset (nemini enim id erat permissum) oculis statim captus est, idque fecit ne religioni & patriæ id ipsum foret detrimento, inque religiosi hominis præmium sibi à Pop. Ro. concessum est, cum in Senatum accederet, posse tunc triumphali curru vehi. Oraturi olim manus lauare solebant, nec mane Ioui fabuloso libare licebat illotis manibus. Vnde Hora.

Libertinus erat, qui circum compita siccus
Lautis mane senex manibus currebat:

quod & nostri Sacerdotes etiam faciunt. Verum est quod magis piè quām magnificè coli debet religio, vsque adeo vt Corona Ioui aurea parui ponderis donata fuerit in Capitolio pro concordia patrum & plebis. quodque reeligentem esse oportet, religiosum nefas, ex quo nomina in osus vitium habent. Et religiosus, idest superstitiosus dicitur. hinc religiosi dies tristes & infames, qui etiam Nefasti dicuntur, & sic à nostris famosus tutor, famosa actio, famosus latro, & simile. Vnde inepte, ritu. factus siue conscriptus videtur, de religiosis, & sumptib. fune. Et quia iudices olim in leges iurare solebant, vt obstricti religione iudicarent, dicunt adhuc nostri, quod religioni iudicantis, standum est. l. fi. ff. de var. & extraordi. co. l. quæsitum. ff. de testi. l. j. in fi. ff. de reb. eo. l. j. §. diuus. ff. de quæst. & insti. de obl. quæ ex quasi del. in prin. l. fi. ff. de susp. tut. l. fi. C. si ex fal. inst. Nec erat locus religionis, nisi ter iniecta gleba in ore mortui fuisset. Vnde Hora.

Quanquam

Quanquam festinas, non est mora lõga, licebit
Iniecto ter puluere curras.

Magna Aethiopum est religio erga Deum, quæ de re ab externis regibus nunquam subacti fuerunt, & semper liberi permanserunt, vt etiã Veneti nostri, quorum R.P. Sãcta, religioniq; adeo addicta, vt nulla sanctior, nullaque, in qua magis religio eluceat, vllo vnquam tempore inuẽta sit. Eolus quoque ob pietatem erga Deos, vt fabulãtur Poetę, Deorum amicus vocatus est. Cambisses uero, religione spreta continuo insaniit. Apim enim Aegyptiorum percussit. Sacerdotes flagris cessit, et quencunque illum colentem occidi mandauit. Et ut finiamus, Impp. & Reges olim sacerdotes erant, nihil sine religione fieri posse putantes.

ROGO.

Est verum quod molestum est, verbum, atq; onerosum, demissoque vultu & humi defixo proferendum, Rogo, attamen qui timide rogat, docet negare, nullaque res carior constat grauissimis uiris, quam quę precibus est empta. Rogo & oro differunt, illud enim ad homines refertur, istud ad Deum & sanctos. Rogare etiã indignũ est, & ingenuitatem lædere. Et Ducum (ut ille ait) species uiolenta iubendi.

RVMOR

de quo in l. fi. ff. de hęre. insti. solet quod gestum est, augere & variare, estque proclamatio, gentium; et strepitus multarum vocum. differtque à fama, imaginaria opinione seu credulitate gẽtium à vulgo procedente, l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Bal. noster. in l. ea quidem col. i. C. de accu. multa.

REGVLA.

Græce κανον dicitur. Amussique utuntur Fabri Materiarii, siue carpentarij idest funiculo, quem rubro colore oblinunt. deque regula in c. canon. iii. d. aliàs regula est, quæ rem quæ est, breuiter enarrat. l. i. ff. de regu. iu.

RVDE.

Rudis uirga erat, quã gladiatores à Sanguinario ludo, missionem accipiebant, hinc rudiarij Milites, qui onere Militię dimittebantur. Et me quoque donari rude iam tempus esset, laboribus fractum, annorum quinquaginta. Vnde ad propositum Iuuenal.

hic Sergius idem
Accepta rude cœpisset Veiento uideri.

Et alibi.

Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra mouebũt
Consilia. Et Hora.

Spectatum satis, & donatum
Iam rude, quæris
Mecænas iterum antiquo me includere ludo.

ROSA

de spinis floret, & aurum quod in luto quæritur aut frumentum quod cribro e loliis purgatur. Rosa scarabei fugantur. prius candida, in rubrũ colorem conuersa, quippe quod Adonidem, aliquãdo Mars vulnerauit. Accurrit vero venus, in rosas incidens, ac se spinis implicans, plantãque pedis perstringẽs è vulnere manat cruor, sicque candidam illã colorauit. verum quicquid sit, iudicio opus est, vt è spinis rosę, non compũctis digitis (qui habet aures audiendi, audiat) seligantur. Nec id vnum omittens quod inter vepres Rosæ mitescunt, Et inter feras non nullæ mansuescunt.

ROTA

Figularis, calliditatis simbolum est. Et ideo hinc dicunt nostri, quod eius stilus aliàs, Curiæ scilicet, aliquando rotat, quodque modo est Albus modo Niger, ut Męna piscis marinus. Est & Rota Ixionis, (fabula nota) quam sic explicat Iuuenal.

Nec rota, nec furiæ, nec saxũ, aut vulturis atri.

SILENTIVM.



APVD Persas legimus, nihil fide sanctius, nihil silentio pulchrius, loquacitate uero nihil turpius, aut fędius. Vnde prouerbium hinc. Silentium tutum, de quo nos alibi satis. paratus etiam quis esse debet ad audiendum potius quam ad dicendum, et ad discendum quam docendum. ecce qđ Niobe non minus silentio, quam latratu Hecuba, dolorem animo insitum designabat. tamen in cubiculo silentium esse debet, eloquentia uero, in foro. Quod impetratur, quando dicitur. Fauete linguis. Vnde Proper.

Sacra facit Vates, sint ora fauentia sacris.

silentiũq; sacrum erat. Vel quia Pythagorici, diuinum quiddam esse existimabant. Et solet etiã hinc vulgo dici. Lupus est in fabula. Silentium. tace. alibi uero Cice. Manũ ad os apposuit, idest tacuit, neque locutus est. Post longas disputationes etiam, siue disputationis ambages, dulce silẽtium est. Dicunt nostri quoque, silentium diffamanti imponi, si lapso termino sibi assignato, nihil probauerit, sententiaque silentij vocatur. l. diffamari. C. de ingenu. ma. per preconem silentium consuetudine temporibus Domitiani & Adriani imponi solebat. σιγὴ silentium significat. Venerat enim ad scortum atticum Gnathenam, amator quidam, nomine & fama ipsius permotus, ex Hellesponto, cumque inter pocu-

la esset

la esset importunus, uenisti ne ex Hellesponto inquit Gnathena? ueni respondit, cur igitur primariam inibi ciuitatem ignoras? quæ dixit ille? ligeum respondit, mulier futilem eius loquacitatem coarguens; quia (vt dixi) σιδη silentium sonat. Veteres quoque puerorum aures potius quam ora osculabantur, rati his proficere quam illis longe magis. Et stultus etiam si tacuerit sapiens reputabitur. Vnde Democritus interrogatus taceret ne, ob verborum inopiam, uel ob stultitiam, stultus tacere non potest respondit supellex mulieris est clamor Fœmina muta nulla. Turdus tacet, nec vulpis garrit, nec cicada Acanthina Vel Rhegina in locris, nec Rana seryphia. Græcorum silentium est. Barbarorum cõclamatio. Harpocrati quam Mercurio litasse Iocundius est. Et proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere ait ille, vnde homines sunt loquendi Magistri, Deus uero tacendi, siue silentij est rursum Index Silentij nota hęc. S.T. vt in phormione ait Comic: Aristo. propinquum suũ mittens ad Alexandrum, Antisthenem scilicet mandauit ei, ut quã rarissime loqueretur. Anseresq; Orientem linquentes ob calorem, & occiduam petentes plagam, silentio uitam tuentur. quippe quod Taurum montem, aquilis abundantem trãseuntes easque volucres fortissimas timentes, rostra lapillis occludunt ne clangorem eliciant. Accensi munus erat non solum milites ad Imperatorem ciere uerum etiam silentium imperare ab importunis interpellatoribus. Et quia silentio opus est amantibus, noctis, non mirum est, si mulieres amantes Lunam inuocant. Et verum, quod diuturnum non semper laudem habet maxime in conuiuiis, hinc simonidem hospitem cõspicatus cum aliquo non loquentem, si fatuus es inquit benefacis, si sapiens fatue.

SITIS.

Mori fame uel siti, durissimũ est genus mortis. quanquam aliter in scriptura, uerbum istud sitis, capiatur, pro desiderio scilicet rei nunquam adeptę. pro desiderio adeptæ, & pro amore denique rei præsentis.

SAGITTARII.

Monocoli appellantur, quia iacientes sagittã vnum claudunt oculum, ut altero, acutius uideãt ex quo virtus vnita est fortior se ipsa dispersa. Et quanquam formidabile genus armorum sit istud sagittarum, meo quidem iudicio tormentorum longe est formidabilius.

SARRACENI.

A Sarra Saraceni dicuntur, Abraę vxore. Sed melius est, si à Sarra, Arabię fęlicis oppido, eos descendisse, seu originem duxisse potius, dicamus, haud omittentes, ciuium quorũdam, alias, cognomen esse, non ignobile, in quibusdam Italiæ urbibus, & in specie, Vincẽtiæ sicuti & Turcarum, Verone.

SARDANAPALVS.

Assiriorũ rex, mollis & effeminatus, de quo Iuuenal. sic.

Herculis ærumnas credat, sæuosque labores.
Et Venere & Canis, & plumis Sardanapali.

cuius error nobis ostendit, quam turpe sit luxuria difluere, incidi. n. in sepulchro iussit. Hoc habui quod edi quodque ex saturata libido, hausit, quod quidem, in Bouis ne dũ Regis sepulchro, incideretur.

SAXVM.

Sysipheum uoluo ego (fabula nota est, Sysiphei de quo Ouid.

Aut petis, aut urges, rediture Sysiphe saxum.

Et Iuuenal.

Nec rota, nec furia, nec saxum, aut uulturis
atri pæna.

Is enim cum Isthmũ latrociniis infestaret, trãseuntes, sibi pedes lauare cogebat, quos calcibus tunc in mare proijciebat, à Theseo interemptus est, hac pœna affectus, apud inferos, ut saxũ aduersus montem ferat, quod cum ad eius uerticem, impulerit, lapsum ad ima redeat) iam annus quinquagesimus agitur, iam est tempus, vt rude donatus quiescam. Et si non saxum est, saltim est plautina Mola. De saxo Tarpeio deiectus est Manlius, suspitione affectati regni. Q. Metellus censor. Sextus Licinius senator, & alij quãplures, de quibus ego alibi satis. nouissime, si testis falsum dixisset testimoniũ, vel seruus in furto manifesto deprehensus fuisset lege. xij. tab.

SALTVS.

Saltationem utilem ualetudini iudicauit Socrates. Saltusque Græce πυδημα dicitur. de quo Iuuenal. alibi.

Ille fruatur
Vocibus obscenis, omnique libidinis ante.
Qui lacedæmoniorũ pedemate lubricat orbẽ.

& ad propositum hinc prouerbium cum quid inepte & indecore petitur Camelus saltitat. Saltantes serui olim canebant bene nobis bene uobis, hodie Germani. Est & saltatio pyrrhica grecanica, a Pyrrho in Creta militum gratia inuenta. Non omittentes quoque quod saltum magnũ facere uidentur, qui aliquanto longius retrocedunt. quodque hinc etiam prouerbiũ est. Saltat senex. Mater Deum, cum non prius placari posset quam senex saltasset, vtique saltauit. Item salua res est, saltãte sene, quo (histo. Liuij nota est) ad omnia læta uti possumus.

SA-

Execrandum quandoque exponitur iuxta illud Maro.

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames.

Et Hora. quando dicit.

Et genus aeri
Et pugnata sacro bella sub Ilio. Et alibi.
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

aliàs (ut directo sonat) sciendum est, quod lindi sacra Herculi, Graeci Baccho claua, & cratera, comitijs agebant, sicque rite peragi uidebantur. Sacrum dicebatur ærarium, in æde saturni locarum. l. rationales. C. de aduo. fi. ubi ego in æquilib. à sacro sacrilegus etiam deriuatur, qui lædit sacrum, & de quo etiam ego adhuc alibi satis, Adde quod à Q. Cepione prouerbium ortū est, in sacrilegum. homo ille aurum habet Tholosanum. Q. enim Seruilius cepio capta Tholosa, aurum è templo sustulit, usque adeo vt auferentes miserabili fato perirent sacri legus Verres. Clodius pollut. rum cerimoniarum reus factus est. histo. nota. Dolore uiscerum, & uermibus in eo ebullientibus Antiochus magno fœtore in Iudæa ob uiolatum templum perijt. Contra uero Alexander sacerdotem obuium habens ex equo descendit & ueneratus est. Instarque sacrilegi habebatur, qui Antonini statuam non habuisset. Phocenses sacrilegi, fratrum Apollinis diripientes, pœnam luerunt. Abæi vero sacrilegii protsus expertes fuerunt.

SESTERTIVS.

Masculini generis minor erat, & ualoris quidem duorum asium, cum dimidio. Sestertium uero neutri generis maius, valoris ducentorum quinquaginta denariorum, plus minus ducatorum uiginti quinque, quia tamen assem uariarũt diuersis temporibus non facile intelligi potest, ipsius ualor. Absolute profitetur Accur. noster alibi, se non intelligere, quid sibi uelit uerbum illud, seu nummi nomen in l. uerba. C. de dona. Sestertium rursus, ex dipondio, & semisse constabat. Dipondium duas continebat libras, semis dimidium unius libræ. Et sic scribebant duplicato SS. ducta sic per medium uirgula, & de quibus Catul. alibi.

Et sestertia quæ soles precari
Centum, desine, nam sat es Beatus.

Decies centena sestertia. seu Mille sestertia, uiginti quinque millia coronatorum esse dicuntur. Et quandocunque aduerbium additur uoci, sestertium centum suppletur, ex quo de consuetudine omittitur. aliter dicunt alij, (idemque est tamen) quod sestertium nummus erat argenteus duarum librarum, & semis. quasi semis tertius, quod per duplex LL. & S notabatur. Et adhuc quod olim sestertia 400. Romani eqnitia censum conficiebant. 800. Senatorum. Augustus auxit usque ad. 1200. idest Mille ducenta. vsque adeo ut non esset ius sedendi in quattuordecim ordinibus, si quis. 400. sestertia (ut dixi) in censu non habuisset. Et sicuti sestertius, & sestertium dicitur, ita dicitur denarius & denariũ, & intestinus & intestinum. Et ad dicta supra, redeuntes, iterato declarari potest quod sestertius erat duorum assium, cum dimidio idest nouissime duorum solidorum Venetorum cum dimidio, & quod as erat valoris vnius solidi Veneti. Et Denarius sestertiorum. 4. de quo nos alibi fusius. & ad sestertij propositũ multa Budeus, & nouissime Sebastianus Erizzus, Patritius Venetus omni genere literarum absolutissimus, studiosis nõ ignotus. Et ob raram ac incomparabilẽ eruditionem, patronus mihi adeo charus, ut nesciã an chariorem habuerim unquam, in libello nũmismatum, quem edidit, iam annus. vii. elapsus est, summa cum laude, tum sua, tum etiam studio sorum omnium commendatione.

SEV.

Coniunctio est disiunctiua secundum grammaticos. sed nostri aliter dicunt quod imò est ampliatiua. l. si quis ita legauerit. ff. de au. & ar. lega. Bar. in l. cum quidam. ff. de ver. sig.

SALA.

A Saliando dicta est, & Salæ, quandoquidem in eis nuptiarum & conuiuiorum alacritas celebretur. alij Oecos eas appellant. familiarumque est alicubi, & maxime hic, quarũdã cognomẽtũ.

SEPVLTVRA.
SEPVLCHRVM.

Verba erant legis xij. tab. in vrbe ne sepelito, ne ue urito. Iussit etiam Plato in agro infœcundo & inutili sepulchra fieri, ne uiuentibus noceant, & pœna Solonis lege constituta si quis Bultum (sepulchrum enim erat) uiolasset, aut deiecisset, nostri actionem sepulchri uiolati dana, agere uolenti. Sed facilis est alias, iactura sepulchri dici solet. olim enim aliqui suorum corpora, domi summo studio condita seruabant. Nonnulli Bestijs obij ciebant. Aliqui vorabant, vt Artemisia carie regina, alunm sepulturæ genus optimum; opinata. Sepulchri dignitas tamẽ pulchra res est, qua Acca larentia scortum nobilissimum cohonestata fuit. Sepeliri olim quoq; solebat quis in campo Martio, eratq; honor quã maximus. Indque eo loco, crematum Cæsaris corpus, Hircij & Pansæ, in prælio pugnantes, cõtra M. Antonium, uulnerati & mortui. Sepultura asini Ieconias Iosię filius ab exercitu regis Babiloniæ interfectus, tumulatus est, & extra portas

tas Hierusalem proiectus insepultus. Et ad idem conqueritur Polidorus in procellas maris abiectus,(histo. nota est) quod insepultus, in littore iaceat. insepultus tamen & indeploratus esse debet, qui patriam euertere nititur, ut olim Polynices. aliàs non, vnde Medeæ Iason dicebat. Cõcede mihi hos mortuos sepelire & lugere filios scilicet quos ab eo repudiata interfecerat. sepulchrum patris semper est consalutandum. Et eorum qui in bello ceciderunt, ueluti Demonum coli & adorari. Maiores etiam voluerunt, aliquã do superstitiose lucernam Monumẽtis accẽdi. l. Meuia. ff. de manum. testa. Filij patres olim efferebant, in funere, et Mulieres conducebantur ad mortuos flendos, quę preficæ vocabantur. Vnde Iuuenal.

Incolumi Troia Priamus uenisset ad vmbras
Assarici magnis solemnibus, Hectore funus,
Portante, ac reliquis fratrũ ceruicibus inter
Iliadum lachrimas, vt primos edere planctus
Cassandra inciperet.

Et ĩscribi sepulchris, quot maritos habuisset mulier, non cuius esset, ut cõiter inscribi solet. Seuerus etiam prius quam decederet vrnam ad se perferri iussit, quam cõtrectauit atque dixit. Tu virum capies quem totus terrarum orbis, non cępit. Et M. Aemilius Lepidus, moriẽs, iussit filiis, ne plus quam æris denos consumerent in funere, dicens imaginum specie non sumptibus nobilitari maximorum uirorum funera. Et quod formidolosum ac horribile esset veteribus carere sepultura, & iacere inhumatos, violariq; sepulcrum, sic dixit Mantuanus Vates.

Quid miserum Aenea laceras? iã parce sepulto:
Parce pias scelerare manus.

In exquilns ubi nunc sunt horti Mecænatis, Serui & plebei carẽtes sepultura, Item scurræ, & decoctores sepeliebantur. Dicunt nostri quoque quod sepulchra quædam sunt familiaria, & hæreditaria, quędã. l. familiaria. ff. de religio. sed adde tu quod olim in illis inscribebant, quinque literas. H. M. H. N. S. idest hoc monumentum. hæres non sequitur. Cętera ego alibi latius. Et Volaterra. simul, aliqua.

SAGITTA.

Medi Tygridem, quia maximę est uelocitatis, Sagittam uocant. quæ nota omnibus est, quid sit. l. u. C. quę res exporta. non po. sed tamen adde, quod etiam sagitta à rusticis, surculi extrema. pars, appellatur, surculi uitiũ scilicet. genitiuus, ille enim pluralis in suo sono seruari debet causa differentiæ nominis, Vitium Vitij.

SAGA MVLIER.

A sagiendo dicta, hoc est acute sentiens. Vnde Hora. alibi.

Quæ saga, quis te soluere Thessalis
Magus venenis, qui poterit Deus.

Et alibi sic.

Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos lemures, portentaque Thessala rides?

mihi sanè videtur, quod potius sagax sonet, aut sapiens, vnde lingua Italica facente, dicitur, & saggia.

SATVRNVS.

Vt fabulãtur poetæ Deorum princeps est, Saturni memoria in posterum propagata est nummo Iani. Saturno Decẽber vt Ianuarius Iano dicatus est. à Saturno terram Saturniam dixere veteres, & sacra eius Saturnalia. Saturno rursum, Cyrenenses rẽ diuinam facientes, ficis recentibus (audi mirum) coronabantur. quem Sterculium quoque Romani vocabãt. Et in ipsius æde ærarium esse voluerunt. Et Saturnum quasi Saturnum adhuc uocabãt. Vnde Satyri quoque Satuni dicti fuerunt. is enim regno pulsus à Ioue filio, in Latio cum Iano imperauit. de quo Iuuenal. aliàs. sic.

Credo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris.

vnde cũ uti Deum coluerũt populi Iani cura, & studio, quippè quod ab eo multis sanè fuerit edoctus. Sator omnium Deorum, & ita dictus, quia saturatur annis. Saturni coniux Ops. & cuius festo, bellum incohari nõ licebat. Falce instructus pingitur, utpote agricolationis repertor. estq; temporis simbolum uorans filios, ex quo tempus uorat & consumit omnia. Item tarditatis & inertiæ, quia uix annorum xxx. spatio Zodiaci cursum agit. alij planetæ uero citius. Cætera Lilius.

SENEX.

SENECTVS.

Meuius Senium Sonticum appellat, id est nocens, quia senectus mala res est, & morbus. ea de re lex decem uiralis iubebat iumentũ dari ęgro, uel seni in ius uocato. Seni semper est assurgendum, eique dandus locus. Senis à priscis dicebatur, senex à nobis. ut suppellex, suppellectilis olim, & nostri sæpe. Senem Grçci, γέροντα. vetulum γερόντιον uocant. Senatum siue curiam γερουσία. Senectutem rursus malam ætatem dixerunt ueteres. & senem silicernium, & senectutem molestam & lethalem. est ęgrum quòd absque diuina humanaque iustitia, seniorumque consilio ac sapientiæ diuinæ fauore, non potest uel ab initio ciuitas constitui, uel iam constituta fęliciter gubernari. Senio est in talis punctus, à senario numero dictus. sed ad senectutem nihil facit. Quãuis ergo senectutis incommoda multa sint, minuit enim uires, auocat à rebus gerendis, uoluptates adimit, estque morti propinqua. Et nihil

mali

mali fit,quod nō fecum ferat longa ætas,ut multorum nauigatio, quia multorum annorū quoq; uita eft.& qui ad extremam uenit fenectutem,nō diutius uiuit,fed moritur.attamen de fenectute quis conqueri non debet, quoniam fenes multi moriuntur,& mortui funt. & fenefcens,literas latinas didicit Cato, fenex uero Græcus, nullaque ætas fera,eft ad difcendum.Socrates fidibus operam nauauit.Carneades propter ftudium,cibum obliuifcebatur. Plato peregre profectus eft.Simonides in certamen defcendit. Moriens fcribebat Chrifippus.Ifocrates ac Sophocles præclara ediderunt opera. et Solon fenex denique, poeticæ operam dedit.et quanquam ego non fim comparandus, annos lxxvij. natus, femper vel lego uel fcribo,& doceo.Senectutis eft autoritas,grauitas & animus,ufqueadeo ut Solon de quo fupra à Pififtrato tyranno,aliquando interrogatus, qua fiducia fibi obfifteret,fenectute refponderit. Minatus eft quandoque etiam M.Caftruccio Carbo conful,fe multos gladios habere,& ego annos,refpondit Caftruccius. Et certe fenectus honorata tantam habet autoritatē,ut pluris fit,quàm omnes adulefcentiæ uoluptates.vitæque fatietas,animi fecuritas magna eft.namque Nautę iam portum tenenti, nihil nocet tempeftas maris, nec Agricolæ grando,horrea implenti, qui in arena femper uerfatus eft,ut ego,meretur excufatione miffionem,quam tamen non expoftulo. Romulus vrbem in duas fecuit partes, quarum vna iuniorum effet,feniorum uero altera, ut fic & confilio & armis quifq; eam defenderet & tueretur. Senior etiam Grauafcellus dictus eft à grauitate.et maius menfis à maioribus,ut iunius à iunioribus. Bos fenior grauius figit pedem. præclariq; fapiētia fuerunt.Themiftocles,Democritus,Ifocrates, Pytagoras, Xenocrates, Cleanies, Zeno, Plato,& Ariftoteles.Coram cauo capite confurge,& honora perfonam fenis,inquit fcriptura facra.In antiquis eft fapientia,& in multo tempore prudentia.Perfæ feniores iudicant caufas publicas,& priuatas domi manentes. quia in exercitum ire,extra folum patrium,non coguntur.Seni fedatiorum oratio conuenit,adolefcenti conciliatior.Seniles fermones funt audiendi. Et fi uina uetera nouis funt præftantiora,cur non fenectutem iuuenta meliorem iudicabimus.fenectus etiam corona dignitatis appellatur.et quanquam dicatur domum effe potius obliuionis, uerū eft fi non exerceas.vnde Iulianus quicquid fit,dicere fic folitus erat. et fi alterum pedem in foueam haberem,adhuc difcere uellem.l.apud Iulianum. ff.de fideicomm.lib.Xenocrates tamen à Lacone decifus eft,quia fenex virtutem quærebat,dicēs, quando ea uterit?num apud inferos? Impudens meo quidem iudicio, cum nulla fit ætas fera (ut iam dictum eft) ad difcendum. Natura feniores imperant iuuenibus,ut legitimi nothis, & indigene aduentitiis.& factum eft iam tritum fermone prouerbiū.quod plus ualet vmbra fenis quàm iuuenis gladius. Cætera Volateran. Crini. Lylius,& ante eos,aliofque omnes Cicero.

SALVTARE.

Salutatio matutina eft, Salue,vefpertina vale. communis S. P. D. & aliàs.fi uos,liberiq; ueftri, ualetis,bene eft, ego quidem, & exercitus ualeamus. Eteocles in pugna,cum fratre Polynice,moriens,ex oculis matrem, Iocaftem,aduenientem lachrimis, falutauit. deofque falutantes, caput operire folebant, uiris uero dignitate præftantibus,quos falutabant pariter aperire.quod & nos etiam facimus,fed illud ideo quidem,ut fe humiliores redderent,ne quidquam ominofum uel trifte,audirent, & religioni intenti deniq; nō aliud mente uagantes cogitarent.

SALVIVS IVLIANVS.

Hic eft ille I.Con. qui fic dicere folebat(quod & alibi meminimus fæpe)& fi alterum pedem in foueam haberem, adhuc difcere vellem. l. apud Iulianum.ff.de fideicomm.lib.fed adde nunc, ꝙ inter confiliarios ab Adriano afcitus eft.

SECRETA

Non facile funt propalanda.l.eius, & ibi dixi in æquilib.C.quemadmo. tefta.apc.l.ij.C.quando & quib. quar. pars deb. lib.x. hinc Tantalus, Phrygiæ Rex,ut fabulantur Poetę,quia Deorum fecreta hominibus prodidit ad inferos detrufus eft. Nec ab re Chriftus, Saluator nofter, in parabolis loquebatur,& prouerbiis,ut audientes non audirent, nec intelligentes intelligerent, dicebatque margaritas ante porcos,haud effe fpargēdas.idcirco impudentes aliqui, fi nihil aliud fibi agendum eft, hoc idem facere nituntur, fecreta fcilicet fcire & prodere grauique reprehenfione digni,in quos inuehitur Poeta fic.

Horum fi nihil eft, aulam refupinant amici
Scire uolunt fecreta domus.

SAPIENTIA.

Sola rerum omnium immortalis eft fapientia: hinc multitudo præceptionum multis opibus eft potior,iftæ enim celeriter dilabuntur, illæ in oē permanent tempus.Sapientia nihil præftabilius nihil eloquentia admirabilius. fapientia eft fanitas mentis, rerum diuinarum & humanarum fcientia,cognitioque qua caufa cuiufque rei eft: et optare optima, cogitare difficillima, & ferre quæcumque erunt. Sapientia in exitu uiarum laudatur, in plateis palam prædicatur in fummis mœnibus & mercibus,collaudatur ufqueadeo,ut dicto Theophrafti in Califthene fententiam laudantis,qui dicebat,quòd uitam fortuna regit nō fapientia, languidius fit nihil. fapientiæ ftudio

nullus

nullus est terminus præfigēdus, sed Iulianus imitandus, dicens, et si alterum pedem in foueam haberem, adhuc discere uellem. l. apud Iulianum. ff. de fideicomm. lib. Sapiens, hinc est Histrioni similis solerti, qui siue Thersitis, siue Agamemnonis personam suscipiat, utramque conuenienter repręsentat. Sapientes olim regnare solebant, qui Magi uenerant adorare dominum, Regesque uocantur, in libro Iob, & à D. Augustino. Hebræi Scribas, Græci philosophos, siue σοφος, Latini doctores, Persæ magos sapientes uocant. Nemo sapiens nisi fortis. Sapientisque animus semper uacat uitio, nunquam tumet, eiusque animus ita affectus ut ratione etiam semper utatur. Solus sapiens (Stoicorum sententia est) diues est, qui cū uituperatur non irascitur: & cum laudatur, non extollitur. Poetæ olim sapientes Palamedem & Nestorem, & si quis alius fuisset, Deorum filios esse crediderunt. dicentes etiam nihil absque sapientia fieri. quam paupertas inuenit. quaq; feliciter gubernantur omnia, agri, naues, atque ciuitates, dicebat etiam Phocilides. Et quanquam solus Deus sapiēs sit, opinione hominum tamē, septem Græciæ sapientes fuisse ferunt. Thales, Pittacus, Bias, Solon, Cleobolus, Miso, & Chilo. Si ciues non est sapiens perniciosus est. Nec sapiens, qui sibi non sapit, odioq; habendus est. Sapiens apud Hebręos fuit Solomon, & apud Romanos Cato. sicque appellatus etiam ob egregias ipsius uirtutes, Lælius. Nemo iure homo dici potest, nisi sit sapiens. sapiēs ut imago Dei, colendus est. Imò quòd sapientia mortalis, fit etiā immortalis. Ex quo vna in se uirtutes omnes alias complectitur, falsa primum intelligit, deinde uera cognoscit & scrutatur.

SCELERATVS

Vicus dicitur, exercitus, porta, uel campus, si quid calamitatis uel infortunij ei obuenerit, ut olim (historia nota est) Romæ. verum adde, scelerati animi Simbolum esse, ut illū Neronis fuisse aiūt. corpus, enormi magnitudine, colore atro, membris inæqualibus formatum, deformatūq; cicatricibus uariis, & quod prorsus ad monstrum accedat.

SEPTEM

Gręciæ sapientes fuerunt, ut paulo ante dictū est. Septem Thebarū portę, & septem hostia Nili. sed conqueritur poeta alibi Iuuenal. sic, quòd totidem viri boni haud inueniantur.

Rari quippe boni, numero uix sunt totidē, quot
Thebarum portæ, uel diuitis Hostia Nili.

Ex septem Aeoliis insulis, Liparea vulcano consecrata est. Septicollisq; est etiam Roma. Septima lux sabbatum. Septem diebus Aegyptij conuiuij hilaritatem celebrant. Hinc Iuuenal.

Peruigiliq; toro, quem luce ac nocte iacentem
Septimus interea sol inuenit horrida sane
Aegyptus.

Et post septem menses dentes pueris emergere incipiūt, post annos septem uero aliis ad cibum aptioribus cedunt, perfecteque loquuntur. Vnde idem poeta non ab re alibi sic rursum ait.

cum septimus annus
Transierit puero, nondum omni dente renato.

Et alibi, quòd quanquam pro more olim corpora cremari solerent, minor septennio tamen non poterat sic.

Virginis occurrit, uel terra clauditur infans,
Et minor igne rogi.

Septenarius numerus ad Iudæos & Mosaicam pertinet legem. omnium perfectissimus, Harmonicus omnesq; harmonias continens. Cœlum septem cingulis cingitur. Horizon septem ordinibus distinguitur. Animæ nostræ septem sunt partes. septem corporis internę, & externæ. Septimum diem benedixit sanctificauitque Deus. et hoc numero gaudet natura plurimum. vitaq; nostra finitur. & vniuersitas designatur. vnde dicimus Christum septem demonia eiecisse Mariæ Magdalenæ, idest omnia peccata mortalia, & ut fusius alibi loco suo.

SIBILVS.

Argumentum planè nobis apertissimum est, Romanos olim latine locutos, quòd (alia sanè multa ad idem prętermittimus) populus Histrionem exsibilabat, si paululum se extra numerum mouisset, uel si uersus pronunciatus fuisset una Silaba breuior. Gratiosi uero contra plausu & clamoribus excipiebantur secundis.

SERVIVS SVLPITIVS.

Omnes ex omni ætate, qui Romæ iuris ciuilis intelligentiam habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio, non sunt comparandi. in legatione periit. statuam ei populus Romanus pro rostris posuit. de que eo fusius, in l. ij. ff. de orig. iur. Fuit & alius Seruius Galba, Iur. Con. & ipse adulter tamen, cuius meminit alibi Hora. sic.

quin etiam illud
Accidit, ut cuidam testes, caudamq; salacem
Demeteret ferrū, iure omnes, Galba negabat.

SCHOLARIS.

Is debet esse iuuenis, diues, & sedato animo, aliàs studiis optimarum artium, operam dare nō poterit. Initiati tantum, dupondij appellantur, à Iure Con. nos vulgo eos pupillos uocamus. Absoluti, Lytæ & Prolitæ dicuntur, à nobis, prouectiores.. Et si qui discoli fuerint, quòd ingenia sunt omnino meliori domicilio digna. Et qui malunt olere uinum q̄ oleum, ꝗ statuæ ueniunt,

statu æq;

ſtatuæq; recedent. Et quod armis potius quàm legibus operam nauantes ſunt fatui. et quod ſatis non eſt Hieroſolymis uixiſſe, ſed bene uixiſſe. Turpeq; manſiſſe diu in ſtudio, vacuumq; reuerti. Et φ notitia ſcholaſtica multũ operatur, ut militaris, dictũ mq; fuit glo. in c. innotuit, in §. multa, de elect.

SOMNVS

Parua res eſt, ſiue mortis imago, iuxta vulgatum illud.

Surge qd eſt ſomnus gelida niſi mortis imago,
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.

Dulciſsimus uenit palpebris circa auroram, inquit Euripides. Quo tam graui premũtur urſi (quod memoriæ proditum eſt) ut ne vulneribus quidem excitari queant. Et quia ſomno præeſt Mercurius, e cęnis diſcedentes, ei linguas ſacrificabant. Nec omittendum eſt, quod ſomniamus inde, eas res in quibus occupati inter diu, ſimus. Et quod eſt naturæ, mortis, peccati, ignauiæ, cõtemplationis, & Beatorum. et ſi plus dici poteſt, quod Muſis amicus eſt. Nec ab re Ardalus Vulcani filius, illis, & ſomno aram dicauit.

SYCOPHANTA,

De quo in l. fuſtibus cęſum. C. ex quib. cauſ. infa. irrog. vbi ego multa. loquax dicitur, & mẽdax, et (vt Iuuenal. inquit.) Aretalogus, nanque ἀρετὴ & λόγος. verbum virtutem ſonat, & ſermo eſt garruli ac mendacis Sicophantę, conuiciisq; aliquem proſcindentis. ſicq; idem dicit.

bilem aut riſum fortaſſe quibuſdam
Mouerat ut mendax Aretalogus.

Lingua noſtra Italica; Sbagliaſſo, Buggiardo, ciarlatore. Sophiſta in ſcholis. Hypocrita in templis talis in foro, Sicophanta ſcilicet. Nebulo in contractibus. Sicophantę ſunt perturbatores quietis & concordiæ, litium ſeminaria, qui ex alienis incommodis ſua captant commoda. vnde præſtat damnum facere quàm ab his deglubi.

SOLVS.

Nemo ſolus ſapit ſatis, Græce Μόνος ſolus. ſignificatque vnitatem, & ſingularitatem tantũ, argumentum, ſecundum nos in l. ſi te ſolum. ff. de hæred. inſtitu. & in l. cum ſolus. ff. de acquir. hæred. & in l. ſolam. C. de teſti. & in c. literis, ibi, ſolum cum ſola, de præſumpt. & facit illud Euangel. ſolus remanſit Ieſus. Tu ſolus peregrinus es in Hyeruſalem, & hæc ignoras. Quandiu tamen fuit ſolus Adam nemo felicior, comitatus uero, nemo miſerior. Et ueh ſoli, quia cum ceciderit non habebit ſubleuantem eum, quod rurſum Euãgeliſta dicit. Et qua de re, miſit duos diſcipulos Io. ad Ieſum. Dictũq; ſit Demoſthenï aliquando. Tibi Demoſthenes præcipuit Cice. ne eſſes primus, Tu Ciceroni ne ſolus, & ſolo ſolitudo dicitur, cuius amatorem, ſe dicit poeta Lyricus, & natura ad id genitum, ſeq; Syluium ob id uocat, ſoliuagum, & liminibus ſuperborum abſtinentem. Quod ēt lingua Italica ſic expreſsit.

Cercato ho ſempre ſolitaria uita;
Le riue il ſanno, le campagne e i boſchi,
Per fuggir queſti ingegni ſordi e loſchi,
Che la ſtrada del ciel hanno ſmarrita.

Solitarius amplius eſt Anacorita, ſeu Heremita, qui more Monaſticho uiuit, nec aliud quàm ſolus, Monachi uerbum, ſonat, & qui eum familia degit in agro, re ſua familiari contentus.

SCORPIVS

Venenatum aculeum quocumq; terrarum ſecum fert. qui admotus vulneri ad ſe venenum trahit, quod infixit caudę ſpiculo. quisnquam lingua percuſſus mederi non poſsit. vnde Hierony. arcuato vulnere contra nos inſurgit Scorpius. à quo ictus, remedium (ut dictum eſt) petat. nõ ſecus ac ſtudioſi, qui afflicti animi laſsitudine, graujoribus ſtudiis ab eiſdem amęnioribus tamen, recreantur, ſic miles, dum in æſtiuis aut hybernis agit, dum induciæ præſtant, nec ſit neceſſe in acie ſtare, luſibus relaxat animum, pugnat ad palum, iaculatur ad ſcopum, torquet fundam, vibrat haſtam, decertat paleſtra, concurrit lanceis, Torrẽtẽ natatu tranſmittit, & armatus in equum inſilit.

SERVILIA

Bruti mater, ſoror Catonis vticenſis fuit, cum qua Cęſar commertium habuit. quam non ab re idem Brutus in Senatu occidit, poſtea urgentibus Auguſto & Antonio in Pharſalis occubuit, de quo Iuuenalſic.

Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus uſq.

SCYTHAE.

Olim, hodie Tartari Septentrionales, ob uelocitatẽ, alati dicuntur. Alij aiunt Scythas, Aegiptiorum colonos fore, ea de re nigro colore.

SYNTAGMA.

Syntagmata ſcripſit Lylius, Gyraldus Rhetor egregius, patria Ferrarienſis, nunquàm ſatis laudatus. Sed habe tu, qd ſibi uelit hic libri titulus, & dic, nõ aliud quàm uolumẽ eſſe ſyntagma, ſiue compoſitio, tractatus, commentarius, & ſimile, à συντάττω proprie quod eſt compono.

SEDITIO.

Sediotioſæ ciuitates prędæ ſunt tyrãnis, nihilq; eſt quo magis Reſp. lędatur. l. ſi quis ingenuã. §. j.

ff.de capti.& postli.re. Quã ob rem, Augustus, adulescenti qui adulteriũ commiserat; ignouit, dicens.id uero curemus,ne quid simile,in postetum fiat,absurdumque tolerauit (quod dicunt nostri)ut vitaretur absurdius, ex quo seditiones multa afferunt mala.aliàs acriter punire seditiosos,non est argumentum crudelis Imperij.Seditiosos Dolabella de saxo Tarpeio deiecit,qui liberi erant.Seruos in crucem egit. Centauros ut pote seditiosos, ne Pirithous vxore spoliaretur (quod facere tẽtarũt)coërcuit & superauit Hercules. Chamace humilimę sortis homo, qui se C.Marij filium ferebat,cum apud credulam plebem seditiones moueret,interfectus est. Saturninus seditiosus q Gracchanas leges asserere cõtendit,obrutus est. Cuius caput.C.Rabirius senator per cõuiuia in ludibrium circum cõtulit, à T.labieno accusatus quod illũ interfecerit, ab Hortensio,& Cicerone,defenditur. Nec omittẽdum est qđ seditionis autor, ut Tiberius Gracchus,olim Barchochabas appellabatur. Cætera ego alibi.

SABBATVM.

Iudæi omnem festiuitatem sabbatum appellant,quod tamen requies interpretatur. Sabbataque dicuntur plurali numero, ut cætera dierũ festorum nomina.Hinc Iuuenal.

Quidam sortiti metuentem sabbata patrem.
Nil præter nubes,& cœli numen adorant.

Et Horat.

sed meliori
Tempore dicam, hodie tricesima sabbata.

Imò quod in decem præceptis dicitur, sabbata sanctifices.qua de re,etiam,qui opus hoc die fecisset,olim apud Iudæos, lapidari consueuerat.

SEXVS.

Imbecillitas mulierem excusat non semper tamen,sed aliquibus in casibus, dicunt nostri. l. regula in prin.ff.de iu.& fac.igno.l. ij.§. uerba. ff.ad uel.l.i.§.fi.ff.de eden.l. ne passim. C. de iu. & fac.igno. & dixi ego in l. iuris ignorantiam. C.qui admi.

SERVVS.

Debet dominum colere & uereri, filius uerò patrem diligere & honorare. Et quoniam Deus vtriusque personam sustinet,nos cũ vt filij amare,& timere vt serui debemus.Et quanquam maior,seu maiores,Columelæ appellarẽtur,& apud Atticos,imò & in Euãgel. pueri, pro nihilo tamen reputabantur,aiunt nostri, seruitutem mortalitati comparantes.l.seruitutẽ.l. quod attinet. ff.de regu.iu.Mulis,& pecudibus.l. qui duos.ff. de leg.iij.l.ij.ff.ad leg.Aquil. Vilissimusque homo est.l.si ex duobus.ff.de noxal.erant etiam vernæ serui, non empti,quo casu proxime dicta intelliguntur,sed dominati,qui erãt dominis,chariores, quique vice liberorũ propemodũ habebantur.Et(ut dicũt adhuc nostri)receptitij.i.dotales qui mulieri reseruabantur, recipere.n.pro reseruare capitur.estque ad idem & apud nos titulus de recepti.ac.quorum nomina apud Athenien.Δᾶοι.i.Daui appellabantur.Sũt etiam Forsati,& Volones, illi coacti ad remigandum, ut hij qui ad Triremes quotidie cõdemnantur, isti uoluntarii pro dominorum defensione. Sunt & Calones, militibus ligna ferentes. Et Helotes Lacedęmoniorum,Medij tamen inter liberos & seruos.Et cathasti, qui egregiam ad canendum habent uocem.Et peculiares à peculio, quia bona non habent.l.cum fundus.§.i.ff.si cert. pet.l. si quid uenditor.§.fi.ff.de edil.edic.& lecticarii, qui lecticam baiulabant l.uxori.ff.de auro & ar. leg.l.legatis,§.si vnus.ff.de leg.i ii.& urbani, et rustici,et textores, et obsonatores, qui præsunt obsoniis emendis coquis et lecticariis. Et amanuenses,à manu, quorum opera utebantur domini in scribendo.Et publici,sed tabelliones apud nos.l.ii.ff.rem rat.hab. olim quia publicis adhibebantur ministeriis,et maxime ad coronã triũphantis sustinendam.sic Iuuenal.

Quippe tenet sudans hãc publicus, & sibi cõsul
Ne placeat curru seruus portatur eodem.

Et mediastini laboriosissimi ad omnia ministeria semper parati,quasi in medio stantes,de quibus Horat.

Tu mediastinus tacita prece rura petebas.
Nunc urbẽ,& ludos,et balnea uillicus optas.

Et quia nos alibi satis etiam diximus et sæpe,trãseo,vel quidem hoc vnum nõ prætermittã, quãquam omnia hæc verissima sint, quod tamẽ nos quoque serui sumus Dei, rationis, legum, officiorum,magistratuum, Reip. et commodorum ac emolumẽtorum eorũ, quos habemus charos.

SARMATAE.

Vlulant (hii sunt Poloni ut inquit Mela)hispani murmurant.Itali plorant. Galli cantant. Germani clamant.et Turcæ latrant.

SORGIA.

E valle clausa erumpit Fluuiorum placidissimus, fons transalpinus est,tantopere celebratus,lingua Italica & Latina,à Poeta lyrico F. P. ipsius nomine potius,quam suo clara, uerbisq; & carminibus ab eo rursum illustrata.

SENTENTIA.

Quid sit sententia,quotuplex, quam actionẽ pariat,an habeat executionem paratam, & reliqua,pleni sunt iudices,ad quos recurras tu, si curiosus scire hęc omnia, cupias; quia id tantum

nunc

nunc tibi dicam, Iurifcon. alibi fententias negotia appellaffe, in l. Imperatores. ff. de re iudi. negotia vero defideria dixiffe in l. omnia. ff. de offic. præfid.

SOCIVS.

Sicuti veritas prudentiæ materia, fortitudinis Imperium & labor, temperantiæ vero ordo & modus, ita eft iuftitiæ focietas, feu æqualitas. quæ inftar fraternitatis habet, ficque focij & fratres debent fe inuicem tractare, vt neuter fallat nec fallatur. l. verum. ff. pro focio. Id nec prætermittens quod focius Græce Αἰτας dicitur.

SPECIES.

Species in homine funt hæc puer, iuuenis, fenex, quandoque pro genere, vt Protogenes pro Græcis in genere. Vnde Iuuenal.

Nõ eft Romano cuiquam locus hic ubi regnat
Protogenes aliquis.

Et Priamus Laomedontis filius, & Neftor pro extremo fenibus in genere. Vt idem alibi ait, fic.

Quibus incendi iam frigidus æuo
Laomedontiades, & Neftoris hernia poffit.

Et Scauros pro nobilibus Romanis. Et Gracchum pro quocunq; nobili. ait rurfum alibi fic.

Scaurorum nomina falfo
Corpore laturos.

Item (redde fingula fingulis) nec mirmillonis in armis. Nec clipeo Gracchum pugnantem. Et Apitium pro quolibet Gulofo. Et Rutilum pro quocunque parente crudeli. Et pro quocunque fęuo Poliphemum Cyclopum, qui duos Vlyfsis focios abfumpfit. Et Archigenem pro quocunque medico. Et Licinum pro quocunque diuite. Eodem tefte adhuc quando dicit.

Quid enim maiore cachinno
Excipitur vulgi quàm pauper Apicius?

Item.

An fæuire decet Rutilus,
Qui gaudet acerbo
Plagarum ftrepitu & nullam firena flagellis
Comparat Antiphates trepidi laris ac Poliphemus? Et alibi.
Ocius Archigenem quære.

Item.

Seruorum noctu Licinus iubet.

id notum omnibus omittẽtes aliàs quod fpecies ponatur ad differentiã generis cõiter, prout prędicatur de pluribus differentibus numero, & de quo noftri in l. ij. ff. fi cer. pet. & quod notior eft quam genus, & indiuidua notiora quã fpecies. & quod ex differentia conftituitur. quodq; fubftantia eft.

SCRVPVLVS

ex animo reiciendus eft, quia fic lex ẽt (ut noftri aiunt) fcrupulofa reicit. l. fed hęc. ff. de excu. tut. Bal. in c. dilecti. nu. 2. de iudi. aliàs fcrupulus eft dragmæ pars tertia. Dragma pondus rei ualoris folidorum decem.

SEVERITAS

cohercenda eft, l. fi conftante. §. fi maritus. ff. fol. mat. Et cõdimẽtis humanitatis mitiganda. Phocion enim nec ridere, nec lachrimare ob feueritatem, unquã uifus eft. hinc, Demofthenes enecabunt te, Athenienfes, fi infania eos cęperit. M. Craffus femel in uita tantum rifit. Philippus Iunior nunquam.

STAGNVM

Temporariã habet aquam, lacus perpetuam.

SCIENTIA.

Omnis fcientia procedit ex principiis per fe notis. Scireq; eft rẽ per caufam cognofcere, qua ignorata nihil fcimus. Et qđ fcimus loquimur, ficuti teftamur qđ uidimus, ut dicitur in Euange. Putabat ẽt ad propofitũ Socrates, qui fciret, eum bonũ ac honeftum effe uirũ, qui ignoraret uero, mancipium appellabat. Verum eft tamen, quod nõ unus qui oĩa fciat, natus eft, alteri aliud adeft munus. inquit Euripid. Sciẽtia literarum magna res eft, & certi, ut noftra iuris prudentia. Opinatio vero incerti ut Philofophia. Sacerdotes Aegyptij igitur, & non ab re propter admirari cępe-runt philofophari, uidẽtes ecclypfim Solis & Lunæ, & caufas quærere, (fcire enim (ut dictum eft) eft rem per caufam cognofcere) quibus inuentis, ceffauit admiratio. Scientiam legis Dei nemo tamen accipere poteft, nifi fibi data fuerit à patre luminum, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et dicebat Socrates (de quo paulò ante) hoc ipfumq; frequenter habebat in ore. Hoc unũ fcio, quod nihil fcio. Imò quod fcire Dei eft, hominis autem opinari. Nihilominus, (utcũq; fit) ita natura cõparatum eft, ut ad ueri cognitionẽ, & fcientię cupiditatẽ, atq; inuiti etiam trahamur. Scientiarum coniunctio Encyclopedia uocatur. Et fciẽtiarum amator uehemens Philologus. Aliter fcientia etiam pręfumitur in factis uicinorum (dicunt noftri) confanguineorum & domefticorum. Ignorãtia uero regulariter. l. uerius. ff. de prob. l. fi. ff. pro fuo. Bal. in l. quicunque. col. j. C. de fer. fugi. Et contrariũ quandoque euenit quia nefcit plerumque feruus quid agat dominus, quid agat frater foror, nec abfens quid agat præfens.

STVLTVS

eft qui amici pręcepta non audit, ut Patroclus Achillis in bello Troiano. Stultus miles qui

in aciem prodit inermis. Stultus stulta loquitur, & fatuus fatua, inquiunt Esaias & Eurípid. Et cor stulti in sinistra, vt sapientis in dextera eius. & Græce μωρος stultus dicitur, nec aliter Nabal interpretatur. isque est, qui eligit malum, cum possit eligere bonum, inquit glo. in §. cæterum, institu. quod cum eo. Fatueq; mulieres laborant contra propria commoda. l. si pater. C. de spōsa. & desipit qui dicit Vlyssem non fuisse sapiētem. Stultorum etiam prouerbium est dicere, non putaram. Qui parum sani cerebri est, Antyciras mittendi sunt Helleboro sanandi. Et stultum facit, quem nimium fortuna fouet. conspicatusque Symonides hospitem in conuiuio cum nemine loquentem, si stultus es (inquit) benefacis, si vero sapiens stulte. Stultitiæ genus est apud Græcos omissis melioribus, si quis deteriora amplectatur, vt canis ille Aesopicus (fabula nota est) sicq; Poeta lyricus, lingua Italica expressit dicens.

Io ueggio il meglio & al peggior m'appiglio.

Meliora video, deteriora sequor. Et Græci met ἀκρασίαν vocant. Magna est etiam hominū stultitia qui quandiu muneribus fortunæ fruuntur, felicitatem non agnoscunt, quam afflicti & calamitosi requirunt atq; expetunt. Sic Romani sub Augusto felicitatem non cognouerūt, quam sub Tiberio successore dissimilibus moribus optabant. Et breuiter, nil mortalibus arduum est, cœlum ipsum stultitia petimus inquit Hora. Stultus Anaxagoras qui niuem nigram esse dicebat, picemque albam. Et dementia, non vocanti respondere, vti superbia, non respondere interroganti. quanquam tamen hęc omnia ita sint, quandoque simulare stultitiam, summa prudentia est. sic Dauit ad Achin fugit & furorem pariter simulauit. & Solon, stultos vocauit. Christus peregrinos in Emaus euntes, qui tamen stulti non erāt, quia cū illis locutus non fuisset. Et hoc ideo quia stultos & tardos dixit (vt in Euāgel. legitur) sicq; & pro idest, stare videbitur. Vel id ex charitate & correctionis gratia dictum fuisse scias. Et postremo quanquam ingens malum sit stultitia, quod tamē plerūq; stulti sunt prudentibus feliciores, hęcq; est fortunę temeritas. Cętera fusius ego alibi.

SATIETAS

quę est rerum omnium, pręterquam diuitiarum & virtutis, est ēt malorum oium mater, & fons. Ohe vox est satietatē hāc designās. Satietas feritatem parit, diuitię superbiam, insolentiam, vim, libidinem, iniurium subuersionem, Tyrannidem, & breuiter ad omnia vitia fenestram aperiunt. Mediocritatis igitur habenda est ratio.

SIRENAE.

Sirenarum cantus fugiendi sunt, Musis virginibus adhęrendum, surdaq; aure transeundi. quæ tres sunt vna, voce, altera, lyra, tertia, tibia, Nautas qui transeunt detinentes. Vnde Proper. alibi.

Nigrantesq; domos animarum intrasse silētū
Sirenum surdo remige, adisse lacus.

Et Iuuenal. sic.

Quæ siculos cantus effugit remige surdo.

Et Hora.

Sirenum uoces, & Circæ pocula nosti,
Quæ si cum socijs stultus cupidusq; bibisset
Sub domina meretrice fuisset turpis, et excors
Vixisset canis immundus, vel amica lutosus.

fuerunt etiam Sirenæ partim virgines & partim volucres, Achelois fluminis, & Calliopes filiæ, à Musis victæ, cū quibus cātu certare sunt ausæ, sibiq; Iunonis iussu, pœnæ euulsæ, è quibus victrices, sibi serta fecerūt. Earū insula ossium plena, quod in ea putrescant eorum cadauera, qui cantilenis suis aures præbent.

SAL.

Oportet (quod in prouerbio est) vt salis modiū, primo comedas, antequā amicū cognoscas. aliter vero. Vos estis sal terræ, dicitur in Euange. quod nō aliud quā discretionē, siue hominem discretū sonat. Et alibi in Psal. ad idē. Sit sermo noster sale conditus. debentq; confabulationum cōuiuia doctrinæ sale condi. vnde Hiero. Ora vt verus Eliseus Apostolorū sale meū holusculū condiat. Est verū aliàs quod sal necat oīa, vnde vrbes euersæ sale asperguntur ne germinēt, iuxta illud Psal. Posuit terrā fructiferā in salsuginē. à sale, saline ēt dictæ fuerunt publicę & priuatæ, quæ in prædiis si quæ sunt in censum deferuntur. l. forma. §. salinæ. ff. de censi. l. j. ff. qd' cuiusq; uni. no. c. super quibusdam. §. præterea. de uer. si. l. si quis C. de uectiga. l. inter publica. §. j. ff. de uer. sig. c. j. quę sint rega. l. magis puto in prin. ff. de reb. eo. l. diuortio. §. si vir. ff. sol. mat.

SENAE.

Senarum vrbs celeberrima, lupa altrice, septē collibus, ęmula Romæ. Præcæteris Socinorum, & Picolominum, familiis clara.

SOLON.

Solonem expulit Cręsus, quia blandiri nesciebat, non secus ac Dionysius, qui Philoxeno pariter mortem minatus est, quod carmina sua inconcinna non laudauit. Vnde Iuuenal.

Festino ad nostros, & regem transeo ponti,
Et Cræsum, quem uox iusti facunda Solonis
Respicere ad longe iussit spatia ultima uitæ.

In Ciciliā profectus, ibi urbē cōdidit, quā à suo noīe Solos appellauit, Atheniēses aliquot uero, quos ibi reliquerat, quia patriam uocē corruperant, σολοικίζειν. hoc est solæcismos facientes. habemusque nos, & Solonis & Cræsi nummisma argenteum.

SCIN-

SCINTILLA.

Parua scintilla quandoque maximum suscitauit incendium, vnumq; uerbum etiam sic, multorum magnorumq; malorum, interdum cã fuit.

SPIRITVS.

quærendus est, non uerborum lenocinia. qui spirat ubi vult. & promptus est, caro uero infirma, dicebat Christus, patri. qui primum spiritus fuit, postea terrenum corpus assumpsit, ut terrenis uiam salutis aperiret. Nec sanctus, nisi post sanctam ascensionem mitti debuit. quia sensualitas qua discipuli diligebant magistrum suum dũ esset in mundo, erat illis impedimento, ne ipsum acciperẽt, ne ùe ipsius plenitudo daretur nisi reconciliatis passione Dominica. Et quia munera tam excellentia, tamque egregia, distribuere non debuit, nisi reuersus fuisset in patriam, sedendo in sede sui regni, ex quo dixerat aliàs. Regnum meum non est de hoc mundo. nec deniq; tanta gratia membra ipsa cohonestanda, nisi capite glorificato. Spiritum sanctum dedit deus primum, in signo uisibili tamen, ante ascensionem per insufflationem. postea per ignearum linguarum apparitionem in die Pentecostes, & in columbæ specie, & quidẽ ut hic tum zelus, tum simplicitas exprimeretur. qui spiritus, aqua uiua designatur, fluminibus uero ipsius dona. quiq; est ẽt in omni creatura, essentia, præsentia, & potentia. charitate item & gratia in eo qui in salutis statu esse reperitur.

SANCTVM

Quid proprie dicimus, quod ab hominũ iniuria est munitum. Martianiq; l. Con. dictum est. in l. sanctum. ff. de rer. diuis. imo quod & Iuuenal. alibi etiam dixit sic.

Praeterea sanctum nihil est, et ab inguine tutũ.

SOLAECISMVS

Oratio est (quod omnibus innotescit) incongrue dicta, vnde Solon à Cræso Lydorum Rege, pulsus: quia illi blandiri noluit, in Ciliciam profectus est, ibiq; vrbem condidit, eiq; à suo nomine, Solos nomen imposuit, Athenienses uero ali quot, quos ibi reliquit, σολοικίζειν solæcisantes, seu solæcismos facientes appellauit, quod patriã uocem corruperant.

SOL,

Quia tantam lucem solus obtinuit, Sol quoq; appellatus est, & etiam Apollo. quem sic indigitant, uirgines Vestales (vt aiunt) idest quasi digito ostendunt. Apollo Medice Apollo pęan. qui aliàs manu dextra gratias gestat, Arcum & sagittas sinistra. quod ad noxiam sit pigrior, & salutẽ promptior largiatur. Appellatus etiam Lycius, quia ut lupi pecora rapiunt, sic Sol humorẽ radiis eripit. Radios à fulgore eorum aureas comas uocamus. et Apollinem Chrysicomon à fulgore radiorum. Minerua Solis, uirtus est, quę humanis mentibus prudentiam subministrat, ipsius uero portæ Cancer & Capricornus. Phisici etiã Solem mundi mentem dicũt, & lapidem esse asseuerãt, & alij ferrum ignitum. et Liber à Romanis appellatur. quod liber sit & uagus. pro quo figuratur quoq; Mercurius pẽnatis alis, quasi ipsius uelocitatẽ ostendens, uel aliàs quadrato statu solo capite insignitus erecto uirili membro, quod mundi caput sit, & sator rerum, quatuorq; mundi plagæ, aut quatuor temporum uices, quibus annus includitur. uel quia duobus æquinoctiis duobusq; solstitiis Zodiaci ratio distincta est. Solem Aegyptij colunt, cuius simulacbrum in media corporis parte Leo est, dextera canis, sinistra lupus, uertex calatho insignitus. quibus tempus præsens, pręteritum, & futurum, nec non altitudo syderis. i. Solis & potentia significetur capacitatis. Et quia sol annuo cursu, xij. signa Zodiaci lustrat & cõficit, non ab re Hercules Sol dictus est, quodq; xij. labores cõfecerit. Solis & Lunæ cognomentum dedit Antonius filiis ex Cleopatra susceptis. à Sole uia Aurelia dicta est, quia familiæ Aureliæ dicata fuerat. ut sacra faceret Soli, & ob id Auselij dicebantur postea Aurelij. Soli Deum comparabat Dionysius, quod id corpus illuminet, et calefaciat, Deus uero animis ueritatis claritatem præbeat & charitatis ardorem. Sol & Luna magni Dij fuit. quanquam poetæ tamen interdum Solem pro die ponant, ut Iuuenal. ibi. Septimus interea Sol. imo filium Solis uocat Pindarus. & Gallum Homerus, quod hic cantu ille fulgore dormientes excitet. Sol etiam cor cœli dicitur, pars, & prosperitas, & χόσμου ὄμμα mundi oculus. Et pulchritudo cœli, ac diei iocunditas. Soli quadrigam, Lunę uero Bigam, cõdonant Poetę. Horus adhuc uocatur, quod horis xxiiii. diem atq; noctem conficiat, imo quod horę quoq; uocantur, quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur. Solis domiciliũ est Leo. Simulachrum raso capite, dextra parte crine remanente. seruatus hic docet, naturæ rerum in operto esse nunquam, demptus autem quo tempore à nobis non uisitur. Aegyptij adhuc sceptrũ sculpunt, inq; eo speciem oculi exprimunt, quasi regali potestate sublimis cuncta circumspiciat. Nemesis contra superbiam colitur, qua Solis potestas significatur, ex quo fulgentia obscurat, & obscura illuminat. Et Sol rursum dictus est, quia obscuratis syderibus solus apparet. eiusque radii non sursum sed deorsum spectant, quia hominum gratia factus est. et cum ignis sit ut paulo ante dictum est, alta petit potentia eius, qui iussit, Solique & Ioui caper imolatur in fœde-

ribus, aliàs equus Soli. et viri amore capti Soli inuocant. Mulieres Lunam. Hinc Hora.

o rebus meis
Non infideles arbitræ
Nox & Diana, quæ silentium regis,
Arcana cum fiunt sacra
Nunc nunc adeste.

Solem & Lunam iterum Aegyptij Deos æternos sunt arbitrati. Solem Osyridem, Lunam Isidem appellabant. Rhodij quoque Solem colebant. Sol tamen Christus est, Luna vero Ecclesia.

SIMBOLVM.

Simbola multa à me alibi conscripta fuerunt, sed non æque, mihi hic, aliqua repetere denegatum sit, quoniam repetitá lectio placebit, vt dicût nostri, & bene, si maxime q̃ repetuntur pulchra fuerint & vtilia. Simbolum igitur sermonis veri & falsi, Pan, Deus Arca liæ. Intellectus vexillum. Memoriæ senex. Calliditatis & versutiæ, Rota figularis. Debitoris latitantis, vespertilio. l. si ita. ff. de euic. Dubij & spei, qua sępe decipiuntur homines. piscator. l. si iactum retis. ff. de actio. emp. Temporis tarditatis & pigritiæ, Saturnus. Hominis gloriosi Hercules. Vitiorum Infernus. Ignauię genitalia muliebria. Fortitudinis virilia. hominis ętate ingrauescentis, Polion herba. Prudentię oculus. Fortitudinis manus. Matrisfamilias ædes custodientis & silentium. Venus testudinem calcans. patrisfamil. oculum in fronte habens. Voluptatis nuptialis ratione & sermone indigentis. Mercurius iuxta Venerem collocatus. Accusatorum anseres, & canes. In amore fortunam magis quàm formam dominari. fortunæ signum manu cornu Amaltheæ capręˊ tenens, cui proximus assistat Cupido pęniger seu alatus. Rei sacræ, accipiter. Mali Crocodilus. libertatis manus dextra passa. Auaritiæ compressa. Ascendentium & descendentium, scala. Naturæ vultur. Regis cum iocûditate, cui insint etiam aculei, apes. Pacis susceptæ, Bos coronatus. litigatoris impro bi, statua Marsię. Benemeriti gratiam non referentis & ingrati, Ixion rotę alligatus. hominis studiosi apis. Adolescêtiæ ver. Senectutis hyems. Auaritię hidrops. Timidi ceruus. Honestatis statua pulcherrimę virginis. hoīs fortunati equus ferox. rationis & doctrinę frenum. Eius qui habet animum intentum ad omnes res bene gerendas, Arcus. Voluptatis virgo pulchra desinens in piscem habentem caudam nigram. Virtutis ędificium. Militis mercennarij, Lanio iugulans pecudes. hominis grati, ager fœcundus. Ingrati sterilis. Vitæ humanę, nauis in mari. Fisci lien. Mentis oculus. Appetitus manus. Animi scelerati corpus membris distortis & inæqualibus, ac vulneribus & cicatricibus deformatum. prodiroris cor uus. Apulię canis linguam exerens. Simbolum udicij deprauati Mida. Vagi & inconstanti cor uus. Hæretici struthio. Ecclesię, Gallina, Luna, & Nauis. Animę gallina. Hęreticorum ranę. Virium & laboris brachia. Impudentiæ cupido fulmen perfringens. Celeritatis accipiter. Mali crocodilus. Conseruatoris Iustitiæ oculus. Et custodis corporis. Præceptoris, Prometheus. Pedagogi aries. Viri optimi & iusti ceruus. Sancti aquila. Mansueti ouis. Habentis Imperium aries. Innocentiæ columba. Humilitatis Saccus. Cōsilij prudentiæ et hominis sapientis Nocțua. Indignationis homo sibi frontem ferientis. Fugitiui Ceruus. Meretricis Lupa. Amatoris Canis. Et vt latius diximus in libello, qui ζωγραφια inscribitur, et aliis in locis sæpe.

SECVLVM.

Mundum seculum vocamus, vnde quidam. non arbitror à Christo nato, sæculum fuisse malitiosius: à sæculo ludi sæculares deducuntur, qui post centesimum annum fieri solebant. Et carmen sæculare inde iuque ludis prædictis. de bus Hora. sic.

Phœbe, syluarumq; potens Diana,
Lucidum Cœli decus, o colendi
Semper, & culti, date, quæ precamur
Tempore sacro;
Quo Sibyllini monuere versus,
Virgineis lectas, puerosq; castos
Dijs, quibus septem placuere colles,
Dicere carmen.

SALVS.

Hominis innocentis salus, nullo beneficio pensari potest, dicebat Alexander, matri poscenti vt Insontem quendam interficeret. nec eā fuga vnquam reperit, et sæpe propulsat abrupta ipsius discrimina, desperatio vltima. Plerumq; etiam, in aduersis Deorum lenitas, spem aliquā salutis facit. Et salutis Phanum in Aeginensium littore erat, cuius signum cernere licebat nemini, præter eos qui sacerdotio fungebantur. declarabaturque olim Apollinis simbolo, manu dextra gratias gestantis sinistra arcum et sagittas, iudices ad salutem promptiores, pigriores vero ad noxam esse debere, quod et nostri etiam sæpissime dicunt. l. Arianus. ff. de actio. et obli. l. absentem. ff. de pœn. Non omittentes vltimo consequendi salutem quinque difficultatem facere. naturæ corruptio. Via arcta. hostium repugnantia. Societas praua, et delitiarum vsus.

SALIVA

pro sapientia Dei ponitur, et figuratur in Euangel. quando dicit. et expuens tetigit. Item et expuens in oculos eius. Necat serpentes. et est ad multas maximasq; ægritudines salus.

SCA-

De quo in l.quintus.ff.de au.& ar.leg. vas est fœminarum in quod mingere dicuntur. Vnde etiam Iuuenal.

Et ride scaphium positis consumitur armis.

SIMILE.

Similis Deo fit homo per virtutem, non simi litudine omnimoda, sed participatiua. Similitudoq; est natura quędam in eadem re. Et similia similibus conseruantur, & simile simili semper hæret. amicumque est si moderatum sit. Et maxime secundum naturam procreare sui similem, & simile semper appetit suum simile. Et suum contrarium, aridum, humidum, calidum, frigidum, amarum, dulce, acutum, obtusum, vacuũ, repletionem & plenũ, uacuitatem. facitque imitatio nos similes his quos imitamur. Et oratio optima est, quæ ita rebus cõgruat, vt corpori uestis, vel gladio vagina. Et per similitudinem homo studiosus confertur Api. Adolescentia, ueri. Senectus, hyemi. Auaritia, hydropi. Et sicuti vnius manua pugna, infirma est, sic vnus uir, non uidet omnia, nec præclara ingenia uitijs quibusdam carere solent, sicuti nec solum quanquã fęcundum noxiis herbis. pares etiam cum paribus ueteri prouerbio facillime congregantur, in quibus arcana quædam naturæ vis esse oportet, qualis in magnete Calyben attrahente. & ut lupi oues rapiunt, sic sol humorem radijs eripit. deque his quę sunt similia, æqua lance, seu æquis passibus ambulare dicimus. Et quod similes habent labra lactucas, cum par pari refertur, qualis veruex talis offa. l.quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. actio. Et sicut aqua est omniũ optima, Aurum reliquis metallis fulgentius, Sol cæteris syderibus splendidior, sic Patauina Academia cunctis totius Italiæ Academijs præstat. Similitudine Eloquij etiam & sensuum dici solet, aut Plato philonizat, aut Philo platonizat. Balbus præter balba, nihil intelligit. Crassis crassa conueniunt. Et sicuti ignis est urere, & Niuis refrigerare, ita est Dei operari. Sic virtutes animos hominum alliciunt, ut pulchra spectacula oculos, & sonitus aures, cibique dulces palatũ. Et breuiter una est omnium natura, vsque adeo vt similibus similia conueniunt, quia similitudo coniungit omnia. Eiusdẽ farinę homines, eiusdem pulueris atque notæ, eiusdem gregis atque conditionis. Et sicut Adam est caput ueteris testamenti, ita est noui Christus. Et sicut Cæsar fuit Imperij præcursor, ita fuit Io. Baptista præ cursor domini. Et sicut se habent pedes ad poesim, sic se habet pulchritudo ad iuuentutem, uocaturque similitudo Simpathia id unum nec omittentes pro complemento, sicuti in diluuio septima defecit Caini generatio, quod ita successores Romuli numero hoc septenario oppressi fuerunt.

Annis xl. regnauit, hoc solum dico, cætera (ut pote nota) transeo.

SVPPARIVM.

Velum est, quod in scęna protenditur, antequam fiat uel comediæ, uel tragediæ recitatio. Vnde Iuuenal.

Consumptis opibus uocem Damasippe locasti
Sippario, clamosũ ageres ut phasma Catulli.

SANITAS.

Ἴασις sanitas dicitur. ἰάσων sanator. In conuiuijs tria hæc cani solebant. Optimum fore bene ualere, formosum esse, & diuitias habere nulla fraude partas. Virgis famẽ Græci ex ædibus eijcere solebant dicentes. *Foras famẽ. Intro diuitias atque sanitatem.* Et sanus mente dicitur hinc, sana mente, sanę mentis, & felicis cerebri. Vnde Horat.

o te, Bollane, cerebri
Felicem aiebam tacitus.

SALII.

XII. Sacerdotes erant Marti consecrati, qui Ancilia à Mamurio facta custodirẽt, ex quo potẽtissima esse debebat ciuitas, donec custodirentur, similiaque erant illi quod è cœlo regnante Numa. II. Romanorum rege deciderat, vnde Iuuenal.

Sudauit Clypeis Ancilibus, o pater urbis
Vnde nefas tantum pastoribus, unde
Hæc tetigit gradiue tuos urtica nepotes?

Et Horat.

Sub rege Medo, Marsus, & Appulus
Anciliorũ, & nominis, & toga oblitus, æternæque Vestæ
Incolumi Ioue, & urbe Roma?

Solebantque certis anni temporibus, saltando cantare carmina. vt idem Hora. ait, sic.

Ne morem in Salium sit requies pedum.

Item.

In morem Salium ter quatient humum.

SCHACHVS.

De quo aliquando nostri, latro, siue latrunculus dicitur, & alias calculus. hinc Iuuenal.

adeo nulla uncia nobis
Est eboris, nec tessella, nec calculus ex hac
Materia.

SENTENTIA.

Non uerbo uel calamo pręcipiti, est ferenda, sed pede (ut aiunt) plumbeo, omnibus bene ac maturè

mature consideratis. c. Iudicantem. xxx. q. v.c. tum ex literis. §. nos igitur de restitu. in integ. Nimirū igitur si Christus, in causa adulterę, cuius actio nostra est instructio. c. significasti de elec. se inclinauit, digito scribens, in terra. Est etiam Iustitia & misericordia simul iunctis, ferenda. c. omnis utriusque sexus ibi super infundat vinum & oleum. de pœni. & re. alteraque cō temperanda altera. Et quia dixi alibi etiam satis, transeo.

SCEVOLA.

Non à sęuitia quia manum arsisset (ut aliqui arbitrantur) quæ errarat, & non Porsennam Tusciæ regem ut instituerat, sed alium ab epistolis occiderat, appellatus est, verū à vola quā Ethrusci manum uocant. Floruit temporibus M. Aurelij. Et Ciceronis præceptor fuit, in iure ciuili. cætera latius legas in l. ij. ff. de ori. iu.

SVPERFLVA

Resecanda sunt & reijcienda dicunt nostri. frustraque per plura fieri, quæ possunt fieri per pauciora. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. ca. §. quibus in prima. Cod. constitutio. l. dominus testamēto. ff. de condi. ind. Et non ab re (addas tu) nouissime, Diogenem, videntem simiolum, manu bibentem, & sic naturæ poculo, aquā è flumine haustam, suum ligneum abiecisse.

SCYPHVS.

De quo nostri aliquando, maxime in l. Iulianus in §. sed & si quis, ad exhiben. & in l. fi. ff. de præscri. uer. vas potorium est, quo ueteres & in sacris & in cōuiuijs utebantur, & ita legi debet ac scribi, non Cyphus, ut incorruptis quibusdam codicibus legitur. Hinc Maro.

Et sacer impleuit dextram scyphus, ocyus oēs,
In mensam læti libant, diuosque precantur.

Et amplius sciendum, quod Scyphus Herculi, Cantharus vero Baccho tribui solet. quam ob rem obtrectatorem, ipsum Herculem, Bibulum fuisse, ob id forte dixerunt, quem tamen non temere multis exanthlatis laboribus in Deorum numerum, relatum fuisse aliquando finxit antiquitas.

STVDIVM.

Studijs quisque est inflammandus, præmijs inuitandus, & laudibus extimulandus, quia re uera omne tempus perit quod studio non impartitur, & furtim quandoque etiam studijs danda est opera, palā aūt licet inebriari. pclarumq; his aīum excolere non faciem cōponere, dicebat Thales Milesius. Et uere, quemadmodū agricolæ summo cū labore terræ semina mandant fructus vero maiore cum voluptate colligūt, ita qui ad studia accinguntur, sibi laborū multorum pariter comitem gloriam comparant. Nec aliud studium est quàm animi assidua, et vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio.

SENSVS

sunt Ianitores siue nuntij, mētis. Inter quos principatum obtinent, visus et auditus, gustus, et tactus, non tam animi institutioni, quàm corporis necessitatibus, seruientes.

SCIPIO

Maior et minor, superior et inferior, alter Carthaginem fecit tributariam, alter deleuit. Qui tributariam fecit erat maior, Corneliæ pater, triūphum egit, Hannibalem Italia expulit, & Syphacem Numidiæ Regem vicit. In Africa necem sibi propria attulit manu timens Cęsaris aduentū. Hic bellorum gratia & Martis natus erat. Cato uero Reip. Scipio bellum gessit hostibus, Cato moribus. Interrogatus ille quē post eum esset Po. Romanus habiturus in ducem, hunc inquit, Mario humero leuiter percusso.

SOPHISTA

est, qui in sermonibus disputantem cogit, cōtradicere sibi ipsi, quinimò qđ & Ironici pars est. Et Sophista in scholis aliàs hypocrita in templis. Sycophanta in foro. & Nebulo in contractibus.

SIBYLLA.

Sibyllę (scituque dignum est) responsa sua dabant in folijs scripta. Vnde Iuuenal. alibi.

verum
Credite me uobis folium recitare Sibyllæ.

STATVA.

Statuam Catoni Vticensi erexit Cæsar, utpotè Ci. Ro. immortalitati donato. Et Catonis Prisci Censorini in Senatu posita est, ut ciues Romani exemplar tam sancti, & innocentis uiri contemplarentur. Inque præmium Horatio Coclíti, qui sublicio ponti, ueluti clypeo opem tulit contra Porsenam, ne Tarquinus superbus eiectus in regnum pristinum (ut sperabat) mitteretur. Statua Bruti etiam erat inter statuas Regum collocata, utpotè libertatis uindicis, manu strictū ensem tenentis. Antonius musa Augusti medicus statuę honore decoratus est. Sibi autem dari Domitianus passus non est, nisi argenteam uel aureā in Capitolio. Et illam Ditis columnam appellat Pindarus, quia sic uita functis erigi solebat. Scitu dignum est tamen antequam statuæ sculpi cōstariq;

flariq; cœpissent, quod ex ebeno, cedroq; & cupresso fiebant. Et quòd Rhodii erãt statuarii insignes, & celebres Lysippus, Chares Lydius, & Polycletus. Et quòd statuæ etiam priuatis (ut paulo ante ostensum est) dicari solebant promeritis. Et si statuæ exemplaq; uirorum Illustrium, nobiles animos ad imitandi studium, accendere possunt, quanto magis (quod sæpe Q. Fabium maximum, & Q. Cornelium Scipionem dicere solitos scriptum est) id uirtus facere poterit. pro complemento ad propositum, haud omittentes, quod deiectas erigens suas figit, ut de Cæsare erigente illas Pompeij, dicebat Cicero. quodq; sacrilegus habebatur olim, qui illam Antonini domi non habuisset.

SVO GLADIO.

Prouerbium est in eum, qni sibi mortem consciscit, sibique damnum parit, ut turdus, qui sibi malum cacat pariter. Vnde dicimus, suo se gladio iugulauit. suo sibi gladio vulnus intulit. Telo suo sibi, suo sibi funiculo.

SABINVS

I.Con. non ignobilis fuit, Cato sui temporis, appellatus. Cętera alij fusius, qui uitas I.Cõ. scribunt, & in l.ij.ff.de ori.iur.

STRIGILES.

Instrumenta erant, quibus olim ueteres utebantur in balneis ad detergendum sudorem. & hinc dicitur quòd Augustus nimio strigilum usu cutem læsit. de quibus Iuuenal. alibi.

Iam lauat, & bucca foculum excitat, & sonat unctis. Strigilibus.

SACRIFICIVM.

Neque enim verbenis opus est, non fibris, non cespitibus, ut sacrificium Deo sit gratum, quæ sunt utique uanissima, sed iis quæ de intimo corde proferuntur. uerboq; Deo sacrificari oportet, quia Deus est uerbum. In sacrificiis etiã olim dicebatur, hoc age & linguis faue. et aliàs merũ fundi solebat inter victimarum cornua, & uictimæ ad sacrificium aut vittis, aut corona ornatæ duci, quæ (ut dixi) uanissima erant.

Hinc Iuuenal.

Quippe ferox uitulus templis maturus, et aræ
Spargendusq; mero.

Et victimarium. ac gladium uario etiam nomine Secespitatorẽ, & Secespitam appellabant.

SALVSTIVS.

Grauissimus alienæ luxuriæ obiurgator & censor fuit.

STRICTVM IVS.

Illud dicitur (aiunt nostri) quod non ex bono & ęquo procedit. l.ii.§.item Varus.ff.de aqua plu.arcen.l.si & me & Titium.col.v.ff. si cer.pe. & ibi not.

SOCRATES.

Morte damnatus est sui culpa. Agelastos appellatus, qui eodem vultus habitu cicutam bibit non secus ac uinum, suiq; similem habuit neminem. Annos lxx. natus, quando à Melito accusatus fuit quod de diis male sentiret. Socraticum dictum est, hoc tantum scio quod nihil scio. Interrogatus cuias esset, Mundanus inquit. Et quãquam ipsum iudicauerit Aristoteles melancolicum, & ad amorem omnium propensissimum, Phedonem adulescentulum tamen, publico lupanari prostitutum, ab ea calamitate redemit. Platonem poesi deditum, tragedias igni tradere coegit, & studia preciosiora & grauiora capessere. Xenophontem à vulgari luxu ad sobrietatem traduxit sapientum, & deinde postea Xenophon Socraticus dictus est. Aeschinem & Aristippum ex pauperibus diuites fecit. Phœdrum ex Oratore philosophum. Alcibiadem ex ignorante doctissimum. Carmidem grauem & uerecundum, Theagem lupum, fortemq; in Rep. ciuem. Et Euthydemum ac Menonem à Sophistarum captiũculis ad ueram transtulit sapientiam. Ex quibus elicitur (quanquam exacerbati iudices aliàs, ob contumax ipsius responsum, pœnam non æstimantis, ad cicutam condemnauerint) non tam iucundam quàm utilem eiusdem consuetudinem fuisse. qui etiam multo ardentius (vt Alcibiades de quo paulo ante, dicebar) à discipulis & adulescentibus dilectus fuit quàm dilexerit.

SEPIA

Piscis marinus est, qui atramentum effundit, cum se persequi sentit, aliàs dat operam, ne id temere diffluat, & colorem mutat ut Polypus. verum dictu mirum est, quare Athenis uicini & domestici, post natum puerum die quinto, munerum loco, polypos & sepias (ut memoriæ proditum est) exhiberent. nec id omittentes etiam q̃d Aristoteles, sepia appellatus est, & tanquàm fur accusatus.

SINDICVS.

Iconomus, & actor, differunt, ut nostri docẽt, qui enim ad singulorum causas eligitur in iudiciis tantum sindicus est. Qui uero rebus, seu negotiis ecclesiasticis ab Episcopo Iconomus appellatur. actor uero qui ad vnam tantum causam, ita glo. in l.ii. in §.i.ff.quod cu.vni.no. Specul. in

titu.

titu.de his qui alie.no.agunt:in ver.Syndicus,& in ver.actor.

SIMPLICITAS

Est intentionis,uirtutis,& prudētię,ut in sanctissimo viro illo Iob. Veritatis amica. c.ueritatis,de iureiur.pro qua quandoque innocentia ponitur,iuxta illud psal.iudica me secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam in me existentem. Et quia alibi in prouerb. sic etiam dicitur, & ad idem. Innocens omni uerbo credit. A simplicitate deriuatur aduerbium simpliciter, quod intelligitur,sine aliqua malitia. Et si ad interrogationem referatur,quod respondeatur simpliciter,nullo addito intelligetur. Si ad hominis dispositionem vnum caput tantum. si ad testificationem, uere & credibiliter exponetur. & si denique ad electionem,sine aliqua adiectione.l.i.C.de æd.act.l.i.l.iam hoc iure.ff.de vul.& pup. subst.l.iii.§.idem Diuus.ff.de testi. c.i.de postu. in vj.Bal.in d.l.i.C.de æd. actio.& in statu.simpliciter.

SEVERVS

Imperator Didio Iuliano successit. Bizātium cœpit,mœnia euertit. vxor eius Iulia fuit. Filij Antoninus Caracalla,& Geta.quem Antoninus occidit (fratrum quoq; gratia rara est,ut ille ait) in sinu matris. Et subinde Papinianum Iur.Con. nostrum,quia parricidium excusare noluit præfectum prætorio.histo.nota est,aliiq; latius,igitur transeo quantum ad istud, & dico Seuerum aliàs ipsum,optimum Principem fuisse, quem Senatus dixit aut non nasci aut non mori debuisse.

SPES.

Hanc spem hominum, uigilantiū somnia esse dicebat Plato. Et nimirum, quia ea nihil fallacius, quaq; sæpissime homines decipiuntur. Et ad idem iactum retis ponunt nostri. l. si iactum retis.ff.de act.empt. Et eam adhuc impudentem appellat Pindarus,quia plura semper nobis pollicemur, quàm consequi possumus. tamen optimus vir ille est,qui spei semper confidit, desperare autem ignaui est. Spes inter uirtutes à Philosophis connumeratur.eamque Symonides Lyricus reginam appellabat. Alii affectum animi omniū dulcissimum. idemq; Bias,& Comic. quod exules pascit. Alexander quoq; cum omnia donaret,sibiq; à Perdica diceretur,quid tibi relinques ò Rex si omnia donas,Spem ait Alexander, sibique nihil deesse posse. sperare tamen pro timere ponitur, estque declamatio per contrariū. vnde Iuuenal.

Quartanam sperantibus ægris.

Et Virgil.

Nunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Simileq; est descendere in cœlum pro ascendere. ut idem Iuuenal. ait,sic.

tremulumq; caput descendere iussit,
In cœlum.

SVPERLATIVVM.

De tribus & pluribus, comparatiuum uero plerumque de duobus est. valla fusius.

SOLSTITIVM

Aestiuum,est octauo idus Kal. Iulij,pro anno tamen ponitur,& pro annis,solstitia à poetis. Vnde Iuuenal.

Sic multas hyemes, atq; octogesima uidit.
Solstitia.

STABVLARII.

Hippo dea olim, ab his (quanquam Stabularius,pessimum hominum genus sit, ut Nauta & Caupo) colebatur. perq; eam iurat,quasi per numen peculiare huic hominum generi, ut sentit idem poeta,quando dicit pariter.

iurat
Solam Hippo,& facies olida ad pręsepia pictas.

Et ἵππος aliàs equus sonat, vnde Damasippus equorum domitor, interpretatur, de quo sæpe Iuuenal. & Hora.

SVTOR

(Modo vir bonus sit) non minus honestus est (dictu mirum) q̄ consul,sed nō æque splendidus.

SVPERBIA

Est humilitati longe inferior. Et sicut humilitas deprecantis,præmium meretur,ita superbia contemnentis meretur pœnam. superbis resistit Deus, humilibus autem gratiam elargitur. et prouerbium est hinc. aduersus stimulum calcitra idest superbis resiste. Cæsar enim Senatui à quo multi maximique honores decreti fuerant,quod appellaretur pater patriæ,quod dictator perpetuus esset,cum ante Veneris genitricis ædem sederet non assurrexit. Nec Domitianus respondebat, quandoquidem iussisset ut Deus, coli,noluitq; sibi statuas in Capitolio poni, nisi aureas uel argenteas. & pro osculo, non tantum (quod etiam superbiæ, insolentiæque signum est) sed pedem omniū superbissimus Caligula olim p̄buit Pompeio. Vocanti etiam non respondere superbia est, non uocanti uero dementia. in foueā luxus & superbiæ incidit Metellus ex ulteriori Hispania rediēs. Nemesis cōtra superbiā, ideo colitur. Et nobis exemplo est Sol, qui fulgentia obscurat,oscura autem illuminat. Nec vna alia calcanda est, ut Diogenes culcitram Platonis, calcans

calcans,& dicens se fastum illius calcare,cui Plato,uerũ est,sed alio fastu. Posthumius Albinus rursum intolerabili superbia, Syllæ legatus ab exercitu lapidibus occisus est. Sed audi saporis regis Persarum fastum ad Constantium scribẽs sic. Rex regum sapor,particeps syderum, frater Solis & Lunæ, constantio fratri meo S. D. Cui Constantius. Victor terra marique Constantius fratri meo sapori regi. S.P.D.

SIMVLACRVM.

Simulacra animaliũ, quæ fidiculis quibusdã, modo in hanc modo in illã mouentur partem, *Neurospastæ* uocantur, quibus in foro gesticulatores,quotidie utuntur,ut alliciant homines, ad emendũ quanquam modico & uili precio si quid ipsi uenale habeant.Vnde Hora. alibi.

atque
Duceris, ut neruis alienis mobile lignum.

SIGILLVM.

Patauinorum erat olim,urbs literis inscripta Padua,& circunquaque.
Mũson (fluuius enim est qui incipit à Mirano vicò,& in Medoacum influit,aliàs lingua nostra Italica,Botenigo.) Mons, Athesis,Mare, certos dat mihi fines.Sigillũ Socratis amicus hominis sapientia eius,inimicus insipiẽtia. Platonis. Mouere quietum, quã quietare, motũ facilius est. Aristotelis,abscondere scientiam quã nouimus melius est quã propallare quod haud nouimus. Senecę secretum meum mihi.Pompeij,qđ ferebat in annulo Machærophorus,leo ensifer.Arpinates in memoriam Ciceronis. M.T.C. Occidui locri & Ozolæ stellam Hesperum habẽt insculptã. Octauij Augusti sphynx, & ipsius imago. Galbæ canis ex prora nauis caput inclinantis.Et Cæsaris Venus armata.Est etiam sigillum auctoritatis, ut Papæ & principum de quibus paulo ante.Solemnitatis,testium,vt in testamentis.testimoniale,&.ratificatiuum.l. si qua per calumniam.C.de epis. & cle. l. ij. C. de reb. alien. non alienan.

SATVRNALIA.

Celebrabantur.xiiii. Ianuarij, tuncque dabatur seruis libertas.Fusius Macrob.

STELLA.

Stellas & sydera physici ex ferro & ære constare dicunt, triones Vrsæ sydus,sunt.Autumnalis uero, ex Oceanolota consurgens sereno cœlo præter cæteras fulget,cui Diomedem splendore,comparat Homerus.Et stellę communiter sanctorum simbolum.

his verbis declarabitur,quantum ad dignitatem te loco patris habebo, loco filij vero, quantum ad ętatem,quantum vero ad familiaritatem te loco fratris amabo. Vel sic. Iniuriosus es mihi si fidis,iniuriosior si diffidis. Vel sic.Quid enim tibi non debeo,toties ornatus testimonio tuę vocis.vel sic.Scribo parcius,at nihilo parcius amo. Vel sic. Dabo operam quantum in me erit,vt filium tuum tibi restituam,& præceptore & patre dignum.Vel sic.Ita Mantua tuo vettor Illustrissimę Antistes vt tuo seruo à pedibus.Vel sic.Nõ fraudabo te portione tibi debitę laudis. Debeo tibi,plus etiam debiturus,si quod facis facias frequenter.Geta inhumanior sim, si non exosculer animum tuum, tam candidum tam propensum. Suauitate literarum tuarum, planè velut incantamentis efficacibus,scias me totum tuum factum esse. Et si per occasionem licebit dabo operam, ne penes hominem ingratum omnino tuum officium collocasse videaris. Et Mantuam tuum ad omnia gratiarum munia, promptissimum inuenias.Vel sic.Te enim ita amo,vt tibi negare nihil possim, etiam si me in foro iuberes restim ducere. Opto tibi fortunam tuis eximiis virtutibus dignam,quod re non possum respondere, gratæ voluntatis studio referemus.Hactenus cessatum est,posterioribus officiis negligentia omnis sarcietur. Deum optimum maximum supremum testem do, me non secus vnquam tibi facturum, quã me met mihi,isthec dicta te experiri & opera & factis volo.fac me tui participem cõsilij iuuabo aut re,aut opera,aut consilio bono.Vel sic. Minores nõ contemnam, ęquales mihi summopere diligam, maioribus vero, ita conuersabor, ne me illis anteferam. Cum paruis paruus ero, cum magnis magnus. à me omnia summa in te studia,officiaq; expecta,non fallam opinionem tuam. Existimes velim me tibi non modo amicum verum etiam amicissimum,,& profecto omnibus meis officiis efficiam vt ita vere esse, possis iudicare.Omnia volo à me,postules, & expectes,vincam meis officiis cogitationes tuas.Ego cui plus debeam,quam tibi habeo neminem, & quibus tantum debeam, quantum tu intelligis, quare omne meum consilium operam studium, certe velim existimes,tibi tuisq; liberis esse debitum.Vel sic. Mihi tu,tui tuaq; omnia maximę curę sunt, & dum uiuam erunt. Ego quæ te uelle, quęq; ad te,& ad tuos pertinere arbitrabor omnia studiose diligenterq; curabo. A me tibi omnia,liberisq; tuis paratissima esse confidas uelim id enim & uetustas nostri amoris, & mea consuetudo in meos,& tua multa ega me officia postulant.Vel sic.Apud principem nostrum quicquid ualebo, uel autoritate, uel gratia, ualebo tibi. Quæ in potestate mea sunt,uelim tibi parata esse putes,ad omnes res,operam, studium, consilium,rem, fidemq; meam.Scito me omnem meũ

laborem,

laborem, omnem operam, curã, studium, in tua salute consumere. Scito me tibi, saluti tuæ liberisque tuis, summo cum studio, præsto semper futurum. Vel sic, ego quid possum nescio, uel potius me parum posse sentio, illud tamen tibi polliceor, me quæcunq; saluti, dignitatique tuę conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum quãto tu semper, & studio & officio, in meis rebus fuisti. Vel sic. In ista tua epistola nihil mihi scripsisti de tuis rebus, quæ me Hercule mihi nõ minori curæ sunt quam meæ. Vel sic. ei te commendaui & tradidi vt grauissime diligentissimeque potui. Sic habeto non tibi maiori esse curæ, ut iste tuus à me discessus fructuosissimus tibi sit, quam mihi. Tuæ dignitati ita fauemus vt omne nostrum cõsilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam, non ad amplitudinẽ tuam conferamus. Hæc amore magis impulsus scribenda ad te putaui, ut potius amorẽ tibi ostẽderem meum, quàm ostentarem prudentiam. Vel sic. Incumbe toto pectore ad laudem, subueni patriæ, opitulare collegæ, omnium gentium consensum, & incredibilem conspirationẽ adiuua, me tuorum consiliorum adiutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amicissimũ, fidelissimumque cognosces. Hoc tibi spondeo, neque animum neque diligentiam mihi defuturam. Me tuæ dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplificatorẽ cognosces. Vt primum mihi potestas data est, augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando, quod positum esset aut in premio uirtutis, aut in honore uerborum. Studia mea erga te quibus certe nulla esse maiora potuerunt tibi tam grata esse, quam ego putaui fore, minime miror vehementerque lętor. Fac bono animo sis magnoque, meque tibi nulla re defuturũ esse confidas. Tibi omnia mea officia, studia, curas, cogitationes polliceor, quæ ad tuam laudem & gloriam pertinebunt. Velim tibi persuadeas, me ut tibi faueam, tuamque dignitatem amplificem & augeam, me inquã amplitudini glorię tuę, nullo loco defuturum. Vel sic. Illud tibi persuadeas velim, me omnia quę ad tuam dignitatem augendam, pertinebũt, quæ est per se amplissima, summo semper studio susceptutum & defensurum, quod quãquam intelligo me cum multis esse facturum, tamen appeltam huius rei principatum. Scias uelim me neq; deesse ulla in re, neque unquam defuturum dignitati tuæ. Quo ad potero tuam famam & dignitatem tuebor, tantum enim me tibi debere existimo, quantum persoluere difficile est. De reliquo uelim tibi persuadeas, non esse mihi meam dignitatem tua chariorem. Te enim semper sic colam & tuebor ut quam diligentissime. Ego quæ ad tuã dignitatem pertinere arbitrabor, summo studio diligentiaque curabo. Vel sic. Nescio quo fato contigisse arbitror, ut tibi ad me ornãdum semper detur facultas, mihi uero ad remunerandum nihil suppetat, præter uoluntatem. Ferreus essem, si te non amarem. Tuã profectionem amore prosequar, reditum spe expectabo, absentiam memoria colam.

SCVTARIVS.

Scutorum artifex (de scuto alibi dictum est satis, parma.) esse dicitur. Scuti gerulus, qui scutum domini gerit. Indeque est etiam scutariorũ schola. Sed ad scuti propositum addendum est, quod Epaminundas olim (ut memoriæ prodit antiquitas) in acie saucius ipsum conquirebat, quo reperto lætus interijt, animamq; amisit intrepidus, ubi iacturam clypei formidabat prius.

STVPIDVS.

Stupidi docendi sunt, dummodo uelint audire, alias tacere præstat, quam clamorem perdere, istudque nobis documento esse sufficiat.

SEMEN.

A quo seminatum, & seminaria dicuntur. l. si uites. ff. de impẽ. in reb. dota. fac. quodque Christus in utero Beatæ Virginis, in nobis uerbum Dei, a nobis operatio bona. de nobis quos Christus seminauit in sancta sua Ecclesia, seminata dicuntur.

SION.

Mons est, ut in Psal. sæpe, sic. Ego autem constitutus sum rex ab eo super sion montem. Lætetur mons Sion. psallite Deo qui est in Sion. & alibi simile. Sed latine Speculo, dicitur.

SCRIBERE.

Ab hoc verbo scriptores deriuantur, qui opera sua, non secus ac liberos amant. πολυγραφον multa scribens dicitur, ut maiores nostri fecerunt, quos imitatus ego, laboribus nõ peperci, et si non quod uolui feci, feci tamen quod potui, voluntasque sua laude non est fraudanda. Non enim scripsi tot libros totque uolumina, nisi ut ab hominibus, quanquam ingenio perexiguo, et eruditione uix mediocri, si in aliquo allucinatus fuero, reprehendar, quandoquidem ab omnibus uinci quoq; cupiam et superari. Et quia etiam hoc sæculo qui scribit, Gallinę albe sit filius, oportet, ingrauescatque ętas, à me flagitat, ut in totum à scribendi munere abstineam et mihi dem rudem. Scriptoribus etiam id euenisse uidemus, ut nihil sit ex omni parte perfectum, nanque attica subtilitate frigebat Lysias. sine grauitate erat, Phalereus. Isocrates natiuæ dictionis gratiam perdit, et lucernam olent orationes Demosthenis. Eisdemque id fermè quod statuariis & pictoribus, qui absolutum exactumq;

exactūq; artis suæ specimen aliquod relinquunt semper, vt Virgilius Georgicam. Ouidius Medeam. Cicero Oratorem. Augustinus ciuitatem Dei. Scripsit ēt (iterato dixerim) Demosthenes ad aquas. (ut inquit Demades) nec aliter intelligi potest, quā à sobrio & peruigili. Scriptorum quoque natura est uti imaginum & uultus diuersa, nanq;. Romani elegātes, Hispani florētes, Carthaginenses, duri fuerūt, alij breuiter, alij candidè, nōnulli grauiter. Et aliqui, aliquando suauiter, scripserunt, maxime Thucidides, Herodotus, & idem Isocrates. Et non modo sibi legēdo ac discēdo prodesse debēt, uerū ēt alijs scribendo, nec ab re Iuuenal. sic dicebat olim.

Semper ego auditor tantū, nunquā ne reponā?
Vexatus toties rauci Theseide Codri?

quia prçter hæc nominis immortalitatē comparant. Et uere sicuti miserrimū est sine hçrede mori. l. & quia. ff. de int. ac. ita luctuosum est, posteritati & studiosis nihil scriptū dimittere. Adde qđ scriptura loquitur, dicūt nostri. l. Arrianus. C. de hære. l. miles. ff. de leg. ij. inuenta quoque ob memoriæ defectum. Qui publicas rationes scribunt scripturarij appellantur, Græci γραμματιας uocant. Et scribere pro Metello, pro defensione Metelli intelligitur. Metello vero, mittere, uel dicare, & à manu quem esse. i. ad scribēdum, electum, unde Amanuenses ēt dicūtur. De scripto uerba facere, de scripto loqui, quādo libellū manu tenēs quis ipsum respiciens loquitur. Et scriptura quç fit inter cōttahētes trino teste annotata & subscripta ἰδιοχειρα uocatur Grçce, & de qua nostri in l. admonendi. ff. de iureiu. & in l. scripturas. C. qui po. in pi. hab. Vectigal veteres portorium à portu, ex aratione Decumas, ex pastione scripturam appellabant. Et hinc scripturarius ager publicus qui pro pascuis pecorum locari solebat certo ære, rationesque cū pastoribus à publicano, scribebantur. De scripto etiam sententia dicitur, hoc est. S. C. scribitur. Et dicta quia senator dicit stando, iudex uero fert sedendo. Absentes quodammodo præsentes ēt fiunt literis, huiusmodique est officiū epistolare de re familiari loqui. Et litura tollitur denique, scripturæ mendū, fama uero stultitia mulctatur. Et quod sententia scribenda sit, (mitto quod alias non ualeret, ut nostri dicunt l. i. C. de sen. ex pe. re.) liquet exemplo Christi, in causa adulterç, qui inclinatus digito scribebat in terra, non omittentes tamen si fractum scribendi studium fuerit, quod nihil dignum auribus aut probabile afferri poterit, quodque scriptores magni post grauiora studia habuerunt quandoque quid in quo lasciuirent ut ostendimus nos alibi sæpe, nouissime Cynum nostrum adijcientes, tam magnum I. Con. qui poesi linguæ Italicç, operam nauauit, contemporaneus F. P. & Alciatus, qui versiculis etiam num quibusdam, emblemata conscripsit. Et nos libellum præter cætera, de duello. ζωγραφιαν, quæ picta est, & annotationes in eundē P. lyricum, quæ omnia si legere non detrectaueris, forte tibi ingrata non erunt. Et scriptura etiam quo planior fuerit, eo popularior & gratior erit. Imò quod obscura & difficilia paucos lectores inueniunt, quāquam præclara. Nec minori laude digni sunt, qui magnorum virorum res præclare gestas scribunt, q̄ qui leges præceptaq; viuendi tradiderūt.

SABINA

Adriani Imperatoris vxor.

STIPENDIVM.

Stipendiarij milites sunt vectigales qui tributa pendunt. Et stipendiaria tributariaq; prædia, quæ tributa pendunt ciuitati, seu principi. Et stipendiosus qui stipendiorum est plenus.

SECTA

Stoicorum est, siue erat olim, Academicorū, Epicureorum, Peripateticorumq;. Stoicorū Zeno princeps. Academicorum Plato. Epicureorū Epicurus. Peripateticorum Aristoteles. Sicque inter Iudæos triplex. Essæorum, qui durissimam agebant vitam. Saduceorum, qui dicebant animas non esse immortales. Pharisæorum qui esse affirmabant.

SIMVLATIO

Et dissimulatio idem, quam Græci ironiam vocant sic. εἰρωνεια. l. cum quidam. C. de lega. quanque in Africano fuisse Fānius aiebat. bona in Solomone (historia nota est) c. afferte mihi gladiū. de præsump. Mala in l. eum qui. ff. quod cum eo. & dolosa, de eo qui simulauit se patremfamilias, cum non esset. Et logodedalus dissimulator appellatur. estq; ille qui aliud gerit in ore, & aliud in corde, quique (vt est in prouerbio) vna manu fert lapidem, altera ostentat panem. eius simbolum, Polipus, & Rota figularis. Color quæsitus etiam dicitur, cum id quod vere agimus, simulatione obtegimus. & conniuentibus oculis per dissimulationem aliquid permittitur. l. sed Iulianus. ff. ad Macedo. l. iiij. ff. de manumissio. & paries dealbatus rursum dissimulator. & vere malum est cadere à proposito, sed peius illud simulare. Sic venenū plerūq; sub melle latet. trāsfigurauitq; se Angelus Sathanç in Angelū lucis. & veneni calix rursum melle circumliniri solet vt simulata dulcedo virus pessimum tegat. Aliud loqui & aliud sentire solebat Pompeius. & qui bene loquitur, & male facit simulator est. & hac de re vocatur Chrestelogus. vt Pertinax Imperator. & Iunius Brutus, qui prolapsum se simulat & terram osculatus est. Imò dictuq; mirum est, qđ rex quidam filium suum nihil Latine scire & discere voluit nisi illud. *Qui nescit simulare nescit regnare*

seu Imperare. Socrates etiam viuus εἴρων dictus est, idest dissimulator. quia εἰρωνία vt supra dictum est, vtebatur. Estque simulatio in vultu, dolus in corde, & fallacia in verbis. Simulatione; vsi sunt in condendis legibus, eisq; promulgandis. Numa, Minos, & Lycurgus.

SOBRIETAS.

Demosthenes scripsit ad aquas, (vt inquit Demades) nec potest intelligi nisi à sobrio & peruigili, vt alibi etiam dicebam. Et sobrius ac temperatus à Græcis σώφρων dicitur, qualem appellat Chironem Pindarus.

SERMO

Ad mensuram proferri debet, libra examinatus iustitiæ. Esseq; debet in eo pondus, iu verbis modus, & in sensu grauitas. Sermo est et imago Dei, quo ipse totum mundum condidit. Verus & falsus eiusq; simulachrum Pã, vt loco suo diximus. prætextatus, obscęnus & turpis, & artes liberales denique de sermone tractantes tres, Grammatica, Dialectica, & Rhetorica, docentes congrue loqui, verè, & ornatè.

SICLVS

Viginti obolorum nummus erat.

SCRIBAE

populi apud Hebræos, Doctores & legis periti, qui ab esse is & Phariseis differebant, vt suo loco dictum est.

SYLLA

pulcherrimam victoriam crudelitate inquinauit. Ante cuius dictaturam x. erat viri, post vero ab eo xv. instituti fuerunt Sacerdotes Sybillini, quorum collegium, sęculares ludos procurabat. vnde Hora.

Quæq; Auentinum tenere Algidumq;
Quindecim Diana preces virorum
Curet, & uotis puerorum amicas
Applicet aures.

& cætera Liui. & alij.

SPECVLVM.

Quemadmodum in speculo formã quisq; suã intuetur, ita Poetarũ & Historicorũ scriptis clarorum virorum facta egregia, quisq; obseruat & contemplatur. Speculum inuentum est, vt deformes virtutibus redimamus, quicquid corpori nobis deest. Vnde Proper.

Nec speculum strato uidisti Lygdame lecto,
Ornabat niueas nullave gemma manus.

Nec aliud est, quàm amãtis animus in quo amati relucet imago.

SERPENS.

Figura Christi fuit serpens æneus, de quo in sacra pagina, quia vt ille figuram serpentis & veneni erat, nõ tamen serpens & venenum, sic erat Christus habẽs figuram & similitudinem carnis peccati, sed non culpam nec peccati communionem cum peccatoribus cum quibus versabatur quotidie, vt eos à peccatis liberaret. Et quia serpentis erectio, suspensionem eiusdem Christi in ligno significabat, & quia denique vt Iudæi corporaliter læsi, à morsu serpentum illum intuẽtes liberi erant, ita fideles fide Christum intuentes, crucifixum, à peccatis, à tentatione diaboli. Sanabantur, ad patientiam, & ad omnem denique virtutem, excitabantur.

SOLATIVM

est miseris, socios habere pœnarum vulgo dici solet, sicque etiam Cice. leuat enim dolorem ait, communis quasi legis & humanæ conditionis recordatio. Et Iuuenal. alibi.

nec rara videamus
Quæ pateris, casus hic multis cognitus, ac iam
Tritus, & è medio fortunæ ductus a ceruo

Deque solatio aliter nostri, quod morte filij mater aliquo successionis solatio est leuanda, & luctuosa filij hæreditate non priuanda. l. si. C. de insti. nonnihil in l. j. C. de his qui ante ap. tab. & in l. si cum dotem. in §. si autem in sęuissimo, ibi solatium habeat. ff. sol. mat.

STERILIS.

Sterilitas in sacra pagina maledicta est, non quod infęcũdi essent maledicti, sed quia fuit humanum quoddam opprobrium, & pudor coniugatis fructu nuptiarum carere. Sterilis ergo est mulier, quę filios nõ parit. Amicus qui nihil dat. & ager qui non fert fructum. Et si qua mulier in Scotia Guanoræ Beatæ sepulchrum calcat perpetuo sterilescit. Contra vero sunt in Campaniæ regione, sinuens sanæ aquæ quæ aliter virorum insaniam, fœminarumq; sterilitatem abolent.

SCYLLA

ita à nobis vitanda est vt non deferamur in Charybdim. Inter Scyllam & charybdim tenere medium cursum arbitror prudentiam esse. Scylla & Charybdis atrocissimum pelagus est. Vnde Iuuenal.

In mare nemo
Hunc abiiceit sæua dignum, veraq; Charybdi,
Fingentem immanes Læstrigones et Cyclopas?
Nam citius Scyllam, vel concurrentia saxa
Cyanes,

SPV-

SPVRIVS.

Alias nothus, est, qui incerto patre, nascitur, nostri vulgo quæsitum uocant.l.uulgo.ff.de sta tu ho.deque his nos alibi satis, alij fusius, maxime, Cardinalis Paleatus, omniú elegantissimus, adde tu quod olim ad spurcos lacus exponi sole bant, nos ad xenodochium domus Dei. Vnde hioc Iuuenal.

Transeo suppositos, & gaudia uotaque sæpe
Ad spurcos decepta lacus.

est uerum quod sæpe, arida seminatio, uicit terram pinguem, quodq; multi nothi sunt præstã tiores legitimis. Et quod iniuria fit illi, quẽ spurium appellamus. Gulielmus enim Iacobi filius, ex Carrariensibus dominis, olim, patrem ipsum interfecit ob id, quod illum iniuriose spurium appellauerat, ex eoque liquet etiam, quod idem Aquinas ait sic.

ab infami gentem deducis Asylo
Maiorum primum quisquis fuit ille tuorum,
Aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo.

Sensusq; est Romanos homines, humili genere ortos originemque duxisse, à pastoribus, ab hominibus sceleratis, qui ad asylum Romuli cõ fugerant, & à nothis hoc eodem Romulo & Remo fratribus, quod tamen dicere noluit poeta. Id unum nec dignum annotatu omittens, quod mulieribus spurijs à principe dos de plenitudine potestatis constitui potest.c.j.& ibi Bal.noster nu.30.de constitution.

SICILIA.

πολυμαλον dicitur, hoc est diues pecorum, & per lynedochem simpliciter opulenta. Olim Italiæ coniuncta nunc insula, facta est. Cella penaria & nutrix populi Romani, quæ olim semper habebat duos Quæstores. Corax & Tisias, primi qui scripserunt præcepta artis Rhetoricæ. Siculi acuti, gens contentiosa tamen, ut aliqui dicunt.

SIRACVSAE.

Siracusas vrbem magnam uocat Pindarus. Et nobilissimam Græciæ ciuitatem Cicero. Siracusani molles & delicati, vnde Plato frugalitatis assertor, Siracusanas mensas ualdè impro bat.

SORS.

Sua sorte quisque cõtentus esse debet. Nemo tñ hoc facit, nec cõtentus est, laudatq; diuersa se quẽtes, ut Hora. ait. præter auarũ, qui dicit. populus me sybilat, at ego nummos contemplor in arca. Sors fortunæ effectus est. Sortibus veteres, vaticinari solebãt, iactuq; talorũ diuinabant. Et qui sua sorte cõtẽti nõ sunt uideãt ne sibi vsu ve niat, qđ Mustellæ narrat idem Horat. Macra.n. repsit in cellã frumentariã, eiq; exire non licuit pasta. Sicq; Aesopus Phrygius de cera, q̃ cum ui disset Soli limũ obduruisse, se se in ignẽ cõiecit, & statim liquefacta est. Hincq; uulgo igitur, Regula certa datur, qui bene stat non moueatur.

SVCCESSOR.

Ouidianum dictum est.

Successore nouo tollitur omnis amor.

adde prouerbiũ illud optime facere, αλλος Δρυος hoc est iuẽtis frugibus prisci glãdes neglexerũt.

SVBTILITAS.

Leges sunt pclaræ, sed qui eas acutius & obliquo ut ita dicã oculo intuetur, quã par est, calũniator est potius quã interpres. Laudabilis tamẽ non iniuriosa, & hoc est quod dicunt nostri in l.ita uulneratus ibi quanuis subtili ratione dici possit.ff.ad leg.aquil. quodque attica subtilitate frigebat Lysias.

SVMENDA MATERIA VIRIBVS AEQVA EST.

Horatij sententia est sic dicentis.

Sumite materiam uestris qui scribitis æquam
Viribus, & uersate diu quid ferre recusent,
Quid ualeant humeri.

vnde qui imbecillũ tenet corpus, & incõsultis uiribus temere, in certamẽ ob uictoriæ spẽ descendit, paulo post, sub labore deficere necesse est. vnde Paul. etiã. Probet aũt se ipsum homo, priusquã de pane illo edat. Sapienterque dicet quis, de ea re quã intelligit, ut miles de militari re, Agricola vero de rustica, de oĩbus aũt nõ nisi summi philosophi & perfecti oratores.

SIGNVM.

doctrinæ erat Iudæorũ uirgã ferentiũ. quãdoq; ponitur, pro indicio alicuius rei significatiuo ut circulus ante tabernã. quãdoq; pro miraculo, ut in Euãgel. cupimus à te signũ uidere. interdũ p Vexillo. nõnunquã pro scopo ad sagittas. ut pręlatus.e. qualiter & quãdo de acc. cratq; cõsuetu do Iudæorũ signũ quęrere, nec signũ est qđ naturaliter accidit. Signa ẽt statuas, olim appellabant, & signifex, uocabatur statuarũ artifex, dariq; signũ solebat in aggressionibus.1. toga. Signũ diurnũ fumus est, nocturnum flãma. συνθημα signũ est, græce dictũ. & Clodius domũ Ciceronis libertati, cõsecrauit, signo meretricis, p simu lachro libertatis collocato. Erantque alias, militaria Romanorũ, quinq;, Aquila, Lupus, Minotaurus, equus, & Aper. figebanturque in castris, cũq; ad Bellũ eũdũ erat, è terra euellebantur, capiatis Augurijs, si auellentem facile sequebãtur. Signũ est ẽt aliquãdo necessariũ dicunt nostri, ut in simili bonorum po. gratia litis agnoscendæ.l.post humus §.fina.ff.de inoffi. testa.& uirga Moysis, uersa in serpentem, & manus lepro sa in sinu posita. et aqua fluminis in sanguinem

 uersa.

versa. Et ad signi propositum adhuc nostri docent si fabri fuerint, chartarij, vel notarij, nõ posse vsurpari.

SVMMVM

Ius summa iniuria prouerbialiter dici solet, Ne quid nimis. qui nimium emungit elicit sanguinem, de quibus nos alibi satis. Vnde Aristides quia nimis iustus, patria pulsus est. Et ad propositum summum dicitur, quo nihil est superius, vt in simili de genere generalissimo dicunt nostri, id esse pariter quod supra se nil aliud habeat in l.j.ff.de iurisd.om. iud.

SVS.

Iussit Deus Iudæis vt à suilla carne abstinerent, hoc est à peccatis, & immunditiis. fusius Lactan. id vnum addas tu, quod Saracenorum lingua Ganzir, idem quod porcus sonat. hocque cõmento D. Marci, corpus Alexandrinis ereptum, inter suillas carnes scilicet sale (vt fieri solet) conditas, Venetias allatum fuisse.

STATVS TRANSLATIVVS EST,

Si crimẽ in aliũ reiiciatur, & cõstet probatũq; sit. nanq; tunc reus absoluitur, ex quo debent crimina tenere suos auctores. l. sancimus. C. de pę.

SVPPLEX.

Occidere supplicem fas non est, iustum autẽ, ei opẽ ferre. Vnde Maro. Supplex tua limina posco. Nec inde aliud olim, erat supplicatio, nisi cõmẽdatio Imperatoris, & exercitus facta Diis.

STADIVM,

Spatium est trecẽtorum cubitorum & pedũ sexcentorum. quod etiam pro curriculo capitur vbi cursores aut Athletæ exercentur. Diaulum vero duorum stadiorum, ambulationis habens circuitionem. Est etiam Ephębeum vbi exercebantur olim pueri annorum xvj. Et Coricęũ vbi puellæ. Cõricęnũ vero pro tonstrina ponitur. Et Conisterũ vbi luctaturi puluere post vnctionẽ aspergebantur, vt prensiones essent firmiores, & non lubricę. Et apoditerium cella in balneis, vbi loturi vestes deponebant, & etiam Xystrophilax in quo strigiles (instrumenta enim erant ad sudorẽ abstergendum) asseruabãtur. Et Xisti, porticus tecti, vbi Athletę hyeme, exerceri consueuerant. Et Xistas subdiales ambulationes, vbi palestras exercebãt. Xistarchen vero, qui Xisto prę erat.

SIMIA,

Pueris formosa videtur, cum tamẽ sit deformis. Simiam Stoicorum Rusticum, sui temporis, Plinius vocabat. Simiaq; etiam est Mercurius, qui bonus & malus est, prout alteri planetę adiungitur. nostri stipulationẽ, ea ratione, appellãt quia imitatur naturam actionis, cui adiungitur pariter. Et iuramentum quia regulatur secundum naturam actus, super quo interponitur. l. fin. C. de non nu. pec. l. j. §. bellissime. ff. vt lega. no. ca.

SVBSELLIA

minorum iudicum erant, Tribunal vero maiorũ, vt pro tribunali sedere debent, quando iudicant. & seruit ad dicta, in l. j. ff. de iudi. & nos alibi sępe. Vnde Iuuenal.

quanquam non essent vrbibus illis,
Prætexta, & trabea, fasces, lectica, tribunal.

SICVT.

Dictio est seu aduerbium similitudinarium. c. parrochianos, de sen. excom. l. non est sine liberis. ff. de ver. sig. Vnde sic etiam in Euange. dicitur. Domine doce nos orare, sicut Ioannes discipulos suos. Quandoque veritatem designat, vt in passione Domini, ibi & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et in Deutorono. ibi. Deus multiplicauit vos & estis sicut Stellæ cœli plurimi. & alibi nos satis.

SVFFRAGIVM.

Socrates (adeo verum est) vt experientia docet magistra rerum efficax (quod nõ omnes suffragium ferre sciunt, seu præstare) derisus est, quod in Senatu pariter, id facere nesciuit, suffragiũ scilicet cõputare, & ad Senatũ ipsum referre.

SVB,

præpositio est, quę seruit accusatino, & ablatiuo. Et quandoque pro circa poni solet, pro per, pro post, & paulo ante, vel paulo post. Sub tempus, sub noctem, sub horam. Sub manum, substitutio, sub noctem, & sub ipsum funus. Vnde Hora.

nunc & campus, & Area,
Leuesq; sub noctem susurri.

Item.

vt marina
Filium dicunt Thetidis sub lacbrymosa Troia
Funera.

Item alibi.

Locas sub ipsum funus.

Item.

Lassi sub aduentum viri.

Et in vita Cæsaris Tranquil. ibi sequentes sub tẽpus Mundensis pręlij, fecit. Et in Augusto, ibi Naulochum superauit sub horam pugnæ. Item. Et quo celerius ac sub manum annunciari, cognoscique posset.

TEME-

Icarus & Phæton ceciderunt (fabula nota est) qui ardua pe tere sunt ausi. Et pulli adulterini à simili, Solis radios, oculis lachrimantibus, aduersos non ferētes, e nido eijciūtur. Nil mor talibus arduū est, cœlum ipsum petimus stultitia, quæ Temeritas est impudentissima ēt eorū qui de aliorū ingenijs nihil scribentes iudicant, solo silentio tuti. quique complosis manibus, in littore sedentes, facile ferunt, quā uolunt de gubernatoris arte sententiam. Imò quod temeritatem, & audaciam, similes libertati, esse clamant, vulgoque mirum in modum placere. Et homunculi quidam, scioli ac arrogātes, audent rursum, vno linguæ rotatu, Sole clarius corruscantes, de cunctis ecclesię quæstionibus, loqui, vbi alias Paulus, scientiæ & sapientiæ, Dei, profundū magis mirari solebat, quam quęrere & loqui. Tantę temeritatis etiam fuit Drusus, ut si quando Senatus misisset ad eum, ut ueniret ad Curiam, quæsiuerit quare non ipse veniret ad eum. & I. Hostilius Mancinus quadringentorum equitum præfectus, interitu suo docuit qui exitus inobedientiæ & temeritatis, esse soleat. Idcirco maxime cauendum est, ne tale uitiū incurramus, alias pœnas acerbissimas dabimus, & incurremus.

TANAQVIL.

Vxor Tarquini prisci pudicitiæ exemplum sanè rarissimū, quæ etiam Caia Cecilia vocata est, & cuius meminit quoque Iuuenal.

Ante tamen de te Tanaquil tua.

TANTALVS.

Infœlix, alias ταλαντατον infœlicissimum dicunt Græci. Cui saxum impendebat, cuiusq; casum semper extimescens omni animi alacritate spoliabatur, quia fur (ut Pindaro placuit, uel vt Euripidi) quia linguam habuit incontinentē. Vel (ut alijs) q̄a periurus, & de quo Luchret. sic.

Nec miser impendens magnum timet aere saxum.
Tantalus (ut fama est) cassa formidine torpēs.

TANQVAM.

Aduerbium est similitudinis. l. pecuniam. ff. si cert. pet. late Feli. noster in c. solitæ col. ij. de maio. & obed. & nos alibi satis. adde benefacere illud de quo in Psal. tanquam lignum tanquā pulu is. Et consonat quia si tanquam lignum est uel tanquam puluis, iam lignum, seu puluis nō erit, ex quo simile non est idem. l. quod nerua. ff. depo. Et in passione Domini ibi. Tanquam ad latronem existis. Sed habe quod quandoque ueritatem notat, ut in Euange. ibi tanquam vnigeniti à patre, & ibi, tanquam ex uirtute Dei.

TOMACVLA.

Insecta caro est suilla, reticulo circundata, lingua Italica, Tomacellæ uocantur, Patauina mortadelle. de quibus. Iuuenal.

uoueasque sacellis
Exta, & candiduli diuina tomacula porci.

TALENTVM.

Pondus argēti uarium, quia erat alias Atticū, Romanum, Aegyptium, Rhodiū, Euboicū, Neapolitanum, & Syracusanorum, de quibus fusius Plini. Vnde Iuuenal. etiam sic de Talentis.

tu propter mille talenta.
Et centum uillas temerarius aspice portus.
Et plenum magnis trabibus mare.

Græci ταλαντον uocant.

TARDVS.

Saturnus tardus dictus est, q̄a annos xxx. uix Zodiacum discurrit. Inque tardum prouerbiū est. Biennium præterijt. Græceque χαλλυπτπυδης. i. tardipes dictus est.

TRAPEZITA.

Idem quod nummularius uel argentarius de quo nostri sępe. Adde hoc solum quod in foro erant ubi ędes Castoris & Pollucis pariter, apud quos pecuniæ deponebantur, vt essent tutiores. Hinc Iuuenal.

Incrementa domus, cerata multus in arra.
Fiscus, et ad uigilem ponendi Castora nummi.

TYGRIS.

Tantę uelocitatis est, ut Medi eā sagittam uocent, suoque loco dictum est satis.

TERVNCIVM.

Tertia pars est, iuxta illud. Terūcium sibi nō decerpsit. Teruncium non recipio. i. ne tertiam quidem partem.

TELA.

Romanorum pila. Sarissæ, Macedonum. Gessa Gallorum.

TERRA.

Terrā uocant opem, nō modo quia eius ope, humanę uitæ alimenta querantur, uerū etiam ab opere cuius gratia fructus frugesque nascūtur. Terræ simulachrum uehitur leonibus fistula & uirga: Terra nigra à fœcunditate dicitur. Mater mammas habet ut mulięr, fluenta amnium

ac fontium. Omniparens frugifera, & pandora nominatur. Terra etiam barbara dicitur, & infelix. Terra terræ reddenda est, tum vita omnibus metenda vt fruges, sic iubet necessitas, id est mors. communeq; cœlum est omnibus, & terra, tametsi sit quis quandoque (vt vulgo dici solet) telluris inutile pondus.

TIBERIVS.

Cæsar, qui successit Augusto, elegantiæ in loquendo, per quam diligens erat, ab eoq; relictus vt (mores enim suos habebat cognitos) maiorem gloriam consequetetur, sicque de industria fecisse vt aliqui putant. Tiberius Secundus, filius fuit Drusi, & sic nepos Tiberij primi ex fratre, qui Tiberius à Caligula occidi iussus est.

TEXTORES

de quibus nostri in l. legatis. in §. si vnus. ff. de lega. iij. sunt qui liciis & filiis diuersorum colorum vtunt. Et plumarij siue polymitarij et appellātur.

TRITER.

Hoc aduerbio Græci & Latini pro superlatiuo sunt vsi. Vt Trifurcifer. Triueneficus. Trimegistus Mercurius, id est maximus. μέγιστος enim maximum significat. Vnde Iuuenal.

Qui sedet, & spectat triscuria patriciorum
Planipedes audit Fabios.

TEMPVS

cōsumit omnia, rerumq; omnium corruptor est. Et sæpe remedium affert malis immedicabilibus pretiosissima res etiā, imò inæstimabilis. ipsiusq; iactura nil turpius. Temporis simbolum Saturnus, omnium pater (iterato dixerim) testis sapiētissimus, qui omnia videt audit, & reuelat. cuiq; debet quisque se accommodare, quoniam tempestiua semper sunt grata, intempestiua vero tristia. Et duorum maxime curam habere debemus, mane, & vesperi, id est eorum quæ acturi sumus, & eorum quæ gessimus. Dies, menses, & anni, tēporis mensuræ sunt. ex quibus nata numeri natura est. est verum quod à nostris alibi tempus pro commodo hæreditario ponitur, in l. in ratione. j. ff. ad legem Fal. & in l. ij. in §. post deinde. ff. de ori. iur. sed improprie ex his inusitatumq; est. Tempus minuit lutum & voluptates, dolores lenit, & attenuat denique miracula rerum. Dies diem, mensis mensem, atque se in sua peruestigia voluitur annus (vt Poeta inquit) desinendoq; reincipit, & nunquam sic desinit, vt quiescat. Lapsu temporis, variantur habitus, mores, & leges, innouāturque. ruunt vrbes, & regna transferuntur, & breui, puncto temporis maximarum rerū momenta quam sæpissime vertuntur. Tempus olim dicunt nostri dabatur iudicatis duorum mensium, hodie quattuor. l. secunda. l. debitoribus. ff. de re iudi. Et quandoque pro tempore ponitur, vt alibi diximus nos, sæpe, nouissime datum pro dandum, iuxta vulgatum illud. Datum serua, id est dandum cōsidera, antequam des, cui, quantum, & quando. locutus est Moyses, id est loqui cœpit. Simileque est in l. iiij. in §. j. ff. de dam. infect.

TRIBVS

dictæ fuerunt à Tributo tantum, vel quod a principio tres essent tantum. Romæ vrbanę & rusticæ, de quibus aliàs in l. ij. ff. de ori. iur.

THRASEA

Patauinus venis sibi excisis ad Neccem, à Nerone compulsus est, quod absens funeri non interfuerit, cum diuini honores decernerentur Poppeæ, & quod eam non credidit Deam. Capitone Cossutiano Traseæ inimico, Neronē ipsū stimulāte.

TIMOR

naturalis est, humanus, mūdanus, seruilis, & filialis, ac reuerentialis. communis omnibus animalibus. quando corpus quis timet potius quam animam. Vel bona temporalia amittere magis quam Deum. Serui dominum reuerentis, ne verberibus pulsentur. Et filij erga Deū. omnes enim filij Dei sumus. Charitas aliàs timorem propellit, & ægeltas pudorem excutit. Inimicosque timemus, & metuimus eos qui nos amant. Et cum timemus, sudat frons, pallent genæ, tremunt labia, hæret lingua, & saliua siccatur. Stupet rursum animus, tremit manus, caligant oculi, & lingua balbutit. Et qui subito timore percutitur, is est, qualis qui per montanum callem transiens ex improuiso se Dracone conspecto turbatur. Ec perterriti, tanquam canes à leone diffugiunt. Timorisq; semper fuga, comes, tametsi animus generosus non timeat neque terreatur. Timet nauta nihilominus scopulum, Agricola tempestates, Mercator furem. Et si quisquam est, timidus in magnis periculosisq; rebus, semperq; magis aduersos rerum exitus metuens quàm sperans secūdos, is ego sum inquit Cicero, & si hoc vitiū est, eo me non carere confiteor. Timidi ceruis comparantur, dixitque Home. ob id Achillem & Agamemnonem in iurgio Cerui cor habere. Et Esai. Coruui cum audirem emarcuit cor meum. Et Daniel. In visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. Qui apud Galatas agit terræmotum non timet, nec Iouis fulmen qui in Aethiopia. Tiberius Cæsar tamen tonitrua mirum in modum expauescebat, & turbatiore Cœlo, coronam Lauream (fulguri enim resistit vt aiunt) semper gestabat, idemq;

idemq; Philippus Mediolani, dux. Et Artemon adeo pauidus olim (ut quidam referunt) quod duos seruos secum habebat semper, eidem supra caput scutum Aeneum ferentes, ne forte quid excideret, quod sibi exitio esse posset.

TEMPESTAS,

Nauigare mari tranquillo haud difficile est, sed magna tempestas requirit artificem, qui rectum teneat clauum. qui negotij cursum moderetur, nec fluctibus obruatur, nec illidatur vadoso littori, Scyllam deuitet, & ne in Carybdim rapiatur.

TER

Saltabant Salij. Vnde Hora.

pede candido
In morem salium ter quatient humum.

Erantq; sacerdotes, Marti consecrati, qui scuta quæ ancilla dicebantur custodiebant, deque hic nos suo loco satis.

TITVS,

Quia is diu non uixit felicior fuit quàm virtuosior. Cætera Tranquil. late.

TRIENS

Pars assis est, de quo in §. hæreditas, institu. de hære. insti. idest vnciæ quatuor. quandoq; tamen à poetis pro obolo ponitur. Vnde Iuuenal.

nec habet quem porrigat ore trientem.

THESIS

Prius dicta est, postea controuersia & declamatio. Hinc Iuuenal.

Declamare doces, ò ferrea pectora vecti.

Antithesis uero est, cum vna dictio pro alia ponitur, ut suo loco etiam dictum est. nostri in l. eas causas. ff. de condi. & de.

TACERE,

Optimum est, ut alibi diximus, tutumque silentium adde nunc longe magis præstare, quàm clamorem perdere. et quod silere nouisse, sæpenumero homini sapiẽtissimum est. et optimum, ac audire priusquàm loquamur. vnde lex. Audi Israel, dominum Deum tuum, non dicit loquere. Eua lapsa est: quia locuta est uiro. prima uox Dei est, audi. Silentium negotiosum est, ut Susannæ, plus enim tacendo egit, quam loquendo, tacuit hominibus, locuta est Deo. Dominus in Euangelio tacens, operabatur salutem. Tacens mulier melior est quàm loquens, vel natura balbutiat, vel moribus & muta pudens. Difficulter tamen tacetur, quod plures norunt. imo quod nec semper tacendum est, quamobrem custodiam sibi indixit, Dauid non silentium perpetuum, tacendumq; est, aut incompto eloquio respondendũ, quorum alterum pudoris est, alterum charitatis. In mutum & tacentem semper quadrabit prouerbium, cicada acanthia, silet enim sui natura. lupus est in fabula, quod sonat, tace. Et si tacẽdum est, turpia silenter sunt prætereunda. Vnde Euripid.

neq; Musa mihi
Sit cantatrix, quæ laudet turpia.

Ad quod planè etiam allusit Iuuenal. quando alibi dixit.

Aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo.

Egoq; alibi fusius.

TRAGAEDIA

Antiquissima est, populum uehementer oblectat, atq; ad idem allicit auditores. Thespis, Aeschilus Sophocles, Euripides, Tragediarum scriptores, Athenienses, quas etiam Athenis docuerunt.

TORQVATVS.

De isto hoc etiam tantum dicam, ꝙ gloria posteritati (historia nota est) fuit commendatus.

TABVLA.

In tabulis ceratis olim hẹredes scribi solebãt, In prima cera primi hæredes, in secunda secundi, hoc est in prima media & ultima parte testamenti. Vnde Hora.

ut & scribare secundus
Hæres.

Et nostri sæpe, secundos hæredes substitutos appellantes, & aliter de secundo hærede, cum in secundum casum institui, dicunt in l. i. ff. de vulga. & pupill. substi. & in l. precibus. C. de impube. & ali. substitu. deq; bon. poss. con. tab. & secundum tab. sæpissime.

TVBERA,

(Lingua Italica Tartufulæ appellantur) autũnalia crebris imbribus nascuntur, verno tempore tamẽ, sunt teneriora, de quibus Iuuenal. alibi.

post hunc raduntur tubera, si uer tunc erit.

Et alibi.

qui radere tubera terræ.

Dioscorides fusius. Deq; his poeta Lyricus sic.

Grauido fa di se il terrestro humore.
Onde tal frutto, & simile si colgã.

TORTVRA

Vulgo dicitur, nostri, quæstionem uocãt. quæ non debet esse barbarica, & crudelis, ita ut natura sufferri

sufferri non posit.l.j.C.de emen.seruo. Bald. in c.at si clerici. nu.10.de iudi.

TESSERA

Frumentaria, qua populo dabatur frumentũ. vnde Iuuenal.

Summula nec pereat, qua uilis Tessera uenit
Frumenti.

Agrippa quoq; in Theatrum olim Tesseras iecit quibus argentum promittebatur, & tunc argentaria dici potuisset, & hoc egit cũ esset Aedilis. Tiberius item ludis Gymnicis eas proiecit, quas qui arripuissent, eos multis affecit donis. Claudius pro tessera adhuc, uersum hunc Græcum suis militibus dedit. Hunc uos ulcisci, quicũquẽ prior nos lædat oportet. erat etiam & tessera expeditionalis, deq; his alias nostri in l. mortuo boue, in §.j.ff.de leg.ij.& in l. sed & si susceperit. in §.i.ff.de iudi.& nos alibi satis.

TRINITAS,

Patri potentia, filio sapientia, bonitas spiritui sancto tribuitur. Et quanquam tres sint, una tamen est essentia, & sic una potentia, sapientia, & bonitas. designatq; in illis uerbis psal. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniã exaudiuit dominus uocem fletus mei, exaudiuit dominus deprecationem meã, dominus orationem meam suscepit. Et hoc solum sufficiat, quia scientiæ & sapientiæ Dei, profundum, magis mirari, quàm quærere, debemus, ut dicebat Paulus.

TERENTIVS,

Comicus, Plauto est (Ciceronis iudicio) præferendus.

THEATRVM

Erat dimidia pars semicirculi, in eoq; fiebant ludi scenici, postea duobus theatris iunctis, Amphiteatrum ædificari cœptum est, ad ludos gladiatorios, & conclusarum ferarum uenationes. & postquàm in oblongam formam tractum est, uocari cœpit circus, sic à circuitu dictus, ad ludos currules & cursus, & Naumachias. est uerum ꝙ lignea theatra prius, fiebãt, & temporaria, postea uersatilia, & ultimo loco (ut dictum est) marmorea æternitati destinata. Augustus quoq; in nepotis Marcelli sororis Octauiæ filio, memoriã, theatrum erexit. quod Græce aliàs ϑεατρίδιον appellatur.

TYRANNVS,

Hypocrita est, nomine Rex, re autem prædo, ut olim Dionysius. ideo Syracusis expulsus, Corinthi pueros docebat. nec Imperio eo modo carere poterat. Harmodius & Aristogiton Hiparcum Atheniensium tyrannum peremerunt. dum Panathenæorũ pompa ordinaretur ab Hippia. Sceleratus est homicida, sceleratior tamen multo tyrannus, ille vnum occidit, hic multos, totasq; conuellit ciuitatis fortunas. tyrannicidæ imago, in gymnasio ponatur. hæc erat lex Athenis. tyrannus tamen, olim vir erat fortis & bonus, ut Aeneas, quem tyrannum uocat Virgil. ibi.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyrãni.

Cum tamen esset pius, ut rursum ait. sic.

Sum pius Aeneas raptos qui ex hoste penates,
Classe uebo mecum fama super æthera notus.

Apollonius Thianeus aliàs Galbam & Ottonẽ, Thebanos appellat, quia breui tempore regnarunt, ut illi Græciæ principatum tenuerunt. Qui lupus ex homine fit, tyrannus est. Et quanquam (ut dictum est supra) tyrannos sapientes dicat, Euripid. congressu sapientum, sic σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. Tyrannidemq; extollat, ut porem diuinam, Plato tamẽ maxime detestatur. tyrannus patri uim infert. & si non obtemperet, uerberat. Et non princeps sed pestis est Ciuitati. Athenis Pisistratus, & Hipparcus, Syracusis Dionysius, ut supra, Cæsar Romæ, tyrannidem occuparãt. Samiis item, formidabilis erat Polycrates, Corinthiis Periander. Princeps populo, tyrãnus sibi consulit. et tyrãni simbolum est Nicticorax. Malpagora quoque Ionius interrogatus si quid usquam admirabile & inauditum uidisset, tyrannum senẽ respondit. Nec minus mirabatur Thales cum Mysilio iocatus, si pro tyranno nautam senem pariter uidere contigisset. vnde dicatur, & quis idem sit ex nostris Bart. in extrauag. ad reprimen. & in tract. de tyrann. ibi, col.ij. hic. vi. & vij. Postremo non omittentes, necesse fore, multos timeat (sic in Cæsarem Laberius) quem multi timent. qua de re, dicat oportet postea. Heu miser pereo nullus suffultus amicis. quodq; Romolus olim, quia calcatis legibus iura gladiis administrabat, & tyrannide utebatur, à ciuibus interfectus est.

TOLLO.

Quanquam tollere pro eleuare ponatur in l. altius. C. de serui. attamen alibi pro educare capitur. ecce quod sic Iuuenal. ait.

Sed placet vrsidio lex Iulia, tollere dulcem
Cogitat hæredem cariturus turture magno.

Et Comi. sic.

Nam quod peperisset iussit tolli.

TENEO.

Tenere ad factum, posidere ad ius referri solet. l. possessio. §. j. ff. de acqui. poss.

TORMENTA,

Quæ sint, omnibus palam est, hoc vnum igitur

tur fcias tantum, eorum,machinarumque repofitorium,conditorium appellari,quodque etiam Muralia appellantur, à muris demoliendis.

TVNNVS,

Pifcis eft celer & concitatus, quandoquidem certo tempore,ftimulum habeat in capite, à quo concitetur, aliàs Thynnus dicitur, & lingua Italica Ton,feu Tonnina.fufius Bellon.& Rodelet.

TRAIANVS,

Cum populo humaniter,cum Senatu honorificè uerfabatur,charus ciuibus erat,hoftibus formidolofus,deq; Dacis triumphauit,Dacicusque appellatus eft. & exinde optimus cognominatus.eftque ob id altera ex parte eius Nummifma tis fculptum. S.P.Q.R. optimo principi. Cuius uxor Plotina fuit nomine. quique præter cętera, lapideum pontem in Danubio magnæ admirationis faciendum curauit. Cætera Dion.

TARRACINA

Volfcorum oppidum eft, olim Anxur nocabatur. vnde Hora.

Impofitum faxis late condentibus Anxur.

TRIVMVIRI

Capitales, tunc primum Romæ creati funt, qñ Curius Dentatus Conful, Samnitibus cæfis, & Sabinis qui rebellauerãt, uictis, & in deditionem acceptis bis in eodem Magiftratu triũphauit. Monetales uero à ueteribus Romanis conftituti,æris,argẽti & auri flatores.Triumuiri,itẽ fiue Treuiri ij, fignificabãtur his literis. I I I V. A A A. FF. ideft Treuiri auro argento, æri flã do fundendo.Et capitales de quibus paulo fupra de maleficio & maxime eorum cognofcebant, q tamen non erant ciues Romani.

THERSITES,

Omnium loquacifsimus fuit in Græcorum caftris.de quo fuo loco dictum eft fatis.

TRIA,

Impar numerus eft, quo maxime (iuxta vulgare dictum) gaudet Deus, ideo aliqua ad idem dicemus,quæ fi non adeo utilia, ut tibi omni ex parte fatisfaciant,erunt,erunt pulchra tamen, & fcitu digna. Tria ergo dicebat Phanorinus, fibi memorabilia contigiffe, quod gallus literas græcas didiciffet. quòd Eunuchus adulterij caufam dixiffet. Et quod Adriano principi aduerfarius effet & uiueret. Item triumuiri capitales erant olim apud Ro. & totidem Monetales,ut proxime dicebam. Tres artes liberales de Sermone. Grammatica, Dialectica,& Rhetorica. cõgrue loqui, uere, & ornate, docentes. Tria homini optima,quæ ipfum beatum reddunt. Beneualere,egregiam habere formam, & diuitias tenere nulla fraude partas.Inq; nobis tria, anima, fpiritus,corpus. Tria cogitationis domicilia, anima, animę fpiritus,& fpiritus corpus. Et tria rurfum in quibus homines ftudium ponunt. Animus, corpus, & pecunia. Tria corda habuiffe Ennium creditum eft,quod ofcæ,gręce & latine loqui fci ret.Mala tria,ignis,mare,mulier. uirtutum fedes in corpore tres,pudor in fronte, in dextra fides, in genu mifericordia. Tria debet habere bonus Orator.docere, delectare, mouere.Tribus, quia à principio, tres tantum fuerunt. Tres portas fecit Romę Romulus conditor urbis.Mugoniã, Carmentalem,& Pandanam. Triaq; erant Athenis pręcipua,Lycęum Ariftotelis. Academia Platonis, & Areopagus. Tria humanis ufibus funt maxime neceffaria, frumentum, uinum, oleum. Et tria pręftãtissima in Aere aquila, in mari Delphynus, & homo in terra. Tres uetuftifsimi fuerunt Medicinę repertores Chiron,Aefculapius, Apollo. is enim inuenit, Aefculapius amplificauit, & Hippocrates perfecit. Tres furias fingunt poetę, hoc eft in homine affectus,qui funt ira,cupiditas,libido,quique ultionem, opes, uoluptatesq; defiderãt.Triaq; in caufa,quod quis in poffefsione turbetur,dicũt noftri,fuperbia, inuidia, auaritia. Prat. P.in for.lib.turb.po. ver.ad ceffandum,ad fi. Et quia dixi etiam alibi fatis, hęc fufficiant & fint fuperq; fatis.

TVRCA.

Turcę (ut etiam alibi dictum eft) latrant.Galli cãtant,Germani clamant, Hifpani murmurãt, Sarmatę ululant,& Itali plorant.

TESTAMENTVM,

Quid fit,vnde dicatur,quę folemnitates in eo requirantur,patet Lippis & Tonforibus (ut dici folet) ideo hęc pauca tantum dicam nunc.,quod illud Tiberij primi (mitto etiam quod in ceratis tabulis à ueteribus fcriberetur,quia alibi dixi fatis) irritum fecit Caligula, nepos ex fratre Germanico,quod eo tempore fanę mentis non effet. quodque Ptolomeus Aegypti Rex fui executorẽ po.Ro.reliquit. Et quod boni & prudẽtis patris familias iftud effe debet, *Illuftre tibi patrimonium uirtutis & gloriæ meæ relinquo, Crafforũ Lucullorumque opibus præferendum, caue ne degeneres.* pro indubitato id habentes, morte teftatoris ipfa teftamenta refignari,hoc eft ut noftri dicunt aperiri titu.ponentes, quemadmo.refta.ap. & de quo aliàs in l.publicati. C.de tefta.
Vnde Hora.

Adducit febres, & teftamenta refignat.

& hinc

& hinc est quod leges datæ Iudæis à Moyse & profectis, uocantur testamentum, quod aperiri nō poterat nisi per mortem Christi. i. reuelari et intelligi prius mysteriū Dei nō poterat. Christus testatus est quando etiam dixit, pacem meā do uobis, pacem meā relinquo uobis, non quomodo mundus dat. Imò qđ nos hæredes reliquit æterni regni, populo Iudæorū exhæredato. Testamentū in marmoribus antiquis huius numeri nota. 7. designabatur. Vel quia testamentū diceret, uel propter numerum septem testium, qui in eo requiruntur. l. hęredes palam. §. i. ff. de testa. l. hac cōsultissima. C. de testa. Nuncupatiuum sine scriptis dicitur, à nuncupatione hæredis. l. iubemus. §. j. C. eo. vnde Horatius, cū ob aduersam valitudinem sibi tempus ad obsignandas tabulas non sufficeret, hæredem Augustum palam hæredem nuncupauit. Est uerum, quod Tiberius his, quibus aqua et igni interdictum erat, testamenti factionem, uetuit. quodque Testamentum alias uetus est, et nouum Christi, illius caput est Adā, istius (ut diximus supra) idem Christus.

TRIVMPHVS.

Summus honos in urbe fuit. Tatius primus Triumphans. Furius de Gallis, Papyrius de Samnitibus, Scipio de Numantia, Pompeius de Ponto triūphauit. Cęsar diebus quattuor, de Gallis, Aegypto, Pharnace, et Iuba. Triumphās seruum publicum post terga habebat, coronam sustinentem. Indutus purpura, uestibus albis. Clientes, qui pręcedebant. Manu Scipionem eburneum summitate Aquilam tenentem annulumque ferreum digito, gestabat, præcedebantque etiam captiui, manibus à tergo reuinctis, uel catenis collo flectis. legeq; cautū erat īsuper, ne cui triūphus decerneret, ni una acie, hostiū q.nq; millia occidisset. ornamētaq; triūphalia vt supra, vel & clarius ac breuius. Corona aurea. patera aurea. Sella curulis eburnea. Scipio eburneus. Toga picta. Tunica palmata. Bulla quoq; triūphantiū gestamē erat, ut pretexta magistratuū. sciruq; dignum est adhuc, triumphanti à tergo suggeri. *Respice post te, hominem te esse memento.* quodque tres celeberrimi triumphi, eodem tempore fuerunt. Africani, Metelli, & Numij.

TITIVS.

Hoc nomine in exemplis, nostri. I. Con. frequentissime utuntur, ut illo Dion peculiariter philosophi. de Titio alias fabula nota est, vnde Iuuen.

Nec rota, nec furiæ, nec saxum, aut uulturis atri
Pœnā.

qua hic Titius afficiebatur, quod Latonæ uim inferre uoluerit. Cætera clara.

TROIA.

Destructa fuit à Græcis, ob Helenæ raptum (uide quātum mali afferat Raptus, vt de Sabinis etiam testatur Liui. nostri facinus detestandū clamant. pœnas ponunt, & vindictam pollicentur asperam, vt in rub. & toto titu. de raptu virgi. deque raptoribus in decretalibus) ante Romam cōditam anno cccxxx. obsessa decennio.

TIRESIAS,

Thebanus fuit, cæcus à Iunone factus, cum iudex inter eam & Iouem, dixisset mulierem maiori voluptate frui quàm virum in coitu. à Ioue vero Augur, de quo alibi Iuuenal.

tandemq; fatebere latus
Nec surdum, nec Tiresiam quēquā esse Deorū.

TVTOR,

In Augustana R.P. ij quibus ipsius cura commissa est, tutores veteri instituto ciuitatis vocantur. Hic Deputati, Veronæ & Vicentiæ Consules, Florentiæ Priores, & à nostris Anciani.

TESQVA

loca horrida inculta & deserta dicuntur. Vnde Hora.

nam, quæ deserta, et in hospita tesqua
Credis, amœna vocat.

TRIBVNAL,

locus erat maiorum Iudicum, subsellia inferiorum, vt alibi etiam dixi. Vnde Iuuenal.

quanquam non essent vrbibus illis
Prætexta, & trabeæ, fasces, lectica, tribunal.

Item alibi.

Bardiacus Iudex datur hæc punire volenti
Calceus & grandes magna ad subsellia suræ.

Est etiam locus principis ad ius dicendum, olim Basilica, & causidica vbi Rhetores & causidici versabantur, & conferunt ad dicta in l. j. ibi pro tribunali. ff. de iud. & in l. fi. C. de eman. lib. & in l. fi. C. vbi & apud quem. & in l. non est. ff. de ma. vin. & in l. libertus. ff. de in ius vo. & in l. iiij. in §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Erant & Quæsitores tribunaliū, qui præerant quæstioni causarum criminalium, quosque latrunculatores alibi, vocant nostri. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. Et tribunal Cassij prætoris, quod reorum scopulū (quia inexorabilis erat) appellabāt.

TEMPESTIVA

omnia grata, intempestiua semper tristia & ingrata, vsque adeo vt ne ipsis quidem gratiis citra gratiam gratum quid fieri potest.

TERRAEMOTVS.

XII. Vrbes Tiberij tempore in Asia vna nocte prostratę sunt, unde auersa parte sui nummismatis

misinatis verba sunt hæc.ciuitatibus Asiæ restitutis,quippe quod ab eo restitutæ fuerunt.

TVMVLTVS.

Per tumultū nihil geri debet, Christus enim eiecit ementes & uendentes de templo, nec tumultus excitari,nec vlcus (ut ita dicam)exaspera ri procacibus ac seditiosis obtrectationibus ma leuolorum & improborum hominum, quorum plerumque insania feruet, qui non possunt esse nō molestissimi illis maxime quibus semper pla cuit tranquillitas.& tumultus denique dictus est, quasi timor,seu tumor potius,multus. Italicus, Gallicus,Turcicus,aliquando.

TVRBATA POSSESSIO.

Materia hæc (ut nostri dicunt) est admodum utilis,namque turbato uariis succurritur modis, per interdictum utrobi, turbato in possessione rei mobilis,immobilis uero, per illud ne uis fiat ei, si uiolentia expulsiua, criminaliter lege Iulia de ui publica,ciuiliter de ui priuata,per interdictum vnde ui. si per uiolentiam inquietatiuam, per interdictum uti possidetis. Et ad idem sciendum est, triplici de causa quē in possessione turbari,superbia,inuidia,& auaritia.

TIMOTHEVS,

Fortunati simbolum est,& hominis felicis,ac cui,omnia læta,felicia & prospera eueniant,huius enim (ut memoriæ proditum est) fortuna, dormientis, implebat rete, deq; hac domina rerum,nos loco suo satis.

TOLERANTIA,

Xantippę Socratis vxor, tolerantiæ est magistra. Cętera infra,temperantia.

TORCVLAR.

In Torculari Botri calcantur, usque adeo ut uinum ex eo compressu, uelut infans ex alueo na scatur matris.

TESTIS.

Hoc vnum tantum de teste dicam, quia dixi alibi satis,plenique sunt libri de eo tractantes. ꝙ si ueritatem non dixerit,tenebitur parti ad interesse,actione in factum,quæ oritur non ex periurio sed propter periurium, & est subtile dictū ut nostri aiunt præcipue Bald. in c. de testibus, nu.6.eo.tit. de testi.

TREBATIVS

I.Con. fuit egregius, Ciceronis amicus. de quo etiam in L.ij.ff.de orig.iur. quem olim Cæsari commedatum fecit, dicens, eo probiorem meliorem prudentiorem, fuisse neminem,in iure ciuili singulari memoria& summa scientia.

TEMPLVM.

Sessimonium Deorum olim, Templū dicebatur.In templo Saturni erat ęrariū Romanorum. Nec poterat fieri S.C.nisi in templo.Lucos templa uocabant poetæ.Nec templum rursus,ingredi poterat,uoce preconia,nisi qui erat innocens, in sacris Eleusiniis. Nec Templum honoris, qui non esset ingressus prius,templum virtutis.Templum quod Pantheon uocant, olim Ioui vltori erat dicatum, à M. Agrippa extructum. Aliud pacis iuxta forum extruxit Vespesianus. Aliud uero,castor,& pollux,tumet si,solius Castoris diceretur.Senatus quoq; aliud Veneri caluæ, quia de mulierum capillis, cum deessent nerui, ad sagittas emittendas, funes facti fuerant in ipsarū honorem,dicauit pariter.dictoq; mirum est,postremo,nos templum,ingredi debere,abluti aqua pura,os custodiētes simul, ne quid irreligiosum dicamus.Et si paruis licet componere magna,tēplum adhuc uerbi, & vnicæ deitatis Christum, esse dicemus.iuxta illud. Ego dissoluam templū hoc manu factum, & post triduum aliud manu non factum, ædificabo. Iteru possum destruere templum Dei, & reędificare illud. Vah qui destruis templum Dei,& illud triduo, reędificas.p personalem vnionē, & quia habitauit in eis gratia Excellentissima,perque fruitionem claram & beatificam. & quia denique preces offeruntur in Christo,& per Christum ecclesiæ, Deo, ut in templo materiali domino, quodq; olim porrum tangentes uel edentes,vel si tibicina fuisset,templuui ingredi nō poterat,hoc ultimum,propter cuiusdam tibicinis, testimonium, qui nouercæ insidiis fauerat.

TEMPERANTIA

Moderatrix est omnium cōmotionum. & prudentia aurum, iustitia argentum, fortitudo ferrum,æs uero temperantia.prudentiæ materia ue ritas,iustitiæ societas,seu æqualitas,fortitudinis imperium & labor, temperantię uero ordo & modus. à qua Encraritæ dicti fuerunt. Et si cui conuenit,iuuenibus maxime conuenit,omnium bonorum ministra. eiusque partes continentia, clementia,& modestia. tanta in Socrate postremo,ut omnia ferè tempora uitę suæ,inoffensa ualitudine,uixerit.

TRANSMISSIO,

Hæreditas non adita transmittitur, dicunt nostri.L.vnica.§.is ita. C. de cadu.toll. Fallit in suis si pater apud hostes moriatur. L apud hostes.C. de

de suis & leg. & ratione sanguinis ac beneficio. l. vnicę. C. de his qui ante aper. tabu. necnon l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. si quis intra deliberationis annum moriatur. & ut fusius not. in l. emancipata. C. qui admi.

TRANSLATITIA.

Aliqua dicuntur, non ficta (ut nonnulli uolunt) sed vsitata frequentia, & solemnia, vnde edictum quoque translatitium dictum est, id est ab omnibus edici solitum.

TVRPITVDO,

Viris fortibus optabilius est, honeste mortē oppetere, quàm turpiter uiuere. cum sit turpitudo, quo uis supplicio grauior. Turpiaque uerbis obtegenda, quale illud Lactantij, *ne capiti quidem pepercit*. auresque turpibus colloquiis obstruendę, nō secus ac Vlisses Syrenarum cantibus, eaq; Sceuę relinquere. et sicuti in legendis rosis sentes vitamus, sic in disciplinis quod solum utile est & honestum amplecti debemus, deuitare uero quod est turpe ac inhonestum & noxium. Xātus quoque ab Aesopo Phrigio derisus, quem tamen ille deridebat cum esset monstruoso corpore, ex quo non corporis, sed animi forma intuenda est.

TOPICA

Ciceronis ad Trebatium I. Con. eius amicum dicata fuit, cuius opera in perorandis causis, frequēter utebatur. loci topici quatuor, intra quod eorum recidit, quicquid quęrimus, diffinitio scilicet, genus, proprium, et accidens. Interni item et externi, an simus morituri, an simus patre mortali nati, et an ipsi quoq; mortui sint.

TVRRIS.

Turrita Cybeles uocatur, & pingitur, quia (ut Luchretius inquit)

Eximijs munita locis sustinet urbes.

Adde quod Maria Magdalenæ etiam ob sedulitatem & ardorem fidei Turritæ nomen accepit, & quia Magdalun Hębreis Turris dicitur. Oppida etiā turres appellantur. Et Turris aliàs erecta est à Claudio, in portu Hostiensi, quæ præsidio foret nauigantibus. Vnde Iuuenal.

Tādem intrat positas inclusa p æquora molles
Tyrrhenamque Pharon.

TRIBVNVS.

Tribunos plebis olim habuerunt Ro. Lacedęmones Ephoros. erantque etiam Tribuni militum in sacris literis. Tribuni præsidebant mille uiris. & uocabantur quoque Chiliarchi, idest Millenarij. deque Tribuno aliàs sic Iuuenal.

da prætori, da deinde Tribuno.

Tribunique Veneti, à principio vrbis conditæ, per aliquod tempus appellabātur, ius suum vnicuique tribuentes, quod tamen longe magis faciunt nunc, quanquam hoc nomine non appellentur amplius, & exsoleuerit.

TOGA

Vilium vestis erat, prætextu triumphantium, magistratuum & nobilium. vnde Iuuenal.

veniet de plebe togata.
Qui iuris nodos, et legum ænigmata soluat.
Huius, qui trahitur, prætextam sumere mauis?

Erat tamē & toga præsidiaria, qua utebantur præsides. & togatorum consortium, idest aduocatorum dicunt nostri. l. nemo. C. de postulan. l. nemo. C. de episc. audi. & fabulæ togatæ, quæ scriptę sunt secundum ritus & habitus togatorum, alię palliatę, idest Gręcę. et togatarius qui fabulas togatas actitabat. Imo quod in aggresionibus, ad togę propositū, signum, ea dari solebat.

TIBICINA, TVBA.

Nobilis Tibicina fuit Ismenias Thebanus, & Tigellius Hermogenes Sardus ac cantor, de quo Hora. sic.

Hoc genus omne
Mœstum, ac solicitū est cantoris morte Tigelli.

Et Tuba appellatus belli ciuilis, Appius Balbus. & Iuris Azo noster I. Con. non ignobilis, Tubęque, cornua, & litui ad exacuendos, & excitandos militum animos, in pręliis adhibeantur. hinc idem Hora.

Multos castra iuuant & lituo tubæ
Permistus sonitus.

TVLLVS HOSTILIVS,

Hic III. Ro. Rex fuit, annos duos & triginta regnauit. artifex militię dictus est. tamen fulmine ictus cum vniuersa domo periit.

VITA



Vmana, nauigationi comparatur, nec ab re, quoniam nullum genus est ipsius, quod non suas patiatur tempestates. curriculum breue.

Vnde Hora.

Truditur dies die.

melius Iuuenal.

Festinat enim decurrere uelox
Flosculus angustæ miseræq; breuissima uitæ
Portio, dū bibimus, dū serta, unguenta, puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.

Et certe ἐφήμερις est diei & vmbrę somnium. et militia super terrā. Achilles etiam apud Home. conque-

conqueritur se à matre editum, vitæ breuis hominem, seque audiuisse ex ea, si gloriæ studuisset, breui moriturum. Hinc Hora.

Nihil est ab omni parte beatum.
Abstulit clarum cita mors Achillem.

Et Eurip. sic.

Res breuis est uita, & eam conuenit
Transigere quam facillime, & non accersitis laboribus.

Et alibi.

Nostra uita est lucta

sunt fortunati, isti cito, alij rursus erunt, alij iam sunt. fortuna ludit, ab infortunato honore afficitur, qui est in secũdis rebus, beatus, timẽs relinquere suos successus, attollit illum calamitosum. Et sic necesse est homines conflictari, cum multis malis. Vita etiam numerosa quadam cõsonantia indiget, ideo bonum est pulsare, discãt pueri, & cantare ad Citharam. Actiua contemplatiua melior propter bonum commune, contemplatiua dignior. actiuam Socrates, contemplatiuam Pythagoras, vtranq; amplexus est Plato. est & uita Aulica, quæ tamen splendida miseria ac personata felicitas, dicitur. Et uoluptatis. miserima & infamis. Et solitaria, qua (ut ille ait, oportet hominem esse Deum, uel bestiã. Est & studiorum, hæcque Palladi tribuitur, sobrietatem atque uigilãtiam quàm maxime cupienti. Et opum ac potentię, & ista, Iunoni ascribitur, vt voluptatis, cuius paulo ante mentio facta est, Veneri. Incipit etiam vita, ab hominis morte, eiusque finis, gloriæ atque immortalitatis principium est. Et quandoque ipsius breuitas optãda propter senectutis incommoda. Vnde Iuuenal. adhuc.

Da spatium uitæ, da multos Iuppiter annos.
Hoc recto uultu, solum hoc & pallidus optas.
Sed quàm continuis, & quantis longa senectus.
Plena malis, deformem, & tetrum ante omnia uultum.
Dissimilemque sui, deformẽ pro cute pellem.
Pendentesque genas, & tales aspice rugas,
Quales, umbriferos ubi pandit Tabraca saltus.
In uetula scalpit iam mater Simia bucca.

Et alibi etiam sic.

Hæc data pœna diu uiuentibus ut renouata
Semper clade domus multis in luctibus, inque
Perpetuo mœrore, & nigra ueste senescant.

Et si natura ẽt (ut paulo ante diximus) breuis sit, volat enim, & omnino nihil aliud est quàm cursus ad mortem. Imò omnes dies gradus sunt ad eam, uagientesque in cunabulis infantes senescunt pariter. Vita hominis flatus exiguus, & tenuis fumi uapor. quæ dum quæritur, tanquam fumus rursum euanescit. Et nulla hirundo, nullus sic uolat Herodius vt uitæ nostræ dies. quæ Græce βιος dicitur.

VIRTVS.

Dũ uiuimus colẽda est, fama enim post mortem relinquitur, & in sepulchro inuenitur. Quę tamen nihil prodest, nisi habeat etiam Deum iuuantem. vna altissimis defixa laboribus, quæ nulla unquam ui labefactari potest, nunquam dimoueri loco. Et sanitas quędam, pulchritudo, ac robustus animi uigor, multis sanè quæsita laboribus, iuxta illud uulgatum.

Virtutem posuere Dij sudore parandam.

vsque adeo vt Daphne (quod fabulantur poetæ) in laurum conuertatur. i. Apollo uirtutis sectator, eam assequatur, & gloriam sibi comparet. Vitia in extremis habitant, virtus in medio sita est, quæ sibi plaudit, proprio contenta preconio, quæque alterius Theatri strepitum non concupiscit, animos armans amplius, ac instruens, in asperitatibus perferendis. Et prędium adeo firmum & stabile, ut nec ciuium decretis vel constitutionibus, uel tyrannorũ dominio, aut prędonum uiolentia, ullo modo eripi possit. In infirmitate quoque perficitur, & in aduersis, non secus ac Agricola in sterilitate, in tẽpestate nauta, in ruina architectus, in prælio miles, in interitu sobolis paterfamilias, in rebus malis animus bonus, & in igne denique aurum. De virtute in uirtutem adhuc præclaris gradibus ambulandum est ad bene beateque uiuendum, non diuitiæ præstant, non uulgi plausus, non potentia & uoluptas, sed uirtus atque animi bene instituti tranquillitas. Habet insuper in se uirtus, hoc insitum ac præcipuum, ut bonos in sui admirationem trahat, malos uero in stuporem. in animo est, ut in proposito constantia, in cõsilio acumen, in præsentibus circũspecti o, in futuris prouidentia, in cõuersatione suauitas, in uerbis fides, in rebus industria, & cum omni hominũ genere denique iustitia. præcepta optima, mentem ad uirtutem instituunt & inflammant. Et regnũ quanquam ornatissimum sit, eo magis tamen ornatius est, si uirtute condecoretur. in quã fortuna nullum ius habet. Prodicus in fabulis. Herculem puberem iam, ac uirilẽ spiritum gerentem, ducit ad locum qui cum in duas scinderetur uias, alterius uirtutem haberet, uoluptatem alterius, harum altera uisa est grauis ac decentis aspectus, incessus placidi, sermonis concinnis, mansuetissimi vultus, simplicissimique amictus, Altera luxu superbiens, vnguentis delibuta, floridas induta clamydulas, impudantis aspectus, inordinati incessus, incompositæ uocis. hæc aspiciens Hercules (vt Iouis filium decuit suopte probum ingenio) voluptati salute multa dicta, virtuti se præbuit ducendum. Hypochrisis fucus nihil est, vbi uera uirtus affulsit. Et si statuæ uirorum illustrium ut olim illa, Alexandri Gadibus in templo Herculis, nobiles

les animos ad imitandum allicere possunt, ut illa Cæsarem, quanto magis poterit uirtus, quam etiam ambire oportet, non fautoribus, sat enim habet fautorum qui recte agit. Omnium rerum satietas est, præterquam virtutis, ipsius nanque semel perceptæ cupido, nunquam intermoritur, verum vti Phœnix semper rediuiua iuuenescit & pullulat. Et omnia ei adsunt bona, pœnes quem est virtus. Virtutis simbolum Ilex, quia nunquam folia amittit, materia spissa & robusta, radice alta & multiplici semper glandifera. Virtute prædictus Cœli filius appellatur. Et pulchrè Solō sic ad diuites dicebat. Nos nequaquā cum virtute diuitias cōmutabimus. Virtutis premium honor. nec olim poterat quis honoris templum ingredi, nisi prius illud virtutis ingressus fuisset. quæ Græce Alchistu dicitur, vnde Hercules ab Inferis Alcestam reuocauit, idest animi passiones, fortitudine, & virtute, ac prudentia cohercuit. Et quod (vt paulò ante dictum est) nunquam moriatur sed iuuenescat semper, nobis argumentum est, ex quo Poetæ Herculem coniugio iuuentutis Deam duxisse fingunt. pro absoluto habentes, quod virtute eminere & fama summum bonum est. Fortunati nanque sunt Heroes, attamen mortales, sola igitur virtutis memoria æterna est. Magni rursum excellentisque ingenij viri, res suas familiares abiecerunt, vt Crates ille Thebanus, voluptatibusque omnibus renuntiauit, vt solam nudamque virtutem, nudi expeditique sequerentur. Virtutis etiam via ardua & difficilis est, verum fructus vberes sunt atque iucundi. à viro dicta, quod in eo maior sit vis, quàm in fœmina. firmissima homini possessio. Non forma adhuc mulierum, sed virtutes delectant maritos. Nunquam reliquias bonorum virorum aufert tempus, virtus etiam mortuis lucet. bonum & semper candidum ingenium, & educatio cum disciplina, multum conferunt ad virtutem. Vnde virtutem colere optimum est, quicunq; enim hominum improbus est, illum Dij puniunt. Lacedæmone virtus omnium maxime honorabatur. Homeri *Ilias* quantum calamitatis afferat libido ostendit. *Odissea* virtutis exemplar exprimit. Spernenda igitur & rursum est, generis nobilitas, diuitiæ, forma, valetudo, & robur, sola virtus amplectēda est, quæ clara ęternaq; habetur. Interrogatus Socrates quę nam melior ac fructuosior possessio, posset filiis comparari, illa respondit, quæ non grandinem, non hominum vim, nec Iouem ipsum pertimescat, de virtute sentiens, quæ in honesto posita est. Mercatura in vilis. Horatius sororem interfecit in gaudio publico flentem, à duum viris condemnatus, prouocat ad populum, absoluitur magis admiratione virtutis, quam iure causæ. Dictusque est Hercules Alcides (& sic aliter quam supra) quippe quod rebus in vita præclarissime gestis, ob ipsiusque etiam tum animi tum corporis dotes atque virtutes (ἀλκι enim nil aliud quam virtus sonat) in cœlum relatus est. Nec aliud sibi vult ipsius historia, quod ex Hesperidum hortis mala tulerit aurea, superato Dracone custode, nisi adulescentem superatis voluptatum illecebris, ex optimarum artium disciplinis virtutem tulisse, quæ ipsum in amplissimum dignitatis gradum collocet. Quid sit virtus inquirimus, non vt sciamus, sed vt boni reddamur. Vnde dixit Moyses ad populum Israel præcepta. Doceo te vt faciens ea, viuas. Virtute non genere in castris certet miles inquit Hora. Aristo Chius Caluus cognomento Siren. nihil bonum esse censuit, nisi virtutem, sicuti nec malum, nisi quod virtuti esset contrarium. Virtus animos hominum allicit, vt pulchra spectacula oculos, suaues somni aures, cibiq; dulces palatum. Colenda iterato dixerim, tum propter vtilitatem, tum propter voluptatem. prudentia vt rebus tuis bene consulas. Temperantia vt rectè valeas. Fortitudo vt mala propulses. Iustitiaque vt legum pœnas deuites. Est verum quod inuidiam, inuidia uero exitium parat, ut Palamedi, & Socrati. Virtute in sui admirationē homines traxit Pythagoras usque adeo ut mortuus prò Deo coleretur. Cumq; de præmiis urbiū ageretur, omnium iudicio Atheniensiū uirtus cæteris prælata est. Virtutis gratia milites, ciuitate donabantur, Calphurnia lege. Eiusmodique ipsa est, ut è mendicis homines, qui ea prædití sunt, fiant diuites, ex obscuris clari. Vitæ custodia, & protectio, (ut dictum est) animique gloria immortalis. Et si uirtuti non respondere rerum euenta uiderint homines, moleste supra quam dici possit ferunt, & ita ut inquit Pausani. natura comparatum est. Lysimachus Macedo etiam Alexandri Satelles, quem Rex ira accensus in eandem cum Leena caueam conici iussit, & cum ab eo bestiam exanimatam intellexisset, eodem loco esse uoluit, quo optimum ex Macedonibus quemq; perpetua viri admiratione uirtutem prosequutus.

VERITAS

Iouis filia fingitur, nec ab re, quia a Deo uenit. Imò Deus ipse est ueritas. Temporis gnata, quod tempore etiam in lucem prodeat. quæ etiam nuda, quàm sæpissime phaleratam eloquentiam uincit. Læditurque ab eo qui male uiuit. amittitur, si altercatio nimia fuerit, nec mentiri potest, sicuti nec experientia solet. Et quanquam uiri magni sint, maior est tamen ueritas. duos habens comites, Sapientiam, & Constantiam. Illa illuminat oculos, ut quid rectum sit quid utile reip. agat, uel contra. Ista ut animum à cupiditatibus

tatibus dimoueat non à recto. Vlcerosis odiosa. Imò factum est iam trito sermone prouerbium, ut Comic. ait. veritas odium parit obsequium amicos. Immortalis est, mendacium moritur, nec durat. nec detractor efficit quo minus veritas defendatur, ex quo apud Platonem Glauco, uituperata Iustitia Socratem ad defensionem prouocauit. Boni quidem viri existimo nō esse temere, ac præter dignitatem rei ad effundendam veritatem prolilire, idcirco medicus ægrotum fallit, Imperator exercitum, Gubernator nautas, in quo quæ absurditas? quādo homines sæpissime ex intellecta veritate, detrimentum, ex mendacio utilitatem retulerunt. Veritas in obscuro latet errore uel imperitia uulgi, aut prauitate ingeniorum, eam turbantium, potius quā illustrantium. Verborum lenociniū nō quęrit, & melius est, rustice loqui, uera, quā falsa, diserte proferre, tantaque est ipsius uis & potentia, vt se ipsam in quibuscunque casibus sua claritate defendat. Et ipsius ignoratio, maximam mentis cęcitatem, maximosque parit errores. Nec angulos amat, nec susurrones querit. Et potest laborare, sed non vinci. Amara est rugosę frontis ac tristis, offenditque correptos. vnde Apostol. Inimicus uobis factus sum, veritatem dicens vobis. Veritas plerunque demonstrationibus, nonnunquàm, auctoritatibus, sæpissime fabulis ostenditur. Cœlum regit, illuminat terram, iustitiam sustinet, regit Remp. manifesta confirmat, & dubia declarat. uincit, ualet, & inualescit. uiuit in æternum & obtinet in sæcula sæculorum inquit Hesdra & nostri in c. consuetudo. viij. dist. Fides publica est rursum, quæ ruit nunquam. Clypeus qui transfodi non pôt, tempus quod non turbatur, acies, quæ non perit, flos qui non marcescit, mare non alteratum, & portus fidissimus in quo nemo periclitatur. Est & salus, quæ nunquam ægrotat, nec moritur, medela sanans omnes, Sol qui nunquam occidit, Luna quæ nec patitur Ecclypsim, porta quæ nunquam clauditur, & iter in quo nemo fessus languet. Saturno utpote ueritatis domino aperto capite, non uelato, sacrificabant, quia ueritas occultari non potest. Veritas ceu virgo proba, fuco minime indiget. Virtutis mater appellari consueuit. Doctrinæ, Iustitiæ, & uitæ. Non Socrati cedendum est, sed ueritati. cui irasci etiā nefas est. nec ei uir præponendus. aiunt etiā nostri, quod in emancipationibus nō tam scriptura quam veritas requiritur, idque etiam in donationibus. l. in emācipationibus. C. de eman. lib. & quod veritas non quęrit adminicula. l. j. C. si vt se absti. ab hære. Cræsus Solonem expulit, & Dionysius Philoxeno mortem minabatur, quia veritatem dicentes, adulari & blandiri illis nolebant. Qui mendacium ueritati præfert is affectu prauo non impellente natura facit. Iuxta illud Nebulonis. *Si fecisti nega.* Et qui à ueritate semel recessit, in infinitos propemodum erro-res incidit. Veritas prudentiæ materia, ut societas seu æqualitas iustitię, Imperium & labor fortitudinis, ordo & modus temperantię. Et ubicunque inuenta est, coli debet, & prę ea omnes mortales contemni, sed nunc aures sunt adeo delicatę, ut nec in iudicijs nec in historijs tutum sit uera loqui. Interrogatus Socrates, quare idem quod dicebat vna uice dicebat semper, quia vna est ueritas respōdit. probatio apud nos nihil aliud est, dicunt nostri, nisi quędam demonstratio ueritatis. Subijciētes occultari duobus modis tacendo & mendacium dicendo, aliàs oratori magnum præsidium dicebat Isocrates. Quam ita amabant Indi ut falsum, mendacium ue dicentes pœna perpetui silentij mulctarentur. obiectum intellectus, & nil aliud nisi res uisu percepta, & memoria retenta. disputando etiam inuenitur, & contentione amittitur, ut dicebam etiā supra. & elicitur ex rationibus vtrinque collatis non secus ac ex lapidum conflictu ignis, dicebat P. Manutius alias, uir alioquin de literis, optime meritus, & bene. l. munerum. §. mixta. ff. de mu. & hono. seque habet tripliciter, Aquano teste non ignobili dialectico, dum hic publice profiteretur, summa cum sua laude & gloria, in re, per modum causæ, in opinione per modum cōceptionis, & in oratione per modum enunciationis, non omittentes tandē, quod ad hanc ueritatem homo omnino nascatur. Imò quod à quocunque dicatur à Spiritu sancto est, etiam quando asina Balaam locuta est, Sibillæ, et prophetæ omnes, quorū pleni sunt libri, hocq; de ueritate dicta uere sufficiant, et satis sint superque satis.

VVLGVS.

A uolo dicitur, quia quisque facit quod uult, et vulgariter. i. sicut uulgus & non litteraliter, et nostri not. in Clem. pastoralis de re iudi. et uix ipsius fama ac opinio mutari potest, estque multitudinis testimonium quoddam. nec potest dici quis beatus, si uiuat arbitrio uulgi. Bellua enim est (ut ille dicebat) multorum capitum. Et ad dementiam suapte natura procliuis Vulgi totidem sunt mendacia quot uerba. Et nihil fragilius quàm multitudinis argumentum et totidem eiusdem errores, quot cogitationes. Nihilque à ueritate remotius, quàm uulgaris opinio. Ea de re noluit ille sapiens, cum de arduis et arcanis loqueretur, à profanis intelligi. In vulgo et populo promiscuo, magna pars studio potius quàm iudicio ducitur. Vulgus est in rebus secundis insolens, ei aures claudendę, nec usus loquendi uulgi, sequendus est, sed peritorum dicūt nostri in l. Labeo. ff. de sup. lega. quāquam tamen aliter fecerit. I. Con. in l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tut. et in l. si dictū. ff. de euictio. et male. et quāquā opiniones populares sequendæ non sint, nec quæ vulgus, sed quæ nos

ipsi optima putamus, vera historiæ lex, est tamen, vulgi opinio. Et opus suum, quisque vult à vulgo iudicari, vt Apellis picturam (historia nota est) in pergula. Sed (vt diximus) quia veritatem ignorat, opinionem potius spectat. idcirco Socrates (iterato dixerim) vulgi aures & oculos, malos testes esse dicebat. Turba insana, plebs imperita, in erroribus & tenebris vagans, quo nihil stolidius inueniri potest, iudicium eius corruptum, ventis ac mari comparanda. Vulgus mẽte non vtitur sed abutitur. Vnde Maro.

procul ò procul este profani
Conclamat vates totoq; absistite Luco.

Et Hora.

Odi profanum vulgus & arceo.

Et P. lyricus lingua Italica.

Seguite i pochi & non la vulgar gente.

vbi & nos multa, quæ, si ad propositum videbis, forte tibi non displicebunt, nec erunt ingrata. sed qui paucorum similis fieri studet, multis fiat inuisus necesse est. Vnde alibi melius.

Ne di vulgo mi cal ne di fortuna,
Ne di me molto.

Sæpeque dicere cum amicis solebat.

Mihi parua rura & spiritum graiæ,
Tenuem Camenæ,
Parca non mendax dedit,
Et malignum spernere vulgus.

VACVA,

Mens dicitur, insani, insaniamque mentem vacuam, appellauit Cicero. & sanitate vacantem illum qui furore agitur. Nostri vacuam mulierem, viduam sine viro. l. qui cœtu. §. j. ff. ad legem Iul. de vi pub. Et bona vacantia, sine hærede. l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. Et possessionem quæ à nullo detinetur. l. fistulas. §. j. ff. de cont. emp. & pecuniam denique sine vsuris. l. Quintus. ff. depo.

VNDAE MARIS

pro multitudine ponuntur sic Virgil.

Mane salutantum totis vomit ædibus vndam.

& ad idem Iuuenal sic.

Ante tamen veniet, nobis properãtibus obstat
Vnda prior.

Imò dicimus etiam hinc, vndis studiorum obrui adulescentes, vndis negotiorum mercatores. & simile quiddam.

VESPASIANVS,

huic Vitellio succedenti, bos Imperium prædixit, & canis, cuius nummisma habeo ego, argenteum, auersa parte bonis signo, hac de re (vt arbitror) excussum. Cætera Dion & Tranquil.

VITIS

huic se comparat Christus, quia palmites multos habet, quia arbor optima. & quia lignum tãetsi despiciat, vtile est nihilominus valde. fertq; tres vuas, vnã voluptatis, alterũ ebrietatis, tertiã mœroris, dicebat Anacharsis Scita. est ẽt vitis insana, quæ trifera est, idest quæ quotannis ter fructum fert. Et iugata, seu canteriata & compluuiata canterialis fulcita, in latitudinem & longitudinem. Et nouelletum, locus nuiter (nouellare enim est nouas vites pangere) vitibus consitus. l. veluti. ff. de impen. in reb. dot. fac. quod tamen facere prohibuit Domitianus. Cui hac de re debuisset imolari caper vt Baccho, quippe qđ ipse quoque vitibus infensus est. Et ingannaoentum, quod præcocitate sua vindemiam præstans tempestiuiorem videtur ventum decipere, in Abellania montibus inserta, sic ab accolis eiusdem loci appellata. Et Sorech, quæ bonauitis sonat. & Centurialis, Traianus nanque Iouem consuluit, an Romam perpetrato bello esset rediturus qui respondit Vitem Centurialem ex muneribus in æde deferri, diuisamque in partes, sudario condi ac perinde ferri, eiusque rei apparuit obitu Traiani, ossibus Romam relatis. Vitem manu gestabat Centurio ad milites coercendos, quem designabant his verbis. *Vitis Latia.* Vel signo Græco xi. quod sic scribitur. ξ, quandoquidem sinuosa sit vitis ut anguis & ita in marmoribus antiquis reperitur, seruitque ad l. milites. §. si uitem. ff. de re mili. sicque intellexit Iuuenal. quando dicit.

Qui tegitur Parma & Galea metuẽsq; flagelli
Discit ab hirsuta iaculum torquere capella.

Et alibi melius sic.

Nodosam posthac frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Item alibi.

Maiorum leges, aut vitem posce libello.

Et si quis restitisset Centurioni, castigare volenti, infamia notabatur, si uitem tenuisset, militiam mutabat. Sique fregisset de industria, uel manum Centurioni intulisset puniebatur capite. l. milites agrum. §. irreuerens. ff. de re militia. Vitibus ciues cedi solebant, etiam olim, alij fustibus. Verum nec omittendum est, uitem quoque Apologeticam fuisse & esse ex libro Iudicum, quæ per legationem arborum uocata, ad bellum gerendum, respondit se non posse deserere naturæ suauitatem, seque bellicis inuolui turbis. quodque è uitibus uetustioribus uinum nascitur melius è recentioribus copiosius.

VARIATIO SEV VARIETAS,

Vt rerum & vultus, sic intellectuum & voluptatum

tatum varietas est infinita. quę tamē aliàs in omni scripsi genere, primam gratiam habet, imò qđ omnium rerū dulcissima est, qua satietas & stomachum deuitamus facile, eaq; humani animi gaudent. Stromata varietates sunt. Et ποικίλα gens varia & promiscua Graece. Cęterũ; Rex Aegypti, quem adhuc Græci Proteum vocant, quique se in varias vertere formas solitus erat, ingenij varietatem significabat. Et quanquam variationē nostri non admittant, verum prohibeant potius & detestentur. l. iiij. §. j. l. pe. ff. de lege cōmi. quādoque tamen permissa est, sapientisq; est mutare propositum in melius. l. nonnunquā. ff. de col. ls. bo. Imò plus quod in nullo animalium genere tanta est ingeniorum & morum varietas, vt in homine, ex quo fit vt neq; mirum sit, si nulla alia animalia inter se dissideant, vt homines, nāque cicada cicadam, et formica formicam amat.

VICISSITVDO RERVM.

Nanque pluuiæ serenitas, Bello pax, sterilitati fęcūditas, et tempestati tranquillitas vicissim succedere solet, quod et ipsa magistra rerum experientia, videmus et experimur quotidie. Fatū rursus alium agitat, modo reddit exiguum detractum ab alto, modo erronem facit beatum. Cessat tandem hominum casus, et flatus ventorum, non eandem semper vim habent, et qui fœlices sunt, non sunt perpetuo fœlices, varianturq; omnia inter se dupliciter inquit Euripid. Et breuiter vicissitudo hæc non potest non esse hominibus grata. Lęta tristibus, et tristia lętis, permutantur. Duoq; in Iouis limine dolia sunt, quorum alterum bona malorum, alterum bonorum, continet.

VITIVM,

Vt enim solum fœcundum noxiis herbis, sic præclara ingenia quibusdam vitiis carere non solent. Et idem dicit Cice. quod in magnis ingeniis magna quoque vitia existunt. Et sic in Hannibale, quod ingentes virtutes, ingentia vitia æquabant. Et Hora. aliàs quod nemo sine vitiis nascitur. Imò vulgatum est illud. nemo sine crimine viuit. Nemoq; non in vitia pronus est. Vitiorum simbolū Infernus est. Hinc fingunt Poetę Aeneā Sybilla comite ad Inferos descendisse, quādoquidem homo virtute præditus, nec vitiorū expers sit, aliàs animi fortitudine quàm facillime felicitatem consequi poterit. Haud omittentes quoq; sceleratius esse ingenium exponere vitiis, quàm corpus certis casibus. quodq; natura tulit sic semper, vt vel vitiis nostris indulgeamus, vel inuitis nobis se proferant. Et quod vitia immaniaq; mōstra sunt personata, formosisq; sub pellibus delitescentia, secumque transeuntium rerum, delectabilium tamen famulitium habentia. Ecce ambitio honores, luxuria voluptates, auaritia opes, & id genus plura nobis promittit vsque adeo vt non hamus sit absque esca, non ramus sine visco, nec sine spe denique laqueus. Dicunt nostri etiam, quod interdum vitium est in materia, & propter materiam, quandoque in persona & propter resle scilicet, & quando persona deliquit, & not. in l. cum mulier. ff. solu. mat. Nec dolus ascribitur vulpi, quia sibi id est naturale, suoque loco dictum fuit satis. Similisque vitia, hamis piscatoriis, vel vncis, si multi sint esse videntur, quoniam si ex his vnus dimoueatur, secum multi alij vinciuntur.

VERRES

Siciliæ Quæstor triennio, temporibus Cn. Pompeij & M. Crassi Consulum, cui successit Metellus, repetundarum postulatus, causam egit Cice. & de quo sic alibi Iuuenal.

Qui cœlum terris non misceat, & mare cœlo,
Si fur displiceat Verri?

Et alibi.

Carus erit verri. qui verrem tēpore quo vult.
Accusare potest.

alibiq; illum sacrilegum appellat sic.

Inde Dolobella est atque hinc Antonius, inde
Sacrilegus Verres.

Cætera idem Cice. in Verrinis.

VATES

Valentinus Alexandri Sexti, In expeditionibus, inque ore verbum hoc, frequenter habebat, (Emistichion enim est) Aut Cæsar aut nihil. ex quo inde à nescio quodam Poeta, additum fuit,

Iactabas Gorgia Borges.
Verus eras Vates, factus es ipse nihil.

Pherecides Samiis motum terræ prædixit. Hypocrates Thessalis pestem. Timasius, Clazomeniis defectum Solis. Et Vates denique, quasi fates, quia fata prædicant, appellati fuerunt.

VIA.

Gemina est, vna qua itur ad Insulas fortunatas, alia quæ ducit ad Tartarum. Via sacra quæ ducit ad Capitolium dicta etiam est, quod in ea fędus inter Romulum & Tatium ictum sit. de quo Horat. sic. Ibam via sacta sicut mens est mos. Erat & Appia omniū celeberrima in Italiæ luce. Et Flaminia, quam C. Flaminius Lepidi Collega, deuictis Liguribus à Roma Atiminum vsque strauit, cuius meminit quoque Iuuenal. sic.

dum peruolat axe citato
Flaminiam puer Autumedon.

Et Appia prædicta ab Appio Claudio cæco in censura munita, (is enim est, qui seuerissimam dixit sententiam, in consiliis publicis de Pyrrhi captiuis non redimendis. l. prima. §. quanuis. ff. de postu.) vbi Clodius propè

tabat in horas, olim irato Vertumno natus dicebatur. vnde Hora.

Iam mechus Romæ, iam mallet doctus Athenis
Viuere, Vertũnus quotquot sunt natus iniquis.

fabulantur poetæ, non ab re hunc, hominum mẽtes, inmutare, ac uarie afficere.

V M B R A.

Quanquam vmbra senis plus ualeat, quàm iuuenis gladius, totusque mundus, vmbra quadam regatur. inquit Bal. noster in rub. de renun. ea tamen aliàs, canis ille Aesopicus, & Narcissus, (utriusque fabula nota est) decepti delusique mãserunt ualde. & vnus carnem amisit, alter uero in florem sui nominis, mutatus est. Vmbræ uocantur quoque ad conuiuium non inuitati, qui conuiuas, comitantur. vnde Hora.

Quos Mecænas adduxerat umbras.

V A L E T V D O.

Valetudine alioquin erat imbecilli M. T. Cicero. Demosthenes uero uoce perquàm exili. & & partim ætate, partim aduersa ualetudine, e re mobili (ut dicere solemus nos) factus sum res soli, scripsit ad me aliquando Socinus iunior, egregius I. Con. dum Bononiæ publice profiteretur. posſidere diuitias hinc, nulla fraude partas, formosum esse, & bene ualere optimum est.

V M B R I A,

Italiæ regio sexta, gens antiquisſima Vmbri, ab imbre, dicti, quod inundatione terrarum imbribus, superfuissent. ἀπὸ τοῦ ὄμβρου. Propertio poeta, ex Meuaniẹ oppido. Bernardino Borgaruccio I. Con. Borgarutio, Iulio, Prospero seniore, ac iuniore Medicis prẹstantisſimis, Candiani natis, sed à Pisis oriundis, clara. vnde aprũ, & glãde iligna nutritum quoq; laudat Hora. sic.

Languidus in cubitum iam se conuiua reponet
Vmber, & iligna nutritus glande, rotundas
Curuat aper lances, carnem uitantis inertem.

VAGARI, VAGATOR.

Qui vagatur, erro appellatur. Et hinc illi, quos uocamus nos Cinganos, quia cum liberis & vxoribus nullam domum habentes totum terrarum orbem peragrant. hoc nomine pariter, erronum scilicet, dici debẽt & uocari. qua ratione Nigid. etiam solem, lunam, & alios planetas, sic appellauit. sic Apsines Sophista appellatus est, & nõ ab re dixit Tibul. Atque iterum erronem sub tua nota. nostri in l. quis sit fugitiuus. in §. erronem. ff. de ædil. edic. Dicebat etiam ad propositum, Villicus nescio quis, qui sæpe rotatur, non ditatur. nec facit muscum sæpe uolutus lapis. imo ꝙ nec sanus est, qui thoro sæpe circumuoluitur.

quodque Democritus semel domo egressus, nõ est amplius domum reuersus. Plato tamẽ relictis Athenis, primo Aegyptum, Italiam deinde; quæ quondam magna uocabatur Græcia, circuiuit. Pythagoras Aegyptũ lustrauit, Magos adiit, Barbarorum regiones obiuit pedibus, & Maria denique transiuit. sicque Vlisses, & Philoctectes. & ad Troianum Neoptolemus iuit. et si dixero tandem, quod etiã Scipio quatuor & uiginti annos natus, exercitus in Hispaniam transmiserit, sat erit.

V E N A.

Triplex est vena (ut dicunt Medici) ab ẹtate, Basilica, Cephalica, & Media, hẹcq; nigra, & cõmunis, qua ultima in delirio, quis feriri solet, iuxta illud vulgare Iuuenal. dictum.

O Medici Medici mediam pertundite uenam.

venisque prẹcisis aliàs uoluntaria morte periit, Quintilius Impe. & Florianus, Seneca, & alij quàmplures. quo genere mortis (aiunt) nullum fore dulcius.

VENI, VIDI, VICI.

Dixit Cẹsar iactabundus, cum Pharnacem Mithridatis Regis, filium interemisset, post bellum Aegyptiacum, quod in Cleopatrẹ gratiam confecerat.

V E H I C V L V M

Gallicum, essedum est, & petorritum, & pilentum quoque, quo Matronẹ uehi solebant. vnde Hora.

Esseda festinant, pilenta, petorrita, naues
Captiuum portatur ebur, captiua Corinthus.

V I T R V V I V S,

Architectus ille tam egregius, & excellens tẽporibus Alexãdri Seueri Christiana Mammea geniti, prẹstantisſimi Principis floruit.

V E S T A.

Quanta esset vestẹ seu vestalium auctoritas, ex eo maxime declaratur, quod si fontem obuium habuissent, ductum ad mortem necari eum non licebat. si iurasset tamen fortuito nõ de industria id sibi accidisse. Vestales mitti solebant olim deprecatrices, ut à Messalina ad Claudium maritum, & à Sylla Iulio Cẹsari. Maxima reliquarũ Prẹfecta appellabatur, ut à nobis Abbatissa. ignemque perpetuum custodiebant, institutum sanè à Troianis ortum cum in Italiam Aeneas, penates uexisset. vnde Iuuenal.

Ignem Troianũ, & vestẽ colit Alba minorem.

Annos x. sacra discebant. x. faciebant, & x. docebant.

bant.postea nubere poterant. Capique dicebantur ad sacrificium lectæ,pontificis. n. manu præhendebantur,ab eo parente, in cuius potestate erant,& ueluti bello captæ abducebātur. Hęcq; uerba dicebat Pontifex, *Amata te capio.* prima enim capta fuit,hoc nomine. Sicque etiam flamines,capi dicebantur.Et si ad ignis propositū extinctus fuisset uerberibus affici solebant. Et ipsę incestuosę,uiuę,sub terra defodi, stupratores uero uirgis cedi.easque damnabant Pontifices. Nanque Domitianus Corneliam Maximillam ,conuocatis pontificibus in uilla Albana, perinde ac si pontifex ipse fuisset absentem & in auditam damnauit. Ideo summum pontificem eum appellat Iuuenal. cum tamen non esset, sic alibi.

Destinat hoc monstrum cymba, limique magister.

Pontifici summo.

V V A.

Ad edendum & bibendum accommoda. passa,lingua Italica passum dicitur.sic Iuuenal.

Qui gaudes pingue antiquæ de littore Cretæ.

Passum,et municipes Iouis aduexisse lagenas?

sunt etiam uuæ ollares & pensiles,quæ toto anno seruabantur in ollis. Vnde idem poeta.

& seruata

Parte anni,quales fuerant in uitibus uuæ.

V I T T A.

Capitis erat sacerdotale instrumentum. Vnde Iuuenal.

cum quo nuper uittata iacebat.

Item alibi.

Et frontibus ancillarum imponet uittas.

& nostri etiam maxime Vlpian. l.Con.in l. argumento in §.mundus ibi uittæ, mitræ & semimitrę.ff.de au.& ar.lega.

V E N E T I AE.

Veneti in terris suis funguntur suo iure neminem in superiorem cognoscunt, nisi solum Deum,prout etiam in eorum monetis scribitur, ibi soli Deo,uel tibi soli. Ex quo miraculosissima eorum ciuitas fundata est in mari,& iure gentium ac ciuili,omnique alio sua in l. intantum. ff.de re di.Bal.pulchre in rub.eo.titu.col.iiij.& quia rursum non est fundata in solo iurisdictionali alicuius, libera est, & libertatis domina ac Regina inquit Aluaro.in c.j.in princi.col. pen. quis di.dux co.uel mar.in usib. Et testatur Albe. in l.cunctos populos.C. de summa tri. & fi. catho. uidisse priuilegium Imperatoris Lotharij libertatis Venetorum,munitum,Bulla aurea,& ibi Ias.col.iij.& in l.ex hoc iure.iiij. ff. de iusti. & iu.& Barba.consi.lx.col.iiij.uolu.i.quod Ducale dominium eorum reputatur sanctissimum, iustitiæ,& æquitatis simulachrum.potestque de urbe ipsa dici,quod de Roma,aiunt,quod sit totius orbis,compendium. Augustissima,una hodie libertatis(uerato dixerim) pacis ac iustitię domus,bonorum refugium,portus bene uiuere cupientium, domicilium principum, sacrarium religionis,auri et argenti diues,ditior fama, potens opibus rursum, et uirtute potentior. solidis fundata marmoribus, eo tempore quo Valentinianus.iij. in occidente tenebat Imperium, à fugientibus Atilæ seuitiam extructa, qui cum multis gentibus,et regibus Barbaris,ex Pannonia ueniens Italiam crudeliter affligebat, Venetamque prouinciam et Lombardiam Aquileia primitus euersa. Solidiore tamen fundamento, ciuilis concordiæ et vnionis stabilita , salsis cincta fluctibus,uerum salsioribus tuta consilijs. In qua tot præclaros,eruditosque patricios ac doctrina pręcellentes, consenescere uidere, certe pulchrum est.Inque Theatro hoc, totius orbis, ne dicam Italię, splendidissimo, cernere quot sint morum innocentia commendati, quot grauitate uenerandi,quot eloqnentia admirandi,et quot denique prudentia et consilio suspiciendi. Venetiarum ciuitas anno.ccccxx.cœpit. Opeq; Venetorum Narsetes Eunuchus Iustiniani Imperatoris, Gothos ex Italia decedere coegit. Quibus duas primum ecclesias extrui uoluit, quarum vna S.Theodori,altera. S. Menę et Geminiani fuit. Et Hexarcus Rauennę pręfectus, qui à Luitprando Longobardorum rege fuerat pulsus,restitutus est, hortatu quoque, Gregorij Pontificis.qui Veneti primum Galli togati dicti fuerunt,teste Pompo.Mela,et consules habuerunt,postea Tribunos, deinde Duces quanquam aliquo tempore Ducum loco Magistrum militum habuisse dicantur. Venetorum Remp. nouam Romam appellat Fulgosius noster,consi.lxii.col.ii.olim Enetia ciuitas dicebatur,et inde Eneti,et non Veneti,& nunc Venetię,& Veneti,homines, in uniuersum consilio graues, in iudiciis seueri, & in ardua rerum fortuna, constantes,ut supra dictum quoque est, et alibi fusius, adiicientes,nouissime,aliquando, Constantinopolis, Pisarum, Laudis, et Placentię fuisse dominos.

V I C I N V S.

Verissimum illud uerbum esse experior. aliquid mali esse propter uicinum malum. Et ideo dicebat Plato. Vicinus uicino ne noceat, caueatque cum in aliis tum uel maxime in agris colendis.pręceptumque est, uicinis bonus esto. Et Hęsiodus,noxa malus uicinus est alias. Et nostri,quod nostra interest,non habere malum uicinum.l.quod sæpe.§.fi.ff.de con.emp.l. fin.C. de pac.int.emp.et uendi.imo quod nec bos perit,nisi uicinus malus adsit. Nec pactum cum uicino

cino factum ualebit, si bonis repugnabat moribus. l. pen. ff. de pact. diximus nos in l. de his. ff. do transact. Nec vulgatum dictum omittentes Hora.

Nam tua res agit, paries cũ proximus ardet. quodque in vicina meretrix expelli potest. Maximéque vicinus deuitandus, ut multi fecerunt, carentes pęnatibus potius, quàm iniurias vicinorũ sufferre, ut Achei, Hiberi, Albani & Siculi, ac Pelasgi, & aborigenes Arcades. et ut pestis censuit M. Portius Cato.

VERECVNDIA

Veneranda est, formosa præ reliquis fœmina inquit Eurip. pudicitiæ comes, quæ ornamento est minori ætati, inq; adulescentibus uelut quadam naturę dote commendatur. Tanta Ioseph vt à muliere comprehensis, maluerit uestem relinquere quàm uerecundiam deponere. Et uere ingenia liberaliter educata facilius verecundia q̃ metu superatur, quanquam egeno, minimè conferat, & oporteat potius, quod inuerecundus sit, ut aliqui etiam sint, qui nihilomagis rubore suffunduntur quàm asinus si quando onus excussit tergo.

VITELLIVS.

Ottoni hic in Imperio successit. Cui grata nõ erat domus aurea Neronis. vxor eius Galeria fuit. Cætera Tranquil. & Dion.

VIRGO

In Hispania est Alba, quæ virgo appellatur, inde virginitas gladium pudicitiæ habens, quo truncat opera carnis, & uoluptates superat, ob idq; gentilis error, deas virgines armatas finxit. & qua ingenue & modeste carere confitetur Hiero.

VOLVPTAS,

Corpus, honestas vero animum respicit, & inter hominem uoluptatibus deditum aliàs, crapulæ & libidinibus, ac porcum glandibus & ordeo abundantem, seque in luto uolutantem præter corporis formam nihil interest. Dolorem nobis affert uoluptas, paritque hebetudinem animi, obliuionem, insipientiam, & petulantiam denique. hominis mali malę sunt uoluptates. Sybaritæ molles & uoluptatibus dediti, vnde Sybaritica mensa dicta est. et Milesij pariter. dicẽtes, nemo nostrum frugi esto, alioqui cum aliis eiiciatur, & Ephesij simul. voluptas enim mellitum venenum est. ad quam prona est iuuẽtus. inscitiaq; extrema, ab ea superari. maxime, quia insano seruit Tyranno, qui corporis obsequitur libidini, & voluptati. imo quod tãquam furiosus agrestisq; dominus fugienda est. luxuria campana, inuictũ Hanibalem illecebris suis complexa, uincendũ militi Ro. tribuit. lycurgus pueros non in forum atque delitiis affluentia loca, sed in agrum duci iussit, ut primos annos, non in uoluptatibus, more cicadarum, sed in omni opere, & labore agerẽt formicam potius imitati. Elphenor rursum in pecudem trãsformatus, bonarum literarum atq; artium studiosos monet, pocula circes, hoc est uoluptatis illecebras, tanquam nocentissimam bestiam fugiant atque deuitent. voluptas turpis est admota temperantiæ, tenacissimo illicita uisco, blandis ac dulcibus plena laqueis. vitia uoluptatibus sunt condita, virtutibus amaritudo mista. Mortis est instrutrix, fabricatrixq; uoluptas. quæ tanquam lasciua meretricula amatorem appetit, quęrens conciliatores stupri, quibus illum ceu hamo capiat. Serpens quo Adam ille parens noster deceptus est, nil aliud quã uoluptas, quia reptat, terra alitur, & uenenum in dẽtibus gestat. Nec secus homo, qui caput non attollit, uescitur cibis terrestribus, non cœlestibus & insatiabilis uenenum in ore siue in dentibus circumfert pariter. voluptas lerna malorum. Cicero eam dominam blandissimam uocat. furiosam Sophocles. Belluam inexpugnabilem Diogenes, capitalem hominum pestem Architas corporis & animæ perniciem Hieronymus. Malorum omnium escã Plato, Summum malum Antisthenes. Critolaus uero malorum multorum, causam & originem, veteres etiam Hetruscorum disciplina moniti, Venerem, Vulcanum, & Martem intra Męnium septa collocari nullo modo uoluerunt, quippe q̃ libidini, uoluptatibus, incendiis, & iurgiis ac litibus præerant, eos uero in vrbe tantum esse colendos qui frugi forent hominibus, quibusq; adulescentes ad bonas artes atque disciplinas capescendas allicerentur, nihilq; deuium, seu mauis, quod virtutibus obuium esset illis obesse posset. voluptarij gulæ & inguinis, mancipia. & quanq̃ bonum sit, ut hij aiunt, qui Epicurei sunt, virtutemq; voluptatis ancillam & ministram. Supernæque formosa, in piscem tamen desinit turpem habentem caudam & nigram, quod genus Pythagoras gustare vetuit, nec bonum firmum est. nãq; Assyrios omnes vniuerso cum auro pellicibusq; ipsis ignia absumpsit. Polycratis delitias nex indecora destruxit. neq; Sybaritis interitus, pepercit. Syracusani calamitatibus admoniti redierunt ad frugem. Et breuiter liquet ex his, uoluptatem, quæ Gallicę Plaisir uocatur, nullum habere cum uirtute commercium. falliq; homines ac decipi, qui pro virtute sequuntur uoluptatem carnis, ut canis ille Aesopicus, qui carnem liquit, dum umbram captat. usque adeo ut ei imperandum sit, non seruiendum.

VNGVIS.

Demorsum non sapit vnguem dicitur, cum poema, uel oratio aliter, in se nihil eruditionis habet

habet. et ad unguem hominem factum, qui moribus compositis sit. Hinc Hora.

Capitoq; simul fonteius ad vnguem,
Factus homo.

VRSVS

tam graui somno premitur, ut ne vulneribus quidem excitari queat. vnde Iuuenal.

Inde caput morbi rhedarum transitus arcto
Vicorum inflexu, & stantis conuitia mandræ,
Eripiunt somnos Vrso.

Et dictu mirum est, quod vrsa aliquando Sindrigalis Regis Lituaniæ, delitium fuerit, vt Draco Tiberij Imperatoris, à formicis consumptus postea, & D. Hieronimi Leo.

VICTVS,

Victori est in expensis condemnandus, dicũt nostri. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. verbaq; uicti erãt *Do manus harena cedo*. & galli gallinacei, solent uicti demissis alis è certamine fugere.

VIS.

Odit Deus uiolentiam, legitime parta, possidere vult omnes, nõ rapinam exercere, usq; adeo ut diuitiæ iniustæ omnino sint omittendæ. ecce quod uires queque & robur, Miloni Crotoniati exitium pepererunt. vnde Iuuenal.

uiribus ille
Confisus perijt, admirandisq; lacertis.

et ad idem sciendum est, expulsiuam aliàs (dicũt nostri) compulsiuam, inquietatiuam & ablatiuã reperiri. l. extat. & ibi not. Bar. ff. quod me. cau.

VENTER,

Partumeius, fęcundus, qui partum facile edere solet, quiq; à nomine conflato, & uerbo meio prouenit & deriuatur. vnde Hora. hinc.

Tibi hospitale pectus, & puræ manus,
Tuusq; uenter partumeius, et tuo
Cruore rubros obstetrix pannos lauit.

VNCIA,

Quid sit latet neminem, duodecima enim pars est assis, & Dragmæ octo, vnciam faciunt, quia Talentum postea æstimatione nostra, est coronatorũ sexcentorum, verum adde quod non solum ad pondus & ad numerum vncia refertur, uerum etiam ad mensuram. vnde hinc D. Hieroni. Habeant qui uolunt ueteres libros uel in membranis purpureis, auro argentoq; descriptos, vel vncialibus (ut uulgo aiunt) literis, onera magis exarata quàm codices, dummodo mihi meisq, permittant, pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices quàm emendatos.

VOLVNTAS.

Quanquam sic dicat Naso. Velle parum est, cupias ut re potiaris oportet. Iuris prudentia nostra tamen, & aliàs, in hisce tribus potissimum consistit. in diffinitione, in uerborum interpretatione, & cõiectura uoluntatis. Et dicimus hinc etiam quod sufficit quandoque pro ratione uoluntas. hĩc, (quod Iuuenal ait)

Sic placuit magno qui nos distinxit Otoni.

Et alibi.

Sed quo cecidit sub crimine, quis nam
Delator? quibus indicijs? quo teste probauit?
Nihil horũ, uerbosa, & grandis epistola uenit
A capreis. bene habet nil plus interrogo.

quasi dicat (de morte enim Seiani sub Tiberio loquitur Poeta) sic principi placuit.

VVLTVR

Naturæ uocabulũ est, inter ea animalia enim mares nulli inueniuntur, ipse uero innocentissimum est animal in arbore non nidificat, sed in rupibus, nihil interficit, ex cadaueribus escam quærit, uolucribus etiam mortuis abstinet propter affinitatem, vnde Iuuenal.

Vultur iumento, et canibus, crucibusq; relictis
Ad fœtus properat, partẽq; cadaueris affert,
Hinc est ergo cibus, magni quoq; uulturis, et se
Pascentis propria cum iam facit arbore nidos.

Hic vultur est etiam, qui Titij cor assidue depascitur, cum uim Latonę enim uellet inferre, ab Apolline, sagittis confossus, hac pœna afficitur, quam sic idem poeta describit alibi, inter alias.

Nec rota, nec furiæ, nec saxũ, aut uulturis atri
Pœna.

VINDICTA

generalius verbum est quàm ultio, namq; proprie sonat primum, vltionem, dicimusq; hinc, q̃ omnes uindictam moliuntur, vitam emendatiorem nemo. Et quod mittit suo Deus uindictam tempore, quodque dixit, mihi uindictam, & ego retribuam. Et quod eam, bonum non esse dixit sapiens Chrisippus, Thales, & Socrates. insipiẽs contra. vnde Iuuenal.

At uindicta bonum uita iocundius ipsa,
Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis,
Interdum, aut leuibus uideas flagrantia causis
Quantulacunq; adeo est occasio sufficit iræ.
Chrisippus non dicet idem, nec mite Thaletis,
Ingenium.

Et quod fęminarum irę sunt acres, quodq; nemo magis gaudet uindicta quàm fœmina. Dixit etiã Nerua in adoptione Traiani.

Telis Nerua tuis lachrimas ulcíscere nostras.

Nec ab re generalius uerbum esse ultione, diximus

mus vindictam, quoniam etiam virga qua manu mittebantur serui sic appellata est, vnde nostri titulum habent, de ma. uindic. & Persi. etiam ait.

Vindicta postquam meus à Pretore recessi.

Et Hora.

quem ter uindicta, quaterq;.

fusius ego in l.ij. C. si aduer. lib. In Aequilib. A. Vindicio sic dicta, quia coniurationem Tarquiniorum et filiorum Bruti detexit. hac de re, manumissus, ex Val. Publicolæ sententia. & sic nomen vindictæ; manumissio desumpsit.

VVLNVS.

Vulgatum est illud.

Heu patior telis, uulnera facta meis.

Vulnus alit Venus, & caeco carpitur igne.

sed id vnum scitu dignius est, quod cruorem effluat si à vulnerante cadauer inspiciatur. quemadmodum Patrocli, Hector, imo quod hoc idem iuris est, ut nostri affirmant.

VERBVM

Est imago Dei, quo ille totum mundum condidit. Et in scriptura sacra quandoque pro mentali capitur, quandoque pro uocali, seu scripto, scriptura enim loquitur dicunt nostri, quandoq; pro re significata. Et ubi res ipsa loquitur uerbia non est opus. et etiam (dicunt nostri adhuc) uerba non sufficiunt, ubi facto opus est. l.j. §. fina. ff. quod quisque iur. Glos. in c.j. de eo qui mitti. in poss. cau. ler. rei. verba etiam non blanda esse debent, sed ueracia & non tam composita quàm fidelia. imo quod spiritus quærendus est non uerborum lenocinia, & insolens tanquam scopulum fugiendum. verbosa rusticitas etiam odiosa est, grata sancta simplicitas. et verba sine sensu opprobria. Nec uerbositas effugit peccatum. breuisque in sermonibus sapiens. et longa narratio; insipientiæ inditium maximum est. vsque adeo vt melius sit rursum, iactare lapidem frustra, quã verbum. non debemus quoque esse in uerba cõfidentes, neque in risum proclines, quoniam vnũ furentis est, stulti alterum. Et quia Deus, verbum est, ipsi sacrificare debemus. cuius uerba, ualde efficacia sunt. Miraculis confirmata. effectibus cõcomitata. ui ignea & potentia inflammata, auctoritate interpretatiua assumpta. & operibus adimpleta. Et cum iuris prudẽtia quoque in pluribus consistat (ut alibi diximus) potissimum consistit, in uerborum interpretatione. Verba desinentia in osus (ut alibi rursum diximus) uiciũ habent. verba Iudicum erant *Do dico addico.* diuortium facientium. *Res tuas tibi habeto.* Pont. maximi, cum vestalis ad sacrificium legeretur, *Amata te rapio.* & coniugum. *Vbi tu Caius ego Caia.* & manumissorum. *Salue mi patrone.* Et Domini manumittentis. *hunc hominem liberum esse uolo.* & Consulum in exordio relationum *Quod bonum felixq; sit*, & in sacris uoce præconia ut omnes religiosi essent intẽti *hoc age.* voxq; fuit quam protulit Chereas vnus ex coniuratoribus Caligulę ipsum interficiens, ut coniurati idẽ facerent. Et domini libertum in seruitutem reuocantis prætextu ingratitudinis. *abi et esto seruus postquam liber esse nesciuisti.* & præconis in sacris Eleusinis. *Procul o procul este profani.* bene precantium. *Dij bene uertant.* Male uero. *Dij male uertant.* Me moriẽte terra misceatur igni, imo me uiuente, dicebat Nero. *Inde mi iam*, dicebatur etiam, deriuabanturque induciæ ex his tribus uerbis. Erantq; rursum filiorum, dicentium ὑγίαινε. vale pater, uale mater. Et ad fœminas infames. *dum uixit.* Meretricia & blanda, quibus vtuntur in coitu mulieres anima mea, uita mea, pennata & alata, vnde vulgatum illud Hora.

Et semel emissum uolat irreuocabile uerbum.

Et in foribus Iurisconsultorum inscripta, *Licet consulere*, hæcq; e fastigio Capitolij post mortem Domitiani, cornix inauspicatæ garrulitatis protulit ἔσται πάντα καλῶς, idest erũt omnia bene. erat adhuc sermo prætextatus, obscænus. Verborumque suorum quisque interpres est. et qui uerborum arte mouet auditores Aretalogus appellatur. ἀρετὴ virtus, λόγος verbum est. quod etiam dicũt nostri factum significat, aduerbium uero qualitatem facti. Bart. in l. Pomponius. nu. 19. ff. de nego. gest. verbaque ad propositum appellauit Moyses, præcepta, quę scripsit in duabus tabulis. et Semiramis, Assyriorum Regina, literis Indorum Regis minitantis, sic ipsum cruci affixu rum, risit & respondit, non uerbis sed uirtute cõtendendũ esse. verbo exprimitur hominis uoluntas & patris uerbo, idest filio Dei, filiusque verbum est. vnde verbum caro factum est uerbum, idest filius. Et in principio erat verbum, idest Deus. verborum solemnitas ultimo in multis casibus, sublata est (dicunt nostri) in legatis & fideicommissis, in agnoscenda bo. po. in actionibus, in interdictis, & in stipulatione, iura sunt clara.

VERMIS.

Mydas rodit fabam: Raucę segetes. l. ex conducto. §. uis maior. ff. locat. & Cis frumenta. & Trips, ligna, et Sis vestes. et Ix vitra deniq;.

VTPVTA,

Communiter exemplificatiue ponitur. l. sunt personę. ff. de relig. et sumpt. fun. l. vt puta. ff. loca. l. uero procuratori, in prin. ff. de sol. l. quod si forte. §. j. ff. eo. l. i. in fi. ff. de noua. l. et per iusiurãdum. §. j. ff. de acceptila. l. Iulianus. §. fin. ff. de ac. emp. l. obligatione generali. ff. de pigno. ubi ego late. estq; aduerbium siue loco aduerbij positum in lege pro scilicet, et fusius ut ibi.

VNVS.

Non est numerus sed principium numeri, ut à simili pondus minimum principium ponderandi, & mensura minima principium mensurandi, & de quo alias in l. si quis ante. ff. de acquir. pos. & in l. non ideo minus. C. de hęre. insti. Ad ad vnus sonat. Et Assyriorum Deus erat, vnicum & solum Gręci μονον dicunt. Et pauci vnum possunt, vtrunque nemo. Vnumque tueri ut plures accusare uideamur indecens est. Vnus homo nemo. Non unus item qui omnia sciat natus est, alteri aliud adest munus. longe pulchrius est tamen uni Roscio placere, quam totius Theatri plausum ferre. Hebrei, unum dicũt quod est primum. iuxta illud. vna sabbatorum. & nos quod unus flos, uel una hirundo, non facit uer. non vnum duellum, Torquatos, aut Corvinos. non una oratio poetam, nec vnus actus habitum. nec vnus nummus diuitem. Et quod scintilla parua quandoque magnum suscitauit incendium, quodque unum uerbum sæpe fuit principium multorum magnorumque malorum. Adam etiam quam diu fuit solus nemo felicior, comitatus vero, nemo miserior. videmus hinc quoque, quod ex vna re uarij surgunt effectus, atq; oriuntur, nãque eodem in prato, Bos quærit herbam. Canis leporem uenatur. & Ciconia lacertum.

VNIO.

Nihil melius ciuitati quam vnio, nihil diuisione perniciosius, dicebat Plato. & uerum est, cum in unitate, sit perfectio, imperfectio uero in pluralitate, dissensionibusque ciuilibus resp. legatur quam maxime. l. si quis ingenuam. §. j. ff. de capti. & postli. re. Tritaque etiam sententia sit, quod uirtus unita est fortior se ipsa dispersa. §. fi. in auth. de consangui. & utc. frat. Bar. de regi. ciui. col. ij.

VETERES.

Cascas Sabini veteres dicebant. Ennius priscos Cascos. Manilius Cascam uetulam. Cascinum oppidum uetus. Cascinum forum, uetus. Oscorum lingua Casnar senex dictus est. prisci homines etiam sunt recentioribus semper preferendi, quoniam sic uiuentium inuidiam uitamus, & defunctorum indignationem. Est uerum, quod auctoritas ueterum, & mundi necessitas inconuenieus induxerunt, quod posit princeps de plenitudine potestatis dotare filias etiã spurias ut nostri dicunt pręsertim Bal. in l. j. nume. 30. de consti.

VVLPIS.

Virum prudentem vulpi comparamus, ut fortem (propter robur) Leoni. ἀλώπηξ etiam dicitur Vulpis Græce, Latine alopix. quãdoquidem hoc morbo, cõflictari dicatur. Ferunt etiam hãc Thebanos rapere olim consueuisse, eosque uorare. quod sanè ridiculum est ac fatuum. Thebanus igitur nescio quis Alopix nomine, prudentia omnes superabat, ueritus rex ne insidias sibi strueret, è ciuitate ipsum expulit, qui ualidum exercitum comparauit, descendenſque Thebanos prædabatur quotidie, unde non ab re dicebant postea, nos alopix, non vulpis, uorat, & subiugat, quem Alopeca scilicet postea, Cephalus nomine, Thebanis auxilium ferens, interfecit. Sicque Palephat. de non creden. fab. narrationib. declarabat, & bene.

VRINA.

Iouis, Neptuni, & Mercurij nascitur Orion. dixi loco suo, de lotio locuti, adde nunc urinæ nota aspergi quæ contẽnuntur, sic Nero Syriam Deam, sic Tarentini Romanorum Legatum, ad quod allusit etiam Iuuenal. sic dicens.

Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.

Vrinæ incontinentiam pisciculi minuti, emendant, excempti ex uentre eius, qui eos uorauit, crematique, ita ut ciuis eorum bibatur in aqua. Ab urina secundum Accur. nostrum, deriuantur urinatores, idest natatores, quia ut medicus urina ægritudinem perpendit, illi quoque sic sub aqua uideut omnia. in l. nauis onustæ. ff. ad legẽ Rhod. de iac. ridiculumque est ut alia eiusdem multa, de quibus nos alibi satis, ab urino uerbo, quod est mergo igitur, urinator dictus est.

VIGILANTIA

maxime laudabilis est, ignauia reprehensionem habet. quod & nostri sentiunt quoque in l. pupillus. in fi. ff. quæ in frau. cred. ibi uigilaui igitur cõditionem meam meliorem feci, scriptũ est enim uigilantibus & non dormiẽtibus iura subueniũt. ff. quæ in frau. credi. nanque iuuene pigro nihil turpius, nihil desperatius, & si iuuenem talem uidebis ignauum scilicet, quem senem sperabis? Demosthenes scripsit ad aquam (ut inquit Demades) nec potest intelligi nisi à sobrio & peruigili. Et si cui conuenit uigilantia, principi maxime conuenire uidetur. Imò quemadmodum nauium gubernatores soli, cæteris dormientibus pro communi salute uigilant, sic oportet Imperatores & Principes pro suis esse sollicitos. Et hinc uidemus ac legimus, quod Scipionis uigilãtia, Siphacis dormientis, castra expugnauit. dicturq; Lucernarius, qui ad lucernam uiuit & uigilat, Græce. λυχνοβίους. Et audimus inde, quod uigilantes in Mœniis urbium, ac castrorum, diuidentes noctem, in Conticinium, Intempestum, Gallicinium, & antelucanum, semper clamant. Vigils, ne dormias custos. Est etiam ad idem, &

ad

ad vigiliæ propositum prima, primęuumque tẽpus vitæ nostræ, pueritia, secunda iuuentus, tertia senectus, quarta decrepitas. Vigilate igitur dicit Christus in Euangel. quia nescitis quãdo dominus domus veniet, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane, ne cum venerit repente inueniat vos dormientes.

VIRGA.

Aliquando in colubrum versa est, deque petra aquam eduxit, ut illa Moysis (historia testamẽti veteris nota est) uerũ adde, quod correctionis simbolum est, vt consolationis baculus. Et quod virgam legati olim gestare consueuerunt. Et mos etiam Iudæorum in signum doctrinæ, & vt prouidere eis, homines tenerentur, ac alimenta subministrare, & uictum. Virga liberabãtur à iugo seruitutis, serui, appellabaturque, uindicta, vt suo loco dictum est. eratque etiam rudis, qua donari solebant gladiatores. quod adhuc suo loco declarauimus. Et Rubia denique, à Rubi oppido Cãpaniæ, cuius meminit sic Virg.

Nunc facilis rubia texatur fiscina uirga.

Et Hora.

Inde Rubos fessi peruenimus, utpote longum
Carpentes iter.

VIRGILIVS

Cholericus erat, vt eius effigies indicat, & ad amandum procliuis. Platonis iudicium est. Cætera alij, latius. Vel dic quod omnium poetarum Plato, ab Alexandro Seuero appellatus fuerit, quem mirari potius debent homines quam pro merito satis laudare. à Cicerone tamen laudatus quam maxime, spectatusque in Theatro non secus ac Augustus, disciplinarum omnium cognitione ad unguem excultus, usque adeo ut animam, candidiorem (inquit Flaccus) terra non tulerit.

VENENVM.

Plus est hominem veneno extinguere, quam occidere (dicunt nostri) gladio. Et quando dicimus hominem occisum veneno addimus malum, quia etiam bonum est, & medium, malum quod necat, bonum medicina. Medium. l. qui venenum l. quod sæpe. §. veneni. ff. de cont. emp. l. iij. §. j. ff. ad legem Cor. de sica. l. si quis aliquid. §. qui abortionis poculum. ff. de pœn. Ab arbore taxo, taxica (aiunt) venena dici, quæ nunc toxica vocantur. Colchica præsentissima sunt. Vnde Hora.

Ille uenena Colchica,
Et quicquid usquam concipitur nefas,
Tractauit. Veneficium hinc complurium matronarum etiam olim comprehensum est Romæ, quarum plurimæ statim, epotis medicaminibus perierunt. lexque tunc primum de medicaminibus, constituta est. Capuaque capta insuper à Q. Ful. & Appio Cl. Coss. Campanorum principes veneno, sibi mortem consciuerunt. Est verum, quod natura uenenum non creauit, quin etiam remedium adinuenerit.

VENATOR.

Quisque venator quod amat, venarique opus solemne est. Vnde Hora.

Romanis solemne uiris opus, utile famæ,
Vitæque & membris. Venationesque Saturno attribuũtur, vt Scenici ludi libero, & Circenses Neptuno.

VENTI.

Ventis obsecundandum est, donec redeat serenitas more boni Naucleri. Venti fratres, propter turbines, & procellas, Eolus pater. Metaphorice tamen Eolus ratio regens, venti irarum impetus. Vnde Maro.

Hic uasto rex Aeolus antro
Luctantes uentos, tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac uinclis, & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt, celsa sedet Aeolus arce
Sceptra tenens, mollitque animos, & temperat iras.

Atabulus Apuliam infestat, Iapix Calabriam, Sciron Athenas. Circius Galliam. Alij Iapigam ventum intelligunt Calabriæ, adbuc seu Apuliæ, qui ex Italia in Græciam nauigant, albumque appellant, maxime Hora. sic.

Obstrictis aliis, præter Iapyga,
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor,
Et serues animæ dimidium meæ.

Et si obtrectatorem intellexeris sic dices. Ventus hic neque nauigare sinit, neque ancoram figere. Aliter alij sic, pascitur mendacijs, non secus quàm lupus, aut Camaleon aura. quodque Boreæ olim arca dicata est, cui anniuersarium sacrum Megalopolitani faciebant, quod cõtra Lacedemoniorum conatũ fuerint seruati. Et quod à furijs concitati omnes, litigij suasu, ut totus terrarum orbis, sic pertubaretur.

VENVS

Est, si hemisphæriũ terræ sit superius, si inferius Proserpina. Cui Aprilis dicatur. Et cuius currus à Cygnis trahitur. & à passeribus quoque. quia auis salax est. vnde Hora.

Quæ Cnidon
Fulgentesque tenet Cycladas, & Paphon
Iunctis uisit oloribus.

Dictuque, mirũ est, qđ armatã annulo sculptam gesta-

gestaret Cæsar. à qua se formæ quandam venustatem habere, omnibus persuadere nitebatur, quanque etiam colebat. Venus mutuæ beneuolentiæ, & amicitiæ causa. Ambologera hoc est senectutem retardans. Nigoniides idest coniugalis. quam primum nascitur quis, æquè conuenit Baccho & Veneri, nutriendum dari, vt Prisci solebant, quod ille sibi pedagogus esset, ista vero nutrix. Cætera Volateranus & alij.

VNGVENTVM

In balneis vngebantur veteres. Et Vnctores Aliptæ vocabantur. Et Vnguentarius Syrophœnix. Et dictu mirum est, ad propositum quod vnguentis fugantur vultures. Vngebanturque vltimo etiam Athletæ, puluere vero luctaturi aspergebantur, vt præhensiones essent firmiores. Suoq; loco dictum est satis.

VOX,

Vulgatum dictum est, illud. Habet nescio quid latentis energie viua vox docentis. ad quod facit etiam aliud Aeschinis de Demosthene, quid si bestiam illam audiuisses perorantem. Et verius Magistri vox, magis proficit quam quæ referuntur, ab illo audita. Vnde Hora.

Nam quamuis referas memori mihi pectore cuncta

Non tamen interpres tantumdem inueris.

Voce per quam exili erat Demosthenes. Cicero valetudine alioquin imbecilli. Qui magnam habet vocem, vocalis dicitur. Sic Iuuenal.

Quanto Fessidium laudat uocalis agentem Sportula.

Magnæ vocis erat Stentor in exercitu Græcorum. Et Mars vulneratus à Diomede. Vnde idem alibi.

Tu miser exclamas, ut Stentora uincere possis;

Calliope etiam bona vox interpretatur. Vox submissa vero tanquam per calamum sibilans. ad quam alendum igitur lamina plumbea pectori imposita efficax est, qua (vt ferunt) vtebatur Nero. Gallula rauca à Priscis dicebatur, vnde pueri cani mutantes ex coitu, Gallulire dicuntur. Et magna vox quoque in scriptura capitur in bono. Ecce Christus sic exclamauit in Cruce. Hely Hely lamazabatani. & quandoque in malo, vt in Euangel. de spiritu immundo, quando dicit Luc. Et exclamauit voce magna. Interdum vox, exponitur, idest præco, & vociferator. nonnunquam Christi est, idest Ioannes Baptista. pro certo habentes etiam, quod præcedat verbum. Vox plane aliquando audita est olim, Sta miles hic optime manebimus. Mane mane Mancinę. Item P. Scipio in naui circumuentus, honeste morti quoque vocem adiecit, quærentibus enim hostibus Imperatorem, dixit. Imperator bene se habet. Verum sanguinaria planè ac detestabilis illa fuit Vitellij, hostis iam tabe corrupti, & putrescentis, *Optime olet occisus hostis*. & Hannibalis dicentis pariter, seu exclamantis, *O fortunatum spectaculum*, cum uidisset fossam humano sanguine plenam. Et Valesi Asiæ proconsulis, *O rem egregiam*, intra centesima cadauera hominum quos percuti securi mandarat. Et quanquam in hominum voce, vera sint hæc dicta, suas tamen habent quoque animalia. nanque Cicadæ obmurmurant, Ranæ coaxant, Agni balant, Sues gruniunt, Asini ruduut, Tauri mugiunt, Equi hinniunt, & Elephanti denique barriunt.

VIR

dicitur, quod in eo maior sit vis quam in fœmina, hinc virtus. Et Hora sic. Nam si quid in Flacco viri est, idest virtutis. & uir probatæ vitæ dicitur. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matri. Vir mente, genere, opibus, & fortitudine excellens. & bonus qui prodest omnibus, nocet nemini, amat bonos, tolerat malos, quique nascitur aliis, quia qui pecuniæ inhiat inutilis est Reip. ad commercia difficilis, & sibi soli optimus s Dicitur etiam uir, bonis omnibus, commendatissimus, sanctissimus. Admiratione dignus, forma uiribusque præstans. Impiger ac diuitiis potens & admodum locuples. Nobilissimus atque optimus. Claris in toga. Fortis. Summus, clarissimus, liberalissimus, constans, accerrimus, animi magnitudine præstantissimus. Doctissimus, summo ingenio, summaque doctrina, & singulari modestia. Innocentissimus, summo loco natus. prudentia præstanti. Spectatissimus, & in Rep. maximis grauissimisque causis cognitus atque probatus. Dicitur etiam uir, fracto animo atque demisso. quod bonus esse cœpit qui malus esse desiit. Et quod fortis in controuersiis culpam præmio redimit. Et quod uir & uxor sunt duo in carne una. l. aduersus. C. de cri. expil. hæredi. cap. sciscitatur, trigesima quæst. quarta. quodque uiri corporis pars est uxor. cap. admonere. trigesimatertia quæst. secunda. Et quod uiri pij, domus pia est. Et quod vnus uir dignior est quàm innumere mulieres. Et quod uir in familia mortuus desideratur. Et quod nullus uir fortis uult clam interficere hostem. Et quod uir bonus rursum est similis Deo, & sacratissimum omnium quiddam. Et quod sane mentis, non abducitur ob paupertatem, vt mendacium dicat, uel ulla in re fraudem aliquem uelit. Et ut quisque est uir optimus, ita difficillimè alios improbos esse suspicatur. Id unum postremo non omittentes, virum bonum fieri facile, permanere autem difficile. quodque Iudex tamen uir bonus dicitur. l. vir bonus. ff. iud. sol. de quo nos alibi satis.

VLYS-

Poliphemum ebrium obcæcauit astut.(histo. nota est)dixitque ego latis,loco suo. & etiam liquet dum Iuuenal.ait alibi.

vt Polyphemi
Lata acies,per quam solers euasit Vlysses.

Verum adde nunc,quanquam idem Poe.eum mendacem dicat sic.

Carnibus humanis vesci licet,attonito cum
Tale super cœnam facinus narraret Vlysses
Alcinoo,bilem, aut risum fortasse quibusdam
Mouerat,ut mendax Aretalogus.

Varium apud populum,& ambitiosum Euripid. quoq;,qđ tamē sapiētē nō fuisse haud tollunt, vel negant, alias desiperent (aiunt quidam)& bene. Ille enim est etiā qui errores suos, Alcinoo Phæacensi narrans, Ithacam patriam, in asperrimis saxulis, tanquam nidum affixam, immortalitati anteposuit. Fama est deniq; pernitioso Turturis aculeo,ictum,periisse.

VINVM

è vitibus vetustioribus vinum nascitur melius, è recentioribus copiosius. Imò quod & mitius fit ætate. Existimauitque Plato, fomitem esse quendam atque incitabulum ingenij & virtutitis. Vinaliorum dies Ioui etiam sacer est; Vinum tamen possessoribus suis præbet exitium Noe, Loth, Dauid, Adolescenti Scythicæ Reginæ filio, Alexandro Macedonico, M. Antonio Triumuiro, & Catoni. Et ad idem quanquam aqua obesse posit corpori, vinum tamen sæpe nocet & corpori & animæ. Ebriorumque vita non in sanguine, sed in vino est. Vinum ad vltionem hominibus datum est (quod multi ferunt) vt insaniant. Res potens est, nec facile vinci potest. Qui musas amat, cyatos tres potat. & qui gratiarum est cultor. Et quia vinum sapientiam obumbrat, Cretensium lege ac Lacedæmoniorum, militibus in exercitu bibere non licebat, non seruis in ciuitate, neque Magistratibus vel Iudicibus qui pro tempore erant. Cum vitis ter vuas ferat etiam, voluptatis, ebrietatis & mœroris. Vinum etiam est picatum, à pice, qua intus vasa, doliaque vinaria liniri solent. Et Ectromatium,quod abortus facit ἐκτρωμα enim abortiuus dicitur.Et locus sobrius vbi non sint vini venditores, neque taberna vinaria. nec Venus vino sublato, neque vlla alia voluptas erit. Si quis tamen aquam potet, nil bene parturiet. Vinum Calenum, idest Campanum optimum est, à Calibus Campaniæ ciuitate,de quo Iuuenal.sic.

Occurrit matrona potens,quæ molle callenum
Porrectura uiro miscet sitientem rubetam.

Vinum Falernum austerum, melle leniri & mitigari solebat à veteribus.Hinc Hora.

Aufidius forti miscebat mella Falerno.

Et meracum, quod merum fit aqua non admixta.& hoc est quod dicebat Proper.

Ah pereat quicunque meracas repperit uuas.

corrupitque bonas nectare primus aquas. Mamertinum pstantissimum est. protropon. quod effluit antequam calcentur uuę. Tortiuum torculari expressum Lixiuum antequam nimium calcetur. præliganeum, quod fit in vsum operariorum. Et peculiare seruorum. l. si quis vinum. §. si acetum. ff. de tri. vi. oleoque lega. Solebat etiam à veteribus uino infundi aqua marina, qua foret salubrius de quo idem. Horat. sic.

procedit fuscus Hydaspes
Cecuba uina ferens.

Alcon chium maris expers. Vinum etiam prohibitum erat in testamento veteri sacerdotibus. Sueuique uino homines remollescere atque effœminari arbitrabantur.Haud ignari, quod vinum quoque dolum patitur. Vinum audaces homines facit, nec ab re Baccho Cornua, tribuuntur,qui tamen eos etiam hilares facit & iracundos, Barbatus hinc illic vero iuuenis. & quia Homerus uinum laudat,quicquid sit,eum vinosum appellat Homerus. Serpentes vini sunt appeten. Vnde Iuuenal.

Nam sic tanquam alta in dolia longus
Deciderit serpens,bibit,& uomit.

Vinaque fundi solebant, inter uictimarum cornua. In sacrificijs,ait idem Poe.sic.

Quippe ferox uitulus templis maturus,
& aræ.
Spargendusque mero.

Quid quod vini potu mulæ quoque calcitrosæ esse desinunt. Nigrum uires auget, album urinam eijcit,medium concoctionem efficit. Suaui uino etiam mire animus excitatur,& robur exurgit, hominis defatigati, atque defecti, dicebat Hecuba Hectori apud Homerum. Qui vino aspergi rogos etiam solitum olim finsse dicebat. Cætera Volateran. & alij, & nos quoque alibi fusius.

VOTVM.

Facta iuuenili ætate probantur consilia media,uota extrema. Diuersa sunt hominum ingenia,trahit sua quenque uoluptas, nec uoto utuntur uno, in rebus humanis. Reus uoti dicitur, qui uoto suscepto se numinibus obligat. Volupiæ, quam Angeroniam etiam vocabant veteres sacrificabant, quod Po. Ro. morbo qui angina dicitur præmisso,uoto sit liberatus. Votum Romuli Ioui Feretrio, sic dicentis factum fuit. *Hæc tibi* uictor Romulus, rex, regia arma fero. & Tulli Hostilij.iii.post Nummam qui in re trepida.xii.uouit salios, fanaq; pallori,ac pauori, equitē clara increpans uoce,ut hostes exaudirent,redire in prælıū iubet.& T. largij ad lacū Regillū,qui ædē Castori uouit pariter, militiq; præmia pronunciauit, qui primus qui secundus

hostium castra intrasset, id unum nec silentio inuoluens, solemne olim fuisse Cōsulibus priusquam in prouincias irent, uota in Capitolio suscipere, si Remp. prospere atque fœliciter gessissent. & nos alibi fusius.

VELOCITAS

artificis pictoris, vel architecti, simbolum est, iuuenis alis brachio dextro duabus, ad manum vsque adiectis.

VRBS.

Vrbes regie Roma, Constantinopolis, Venetiæ, Mediolanum, & Florentia, in Italia. Odiose sunt obscure, inq; laboribus crescunt. Imò quod præclarum earum monumentum, est pius labor, perpetuamque habet gratiam, inquit Euripid. Et peccantes, non vrbs, odio est habenda, quia nec in culpa est male audiens pp malos magistratus.

VOMO.

Hoc tantum dicam quo ad istud, quod vomitiones inimicæ sunt maxime oculis, & dentibus si planè Plinio credendum est.

VIM VI REPELLERE LICET,

Vulgatum dictum est iuris. l. vt vim. ff. de iust. & iur. vbi ego late. cap. significasti. secundo. de homici. cap. si vero. de senten. excommu. cap. dilecto. eod. titu. cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ. l. j. & ibi not. C. vnde vi. dixique etiam ego alibi satis.

VESTIS

Prætexta erat insigne magistratum Hethruscorum præter alia, & honoris habitus, qua de re causa puerilis ætas non vsurpabat. prætextatus sermo vero obscęnus. Filius tamen aliàs annos xiiij. natus, quia hostem percusserat, à patre Tarquinio, Demarathi Corinthij exulis filio pro cōtione laudatus est. Bullaque aurea, & prætexta donatus. qua vtebantur etiam hij, quorum parentes equo stipendia iusta, meruissent. Libertinis nullo iure vti prætextis licebat. libertinorum filiis postea concessa fuerat. est & vestis Citrosa, à Neuio Poeta sic appellata, quia Oppius ait inter vestes poni citrum. Et Clæna hybernæ genus, à calefaciendo dicta. Et Theristrium ęstiua. Et palla olim Senatoria. Et Palmata triumphalis toga. Et Synthesis potentum & nobilium uice togæ. Ependites exterior, interior subucula. Mastruca Sardorum. Hispani, Strigium uocant, Germani, Renonem. Talassina, coloris aquæ marinæ, conueniens amoribus & Veneri. Bissina & Conchiliata. Purpurata. Palmata Consularis pro uictoria & palma reportata. Endromis hyemalis & uillosa. Hyacintina à uiola. Coccinea lingua Italica di scarlato. Saga uestimentum militare, quod in tumultu sumebant Romani. Latus clauus senatoria. Pallium, Gręca, unde Comediæ palliatæ scriptæ secundum Græcos. Domestica, in domo, exuta toga. Forensis qua utimur in foro. Pinguis hyberna rursum. Supparum puellaris. Clamys militaris. Stola matronalis. Caligula enim proauiam suam quia erat uafra appellabat Vlyssem stolatum. Abolla uestis adhuc militaris. plagula muliebris. Trechedipna Parasitorum. de qua Iuuenal. sic.

Rusticus ille tuus sumit trechedipna Quirine.

Endromide Gallica ad frigus arcendum. Abolla Philosophorum. Epitogium, quæ togæ superimponitur. Xerampelina, lingua Italica di rosa secca. Sic idem Poeta.

Et Xerampelinas uestes donauerit ipsi.
Trabea regum.

Idem Iuuenal.

Ancilla natus trabeam & diadema Quirini.

Palla honeste mulieris qualis illa Iphigeniæ. Sic Iuuenal. met.

Scissaq; Polixena
Palla.

penula ad arcendam pluuiam, nostri in l. uestis. ff. de auro & argen. lega. & in l. Labeo. in §. primo. ff. de fund. inst. Cucullus Bardiacus Gallica. præsidiaria præsidum. Galbina, nos lingua Italica Gabano. Syrma Tragicorum. Hinc idem.

Ante pedes domiti longum tu pone Thyeste
Syrma uel Antigones.

Coa tenuissima, mollissimaq;, ac delicatissima, de qua Hora. sic.

Altera nil obstat cois tibi pœna uidere est
Vt nudam.

& quia dixi etiam alibi fusius, maxime in ęquilibrio inque. l. obligationem generali. ff. de pigno. transeo.

VXOR

Phoroneus Rex moriens, dicebat, nihil sibi ad summam fœlicitatem deesse, si uxor sibi semper defuisset. Vnde hinc Iuuenal. ait, stultitiam fore maximam uxorem ducere, sic. Certe sanus eras, uxorem posthume ducis. Alibi uero longe satius esse, se neci tradere, quàm connubium appetere sic.

Ferre potes dominam saluis tot restibus ullam?
Cum pateant altæ, caligantisq; fenestræ?
Cum tibi uicinum se præbeat Aemilius pons?

Et alibi.

Ardeat ipsa licet tormentis gaudet amantis,
Et spoliis.

Item.

Semper habet lites alternaq; iurgia lectus
In quo

In quo nupta iacet minimum dormitur in illo.

Et ad idem quod intolerabilius nihil est quã fœmina diues. & breuiter coniugium est officina rixarum, cœlibatus vero portus tranquillitatis. Tamen uxor res optima est, si pudica fuerit, domus custos, administratrix, liberorum nutrix, quæ sanum exhilarat, ęgrum curat, lætis in rebus socia, & in aduersis consolatrix. cum marito est vna caro, seu duo (ut nostri dicunt) in carne vna, socij (ut dixi) diuinæ & humanę domus. c. sciscitatur. xxx. q. iiij. c. admonere. xxxiij. q. ij. l. aduersus. C. de cri. expil. hære. imò maior vnitas eorũ est, quã patris & filij. Et quanquã ironice Iuuenal. vxorem dominam, seu facete, imperantẽ marito dicat sic. & supra etiam relatum est.

Ferre potes dominã, saluis tot restibus ullã?

quodammodo dominam tamen appellat I. Con. noster ĩ l. j. ff. de ac. re. amo. & testator sępe. l. fi. §. vxori. ff. de au. & ar. leg. l. Titia. §. Titia. ff. de leg. ij. authẽ. hoc si locum. C. si secun. nup. mul. Platonis lege, vxorem ducere, licebat olim, à tricesimo anno, ad tricesimum quintum usque, intra quod tempus, si non duxisset quis, pecunia mulctabatur, atque dedecore. Et vxor vsuraria dicitur, ex qua vsus desumptus est. Ethnicis mos ẽt erat, vxores manes maritorum, pro Dijs colere, & in larario habere, quasi iam essent in Deorum numerum relati. appellaturque vxor in sacris literis sponsa. Et plus quàm clarum est ex his, qui vxorem diligit se ipsum diligere. Est uerũ quod mediocris fortunæ potius quàm nobilis & potens, ducenda est, iuxta illud Iuuenal.

Malo Venusinam quam te Cornelia mater.

Magnaque verecundia appetẽda, pudore in verbis, quodque in operibus sit fas & honestas. Et quod non sit litigiosa vel iracunda, vt Xantippe Socratica, tolerantię magistra, ex quo melius est habitare in terra deserta, quàm cum vxore tali. melius in angulo tecti, quã in domo cõmuni cũ maledica. quæ inter malorum magnitudinem, quę est, si seruus regnet, si stultus saturetur panibus, si ancilla eijciat dominam, tunc ponitur, si virum bonum habeat, qui vxorius sit. poteritq; vnde verificari dictum Comi. Me hodie ex tranquillissima re in nuptias conieeisti. Item abi cito, & suspende te. Facem tunc bene portat in manu (vt moris erat olim) ad mariti domum ambulans, quippe quod in domum eius ignem accendit rixarum, hinc vxoris prodigæ simbolum, seu mauis prouerbium. Ocni funiculum torquet. deque his omnibus, nos met etiam alibi fusius.

VVLCANVS.

Tardipes dictus est, quod è cœlo deiectus, cũ sibi alterum fregisset crus, claudicauit postea semper, vnde Catul.

Electissima pessimi poetæ
Scripta tardipe di Deo daturam
Infœlicibus ustulanda lignis.

quasi Volicanus dictus est, quod per aerem volet, quia e nubibus oritur. Simbolum eius homo pileatus, pileo ceruleo.

VIDVA.

A uiro diuisa, dicta est, vel quasi idua (Iduare alias Ethrusca lingua est diuidere). i. valde diuisa. Sique in delitijs erit, uiuens erit pariter mortua. oportet igitur dicat cum Didone Virgiliana.

Ille meos primus, qui me sibi iunxit, amores.
Abstulit, ille habeat secum seruetque sepulchro.

Artemisia viduitatis exemplum integerrimum fuit, quæ Mausoli mariti cineres bibere uoluit non in vrna reponere, adeo eum dilexit. Viduis non ab re facit plurimum. Val. Publicola, easq; simul cum pupillis etiam fecit immunes, quia miserabiles sunt personæ, ut in rub. & to to tit. C. Imp. int. pup. uid. & ali. mi. perso. & in c. ex tenore de fo. comp. & in l. assiduus. c. qui pot. in pig. hab. Olimque lustro condito, census actus est, præter pupillos & uiduas. verũ habe etiã, quod uiduare, est spoliare, & quod uiduus. i. spoliatus dicitur, sic Horat.

viduus pharetra,
Risit Apollo. Alibi uero.
Et folijs uiduantur orni.

VIDEO, VIDERE.

Quæ videmus, faciunt magis fidẽ, quàm quæ audimus, vnde Hora. oculos fideles appellat. Et in Euangel. dicitur, quod uidimus testamur, & quod scimus loquimur. Et uisio siue representatio phasma uocatur, vnde Iuuenal.

Consumptis opibus uocem Damasippe locasti
Suppario, clamosum ageres ut phasma Catulli.

Et peruidere, accerrime & acute intueri, Hinc Horat.

Cum tua peruideas oculis mala lippus inũctis.

Et conniuere dissimulare. l. iiij. ff. de manumission. Est etiam aquila, acie oculorũ acutissima. & Draco. Et peti semiclusis oculis dicuntur, qualis pingebatur Venus. Vnde idem Hora.

Strabonem
Appellat petum pater.

Verum adde, quod est etiam visio Dei, corporalis, imaginaria, per speciem, & perfectę comprehensionis. Et quod uideo plerunque pro intelligo, uidereque nonnunquam pro audire, ponitur, & quod proprie alibi locutus poeta dixit.

Video meliora, deteriora sequor.

Et lyricus lingua Italica.

I ueggio il meglio, & al peggior m'appiglio.

VERSVTVS.

idest callidus exponitur, hinc Comic. Versutior

es quam rota figularis. Et Vlyssem talem fuisse ferunt. vt suo loco dictum est satis.

VTILE.
VTILITAS.

Vtile nihil est nisi idem sit honestum, hinc Athenienses Themistoclis consilium, hac ratione, de incendenda Lacedæmoniorum classe, repudiarunt, turpe id etiam putantes quod nostra ętate dicitur. Dolus omni virtus quis in hoste requirat? Et hoc modo sanè intelligitur, seu intelligi debet vulgatum illud. quod vtilitati publicę desudãdum est, & quod priuatæ præfertur. Et quod indeliberationibus consideranda est. Præferenda est etiam sanguinis coniunctioni dicebat Nerua cum Traianum sibi adoptasset, quia Hispanus, nec propinqui ei deerãt. Et nihil vtile esse, quod non. Idem honestum sit dixi, quia duo sunt pugnantia, ad concordiam reducenda omnimodo. Et ad propositum vtilia semper inuestiganda, non inutilia, quot remiges habuerit Vlysses, an prius Ilias, vel Odyssea scripta fuerit, & an earum fuerit autor Homerus. Vtile est quoque munire urbem Mœnibus, propugnaculis armis, fortibus viris, & commeatu. Sed longe vtilius religione, legibus, moribus, disciplina, concordia ciuium, amicitiis exterorum, atque in primis vicinorum si fieri potest. Et Onesimos idem quod vtilis sonat, Græcaq; vox est ονισιμος.

VSVS.

Vsus abusum præsupponit, vnde hinc, vtimur & abutimur, cum honore, & cum dedecore, siue iniuria. quod Græci αποχρισθαι dicunt. cum honore scilicet, si vtamur, cum dedecore vero, si abutamur. Philippus quoque Macedonicus, dicebat, nobis amicos parandos, bonos & malos, ut bonis utamur, malis autem abutamur pariter. Et ad propositum etiam facit si dicamus, quod usus & experientia dominatur in artibus.

VILLA

Vrbana est, rustica, & fructuaria, prima patrisfamil. secunda Villici, tertia cella uinaria, frumentaria, uel olearia. Alibi dixit I.Cõ. noster, qđ extruxit quis uillã, & intelligitur uillã, idest domũculã ruri. l. diuortio. §. fi. ff. sol. ma. nec aliud uere est quã domus rusticana Plures, manibus nõ clausæ, nos lingua Italica uocamus, Villaggio. Erat etiã hinc Villa, Vedij Pollionis, Pausilyppus, inter Neapolim & Puteolos. Hic enim erat uir equestris ordinis liberto genere tamen, diues & familiaris Augusti. Erat & Albana in qua Domitianus Corneliam Maximillam Vestalem absentem, & inauditam damnauit, Domitiana etiam appellata. Albana uero ab Alba dirupta supplicio sumpto de Metio suffetio, Albanorum Duce, ubi quinquatria Mineruæ celebrare solebat quotannis, collegio Sacerdotum, ibidem instituto. à. Villa Villicus, Villaticus. Vella, Vellatura, & Veha deriuatur. de quibus alibi Varro plene.

VSVRA.

Vsuræ idibus exigebantur. Et Kalen. pecunia ponebatur, iduumq; dies sunt octo. Vnde Hora.

Ibat Octonis referentes idibus æra.

nos plene in l. eius qui in prouincia. ff. si certum petatur. Olim etiam Neomeniis, idest nouilunio usura dependenda erat, sique usuræ omnes erant menstruæ. Vnde quidam apud Aristophanem, nebulis Lunam in arca concludi optabat, ne unquam cum Neomeniis exoriretur dies, solutioni præstituta. Et quanquam Cicero de legibus, Platonem imitatus, leges ponere uoluerit, quibus putabat usuram esse iustam, quod etiam Lactan. refert, attamen nullum hominum genus tetrius, nec minus bono cum iure, quam damnisticum, idest fœneratorum. & ad propositum sciendum est, quod quinæ usuræ semisses quadrigesimo mense æquant sortem, centesimo uicesimo. Hinc Hora.

Quinas hic capiti mercedes exsecat, atque
Quanto perditior quisque est, tanto acrius
urget.

nostri in l. eos C. de usur. & nos etiam fusius alibi. Et dictu mirum ultimo est, quod Druso fœnerator, & historiarum scriptor, si debitor ad diem non soluisset, historiis suis cum male tractabat. quod idem Hora. ponit sic.

Odisti & fugis, ut Drusonem debitor æris,
Qui nis cum tristes misero uenere Kalendæ
Mercedem, aut nummos, vnde
Vnde extricat, amaras
Porrecto iugulo historias,
Captiuus ut, audit.

VVLTVS.

Eodem uultus habitu semper fuit Socrates, etiam uenenum, bibens, ob idque Agelastos uocatus est. Et quemadmodum animo affecti sumus, oculi loquuntur, ita uultus, qui nullo in animante est præter hominem, mores indicat.

VIVARIA

de quibus etiam Iurecon. nostri, in l. usufructuarium uenari, in §. primo. ff. de usufruct. sunt ea in quibus continentur, uel aues, uel pisces, uel feræ. et si feræ, lingua Italica, Barchi uocantur. Quale illud Corneliorum, in agro Taruisino, vel illud Vrbini Ducis, & olim Ducis Mediolani. viuaria uero ipsa, roborea appellabat Scipio, ꝙ tabulis roboreis olim septa essent, deque hic Iuuenal etiam, quando dicit.

Non

Non dubitaturi fugitiuum discere piscem
Depastumq; diu uiuaria Cæsaris.

VMBO,

Alibi dicit Poeta. Vmbone repellitur vmbo. Item vmbo trudebat vmbonem. & bene, scutum enim militum est in pugna.

VTERVS,

De quo I.Con.noster in l. qui in utero. ff. de sta.hom.græce dicitur δελφυς, & inde fratres uterini αδελφος quod uterum significat, quasi ex eodem utero nati.

ZENO,


Ibi fœlix uisus est, quod amissis ad pyreum naufragio, mercibus, per fortunam protusus sit ad philosophiæ studium.

ZODIACVS.

Signa omnia Zodiaci vniuersa ad naturam solis referuntur. discurritq; Christus Iesus D. noster, per omnia ipsius Zodiaci signa rursum, in xij.status operando diuersa secundum signorum proprietatem. transiuit enim in signo arietis qñ posuit hominẽ creatũ in paradiso terrestri, seu uoluptatis. In tauro, qñ eũ expulit ꝑp peccatum de paradiso ipso. In illo gemini, qñ copulauit naturam diuinam & humanam simul. In cancro quia retrocessit semper usq; ad resurrectionem, ut cancer, de uirtute ad uituperium, de vituperio ad uerbera, de uerberibus ad crucem, & de cruce ad infernum. In leone, quia tertia die resurrexit ut leo, q a iacet tribus diebus quasi mortuus, & postea rugitu leonis suscitatur, à dormitione. In uirgine quia tota doctrina & fides, in beata Virgine conseruabatur. in libera quando ostendit, coram patre plus in pœna soluisse quã Adã in culpa. in scarpione quando permisit corpus suum, idest ecclesiam, à cubeis scorpionum, idest hæreticorum, pungi & affligi. in sagittario propter donationem Constantini, qua inter clericos dissensio, & contiones ortæ sunt. in capricorno, ut antichristi tẽpus significaret. in aquario ut designaret post mortem antichristi, quod effundet aquam gratiæ electis. & in piscibus, qñ cum piscatoribus uenict ad iudicandum viuos & mortuos.

ZELOTIPVS.

Mars Adonidem ferit, accurrit auxilio Venus, festinãs in rosam incidit, spinis se implicuit, plantamque pedis perstrinxit, è vulnere manat cruor, nimirum igitur si rosa quę prius alba erat, in rubrum colorem uersa est.

TERTIAE ET VLTIMAE
Classis, Gymnasij Scholastici
Mantuæ, finis.

APPENDIX.

AD L. EVM QVI DVAS.

C. ad legem Iul. de adulte.


NFAMIA est si quis duas habuerit uxores. l. cum qui duas. C. ad legem Iul. de adul. idemq; si duas habuerit cõcubinas. Imò quod criminaliter punitur, ut inquit Bal. in l. ii. C. de incest. nupt. deque duabus concubinis. glo. in §. fin. in authen. quib. mod. natu. effic. sui usque adeo ut à testificando & à dignitatibus repellatur, criminaliter autem puniatur, arbitrio iudicis, quia pœna non est à iure determinata. d. l. ij. Bermon. cho. de concubi. ad fi. ver. hæc uerba. nu. iij. & sic de iure, omnia hæc, quia statuto; plerumque aliter sancitum est, ut hic sub rubri. de ad. statu. ulti. Et quia de facto aliàs deque plenitudine potestatis, Valentinianus Imp. qui anno Domini. ccclx viij. regnabat, Iustinam duxit, neq; tamen se ueram abiecit, legemque tulit amplius, quenquam impune tunc bina matrimonia contrahere potuisse, multiplicandæ sobolis ergo, iactans id vnum, hoc modo populosas fieri gentes.

ARCADIVS ET HONORIVS Theodosij Imp. filij.

Arcadius & Honorius consortes Imperii fuerunt, ille in oriente, iste in occidente, administrationi præerat, vestigia paterna imitati, Theodosii scilicet, qui dum uiueret, tres Imperii partes pariter tribus ducibus gubernandas mandarat, oriẽtem Rufino, occidentem Stiliconi, meridiẽ uero Gildoni, tametsi postea perfidiose agentes (vt memoriæ proditum est) pœnas luerint, deq; his sæpe in lib. Codicis. Nec secus agit Carolus magnus qui inter tres filios suos testamento cõdito Imperium diuisit pariter. Et ad idem sciendum est, ita de facto fieri potuisse non de iure, quia entia nolunt male disponi, pluralitas principium odiosa vnus ergo princeps inquit philosophus, ut in c. in apibus. vii. q. i. dixiq; ego alibi satis, habetque istud maxime locum, & longe magis in Papa, ex quo nullum inferius (ut idẽ philosophus ait) stantibus terminis discretiuis, participat cum eo, qui est superius, & ad propositum ita dicebat Bal. noster in prælud. feu. uer. expedita diffinitione ad fi.

AV-

AVDIENTIA NEmini est neganda.

Dictu mirum est, quod cũ Fernãdus olim Hispaniarum rex iussisset, quosdã interfici, & quidem inauditos, ab eisdem citatus est, ut die trigesima, compareret corã Deo redditurus huiusce iniustitiæ rationem, & ita quidem factũ est, præstituto enim termino moritur. Rodericus, is pariter uir sanè admirandus, ab Alphõso rege (sub eo enim militabat) multa obtinuit priuilegia, & hoc vnum prẹceteris maxime quod nihil ageret contra nobilem seu ciuem inauditum, adeo est audientia cuique grata, nemini neganda, cũ sit audiri cupientis defensio, quã nobis natura ipsa elargitur. l. ut uim. ff. de iusti. & iu. Cle. pastoralis, de re iud.

ALCVINVS.

Parisiensis schola, Alcuini eruditione, illustratur, cuius etiam putant aliqui fuisse glo. Bibliæ ordinariã. sciituque dignum est, à Carolo magno tamen instituta est.

AD L. SANCTVM. ff. de re. diui.

Memini me multis in locis ad huiusce legis ornatum, dixisse multa pariter, sed id unũ tamẽ, quod illis addendum est, prætermisisse. (natura enim nouas semper deproperat ẹdere formas, quippe quod iuris conditio quoque semper in infinitum decurrit. l. tanta. §. sed quia. C. de vete. iu. enu.) nanque in l. sanctum. ff. de re. di. inquit I. Con. sanctum à sanguinibus dictum fuisse, herba, qua legati Po. Ro. uti solebant, ut tuti forẽt, ue ue auderet quis, eos uiolare, ob idque sancti ẽt legati, dicerentur. Hinc à Fidenatibus aliquãdo cẹsis, A. Cornelius Cossus Tr. militũ his verbis usus est, dũ in eorũ regem Tolumnium irrueret, seu calcaribus subditis infesta cuspide in vnũ ferretur hostem. Hic enim est ruptor fẹderis humani, uiolator iuris gentium, iam ego hanc mactatam uictimam, si modo sancti quicquã in terris esse Dij uolunt, legatorum manibus dabo.

ATTILA FLAgellum Dei.

Attila Hunnorum rex, cum multas cœpisset urbes in Italia, easque Barbarorum more diripuisset, euertissetque funditus, & ferro ac flamma dissipasset, Leonẽ pontificem. xlvij. obuium habuit, iuxta padum fluuium (timebat enim ne idem sibi eueniret quod forte etiam animo Barbarus facere conceperat) qui blandis uerbis vsus, ita quidem effecit ut non modo Romam verum etiam Italiam, illẹsam intactamque reliquerit. Imò quod statim recessit, inque Pannoniam patriam reuersus est. à suis interrogatus, cur sic humaniter ac beneuole pontificem exceperit, quia uideram (respondit) principem senem, uultu terribili, nisi ipsius pontificis uotis annuissem, mihi mortem illico minitantem, usq; adeo vt ex Italia decedere nõ secus ac olim Hãnibal, coactus sim, hoc idemque fuit anno D. CCCCXLIIII.

ADOLESCENTVM errata excusatione digna.

Si adolescentes errant, eis ignoscendum est, (ut Cice. inquit) nec ab re, quia imprudenter agunt, non improbe, cum nec sapiunt vltro, vnde & bene P. Lyricus lingua Italica.

Cosi hauess'io i primi anni
Preso lo stil, c'hor prender mi bisogna:
Che'n giouenil fallire è men uergogna.

AMICORVM MVNERA non recusanda.

Pulcherrimo admonemur exemplo, amicorũ munera haud esse respuenda, Thelemachi apud Homerum, qui sua, Menelao remisit, quandoquidem illis vsus non fuisset in Ithaca, nanque sic hospitis liberalitatem exprobrare uisus est, seque morosum testari.

BOETIVS.



SIMMACHI Pontificis LIII. tempore floruit Boetius, qui à Theodorico Italiæ rege, in exilium mittitur, & tandem vnà cum multis alijs catholicis eiusdem Theodorici iussu, interficitur Papiæ, ubi eius sepulchrum in D. Augustini templo, epitaphio hoc, inscripto, uisitur.

Mœonia & latia lingua clarissimus & qui
Consul eram, hic perij missus in exilium.
Et quid mors rapuit? probitas me uexit ad auras,
Et nunc fama uiget maxima uiuit opus.

CATHELANI.



VISIGOTHI in Hispanijs post multa, multisque exanthlatis laboribus, manserunt, inque maxima uixerunt quiete & pace, quibus Alani etiam coaluerunt, usque adeo ut illius gentis nomen sensim quoque confuderint, & corrupto uocabulo, qui prius Gothi & Alani dicebantur, nunc Cathelani vocentur, qui ferocissimi sunt, & omnino generi illius gentis, respondentes.

CORPVS D. MARCI.

Leonis Imp. temporibus (anno enim Domini dccclviii. imperabat & fuit sanè quinquagesimus primus Imperij, Corpus D. Marci Venetias allatum est.

CONSTANTINOPOLIS.

Olim Duce Balduino Flandriæ comite, qui postea Imp. coronatus fuerat, Veneto, Gallicoq; exercitu simul, Constantinopolis capta est, anno D. Mcc. nunc uero in Turcarum dominio, nō sine maximo Christiani nominis dedecore, lugēs, magna illa Græcorum Metropolis & caput, Imperijque tam splendescentis sedes reperitur.

CARCERES FLORENTIAE.

Vulgo carceres Florentinorum, Stinchæ noesntur. Et hoc ideo quidem, quia Florentini ipsi dum oppidum quoddam, sic communiter uocatum, expugnassent, captiuos in Florentiæ carceres, quos nouiter extruxerant, illico incluserunt. nimirum igitur si postea ab oppido expugnato, eos quoq; sic denominarunt. anno D. Mcccij.

DE D. HIERONYMO scitu digna.

Natus est D. Hieronymus in oppido Stridonis, quod in Dalmatiæ, Pannoniæque finibus, erat, à Gotthis enim postea fuit euersum. Romæ puer admodum, literis, græcis, latinis & Hebraicis, operam dedit, ibiq; anno ætatis suæ xxxi. presbiter Cardinalis factus est, abscessit, seque ad Gregorium Nazianzenum episcopum Constātinopolitanum transtulit, deinde ad Heremum, postremo uero in Bethleem, ubi annis quinquaginta insudauit, studiis operam nauans. & tandē pridie Kal. Octob. anno rursum ætatis suæ xci. moritur.

DE LEONE PAPA dictu mirum.

Leo Papa primus huius nominis, natione Thuscus, cum in missa, inque sanctissimo die Paschę oblationem faceret, sibique manum exosculaтetur mulier deuotionis ergo, uehementer tentatus eam amputauit, quam postea beatam Virginem, sibi restituisse; monumentis traditum est, pœnitentię argumentum, quàm grata sit Deo, quàmq; frugifera penitenti.

DE IO. DAMASCENI innocentia.

Theodosii Imperatoris temporibus erat Io. Damascenus pbiter, literis gręcis, & latinis eruditissimus, imò omnium liberalium artium atq; disciplinarum clarus & illustris, hic à saracenis captus, cuidam magno viro & præpotenti uenditur, cuius filium doctissimum reddit. Theodosius sibi dono eum dari petit, compos nt uoti, à discipulo quem erudierat proditur, literas quasi à Damasceno scriptas Imperatori mittit proditorias, uinctus ad eum adducitur, interrogatur, negat dicēs se innocentem, amputatur ei manus Imperatoris iussu, dextra, foribusque ecclesiæ appenditur, tota nocte conqueritur, Beatamque Virginem, exorat, suę innocentię misereatur, ne ue patiatur, sic immerentem, non sine infamiæ et nota, flagellari, cui manum sibi delatam, brachio restituit, argumentum plane apertissimum, quāta sit innocentiæ uirtus & fides, quam in Deum beatamq; Virginem quisque habere debet, nāq; (ut in psal. quoque dicitur) qui confidit in Domino, sicut Mons Sion non commouebitur in æternum. & ad idem sciendum est quòd innocēs ἀφυλακτος gręce dicitur.

DESPERATIO.

Prouerbiale sententia, qua sępissime utuntur comici, & Cice. cum dicimus actum est, desperatio significatur, estque ad idem id, frequenter in ore omnium.

ECCELINVS.

Eccelinus Tyrannus, Tridentium, Feltrum, Ciuitadum, Taruisium, Paduam, Vicentiam, Veronam, & Brixiam, oppressas tenuit annis xxxiiii. tandem ad pontem Cassianum, sagitta sancius captus est, inq; Soncini oppido, perductus interiit in malam & miseram suā crucem. anno Mcclx.

EVBOIA.

Maometh potentissimus Turcarum Imp. Euboiam insulam, quam aliàs Nigropōtem appellamus, longa obsidione expugnauit, omnesq; tū mares, tum fœminas (dictu miserabile) usque ad unum feritate barbarica, interfecit anno 1468.

EDITIO.

In editionibus id à nobis sanè seruandum est, quod in legendis pomis, seruant rustici, namq; aliis parcunt, donec matura fiant, alia vero quę iam maturuerunt, decerpere non differunt.

FRANCORVM insignia.

Olim Francorum Regum insignia erant, Bufonestres, Clodoueo autem à S. Remigio Rhemensi Archiepiscopo, cum omni Francorum gē-

te

te baptizato, aurea lilia de cęlo demissa sunt, quæ nunc Reges gestant, colore cœli sereni insignita.

F. PETRARCHA.

Anno Mccccxxxviij. F. Petrarcha ab Vrso Anguillariæ comite, Stephani Columnæ collegæ, in capitolio, corona poetica donatus est.

FILIVS IMAGO PATRIS.
l.fi.C.de impu.& ali.sub.

Olim cum P. Licinius Caluus, minime petẽs, à patribus Tr. militum creatus fuisset, ita illis verba fecit. Me iam non eundem, sed vmbram, nomenque P. Licinij relictum videtis Quirites, vires corporis affectæ, sensus oculorum, atq; aurium ebetes, memoria labat, vigor animi obtusus, en vobis inquit iuuenem filium tenens, effigiem atque imaginem eius, quem vos antea Tr. militum, ex plebe primum fecistis, hunc ego institutum disciplina mea, Vicarium pro me Reip. do dicoq;, vosq; quæso Quirites, delatum mihi vltro honorem huic petenti, meisq; pro eo adiectis precibus mandetis.

FRATER HIERONYMVS
Sauonarola,

Florentiæ, comburitur, anno Mccccxciiij.

FACTVM NON RELEVANS
fieri non debet.

Non aliud est facere (ut aiunt nostri) id, quod postea factum nõ releuat, seu tentare quod perficere non possis, ꝗ aquã tunolere, seu Aethiopẽ lauare, sicq; exornabis, quod dicitur in l.hæc stipulatio.in §.diuus.ff.vt lega.no.ca.

GOTTHI ET HISPANI.

Gotthi, moribus & consuetudine viuebant, & Hispani simul, qui tamen anno postea Dix. Henrico Rege regnante, legum instituta (vt memoriæ proditum est) quam libentissime acceperunt.

GRATIANVS,

Monachus S. Proculi fuit Gratianus, patria Hetruscus, Bononiæ in monasterio S. Felicis, decretorum librum, siue (vt vocamus nos) decreti, composuit, anno Mixlv. qui adeo omnibus placuit. vt non dubitarit Eugenius Papa, illum approbare, simul atque omnibus legendum concedere, quippe quod nihil aliud quàm sanctorum patrum dicta, sanè tum animæ, tum corpori, vtilia ac salutifera, contineat.

HOMO.

Cum in honore positus esset homo, non intellexit, comparatus est iumentis inspicientibus, & similis factus illis. Auaritia lupus. Ira leo, Luxuria sus. Accidia asinus, & simile quiddam, sicque non natura, sed moribus & consuetudine.

IVSTINIANVS.

Obiit Iustinianus noster, optimus & iustissimus Princeps, anno Dlxiiij.

IMAGO DEI.

Imago Dei spiritus est, non caro, virtus non infirmitas, sapientia & iustitia, ideo dixit Gene. non simpliciter. faciamus hominem ad imaginẽ nostram, sed & similitudinem adiecit, quia non omne simile est idem (aiunt nostri.) l.quod nerua.ff.depo.l.j.& ibi Glo.ff.quod iussu.

IN HABENTIBVS SIMBOlum facilis transitus est.

Voluptatis & mœroris confinia adeo coniuncta sunt, vt mutuos vicissim habeant transitus, dicebat Socrates, vsque adeo vt vix vnquam euenire soleat, quin res lætas, & florentes, à tergo fortuna sequatur, dictumq; nõ ab re à sit nostris, qđ in habentibus simbolum facile fit transitus. l.in rem.§.item quęcunque.ff.de rei vendi.

LASCIVIRE
quandoq; licet.

Non modo scriptores habuerunt quandoque post grauiora studia, quid in quo lasciuirent, (Luciani enim musca nota est. Apuleij capillitium. Caluitium Synesij. Plutarchi Grillus. Homeri Ranę, Virgilii pullex, aliorumque plura huiusmodi) verum etiam pictores, post opera præstantiora. Malius enim pictor egregius sui temporis, olim muscam adeo perfecte coloribus, in pariete, deliniauerat, vt decepti multi eam propellere niterentur. Myrmecidaque Milesius, & Callicrates Lacedemonius, quadrigas & nauim adeo paruas fabricauit, vt vel sub eadem musca Malii, vel sub apiculę alis abscondi & facile quidem, potuerint.

MAGNA VIRI
auctoritas.

Athenis olim Xenocratem testimonium dicentem, ciues iurare, vt moris est, & iuris, (iniurato enim credendum non est, quantacumque dignitate pręfulgeat. l.iurisiurandi. C.de testi.) prohibuerunt. Neq; Metelli Numidici tabulas, repe-

repetundarum accuſati cum circumferrétur, iudices aſpicere uoluerunt.

OLYMPIVS.

In Africa quidam Arrianus, hæreticus, nomine Olympius, dum in balneo lauaretur, & Blaſfema verba, contra fidem S. Trinitatis dixiſſet, ſubito ignis de cęlo deſcendit, & (vt memorię proditum eſt) eum ſtatim combuſsit.

ODOFREDVS ET ACCVRSIVS.

Accurſius Flor. gloſſator Iuris ciuilis, & Odofredus Bononien. floruerunt ſedente Alexandro Papa iiij. anno D. Mclij. inq; ſacro D. Franciſci cimiterio, Bononiæ Tumulis pyramidum forma extructis, perpetua nocte quieſcunt.

ORDO S. IACOBI.

Hic ordo S. Iacobi Apoſtoli, cępit ſub Ramiro Veremundo, Hiſpaniæ Rege, qui bonis fuit mitis, terribilis vero malis.

ORATIO.

Satis ornata eſt oratio, quæ ornamenta neglexit, ut mulieres, quę tunc bene olent, ſi nihil olere videantur, vt inquit Comicus ſic.

E caſtor mulier recte olet, ubi nihil olet, & poſt eum Cice. Clara tamen eſſe debet, breuis & vehemens. quia ſi obſcura, multisque velamentis obuoluta fuerit, Delio natatore (vt dicebat Socrates) opus erit. Si plixioribus verbis expreſſa, diligentiaq; nimia compoſita, reprehenſione nō carebit, vt Callimachus ille, cognomento Texitechnos, qui ſic artem labefactabat, ſi uero frigidior vel ſegnior, non ſplendeſcet, fulmina enim non ita terrent, niſi ſecum multum ſplendoris afferant, nec gladius niſi aciem in acie, hoſtibus perſtringat.

PLVRIBVS LOCIS. domicilium.

Quanquam iudicauerit Labeo, eum qui pluribus locis ex æquo fuerit negotiatus, ſiue negotiatur, domicilium non habere, quod forte his verbis quoq; intellexit Cice. ad Atti. i. ibi. Nam ne abſens cenſeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus. Sub luſtrum autem cenſeri Germani negotiatoris eſt. verius tamen eſt, eum pluribus locis incolam eſſe, ſiue domiciliū habere. l. Labeo. ff. ad municip.

PRISCIANVS.

Grammaticus iſte, Priſcianus ſcilicet, floruit temporibus Iuſtiniani Imperatoris anno Dñi. Dccviij. & D. Benedictus, qui in Heromo vitam egerat monaſticam, Caſsinum mōtem vnà cum monachis adiit.

PADVA.

Temporibus Gregorij Pontif. qui ſedit anno Dxc. Fraude Agiſulphi Longobardorum Regis, arſit Padua, ciues vero Rauennā, & Cremonam habitatum iuere. Eoq; tempore Mantua quoque funditus euerſa eſt, & deſtructa.

PRIMVS VENETORVM DVX.

Venetiarum R. P. cum per aliqua tempora, à Tribunis, & Centurionibus gubernaretur, vt frequentes aduerſariorum incurſiones, comprimeret, Duce regi ac gubernari, cœpit anno Domini Dccviii. communique omnium conſilio Paulus Lucius Eraclianus, primus à Patriarcha, populoque Veneto creatus eſt.

PAPA SVPREMVS OMNIVM.

Cum ſit Papa iudex ſupremus omnium, à nemine debet iudicari. c. cuncta per mūdum. c. per principalem. ix. q. iii. Marcellinus igitur qui ſedebat anno D. cclxxxix. quiq; idolis ſacrificauit, cereosq; & thura ſuccendit, Diocletiani Impe. iuſſu, in concilio pœnitentiam egit, in cinere & cilicio, dicens coram epiſcopis clxxx. ſe grauiter peccaſſe, velleque ab eiſdem iudicari. cui reſponſum fuit, non licere, quodq; ſic Petrus negauit Chriſtum, nec ab Apoſtolis iudicatus eſt, ſed foras exiuit, & fleuit amare, uſq; adeo ut nec ſecus ipſe facere deberet qui ſtatim dicto audiēs, fleuit pariter, ſeq; propter Idolatrię crimen, deponendum iudicauit, & cum ſepultura foret indignus, quæcūq; auſum ipſum mortuum ſepelire excōicauit, deinde flēs Imperatori dixit, ſe Chriſtianum eſſe, & grauiter erraſſet. Imperator vero ira percitus, ſtatim iuſsit illum vltimo affici ſupplicio, & ita quidem actum eſt, quo peracto, inſepultus iacuit diebus xxx. à Marcello poſtea (hic enim illi ſucceſſerat) ſepulturæ traditus eſt, iubente Petro Apoſtolo, qui ſibi dormienti appareurat, dicens amplius ſic. Quia Marcellinus humiliter ſe fore ſepultura indignum iudicauit, merito illum tu ſepelias, quicūq; enim ſe humiliat exaltabitur. Et nimirū adiicias tu, quia legitur in pſal. quoque. depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles.

PANTHEON.

Templum quod Pantheon vocabant extruxit M. Agrippa, Octauiani Aug. gener (is enim eſt etiam, qui bello Actiaco, corona nauali donatus eſt. vnde Maro.

Tempora nauali fulgent roſtrata corona.

Cybeliq; Deorum matri dicauit.

vel

vel (vt alij volunt) Ioui vltori. Phoca vero Imp. pcibus Bonifacij iiij. Papæ. lxix. & totius populi Romani, illud anno D. Dcvij. concessit atq; cõsecrauit Kal. Nouemb. Beatæ Virgini, hincq; vulgo S. Mariæ Rotundæ vocatur.

PRAECLARA INGENIA,

Ad disciplinas graues, atq; illustres adspirant, pressas vero atq; humiles, despiciunt & aspernãtur. Apellis & Polycleti exemplo, sublimis ingenij artificibus, qui in Dis Heroibusq; tm̃ exprimendis elaborabant, Tõstrinas vero sutrinas, & asellos Pyrrhichi sordidi ingenij hoĩs, auersabantur, quibus simile est in causis grauibus & periculosis affectus moueri, non exiguis seu priuatis, qñ quidem ridiculum sit alias, nõ secus ac si infanti soccos Herculis accõmodes, vel moueas planè fluctus in simpulo. quid quod Antigono quoque vitio datũ est, anxiam minimarum rerum curã.

PACIENTIA

Est virtus, qua vtriusq; linguę ornamenta cõdecorantur, quæq; nos inuictos reddit aduersus oĩa, hortaturq; nos poetę, illud carmẽ obiiciẽs.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito:
Quo tua te fortuna sinet.

Hinc vinũ passum, & vua, quod sit dulcior. Simbolumq; ipsius parerę duæ, auribus nil aliud insusurrãs, nisi patere, hoc est patiens sis, patientiã habe, quæ amplius omnibus animi perturbationibus medetur. Imo quod facere & fortia pati, Romanum est, ait ille.

QVARE OS AVREVM Io. Chrysostomi.

Hic sanctissimus vir Io. Chrysostomus, cum in exilio libros ecclesiasticos conscriberet, Diabolus, qui nisi quæ mala sunt cogitat semper, sibi attamẽtum quo scribebat, euertit, quod sanè videns vir Dei, calamum ori apposuit, saliuaq; literas aureas scribebat. nec ab re inde postea os aureum, Chrisostomi dictum est.

QVID NON MORTALIA PEctora cogis, Auri sacra fames.

Dicebat Philippus Macedonicus omnia castella expugnari posse, in quę, modo asellus onustus auro, possit ascendere.

QVAE DISCIPLINAE amplectendæ.

Adolescẽtes qui de se spem aliquã cõcipiunt, disciplinas amplecti debent, & non eas quidem, q̃ sine fruge sint, & ad solam animi oblectationẽ (vt orti Adonidis) pertinẽt, sed q̃ in fori atq; hominum luce splendeãt, quęq; fortunam alioquin parũ æquã, sibi cõcilient, qualis vel iuris prudentia est, vel medicina, quæ cęteris artibus præstat, anteit, & ab omnibus non modo admirari debet, verum etiam coli & venerari.

QVOMODO PECCENT PLAtonem vel Xenophontem legentes.

Si qui Platonem legunt, vel Xenophontem illum Socraticum, qui Cyri vitam diligentissime conscripsit, vt linguę elegantiam tm̃, dicendi partem, non ẽt vitæ præsidia, sibi comparent, vtiq; peccant, & oĩ reprehensione (mea quidem sñia) sunt digni, foretq; sic turpe ac dedecorosum lingua magis, & orone q̃ moribus seu vitæ integritate, alicui tantum quãdoq; profuisse, vel in officina pigmentaria ex odoribus aromatum, voluptatem capere, quæ vero ad salutem conferãt, pretermittere.

RAPTVS.

Tametsi magna immineat pœna, raptoribus mulierum. l. i. C. de rap. vir. attñ Persę, quanquã iniuriosum fore videatur fœminas rapere, amentium raptis vlciscẽdis operam dare nihilominus esse dicebant, prudẽtium vero, pro nulla habere, raptarum pulchritudinẽ, quippe q̧ nisi voluissent, haud dubie raptæ non fuissent.

SVEVI ABSTEMII.

Sueuorum genus omnium Germanorum bellicosissima, vinum ad se omnino importari, haud sinunt, quippe quód ea rẽ ad laborem ferendum remollescere hoĩes atq; effeminari arbitrantur.

TVRCAE.

Turcarum origo fuit, cœpitq; ea gens, anno circiter Mccc.

TEMPLA S. SOPHIAE CONstantinopoli, & Rauennæ. S. Vitalis, & S. Apollinaris.

Iustinianus Impe. de quo paulo añ, extructis Templis S. Sophiæ Constantinopoli, & S. Apollinaris, ac S. Vitalis Rauennæ, multis exanthlatis laboribus, Duce Belisario, viro sanè bellica virtute insigni, in multa quidem pace moritur, anno D. Dlxiiii.

VITA ARIDA,

Illius est, qui nullis opsoniis viuit, imò artificum ferè omnium, qui (vt plurimum) vescuntur solo pane. tametsi dixerit in Euãgelio Christus, non in solo pane viuit homo, sed non absq; mysterio.

VNITAS.


Ex illis verbis Euangelii, ego in patre, & pater in me est. Item ego & pater vnum sumus, vnitas substantię patris & filii designatur, quam græci ομοουσιον vocant. quia in filio tamen duę erãt naturę, diuina & humana, Dei veri & hominis, dictum fuit postea. pater maior me est. seruiuntq; nobis ad dicta in l. fi. C. de impub. & ali. subst. & in l. qui in prouincia. in §. Diuus. & ibi Bald. col. ii. ff. de ritu nupt.

De his hactenus.

ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΕΙΣ ΝΟΜΙΚΑ ΤΙΝΑ

NVNC PRIMVM IN STVDIOSORVM

Adulescentum gratiam edita.



AD L. I. §. OFFICIO. FF. DE TVT. ET RA. DISTRAH.



QVATTVOR requiruntur vt locũ habeat quod hic dicitur. primo, vt liber rationum cõſcribatur, mox calculum poni, tertio reliqua reddi, vltimo culpam purgari, ſolutione eius quod debetur. l. cum ſeruus. ff. de condi. & demon. l. ſi pure. §. fin. l. ſi pater. §. ſi Sticho. ff. de fideicom. lib. pulchrè Bal. in l. cum teſtamento. ad ſi. C. de teſta. ma.

Ad l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iac.

Endemonis deprecatio hic, ſonat hominis proprium nomen, aliud vero ſi Eudemonis dixiſſet, quia tunc felicis fuiſſet ſignificatio, quippe quod Arabia fœlix vocatur Latinè, Græce vero, Eudemon.

Ad l. iiij. ff. de manumiſsion.

Ibi conniuentibus oculis &c. adde ſic vſuras permitti iure ciuili. l. eos. C. de vſu. maioris mali, vitandi gratia vt dixi late poſt Bar. in l. cunctos populos. C. de ſumma Tri. & fid. catho. & q̃d ſic conniuent parẽtes in nequitia filiorum. Et quod inconniuere per contrarium dicitur, qui oculis eſt vigilantibus & apertis.

Ad l. aut damnum. §. in calcariam. ff. de pœn.

Calcariam dicit glo. hic fore opus calcãdi terram ad murum faciendum, ridicule vt alibi alia multa, quandoquidem ſit ſimpliciter, & fodina calcis, vt ſulphuraria ſulphuris.

Ad l. ſeruis vrbanis. §. fi. ff. de leg. iij.

Curſorum hic mẽtio fit, qui inter ſeruos enumerantur, adde quod Hemerodromos, eos vocabant veteres, quippe quod hij vno die ingens ſpatium curſu emetiebantur.

Ad l. Imperium. ff. de iuriſ. om. iud.

Ibi mixtũ eſt, cui iuriſdictio ẽt ineſt, dic perinde fore ac ſi dixiſſet Anamaton, hoc eſt ſine ſanguine ad meri differentiã, quod (vt paulò ſupra dicitur) eſt habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in homines facinoroſos.

Ad l. argumento. §. mundus. ff. de aur. & ar. leg.

Mundus muliebris eſt, quo mũdior fit mulier vt hic dicitur, & alibi hoc eodẽ titu. ſæpe. Adde quod hinc ancillę quoq;, coſmetę appellatę fuerunt, mũdũ, ideſt ornatũ (κοσμον enim ſic Græci mundum ab ornatu vocant, ἄκοσμος vero ſine ornamento) dominarum ſuarum curantes.

Ad l. iiij. ff. de manumiſsio.

Ibi verũ conniuentibus oculis credẽdũ eſt eũ redẽptum &c. elicitur, conniuere nil aliud eſſe, quã nolle aliquid videre, ſiue ẽt diſsimulare. Adde, prẽter alia ad idem ſuperius dicta, duos olim Gladiatores, ſiue Harenarios Cæſaris fuiſſe, σχας δαμυκτειν. hoc eſt qui inuicti ſemper, conniuebant nunquam.

Ad regu. damnum, de reg. iur. in vj.

Quadrant pulchra ſanè Sophoclis verba, in Philotecte, quæ ſunt.

hominibus quidem ex Diis
Calamitates datas, eſt neceſſarium ferre,
Quicũq; autem uoluntariis iacent in damnis,
hiis neque ueniam habere
Iuſtum eſt, neque commiſerari aliquem.

quaſi dicat vt in præallega. regula. Damnũ quod quid ſua culpa patitur ſibi imputetur.

Ad l. qui falſo uel uarie. ff. de teſti.

Adde q̃d hos hoĩes, qui loquẽdo ſunt varij, Homerus ille poetarũ princeps, Meropas vocabat.

Ad l. diffamari. C. de inge. ma.

Apud Indos præter id, quod pœnam luit philoſophus

Trās Tiberi lōge cubat is ꝑpe Cæsaris hortos.

Prologus.

A prologio differt plurimū, id nāq; fabulā cō mendat, illud uero solum fabulæ argumentum enuntiat,sicq; in sola syllaba differentia est.

Ciuitates à fluuiis.

Sicuti Acragātes ciuitates aliquę denominatę fuerūt à fluuio pterfluēte, qui Acragas ꝓprie dictus est,ita nouissime Narniā(addas tu) à Nare fluuio pariter appellatam fuisse scias.

Marsias Celenis.

Cū Apolline cōtendens tibiarū cātu certamine uictus est,qua de re cutē sibi Apollo detraxit, eāq; in antro ubi Marsię fluminis sunt fontes, suspēdit,argm̄ sanè,cū potentioribus haud esse cōtendendū.l.j.C.ne li.pot.cle. ne Romani de ele.

Inquisitio.

Tametsi nos inquirere dicamus,Inquisitores, & Inquisitionē.c.qualiter & quādo.de accu.l.cōgruit,& ibi Bar.ff.de offi.prę sid. l. si seruius uetitus.ff.de lega.j.attamen ueteres, Anquirere,Anquisitores,& Anquisitionem dicebant.

Hierico.

De quo in Euangel. Lucę xviij. xix. domus negotiationis sonat.

Inuidia.

Magnum est malum,nanq; (ut experientia docet) uirtutes detrectat, corrumpit honores, eorumq; præmia denique aufert.

Theodosius.

Magister militū erat,quē Gratiatianus maior natu,misit in Thraciā,aduersus Gothos,req; fęliciter gesta eū & Valentinianū fratrē iuniorē consortes Imperij declarauit,dixi ego fusius in l.cūctos populos.C.de summa Tri.& fid.catho.

Prægnans.

Mulierem prægnantem ventrē ferre dicimus, & confert ad l.si pręgnantis.ff.de pœn.

Sophonisba

Asdrubales Carthaginensis filia, Syphacis Nūmidarū regis uxor, a Masinissa Romanorū socio capti,rogat eū,ne Romanis tradat, cui dat fidem,& in uxorē ea de re, ducit. reprehensus à Scipione postea (eam enim in triumpho ducere uolebat)ne fidem fallat, ei uenenū mittit,quod lęto animo bibit.l.j.in prin.ibi graue enim est fidem fallere.ff.de consti. pe.

Siclus.

Hebręorū nummus erat, de quo in sacris literis,sæpe.adde,qđ obolis septē, semisq; cōstabat, autor est Xenophon Socraticus de vita Cyri.

Capua.

A Duce eorū Capi,uel à Cāpestri agro appellata.verū scias, vulturnum olim dici cōsueuisse.

Forma.

Substātialis,formalis,probatoria, in uolūtate testatoris,hęredis institutione, & testibus consistit.l.cū ꝗs.& ibi Bar.nu.11.C.de iur.& fa.ign.

Homo.

Antropos dictus est,quippe quod, quę uidet cōtēplatur,animaduertitq; oīa aīalia bruta non facere. Vnde αναθρων cōtēplans, οπωπτ uero,uidet Græce dicitur.deq; his ego alibi sæpe.

Solemnitas.

Nil aliud est,nisi quod adiicitur formę iurisgētiū,& quicquid pcipuū requiritur ultra cōsensum.l.ius aūt ciuile.ff.de iust.& iu.not.in l.prolatam.C.de sen.& int.om.iud.Bal.in l.& in epistola.ad fi.C.de fideicō.Sublata in multis, in legatis & fideicōmissis,in bo.pos.agnoscenda, in actionibus, in interdictis, et in stipulatione deniq;.l.in legatis.C.de lega.l.fi.C.qui admi.l.j.ij. C. de formul. l. fin. C. de interd.§.sed hæc solemnia,insti.de uerb. obli.

Clamor.

Clamosum phasma nō ab re dicit alibi Satyrus, ex quo monstrū aut simile quiddā in scęna cum clamore et admiratione sanè intueri solemus, dictumq; eius huiusmodi est.

Consumptis opibus uocē Damasippe locasti
Sippario clamosum ageres ut phasma Catulli.

Affectus.

Maluit aliquando Cęsar in oppidulo cōtēpto, esse primus,quā Romæ secundus,qđ alibi satis à nobis explicatū est, quo in loco hoc idē dixerit, cui,deq; Ithaca oppido,miles ab eo interrogatus, uerum nunc addas uelim Græcos affectum hunc τοφιλοπρωτον uocitasse.

Iustitia celer.

Hinc iactabat se rex nescio quis,triduū in au-

dienda causa consumpsisse, cui sapiens. Tarde inquit ò Rex, quod iustum est, & ęquũ inuenisti.

Colosso maius quiddam.

Rhodum profectus Apollonius Thianeus, & Colossum ibidem positum, seu statuam admiratus, ac à nescio quodam interrogatus, num maius quiddam esse putaret, etiam respondit. & quid hoc maius est (ait ille) adulescens virtute praeditus, inquit Apollonius.

Amnestia lex.

Hanc tulit Thrasibulus, cum à triginta Tyrannis, patriam liberasset, estq; obliuionis iniuriarum, Coronaq; honoris à populo donatus est, duabus oleaginis virgulis facta, ne secum inuidiam ferre videretur.

In causa propria aduocatum quaera.

Si quare sic dicatur, quaesieris, id non alia ratione esse, nisi hac tibi respondebo. quoniam ita natura cõparatũ est, (inquit Comicus) vt aliena melius, videamus, ac iudicemus, quam nostra.

Auaritia.

Profecto cõtemnit omne supplicium, sęuisq; hominibus, lucrandi amor innatus est, nullaque omnino calamitas est, quae plus habendi cupidini posit comparari.

Terminus.

Tametsi pro conditione personarum, terminos euellentium poenae statutae sint. l. j. ff. de termi. mo. l. j. C. de accu. adhuc tamen in lege Moysis, nullam ob id inflictam fuisse legimus, sed dictum sic tantum. Terminos terrę mouere, nõ est fas, nec proprię, nec alienae, dummodo pacatę, verum religiose cauendum, vt tanquam Dei calculus, in aeternum fixus maneat, quod haec praecipua bellorum causa sit, & seditionum, si auaritia certis terminis non circunscribatur.

Ablatiui absoluti.

An in conditione resoluantur, dubitant Scriben. & multa dicunt uarie, in rub. ff. sol. mat. communis regu. est quod sic. Imò quod alibi Iurecon. mer hos (rationibus redditis) conditionem appellat, in l. si statulibera. in §. fin. ff. de statulib. quid mirum igitur erit, si dixerimus quod sic, resolui. s. l. à testatore (vulga.) ff. de cõd. & dem.

Depositum.

Non ab re dicimus, quod negans depositũ tenetur furti, notissimũq; est, id etiam multa habere priuilegia, nec ab re forte in l. Moysis, ita olim scriptum fuisse comperimus. Depositum tanquã rem sacram, qui accepit diligenter custodiat. Et nemo eius commissorem fraudare sustineat, neque uir, neq; mulier, etiam si nemine coarguente, ingentem auri vim lucrifacturus sit.

Fur.

Quanquam in furto deprehensus, non passim occidi posit, si maxime is se telo non defendit, hoc idemq; lege xij. tab. cautum esset, sic tamen absolute sanxit Moyses in suis. Qui in furto deprehensum, aut parietem perfodientem, occiderit, impunè esto.

Prouidentia.

Bonum est dum adhuc stat nauis in portu, (dicebat Agrippa, rex Iudaeorum illis, vt obedirent Romanis) praecauere tempestatem futuram, & non eo tempore, quo in medias irruerimus procellas, trepidare.

Aquila.

Hanc auẽ principatus insigne, putabãt Romani, & omẽ uictoriae, quoscũq; bello petiissent.

Hannibalis et Scipionis collocutio.

Quem nam primum tunc Imperatorum putaret Hannibal, Ephesi facta est.

Velut,

Aduerbium similitudinis est, vt dicebam ego aliàs in l. precibus. in iij. lectu. per illum tex. ad fi. C. de imp. et al. sub. quod nunc pulcherrimo Iosephi exemplo cõprobo, lib. iij. de bello Iudai. c. ij. ibi, prima est tanquã regia Hyerosolima praecę teris inter omnes oculos eminens, velut caput in corpore. et paulò post. c. iij. ibi. Illi autem (de disciplina militari Romanorum loquitur) cũ multos et iumenta sarcinis onerauerint, uelut in curruli certamine, signum expectant.

Adam vbi es.

Multi sanè dicunt his uerbis citationem designari, de quibus Gene. iij. Verum adde tu, quaestionem fore, non interrogantis sed arguentis, quasi dicat. Vide quantũ sis miser, et infelix propter peccatum, quale illud. Vnde venis?

Semper ora.

Luc. xviij. dixit oportere semper orare, et sine intermissione quidem, non semper ieiunare, uel eleemosynam facere, peregrinari, seu corpus disciplinis affligere, quoniam oratione ad Deum, nihil melius, nihil gratius, nihil acceptius est, uel praeclarius.

Rerum

Rerum mutationes.

Ex bobus significantur, nanque Archelaus, Herodis filius, à Cæsare olim in exilium pulsus, priusquàm tamen euocaretur, huiuscemodi somnium uidisse commemorant. Nouem spicas plenas, à bobus comedi. Spicæ autem anni sunt (non enim principatus sui pellitur) Boues uero rerum mutationes, quippe quod agros arando uertant ac mutent. Et sic tot annos sic regnaturum, quot aristarum significarat numerus, & tandem uarias rerum mutationes expertum, moriturũ.

Iniuste ne quid fiat.

Quoniam (vt Tiro quidam nomine olim, Herodis Iudæorum Regis, miles, si secus actum fuerit) clamitabit quis, cui idipsum forte euenisset. Iustitia conculcata est, veritas periit, natura confunditur, & uita denique hominum, plena iniquitatis est.

Mercurius.

Pauli Apostoli Symbolum est, quippe quod Gẽtiles sic eum appellabãt, ex quo (vt Eucherius inquit) Dux erat verbi facundissimus.

Legum conditores, iusta decernunt.

Quomodo sic dicit prouer. viij. si latæ olim, tũ vsuras, tum concubinas, permittebant. l. eos. C. de usu. l. in concubinatu. ff. de cõcubi. Forte quia de lege canonica (quod ibi dicitur) intelligi debet, non de ciuili. c. super eo, de usu. c. meretrices. xxxii. q. iiii.

Terror magnum est quiddam.

Maius factum id sanè dicimus, fuisse (quod similiter astruunt etiam sacrarum literarum magistri) quod Christus facto quoque funiculo, de templo ementes & vendentes, absque scandalo eiecerit, quàm Lazarum suscitasse, uel de aqua, cum nuptiæ celebrarentur in Cana Galileæ, uinum fecisse. Et minime mirum, quia sic in passione, inq; terrore, vultum ostendit, qñ dixit pariter. quem quęritis, ex quo abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

Gręcia.

Thermopylarũ iugo dirimitur, vt Italia, quę Appennini dorso diuiditur.

Ioannea

Cap. xvi. dicit. Vado ad patrem, quia maior me est. Et consentaneum uidetur (adde tu) quia maius dignum, trahit ad se minus. c. quod in dubiis, de consecr. eccl. nel alta. Similẽque illud est huic. Maius lumen offuscat minus, & maiores motus minores impediunt.

Desertum.

Non aliud sibi vult desertum, quam contemplatio, nec aliter intelligitur, quod apocalyp. dicitur, xii. c. ibi. Et datę sunt mulieri alę duę, aqui lę magnę, vt volaret in desertum. nisi diuinitatis & humanitatis Christi, (scituq; dignum est) contemplatio.

Vita.

In uerbis Io. cap. ulti. ibi. sic eum nolo manere donec ueniam, hoc est illęsum, sine morte uiolenta, & passione (ut aiunt) uita contemplatiua designatur, Actiua uero ibi. Tu Petre sequere me, uia scilicet martyrii & passionis.

Historia.

Quod à Gręcis negligitur, apud nos maxime honoratur, idq; est Historię ueritas, nimirũ igitur, si Gręcos mendaces dicimus, & hinc tritum illud.

Et quidquid Græcia mẽdax, audet in historia. dubitatiueque Saty. locutus est alibi, ob id forte dicens.

Si Græcia uera est. Et Plini. Mirum quàm procedat Gręca credulitas, nullumq; tam impudens mendacium fore, ut teste careat.

Vindicta grata.

Nanque Hircanus Alexãdri filius, Iudęorum Rex olim, regno à Parthis priuatus, declaratusq; Rex Antigonus Aristobuli, cum nec ferri copiã nec manus liberas haberet. (ipsum enim Antigono uinctum, nerberatumque iidem Parthi tradiderunt) ad saxum fracto capite interiit, priusquàm tamẽ efflaret animam, cognito ex muliercula quadam, quod Herodes frater, euasisset, dixisse sic ferunt. Nunc bono animo discedam, qui ultorem inimicorum reliquerim. Epaminundas Thebanus quoque, cum mortiferum accepisset uulnus, ratus se uitam amissurum, si ferrum extraxisset, id eousque retinuit, donec renunciatum fuerat sibi, Boetios uicisse, id postquam audiuit, satis inquit uixi, nunc inuictus morior.

Pasce oues meas.

Non enim Io. cap. ult. dixit istas vel illas; sed meas, quippe quod Papæ potestas, non est territorio vel personis certis limitata, vetũ (ut psal. xxiij.

xxiij.dicitur) ficuti eſt domini terrs,& plenitudo eius,ita eſt Vicarij ſui.l.ij.C.de offic.eius qui ui.al.ge.c.ij.de conſue.in vi.

Cana.

Fuimus aliqusndo interrogati qnid ſibi velit verbũ illud de quo Io.j.nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ,& ex tempore reſpondimus, fore locum,qui ita vocabatur,& in quo (vt uerba ſonãt) factæ fuerãt nuptię,domumq; reuerſi,Ioſephum in uita ipſius reperimus, ſic dicentem. Interim agebam ipſe in vico Galileæ , qui Cana dicitur. Et alibi ſic. Reliquos autem in vicum Cana delapſos alimentorum penuria perire contigit.

Homo homini Deus.

Si Deus fecit hoĩem ad imsginem & ſimilitudinẽ ſuã,vt dicitur Gene.iij. & nullum ſimile ſit idem.l.quod nerua.ff. depo.l.ff.quod iuſſu, q̃uo id vnum dicere poterimus,de quo in l. ſeruos. ff. de ſer.expor.homo homini Deus.

Alexsnder Epyrota.

Alexandri Macedonici nepos fuit, ex ſorore natus,Epyri ob id ſic cognomento appellatus, & à Lucano exule quodam (autor eſt Liuius)etiam num interfectus.

Caduceus.

Pacis ſimbolũ eſt, qnia sngues concordiſsimi ſunt inter ſe,complexuq; mutuo copulantur.

Menſura.

Modius capiti Iouis ſuperimpoſitus, ſimbolum eſt.cuncta moderari oportere menſura.

Prudens.

De craſtino cogitat , vnde ænygma Pythagoricum extat. Super chenice non ſedeas.

Argentarius.

Non ab re Lyco argentarius neſcio quis dictus eſt, qnia tanqnam λύκος, ideſt lupus pecuniam rapiebat. quod ad materiam ſeruit de edẽ. ff.& C.

Lucerna

ſolis,& inquiſitionis Oſiridis, ſimbolum eſt, quandoquidem Sol,Oſiris etiam dicatur, cuius luce,vt lucerna colluſtrantur cuncta.

Fruſtra ſudas.

Aethiopem lauas,quale illud ad idem, φαλακρὸν τίλλεις, ideſt caluum vellis. in eos qui laborant fruſtra.

Trinitas.

Ex malo granato deſignatur,quippe quod cortice exterius vnũ eſt,interius uero grans multa.

Numerus

Septenarius homini tribnitur. quaternarius namque,corpori propter qnatuor elementa.Ternarius vero auem , propter triplicem eius vim, quæ eſt rationalis,iraſcibilis,& concupiſcibilis.

Inſtabilitas rerum.

Luna inſtabilitstis rerum humanarũ eſt Simbolum, quandoquidem modo clariſsims niteat pleno orbe, modo omni ſplendore vidua, ad nihilum redit.

Silentium.

ἀττικὰ τὰ μυστήρια. Eleuſinis Atticorum nõ vulganda.in eos etiam qui quod agunt, alijs non communicant.

Inſipientis riſus.

αἰάντειος γέλως. hoc eſt Aiacis riſus. quippe q̄ furore agitatus, ob Vliſſem ſibi antepoſitum in iudicio,ſuper armis Achillis,armenta inſectabatur, & Arietes duos præcęteris flagello cedens, Grę cos putabat, Agamemnonemq; & Menelaũ, ſic deridebar, qui poſtea reſipiſcens in Sylua, ſe ſuo interemit gladio.

Detractor.

Canum more latrat, hinc Hylactor poſſet appellari, etenim à latratu csnis dicitur. quoniam non aliud ſonat ὑλακτῶ grçce quàm latro.

Prouerbium.

Cum Bito Bacchius, Bitho enim & Bacchius gladiatores erant ſtrenui, qui multos ſanè interemerant, quiq; ſimul pugnantes poſtea ceciderant ambo.nempe enim quadrabit in eos prouerbium,qui pares cum ſint, pari etiam num pugna contendunt.

In ſenes Bibaces.

ἀετοῦ γῆρας, ideſt aqnilę ſenectus, ob id, qnia ſeneſcentes roſtro creſcente,bibnnt tantum,nec ueſci poſſunt,& fsme ac inedia pereunt.

In Manducones.

ἄπληστος πίθος. hoc eſt inexpugnabile dolium.

Indi-

Indiligens.

Noctu non nauigas, vt nautæ, quibus maximè ob sydęrum obseruationem, nox vtilis est & necessaria, hinc Statius.

Nox fœcũda operũ, pulchræq; accõmoda fraudi.
Et Virgil.
Defensi tenebris, & dono noctis opacæ.

Dies.

Solis partus est. hinc Heracliti dictum, si non esset sol, vtiq; esset nox.

Ferula.

Quanquam pedagogorum sceptrum sit, clara est tamen, Promethei munere, certumq; ignem, ferulis optime seruari.

Metus.

Aluus enim plerunq; metu soluitur, & vrina mouetur, ex quo penetrat ex summis ad intima calor. hinc Satyrus.
Soluunt tibi cornua uentrem.

Fertilitas.

Quod pauper fertilitatis simbolum esset, autumant veteres, & hac de re inter cætera mysteriorum Cereris arcana. hoc idemq; silentio tegi alibi dixit Madauren. autor, quia mysteriis omnibus silentij fides semper est adhibenda.

Incerti quid agendum.

ἐν τριόδῳ εἰμι, idest in triuio sum, quippe quod is nescit qua via eundum sit.

In senes nugaces.

γραῶν ὕθλος, idest vetularũ nugæ, quia vt plurimum, delirant & nugantur.

Vultur.

Naturæ simbolum est, ex quo mares nulli, inter hos alites (vt Phisici experientia ipsa instructi, audacter dixerunt) possunt inueniri.

Concubinatus.

Idẽ sonat pellicatus, quod concubinatus, pellex enim concubina est. hinc veteris legis prouerbium. pellex ædem Iunonis ne tangito.

Prouerbium.

πυραύστου μόρος, idest stultam pyraustæ mortem, in eos qui se suo se iugulant gladio.

A R. P. abstinendum.

Censuit hoc idem Pythagoras, cum dixit à fabis abstine, albis enim calculis, prisci in absolutione vtebantur. in condemnandis vero reis, nigris, suffragiaq; per lapillos significabantur.

R V D E S.

In albo lapide alba linea, in rudes atq; expertes prouerbium est, qui sic, nec quidquã sciunt, nec demonstrare pariter didicerunt.

Indociles.

Infundibulis sunt similes, (infundibulũ enim instrumẽtum vinarium est, quo vinum statim in dolia transfunditur) quippe quod ij nihil pariter discunt, vel retinent, magistriq; vox siue doctrina, in alterum transmittitur.

Horreum.

Columella de re rustica, Horreum granarium appellat à granis, Prisci vero, Farreum, à farre vocabant. sed obserua tu, nõ modo farris, & frugũ, & maxime frumenti, verum etiam opum & diuitiarum, auri atq; argenti fuisse repositorium. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. l. iii. in prin. ff. de off. præf. vigil. Et nimirum quoq; veteres farreum (vt diximus) uocasse, quandoquidem farre, ann. ccc. maxime Ro. uixisse proditum sit. hinc Satirus.

Credebant hoc grande nefas & morte piandũ,
Si iuuenis uetulo, non assurexerat, & si
Barbato cuicunq; puer, licet ipse uideret,
Plura domi farra, et maiores glandis aceruos.

τέλος.